THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS IVSSV ET AVCTORITATE
CONSILII AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE
DIVERSARVM NATIONVM ELECTI

VOLVMEN V
PARS ALTERA
E

MCMXXXI—MCMLIII
LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CONSILIVM AB ACADEMIIS SOCIETATIBVSQVE DIVERSARVM NATIONVM A. MCMIL AMPLIATO EDITORVM GERMANICORVM GREMIO ELECTVM GRATO ANIMO PERCENSET NOMINA EORVM QVI AD CONFICIENDAM VOLVMINIS QVINTI PARTEM ALTERAM LIBERALISSIME AVXILIA PRAESTITERVNT:

EDITORES

ACADEMIA BRITANNICA (The British Academy)
ACADEMIA LITTERARVM BAVARICA (Bayerische Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA LITTERARVM GERMANICA BEROLINENSIS (Deutsche Akademie der Wissenschaften zu Berlin)
ACADEMIA LITTERARVM GOTTINGENSIS (Akademie der Wissenschaften in Göttingen)
ACADEMIA LITTERARVM HEIDELBERGENSIS (Heidelberger Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA LITTERARVM SAXONICA (Sächsische Akademie der Wissenschaften)
ACADEMIA SCIENTIARVM AVSTRIACA VINDOBONENSIS (Österreichische Akademie der Wissenschaften in Wien)
FOEDERATIO COMMVNIS SOCIETATVM STVDIORVM CLASSICORVM
(Fédération Internationale des Associations d'Etudes Classiques)
REGIA ACADEMIA LITTERARVM HVMANIORVM SVECANA (Kungl. Vitterhets, Historie och Antikvitets Akademien)
SOCIETAS CLASSICA BATAVORVM (Nederlands Klassiek Verbond)
SOCIETAS PHILOLOGICA AMERICANA (American Philological Association)
SOCIETAS PHILOLOGORVM HELVETIORVM (Schweizerischer Altphilologenverband)
SOCIETAS STVDIORVM LATINORVM (Société des Etudes Latines)

ADIVTORES

UNITARVM NATIONVM EDVCATIONIS SCIENTIAE CVLTVRAE ORDO (U. N. E. S. C. O.)
VNIVERSARVM NATIONVM CONSILIVM PHILOSOPHIAE ET SCIENTIARVM HVMANARVM
(Conseil International de la Philosophie et des Sciences humaines)
SOCIETAS STVDIORUM PROVEHENDORVM GERMANICA (Deutsche Forschungsgemeinschaft)
RES PVBLICA BAVARICA (Freistaat Bayern)
MINISTERIVM ERVDITIONIS REI PVBLICAE AVSTRIACAE (Republik Österreich, Bundesministerium für Unterricht)
MINISTERIVM STVDIORVM LIBERALIVM VIRTTEMBERGENSE-BADENSE (Kultministerium für Württemberg-Baden)
CVRATIO REGIONALIS STVDIORVM LIBERALIVM CAROLIRVHENSIS
(Landesbezirk Baden, Direktion des Kultus und Unterrichts)
ACADEMIA LYNCEORVM IN NATIONE ITALICA (Accademia Nazionale dei Lincei)
FVNDATIO LITTERARVM HAMBVRGENSIS (Hamburgische Wissenschaftliche Stiftung)
SOCIETAS STVDIORVM COLENDORVM RHENANIAE-GVESTFALIAE
(Arbeitsgemeinschaft für Forschung des Landes Nordrhein-Westfalen)
FVNDATIO STVDIORVM HVMANIORVM SVECANA (Humanistiska Fonden)
VNIVERSITATES COLLEGIA SOCIETATES BRITANNIAE
AMICI AMERICANI
AMICI SVECANI IOSEFO SVENNUNG DVCE
ERNESTVS WOELFFLIN PROFESSOR BASILIENSIS

ACCESSERANT QVONDAM HI:

MINISTERIVM STVDIORVM LIBERALIVM TAM GERMANIAE QVAM BORVSSIAE
(Reichs- und Preußisches Ministerium für Wissenschaft, Erziehung und Volksbildung)
MINISTERIVM RERVM INTERNARVM GERMANIAE (Reichsministerium des Innern)
FVNDATIO ROCKEFELLERIANA (Rockefeller Foundation)
FVNDATIO IN MEMORIAM CAROLI SCHURZ CONSTITVTA (Carl Schurz Memorial Foundation)
FVNDATIONES QVAE VOCANTVR CARLSBERG FOND ET RASK ØRSTED FOND (Carlsbergfond, Rask-Ørstedfond)
CVRATORES SCHOLARVM VNIVERSITATISQVE HAMBVRGENSES
(Hansestadt Hamburg, Schulbehörde, Hochschulabteilung)
INSTITVTVM STVDIORVM ANTIQVORVM IN VNIVERSITATE COLONIENSI
(Institut für Altertumskunde der Universität Köln)
SOCIETAS LITTERARVM REGIOMONTANA (Königsberger Gelehrte Gesellschaft)

DABAM TVRICI IDIBVS OCT. A. MCMLIII
(Zürich 8, Signaustraße 9)

MANU LEUMANN
CONSILII EDITORVM PRAESES

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Fasciculus primus huius partis, quae litterae E destinata erat, mense Iulio anni MCMXXXI in lucem prodiit. Per duo igitur et viginti annos virorum doctorum Thesauro l. L. faventium indulgentia tentata est. Aliquid morae imbecillitati humanae imputandum esse non negaverimus; at si quis animo perpenderit, quam miserabiliter bellum alterum priore perniciosius impediverit artium humaniorum incrementa in nostra imprimis patria, nobiscum laetabitur operas nostras, in asylo Schyrensi etiam belli tempore continuatas, per decem tantum menses inde a kal. Oct. anni MCMXLV plane interruptas fuisse. Nunc multis ac gravibus difficultatibus superatis nos quidem gaudemus quinti voluminis partem alteram esse absolutam simulque expleri lacunam, quae crescentem Thesauri seriem nimis longe deformabat, gaudemus totius operis dimidium continuo ordine tandem exstare.

In hac cui praefamur Thesauri parte socii sociaeque laboris fuerunt: Guilelmus BANNIER (†), Rudolfus BEUTLER, Edvardus BRANDT, Vincentius BULHART, Georgina BURCKHARDT, Ludovicus DEICKE (†), Manuel C. DÍAZ Y DÍAZ, Carolus DURSTELER (†), Elisabetha FLEISCHER, Wolf-Hartmutus FRIEDRICH, Gustavus Adolfus GERHARD, Eleonora HAHN, Guilelmus HERAEUS (†), Oscarus HEY (†), Otto HILTBRUNNER, Wolfgangus HÖRMANN, Ioannes Baptista HOFMANN, Michael VAN DEN HOUT, Margareta IBSCHER, Ludovicus JUNOD, Herta KLEPL, Ericus KÖSTERMANN, Hildegardis KORNHARDT, Fridericus KROHN (†), Manu LEUMANN, Fridericus MEHMEL (†), Gustavus MEYER, Dirk VAN NES, Ioannes OELLACHER (†), Georgius PFLIGERSDORFFER, Ioannes RANFT, Bernardus REHM (†), Ioannes RUBENBAUER, Helmutus SCHMECK, Petrus SCHMID, Iacobus SULSER (†), Andreas THIERFELDER, Franciscus TIETZE, Fridericus VOLLMER (†), Ioannes Georgius WACKERNAGEL, Iulius WOLFF. Ut crucis tristia signa indicant, collaborantium ex numero non paucos aut aetate consumptos aut belli fato abreptos lugemus.

Ad illustrandas vocabulorum etymologias et rationes vocibus Latinis cum linguis Romanicis intercedentes attulimus notas, quibus Aloisius WALDE, Guilelmus MEYER-LUEBKE schedas nostras olim locupletaverant, adnotationesque a viris doctissimis I. B. HOFMANN, M. LEUMANN, Gerardo ROHLFS plagulis nuper adscriptas.

Gratias agimus debitas viris doctissimis, qui plagulis legendis, adnotandis, supplendis praecipuam operam navaverunt: Ludovico CASTIGLIONI, Georgio DITTMANN, Guilelmo EHLERS, Eduardo FRAENKEL, Henrico HAFFTER, Manu LEUMANN, Einaro LÖFSTEDT, Gustavo MEYER, Maximiliano NIEDERMANN, Ottoni PRINZ, Friderico STUMMER, Iosefo SVENNUNG.

Redactorum officium in hac Thesauri parte anno MCMXXX una adgressi Gustavus MEYER et Ida KAPP grato animo illorum recordamur temporum, quibus pace etiam tum manente Georgius DITTMANN Thesaurum moderabatur, Eduardus SCHWARTZ et Ioannes STROUX, ut erant totius operis fautores, nostrae quoque partis incohatae et prospere progredientis adiutores exstiterunt. Mox bello exorto Gustavus MEYER in Helvetiam patriam revocatus est, neque post bellum finitum opportunitatem ad Thesaurum revertendi invenit. Medio anno MCML Otto HILTBRUNNER iam antea de hac quinti voluminis parte bene meritus in sodalicium redactionis accessit.

Idibus Oct. a. MCMLIII

I. KAPP

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

E

e *littera quinta.* *de genere:* *neutr.:* VARRO ling. 8, 68 *v. infra l. 39.* 9, 44 exemptum (exempl- *cod.*). 9, 52 ut sit hoc a huic a, esse hoc e [huiusce e] huic e. *v. et l. 50. 53. 54.* *fem. per ellipsin vocis 'litterae':* PLIN. dub. serm. *v. p. 2, 2 et al.* *de figura:* GRAMM. suppl. 303, 4 e vocalis est cuius figura typum trinitatis ostendit, ... duobus capitulis figuratur et una virgula inter duas illas. NOT. Tir. 16, 55.

1 *loci potiores:* **a** e *praeponitur litterae* 'i' *in prisca latinitate ad i longam notandam:* LVCIL. 358 m⟨e⟩ille hominum, duo m⟨e⟩ilia, item huc e utroque opus, meiles (*Scalig.*; mille *codd.*) m⟨e⟩ilitiam. 361 si plura haec feceris pila quae iacimus, addes e peila (pella *codd.*) ut plenius fiat (367 mendaci furique addes e, cum dare fur⟨e⟩i iusseris. 370 'haec ille⟨i⟩ fecere', addes e ut pinguius fiat). 364 iam 'puerei venere' e postremum facito atque i, ut puerei plures fiant (*de Lucilii ratione v. Sommer, Hermes 44, 1909, 70 sqq.*). VARRO ling. 9, 80 *cupressūs, cupressi* alii extremum us, ali⟨i⟩ ei faciunt. id est falsum; nam debent dici e et i *eqs.* NIGID. Gell. 13, 26, 4 'hi amici' casu multitudinis recto ... ante i scribendum erit e. 19, 14, 8 Graecos non tantae inscitiae arcesso, qui *ov* ex *o* et *v* scripserunt, ⟨quantae nostri fuerunt⟩ qui i ex e et i. illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re subacti (*sic Hertz*). QVINT. inst. 1, 7, 15 diutius duravit ut e et i iungendis eadem ratione qua Graeci *ει* uterentur. 1, 7, 16 in iis (his *codd.*) quae proximam ab ultima litteram e habebunt et i longa terminabuntur, illam rationem sequentes utemur e gemina, qualia sunt ... 'aur⟨e⟩ei argent⟨e⟩ei' (*edd. vett.*).

b *de pronuntiatione:* CIC. de orat. 3, 46 cuius (*sc. Cottae*) tu illa lata, Sulpici, ... imitaris, ut iota litteram tollas et e plenissimum dicas. QVINT. inst. 1, 4, 8 non ... 'optumum' dicimus ut 'optimum' et in 'here' neque e plane neque i auditur (1, 7, 22 'here' nunc e littera terminamus). 9, 4, 34 e planior littera est, i angustior. MAR. VICTOR. gramm. VI 33, 1 (*de enuntiatione*) e ... depresso modice rictu oris reductis introrsum labiis effertur. TER. MAVR. 116 e ... vocula dissona est priori (*sc. litterae a*), quia deprimit altum ... rictum et lingua remotos premit hinc et hinc molares. MART. CAP. 3, 261 e spiritus facit lingua paululum pressiore (*inde* GRAMM. suppl. 307, 24).

c *de prosodia:* VARRO ling. 8, 68 in vocando (*i. vocativo*) ... cum brevi dici Philomede⟨s⟩, cum e longo Heraclide. CHAR. gramm. p. 6, 4 B. e littera per se nominata itemque cum aliis iuncta facit syllabas et breves et longas. 149, 8 bene et male per e productam ... non dicimus, sed ... per e correptam. DIOM. gramm. I 424, 13 e vocalis *δίχρονος* per se nominata *eqs.* (*cf.* MAR. VICTOR. gramm. VI 6, 13 e et o quae biformes dicuntur, quia pro binis Graecis apud nos ponuntur. 7, 23 e vocalis biformis). PROB. cath. gramm. IV 7, 15 Graeca *nomina* e productā terminata. EXPLAN. in Don. gramm. IV 498, 28. SERV. gramm. IV 438, 22 omnia adverbia e terminata in positivo semper producuntur. CLEDON. gramm. V 11, 17 quando correpta, quando producta sit e littera. 63, 21 adverbia 'bene' et 'male' (*v. supra l. 41*) in e correptum exeunt. 65, 19. POMP. gramm. V 102, 4 e aliter longa, aliter brevis sonat. MAR. VICTOR. gramm. VI 29, 1 e pro *η* et *ε*. TER. MAVR. 331 *ε* vel *o* Graecum putetur ne Latinorum e vel o. AVSON. 348, 4 eta quod Aeolidum quodque *ε* valet, hoc Latiale e (*sc. valet*). praesto, quod e Latium semper breve (*sc. praestat*), Dorica vox *ε*. MART. CAP. 3, 235 e ... vocalis duarum Graecarum litterarum vim possidet *eqs. et al.*

2 *generalia quaedam (praecipue de ceterarum vocalium cum* e *vicissitudine deque collocatione eius):* VARRO ling. 5, 91 turma terima — e in u abiit — quod terdeni equites *eqs.* 6, 95 (*in loco mendoso*). 7, 94 (*emend.*). 7, 96 in pluribus verbis a ante e alii ponunt, alii non (*scaeptrum, sceptrum*). 9, 44. 9, 106. 10, 57 de extrema syllaba e litteram exclusam (*trabes, trabs*). 10, 62. frg. Char. gramm. p. 167, 11 B. quia singularis ablativus e littera finiatur (CHAR. gramm. p. 77, 27 B. *cf.* QVINT. inst. 1, 5, 62 terminarentur. 1, 6, 7 omnia quae e et o litteris fatendi modo terminantur *eqs.* CHAR. gramm. p. 156, 13 B. PROB. cath. gramm. IV 8, 1. *et saepius*). NIGID. Gell. 10, 5, 1 avarus ... avidus aeris ... in ea copula e littera ... detrita est. 13, 26, 4 'huic terrae' per e scribendum. *ibid.* 'mei (*voc.*) studiosus' per i ... non per e, *sed* 'mei' (*genet.*) ... per e et i. 19, 14, 6 a et o semper principes sunt, i et u semper subditae, e et sub[d]it et praeit (*Euripus, Aemilius*). PAVL. FEST. p. 15 ab antiquis ... ameci et amecae per e litteram efferebantur (*cf.* QVINT. inst. 1, 4, 17 non e quoque i loco fuit? Menerva et leber *eqs.*). p. 273. PLIN. dub. serm. Char. gramm. p. 151, 22 B. e deposita. p. 160, 17. 180, 2 e littera claudi. QVINT. inst. 1, 6, 7. 1, 7, 25 vortices ... vorsus ... primus Scipio Africanus in e litteram secundam vertisse dicitur. 9, 4, 39 illa censori Catonis ⌊'dice facieque'⌋ (*corr. ex 1, 7, 23*) m littera in e mollita. *al.* CHAR. gramm. p. 67, 3 B. masculina in e litteram nulla veniunt (p. 73, 13. 74, 8. *et al.*) *al.* PROB. inst. gramm. IV 119, 2. 8. 9. MAR. VICTOR. gramm. VI 224, 21 adverbia quae in e mittunt. *et al. saepe.* TER. MAVR. 102 e, quae sonitum commodat hisce (*sc. litteris b c d g*), si negetur *eqs. et al.*

3 *in figura geometrica:* VITR. 9, 7, 3. 4. *pro signo et numero:* ISID. orig. 16, 27, 2 e latinum demonstrat obolos quinque.

notae usitatiores: e(a), e(gregius), e(i), e(ius), e(pistula), e(st), e(sto), e(x), e(xemplum), e(xter(n)us).

ē *v.* ex. **eā** *v.* is. **eādem** *v.* idem.

eale. [*vocabulum peregrinum. W.*] *nomen bestiae:* PLIN. nat. 8, 73 apud *Aethiopas* et *fera* quae vocatur -e (*F²E², Sol. 52, 35*; eos *al.*) magnitudine equi fluviatilis, cauda elephanti, colore nigra vel fulva *eqs.* *huc pertinere videtur:* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 7 bubalus. eocle. vena *eqs.*

eāpropter *v.* is. **eāpse** *v.* is.

[**earinus** *var. lect.* TERT. cult. fem. 1, 8 *v.* āerinus *vol. I 1061, 60.*]

eātenus. *ab* eā *et* tenus. *de scriptura:* GRAMM. suppl. 298, 25 quatenus, aliquatenus ... -s per e, non per i scribendum (*item* 300, 19). NOT. Tir. 49, 33. *de notione:* GLOSS.^{L} III Abstr. EA 1 -s ea ratione aut tenuiter. *legitur inde a* CIC. (*vix a* PLAVTO, *cf. l. 30*) *quater (v. l. 51, p. 3, 4. 6. 11) et semel ex coniect. certa (v. l. 31) per totam latinitatem; deest* CAES., SALL., LIV., *poetis.* [*dub.:* PLAVT. Most. 131 -s abeunt a fabris. *correct.:* CIC. opt. gen. 8 qui -s *Gulielmius,* quatenus *codd.*]

I *de termino loci, ad quem usque aliquid pertinet (propria vi* [FEST. p. 290 *via sacra* ne -s quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est. *cf. p. 3, 18. 25. 39*] *fere abolita transit ad notiones sc. causalem, modalem, finalem, consecut., quas adaugent saepius per se coniunctiones subiunctae), i. q. eo usque:* **A** *absolute:* PLAVT. Most. 131 *v. supra l. 30.* CIC. opt. gen. 8 qui -s (*v. supra l. 31*) valuerunt sani et sicci dumtaxat habeantur, sed *eqs.* COLVM. 3, 20, 3 -s velut ⟨ath⟩letarum quodam conten⟨ti⟩ simus tetradeo. PAVL. dig. 24, 1, 28, 4 si ... quindecim dignus sit *servus,* non plus quam decem potest peti, quoniam -s donator pauperior factus esset. SYMM. epist. 7, 27 sed non -s pontificium tuum in nostra damna protendas. MART. CAP. 9, 971 compositum (*sc. tempus*) ... quod potest dividi et quod a primo aut duplum est aut triplum aut quadruplum. -s enim tempus omne numeri proferetur. COD. Theod. 13, 5, 20 (*a. 392*) -s navicolariae inquietudinis suspicione submota. OROS. hist. 7, 21, 5. CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 47, 19 ne ... -s videretur posse dissolvi. *al.* PASCHAS. epist. 6 non vera virtus excluditur numerositate virtutum, sed optatis successibus -s ampliatur.

B *sequitur enuntiatum:* **1** *finale vel consecutivum:* **a** ut (*aliter supra l. 33*): CIC. opt. gen. 23 verba persequens -s, ut ea non abhorreant a more nostro. CELS. 5, 26, 30^{A} calida aqua -s necessaria est, ut sanies removeatur. 7, 19, 11 linamentum ... -s imponendum est, ut foramen tegat. 8, 10, 7^{E}. COLVM. 5, 1, 3 -s progreditur, ut dicat qua quidque ratione faciendum. 5, 5, 3 -s praecipiendum ..., ut intellegant. AFRIC. dig. 16, 3, 16 -s eum teneri apud quem tu deposueris, ut actiones suas tibi praestet. TREB. Claud. 14, 1 iudicia ... ⟨de⟩ illo a diversis edi[c]ta ... -s quidem, ut appareret ... Claudium imperatorem futurum. VOPISC. Aurelian. 31, 4. SYMM. rel. 19, 7 -s refellebat, ut diceret. VEG. mulom. 1, 12, 2. RVFIN. hist. 5, 16, 8 p. 463, 19 -s indulgebant, ut *eqs.* (*gr. aliter*). Orig. in gen. 3, 2 p. 40, 19 B. symbol. 1 p. 336^{B} Photinum ... scio -s scripsisse, non ut rationem ... explanaret, sed ut *eqs.* AVG. epist. 226, 8 p. 477, 10 SVLP. SEV. dial. 2, 14, 1. COD. Theod. 4, 22, 2 (*a. 381*) -s subvenimus, ut *eqs.* (11, 7, 16 [*a. 401* = COD. Iust. 10, 19, 7, 4]. COD. Iust. 8, 4, 6, 1 *a. 382*). 7, 8, 5 (*a. 398* = COD. Iust. 12, 40, 2) -s intrepidus ac securus possideat portiones, ut *eqs.* 12, 1, 84 (*a. 381*). 16, 2, 33 (*a. 398*). *al.* AVELL. p. 400, 7 SACR. Leon. 384. SIDON. epist. 6, 3, 2 -s commendare ..., ut ... studeat. 8, 1, 1 *al.* CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 32, 17 *al.* COD. Iust. 2, 14, 1, 2 (*a. 400*). *et al.* **b** ne: CELS. 5, 28, 2^{F} temptanda squama aeris est ... -s, ne quid eminere patiatur. 6, 6, 38 mel adiciunt -s, ne id ex specillo destillet. 7, 20, 5. COLVM. 5, 6, 14 cum ... arbor convaluerit, quicquid

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

falce contingi poterit, exputandum est allevandumque -s, ne *eqs.* SVET. Tib. 33 -s interveniebat, ne quid perperam fieret. IVST. 5, 2, 10 -s bellum sustinendum, ne *eqs.* SACR. Leon. 359.

2 quoad: CIC. leg. 1, 14 civile (*sc. ius*) . . . -s exercuerunt (*sc. summi in civitate viri*), quoad populo praestare voluerunt. ad Q. fr. 1, 1, 11 *quaestorem* ferres -s, quoad . . . neglegeret eas leges, quibus *eqs.* VLP. dig. 18, 6, 1 pr. -s periculum sustinere debet, quoad degustetur vinum. *ibid.* quoad periculum vini sustineat et -s sustinebit. 32, 70, 3 lanae appellationem -s extendi placet, quoad ad telam pervenisset. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 135, 7.

3 qua: CIC. Tim. 40 qui *dii* -s nobis declarantur, qua ipsi volunt (*gr. p. 41ª καθ' ὅσον ἂν ἐθέλωσιν*). CELS. 5, 26, 23ᴰ -s utilis est (*sc. sutura*), qua cutis ducentem . . . subsequitur. SEN. epist. 95, 26 ostrea -s circumcisa, qua eduntur. COLVM. 4, 7, 2. *ibid.* 12, 9, 1. arb. 8, 2 surculos in fissuram demittito -s, qua adrasi sunt. QVINT. inst. 1, 11, 1 dandum aliquid comoedo . . . dum -s, qua pronuntiandi scientiam futurus orator desiderat. IAVOL. dig. 50, 16, 112 litus publicum est -s, qua maxime fluctus exaestuat. VLP. dig. 42, 1, 6 pr. TERT. resurr. 17 p. 48, 4. 57 p. 118, 7 caro . . . -s passibilis, qua *eqs.* adv. Prax. 14 p. 251, 18 adv. Marc. 1, 26 p. 327, 23 *al.* AVSON. 420, 1 si Homerum . . . -s, qua Iliadem suam incipit atque finit, percenseamus.

4 quatenus (*aliter infra l. 58*): CELS. 2, 10, 13 ex ulterioribus *locis* . . . -s sanguis sequitur, quatenus emittitur. LABEO dig. 19, 2, 58, 1 -s . . . obligationem contrahi puto, q. vir bonus de spatio temporis aestimasset. PROC. dig. 18, 1, 69 existimo -s lacum . . . venisse, q. tunc fuit. IAVOL. dig. 47, 2, 91 (90) pr. furti -s habet actionem, q. eius interest (*sim.*: GAIVS dig. 4, 2, 19. 4, 3, 26. 14, 5, 1 *al.* VLP. dig. 12, 2, 11, 2 -s mihi competit actio, q. [17, 1, 8, 6]. *et al*). IVLIAN. dig. 15, 1, 28 -s damnari . . ., q. *eqs.* 39, 6, 18, 1 POMPON. dig. 43, 26, 15 pr. SCAEV. dig. 4, 4, 47, 1 an -s venditio rescindenda sit, q. adulescentium fundus communis fuit. respondi -s rescindi *eqs.* FLORENT. dig. 19, 2, 36 -s conductoris periculo est (*sc. opus*), q. admensum non sit. VLP. dig. 2, 14, 49 q. facere possit debitor, -s agat. 5, 3, 25, 11 si *ἀντίδωρα* acceperunt, dicendum est, -s locupletiores factos, q. acceperunt. *al.* PAVL. dig. 20, 4, 17 -s tuendum, q. *eqs. et al.* COLL. Mos. 6, 3, 2 inter fratres -s *cognatio*, q. capitis minutio non intervenit. VEG. mil. 4, 42 p. 160, 16. EPIST. pontif. Thiel (*Felix*) 1, 11 (*a. 483*) *ut verbum dei* unum . . . Iesum Christum . . . -s profiteatur, q. . . . librorum memorat traditio divinorum. AVELL. p. 47, 10 -s per architectos futurae basilicae diriget formam, q. se planities exstructioni amica praetulerit. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 11 p. 31, 5 CASSIOD. var. 2, 27, 1. *et al.*

5 quod (*rel. et coniunct.*): CELS. 8, 2, 5 si inferior pars integra est, -s, quod corruptum est, excidi debet. SIDON. carm. 22 epil. 6 p. 250, 5 si quis . . . carmen prolixius -s duxerit esse culpandum, quod epigrammatis excesserit paucitatem. COD. Iust. 6, 50, 14 (*a. 293*).

II *de termino temporis:* **A** *absolute, i. q. usque ad hoc tempus*: CAPITOL. Gord. 22, 5 Gordianus adulescens, qui Caesar -s fuerat, . . . Augustus est appellatus. PS. AVG. serm. 165, 2 sol iustitiae ecclesiam -s in tenebris constitutam suo illustraret lumine. OROS. hist. 1, 13 -s humanum genus ritu pecudum vixerit. 2, 17, 13 postquam in societatem urbis cives suos, -s exules, receperunt. 3, 1, 3. 5, 8, 3 *Gracchus* agrum a privatis -s possessum populo dividi statuit. 6, 1, 25. ALC. AVIT. hom. 20 p. 134, 1 rupes -s viatoribus inexperta. **B** *pendet enuntiatum temporale*: TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 422, 1 semper cum domino erimus, -s, dum et in terra et in caelo (*audi: est*). SCHOL. Cic. Bob. p. 132, 10 St. quod *Caesar* -s ante portas . . . permanserit, quatenus (*aliter supra l. 22*) in exilium Cicero discederet. OROS. hist. 3, 19, 10 sagitta sub mamma traiectus -s pugnavit, donec eum (*sc. hostem*) . . . occideret (6, 1, 22 hoc -s factum est, donec *eqs.* AVELL. p. 481, 10 ALC. AVIT. hom. 25 p. 145, 35).

[*? **eattos** confessio GLOSS. V 358, 42].

ēbarbaros *coalitum e gr. ἡ βάρβαρος sc. ἔμπλαστρος. nomen medicamenti*: CASS. FEL. 39 p. 87, 21 *apponenda* certe illa quae a Graecis -s (*g*, ebarbores *c*, barbaros *p*; *cf. Gal. 13, 551 sqq.*) appellatur in duabus alutis inducta. *praeterea v. vol. II 1743, 67 sq., ubi corrigas* '46' *pro* '66'.

ebelinus *v.* ebeninus.

ebeneus, -a, -um. *ab* ebenus. *i. q. ebeni colorem habens*: MART. CAP. 1, 80 alter (*sc. frater Iovis*) -um (*D*, (h)ebenum *rell.*) *sertum* ac tartareae noctis obscuritate furvescens *gestabat.*

ebeninus, -a, -um, *ἐβένινος*. heben-: *l. 75. 77. 80.* ebel-: *l. 79.* *i. q. ex ebeno factus aut nigrum colorem habens*: EPIST. Alex. ad Arist. p. 193, 7 K. fores . . . eburneae miri candoris fuerunt et -a lacunaria nitebant (VVLG. Ezech. 27, 15 dentes eburneos et hebeninos commutaverunt. HIER. in Ezech. 8, 27 p. 255ᴮ dentes eburneos . . . et ligna hebenina, quae nigri coloris pretiosissima sunt). p. 215, 11 in tabula -a. ACT. Archel. p. 22, 27 baculum tenebat ex ligno ebelino (*v. l. 72*). *allegorice de hominibus*: HIER. in Ezech. 8, 27 p. 255ᴰ non sunt candidi . . ., verum hebenini nigri coloris.

ebenotricon, *ἐβενότριχον*. *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 51, 9 H.-S. a Graecis dicitur adianton, alii politricum . . ., alii -n *eqs.* (*cf. Diosc. 4, 134 p. 279, 13 RV*).

ebenus, -ī *f. et* **ebenum**, -ī *n.*, *ἔβενος*. *scribitur* eb- *et* heb- *promiscue in codd. et in edd.* euenu: DIOSC. 1, 108. *de genere*: SERV. georg. 2, 116 sane et haec -us et hoc -um, hic (*sc. Verg., v. infra l. 26*) neutro usus est *eqs.* SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 117 masculino genere dixit (*immo neutro*). COMMENT. Lucan. 10, 117. *apud auctores*: *fem. certe apparet*: LVCAN. 10, 117 PLIN. nat. 1, 12, 9. 12, 17. 16, 213. *neutr.*: VERG. georg. 2, 117 EPIST. imp. Aug. Macr. Sat. 2, 4, 12 SCHOL. Hor. epist. 1, 6, 6 COMMENT. Lucan. 10, 302 CASSIOD. in psalm. praef. 4 p. 15ᶜ GLOSS. *masc.*: ISID. orig. 17, 7, 36 *v. l. 21.* *de numero: plur.* (*nomin.*) -a: CASSIOD. *v. infra l. 45.* GLOSS. genus ligni Indici. arbor nigra Indiae. *legitur inde a* VERG. *v. infra l. 26*, OV. *v. infra l. 28*, CELS. [OV. Ib. 513 *v. sub* Euenus *Onom.*]

nomen arboris, cuius lignum nigrum est (nobis i. q. diospyros ebenum L.): **I** *proprie*: **A** *de ipsa arbore*: LVCAN. 10, 304 Meroë fecunda colonis laeta comis -i. PLIN. nat. 1, 24, 52 (*medicinae ex arboribus*) -o v. 6, 197 meridiano cardine silvae (*in Aethiopia*) -o (*D Fa R, vulg.*; hae vero, hiberno *sim. rell. codd.*) maxime virent. 12, 17 unam *arborem* e peculiaribus Indiae Vergilius (*v. l. 26*) celebravit -um, nusquam alibi nasci professus (24, 89 ne in Aegypto quidem nascitur -us. COMMENT. Lucan. 10, 302 *in Meroë*. ISID. orig. 17, 7, 36 -us in India et Aethiopia nascitur, qui caesus [*v. supra l. 9*] durescit in lapidem). 12, 19. 16, 186 robur, cytisus, morus, -us *eqs.* 16, 204 *v. l. 35*. CLAVD. carm. min. 28, 22 Gyrraeus . . . ramos -i, dentes . . . vellit eburnos.

B *de ligno ebenino*: **1** *spectatur materies (fere pro re pretiosa; pro medicamento l. 29 sqq.)*: VERG. georg. 2, 117 sola India nigrum fert -um (*cf.* MELA 3, 80 *Arabiae* silva . . . -um odoresque generat). OV. met. 11, 610 medio torus est -o sublimis in antro. CELS. 3, 21, 7 cardamomum, -us, cupressi semen. 5, 7 exedunt corpus acaciae sucus, -us, aerugo *eqs.* (*cf.* PLIN. nat. 24, 89 -um medici et inter erodentia adsumunt). 5, 12 evocat et educit . . . -us, lini semen *eqs.* 5, 13. LVCAN. 10, 117 -us Mareotica vastos non operit postes. PERS. 5, 135 advehe . . . castoreum, stuppas, -um, tus, lubrica Coa. PLIN. nat. 1, 12, 9 quando primum -us Romae visa. 16, 204 gravissima *materies* iudicatur -us et buxus, graciles natura (*v. supra l. 23*). *ibid.* 16, 212 cariem vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, -us. 16, 213 maxime aeternam putant -um *eqs. ibid.* ceteri ex -o esse tradunt *sc. tectum templi Dianae Ephesiae* (MART. CAP. 2, 174 *puella* spicas manu caelatumque ex -o pinacem . . . adferebat). APVL. apol. 61 -i loculos. IVL. VAL. 1, 1 p. 1, 17 virgulam ex ligno -i (*cf.* 3, 29 p. 137, 11 virgas -i). PS. AVG. serm. 49, 2 post teneritudinem fusi (*i. erga regem vino stratum, cf. seq.*) -i capulum quaerit *Iudith.* DIOSC. 1, 108 (*v. supra l. 1*). SIDON. carm. 22, 53 ebur . . . -usque vel aurum. ENNOD. dict. 8, 6 p. 447, 18 India . . . -um nutrit. CASSIOD. in psalm. praef. 4 p. 15ᶜ de lignis thyinis quae vulgo -a vocantur. **2** *respicitur potius color*: BOETH. divis. 878ᴰ cum dicimus . . . alia esse alba, alia nigra, ut lapis atque -us, manifestum est -o utraque inesse et duritiem et nigredinem. in Porph. comm. pr. 1, 19 p. 57, 22 equum et corvum et -um. 2, 31 p. 131, 2 ut est -um nigrum. *ibid. l.* 8. 9. in Porph. comm. sec. 5, 10 p. 313, 15 de inrationabili corvo et de inanimato -o. 5, 24 p. 346, 5 carboni et -o. *ibid. l.* 20. p. 347, 7. *pro omni materia nigra* (*i. 'mala'*): PRVD. cath. 2, 71 tu, sancte, qui taetram picem candore tinguis lacteo -oque crystallum facis.

II *translate de homine, qui rei pretiosae instar eminet*: EPIST. imp. Aug. Macr. Sat. 2, 4, 12 (*ad Maecenatem*) vale mi -um Medulliae, ebur ex Etruria . . . Tiberinum margaritum *eqs. v. et* Hebenus *Onom.*

III *confunditur c. ebore*: IVL. VAL. 3, 35 p. 143, 17 columnae de gemmis . . ., -o tamen plurima interpolante. 3, 36 p. 144, 2 alii currus quadrigas (quadriiuges *Kroll*) elefantos iunctos habebant, eosque -o, cui concolor bestia *eqs. (v. Kroll, Rh. Mus. 70, 1915, 601 adn.; PW K X 848, 56).*

eber *v.* ebrius. **ebes** *sim. v.* hebes *sim.*

ebesco *ἀγοράζω* (*ἀχο- mg.*) GLOSS. I p. 247.

ebi *v.* ibi. *K.-M.*

ēbibo, -bibī, -bibitum, -ere *ab* ex *et* bibo. *de formis: legitur vel subest in codd.* exb- *vel* ecb-: PLAVT. Mil. 832 (exuiuit). Trin. 249 *apud* NON. p. 81 (etb-). Truc. 156 (etb-). PAVL. FEST. p. 79 (exb-). *inc.*: SER. SAMM. 320 (etb- *A¹B pars*, eb- *A²B pars*). *imperf. non legitur.* *pass.: inde a* PLIN. nat. 5, 71 (*p. 5, 64*). 8, 34 (*p. 5, 14*). *part. perf. pass.* -itus: AVG. civ. 1, 3 p. 7 D. 22, 6 p. 562 PS. PETR. CHRYS. serm. 135 p. 566ᴬ SIDON. carm. 9, 43 CASSIOD. in psalm. 74, 8 GLOSS.ᴸ III Abol. EP 5 epotata -ita (*cf. adn.*). [EPIT. Iul. Val. ed. Zacher 1, 5 (*inde* IVL. VAL. ed. Mai 2, 26) -ito vino (sed IVL. VAL. 2, 26 ed. Kübler: ubi *poculum* strinxisset).] *de notione propria per differentiam*: AMBR. Noe 29, 111 ('bibit de vino') non dixit: vinum bibit, neque iustus vinum -it, sed de vino, hoc est de eius portione libavit. ISID. diff. app. 83 bibit, qui aliquid relinquit in poculo, -it, qui totum exhaurit.

I ***proprie:*** *de animalium actione bibendi (de bestiis p. 5, 22 sqq. p. 5, 56)*:

A *i. q. bibendo, exhaurire, vacuefacere* (GLOSS. *ἐκπίνω*. PAVL. FEST. p. 79 exburae quae -erunt quasi epotae. GLOSS. *v. supra l. 73*). *clarior fit notio interdum additis vocibus q. s.* totus, uni-

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

versus, plenus *sim*): **1** *ea, ex quibus bibitur*: **a** *pocula, vasa*: *α c. obi.*: Plavt. Amph. 431 vini hirneam ... meri (*syn.* 430 eduxi). Curc. 359 poc[u]lum (Epit. Alex. 99. 110. Mart. Cap. 2, 141 immortalitatis). Mil. 832 heminas octo *vini*. Arnob. nat. 5, 18 seriam meri ... plenam. Lact. inst. 1, 22, 11 vini ollam. Schol. Pers. 3, 92 ('sitiente lagoena') quod *lagoena* vetustate decoquatur ac per hoc sese tamquam sitiens -at. Ps. Ambr. paenit. 24 ut aquae guttulam quaereret, qui (*dives*) guttum (*D.*, guttam *ed.*) antea pretiosi nectaris -isset. *nota* (*cf.* 2 *b β*): Ov. fast. 3, 533 Nestoris ... annos (*i. nonaginta cyathos*). *β abs.*: Svlp. Sev. Mart. 20, 6 ubi Martinus -it, pateram presbytero suo tradidit. Corp. XIII 10018, 70 (*in vasculo potorio*) -e. **b** *alia*: Ov. met. 6, 342 ubera *Latonae* ... -erant avidi ... nati. Plin. nat. 8, 34 elephantos ab iis (*draconibus*) -i.

2 *ea, quae bibuntur*: **a** *additur, ex qua re vel cui -atur*: ex (*aliter infra l. 30*): Mela 2, 12 mos ... est bellantibus *Asiacis* cruorem eius, quem primum interemerunt, ipsis ex vulneribus -ere. *alicui* (*tantum in metaphora*): Plavt. Curc. 152 *puella* mihi ... amanti -it sanguinem. **b** *c. obi. solo*: *α potiones* (*medicamenta, venena, alia; passim arida, mixta in liquidis; vis praepositionis interdum debilitata est*): Cato agr. 71 caput ulpici conterito cum hemina vini facitoque -at *bos aegrotans* (Chiron 406 *scrophae sanguinem cum vino* per os -at *iumentum. ibid.* cepas ... et erucae semen ... per os -at uncias III diurnas). Prop. 2, 24, 27 *amator* venena libens et naufragus -at undas (*hoc ad β*). Val. Max. 4, 6 ext. 1 extincti ossa potioni aspersa (Gell. 10, 18, 3). Cels. 5, 27, 4 acetum. 5, 27, 12 cantharidas. Phaedr. 1, 14, 9 *toxicum antidoto mixtum*. Petron. 20, 6 medicamentum. *ibid.* 7 quidquid saturei fuit. Apvl. met. 10, 5 fratri ... paratam mortem (*i. venenum*). Ser. Samm. 319 ex pipere et calida florem de rore marino -e. Arnob. nat. 1, 48 potionem (5, 25 p. 197, 8). 5, 26 p. 198, 7 cyceonem. Cael. Avr. acut. 3, 8, 77 cibum -i potius quam masticari. *β liquores usitatum bibendi modum excedentes*: Plavt. Pseud. 1304 Massici montis ... quattuor fructus ... in hora una. Prop. 2, 24, 27 undas (*v. l. 25, aliter l. 80*). Ov. fast. 3, 533 (*v. supra l. 9*). Iren. 2, 19, 8 universum ... mare. Phaedr. 1, 20, 5 aquam *fluvii* coepere -ere (*gr. ἐκπίωσι*, bibere *P*) *canes*. Sidon. carm. 9, 43 fluminibus satis profundis ... -itis.

B *i. q. bibendo in totum consumere*: **1** *proprie*: Cato agr. 57 *compeditos* non est nimium in annos singulos vini Q. X -ere. Carm. epigr. 187, 2 quod comedi et -i, tantum meu(m) est. **2** *metaphorice i. q. bibendo perdere*: Plavt. Trin. 249 non satis id est mali, ni amplius etiam quod -it, quod comest, quod facit sumpti *meretrix*. Truc. 156 vos (*meretrices*) ... si quid quaeritis, -itis et comestis. 312 quae nunc ad vos clam exportantur ... ea vos (*meretrices*) estis, exunguimini, -itis. Ter. Haut. 255 (*de meretricis familia*) quid comedent! quid -ent! Hor. sat. 2, 3, 122 filius aut etiam haec libertus ut -at heres. Vlp. dig. 5, 3, 25, 16 penum hereditarium. Optat. 1, 18 p. 20 faucibus avaritiae commendatam -erant praedam. *nota*: Plavt. Amph. 631 non ego cum vino simitu -i imperium tuom (*cf.* bibere Plavt. Persa 170 *vol. II 1964, 6; delevit versum cum praecedentibus et sequente Ussing*).

C *vi praepositionis plane evanida i.q. bibere, potare*: Itala Ezech. 34, 3 (Ps. Cypr. ad Novat. 14) o pastores, quare lac -itis et coagulatum comeditis? (*τὸ γάλα κατέσθετε*. Vvlg. lac comedebatis). Chiron 358 ubi *iumentum* plus -erit, caput emittit *eqs.* 403 si quod iumentum fartosum [in] ventrem habuerit, cum -erit, tantum sufflat inflatus. [*huc trahe* Ps. Ambr. *l. 7*, guttam *trad. K.-M.*]

II ***translate:*** **A** *de rebus corporeis liquores quosdam (vel ea, quae pro liquoribus audacius ponuntur) quasi hauriendo in sese recipientibus, exhauriendo exsiccantibus*: **1** *praevalente sensu in se recipiendi*: **a** *-unt liquida*: Ov. met. 8, 836 peregrinos ... -it amnes *fretum* (*syn.* 835 recipit, *quod verbo* -endi *poetice augetur*). Plin. nat. 5, 71 a quo (*lacu Asphaltite*) postremo -itur *Iordanes*. Iord. Get. 5, 36 tribus faucibus fluenta Vistulae -untur. *i. q. devorare*: Ps. Ambr. act. Seb. 28 quantos ... amatores eius (*vitae falsae*) ... Charybdis -it? **b** *-unt arida*: Plin. nat. 9, 134 lana potat *colorem purpurae* ... donec omnem -at saniem. Arnob. nat. 5, 10 silex ... -it Iovialis incontinentiae foeditatem. Hier. vita Hilar. 31 *aquarum* alias harenae -unt. Cael. Avr. chron. 4, 3, 59 ferula (*D.*, regula *ed.*) ... sui corporis raritate tenuitatem lactis vel aquatum [a] liquore⟨m⟩ -ens. Gloss. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 263 sqq.) 120 genus spongiae, quod statim -it, in quocumque liquore ponitur.

2 *praevalente sensu exsiccandi, arefaciendi*: Lvcan. 9, 743 -it umorem circum vitalia fusum pestis *ex morsu dipsadis orta*. Ps. Qvint. decl. 13, 5 antequam noctis umorem radii solis -rent (Ferreol. reg. 26 priusquam ... solis ardor -erit redactam in manipulos segetem). Cypr. Gall. exod. 480 totis qui (*auster*) flatibus usus ... -it undas. Cael. Avr. acut. 1, 3, 37 capitis frequens siccitas, quae statim -at fomenti liquorem.

B *de animo aliisque in metaphoris audacioribus*: **1** *i. q. percipere*: Tert. pudic. 16 p. 254 omnem notitiam apostoli. anim. 43 p. 371 Adam ante -it soporem quam sitiit quietem. resurr. 25 p. 61 ut ... orbis de pateris angelorum plagas suas -at (*cf. N. T. apoc. 16, 1*). Comm. apol. 362 *mortem* -it dominus passus, (*cf. N. T. I Cor. 15, 55 κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος*, Vvlg. absorpta est). Avg. conf. 6, 8, 13 ut vidit ... sanguinem, immanitatem simul -it *Alypius in amphitheatro*. civ. 1, 3 p. 7 D. *Vergilius* -itus animis *puerorum*. 22, 6 p. 562 D. superstitione in lacte quodammodo matris -ita. epist. 91, 3 *ex Ciceronis de re publica libris* affectum amantissimi civis -isti. Ps. Petr. Chrys. serm. 135 p. 566 A *Laurentius* -ita prophetia *martyrii* ... corde paratissimus ex spiritu ebrius. Ennod. dict. 12, 4 p. 462, 14 nec quicquam de copiis commissi liquoris (*artis poeticae*) -imus. Cassiod. in psalm. 74, 8 lex domini pulchre calix dicitur, quae ambienter -ita atque recondita animabus praestat ... sospitatem. 145, 5 in quo (*ingressu secundo*) tamquam salutare poculum humanis mentibus porrigit *propheta* -endum. Greg. M. moral. 14, 14 (*ad Iob 18, 9* 'exardescet contra eum sitis') quia ... ad -enda mala ... accenditur.

2 *i. q. exhaurire, exsiccare*: Hier. in Ioel 1 p. 172 *incipiens in animo passio erucae modo* mora ipsa ac pertinacia -it et exsugit omnem virorem. *ex hebr.* שָׁחָה (*i. avide bibere*): Vvlg. Iob 6, 4 *sagittarum domini* indignatio -it spiritum meum (Hier. interpr. Iob *l. c.* furor bibit sanguinem meum).

additamentum crebrius: (com)edere: Plavt. Trin. 249 Truc. 156. 312 Ter. Haut. 255 Carm. epigr. 187.

syn.: educere, epotare, exhaurire, exsiccare (Synon. Cic. Char. gramm. p. 423, 14 B. potat, -it). *Bannier.*

[**ebilantur** Gloss. *v. s.* eviro.]

ebir *e voce hebr.* עֵבֶר. Hier. in Ier. 6, 47, 1 p. 435, 9 (*ad Ier. 32, 35*) 'ut initiarent filios suos ...'. pro 'initiarent' in Hebraico scriptum est '-r' (*sc.* לְהַעֲבִיר *hif.*), quod Aquila et Symmachus 'transducerent', LXX et Theodotio 'offerrent' interpretati sunt.

ebisc- *v.* hibisc-.

ēbīto, -ere. *ab* ex *et* bitere. *i. q. egredi*: Plavt. Stich. 608 non it, non it, quia tanto opere suades ne -at (ne nebitat *A*) :: iube *eqs.* Gloss.^{L} II Abav. EV 18 -ere *ἀρχαίως* egredi.

ēblandior, -ītus sum, -īrī. *ab* ex *et* blandior. *de formis: imperat. praes.* -ire: Cic. Att. *v. l. 58.* -iendum: Boeth. *v. l. 55. act.*: eblandio: Gloss. II 237, 47. *adhibetur passive:* Cic. Planc. *l. 42,* Plin. paneg. *infra l. 51,* Gell. *infra l. 51,* Firm. *l. 56,* Schol. Cic. Bob. *infra l. 54,* Prvd. *infra l. 71,* Mart. Cap. *infra l. 56.* Gloss. *ἀποκολακεύω. legitur inde a* Cic., Liv. [*correct. ex* blandior: Vitr. 3 praef. 3 Tac. hist. 3, 37 Mart. Cap. 1, 88.]

1 *i. q. blandiendo vel impetrare vel sibi conciliare*: **a** *transitive*: Cic. Planc. 10 -ta illa, non enucleata esse suffragia. Liv. 27, 31, 7 *Philippus* neque ... omnia emebat aut -batur, sed vim etiam flagitiis adhibebat. Vitr. 3 praef. 3 cum etiam saepe -atur (*v. supra l. 40*) gratia conviviorum a veris iudiciis [ad] falsam probationem. 7, 5, 5 cum aspectus eius scaenae propter asperitatem -retur omnium visus. Colvm. 6, 36, 4 itaque obiectae asinae cum superiectu -ti sunt (*sc. magistri*) *admissarium* velut incensum *eqs.* Plin. nat. 16, 118 caelo fecunditatem omnem -to. Tac. hist. 3, 37 nec defuit qui unum consulatus diem ... -retur (*v. supra l. 40*). Plin. paneg. 70, 9 urbana coniuratione -tas preces. Gell. 11, 13, 5 aures nostrae cadentis apte orationis modis -tae. Sol. 1, 61 *Iolaus* palantes incolarum animos ad concordiam -tus Olbiam extruxit (*cf.* Schol. Cic. Bob. p. 140, 9 St. hoc ipso popularis animus -tus. Boeth. in top. Cic. 6 p. 383, 4 *exemplum* ad -endum Trebatii animum valet). Firm. math. 1, 3, 2 p. 9, 18 -to consensu. Mart. Cap. 1, 88 eisdem ... quibus fuerat -ta (*v. supra l. 40*) *Tyche* ictibus crebris verticem ... vulnerabat. **b** *intrans.*: Cic. Att. 16, 16, 12 enitere, elabora, vel potius -re, effice, ut *eqs.* Sen. epist. 105, 6 dulcedo sermonis, quae inrepit et -tur et non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Plin. nat. 9, 28 *Arionem* -tum, ut prius caneret cithara. Mart. Cap. 9, 920 quibus ... opibus vigil cura repromittat, ut in tam dulcem -tamque (*i. eblandientem*) mollitiem intima mentium liquescat affectio.

2 *singularia: pro simpl. blandiri*: Vitr. 10, 7, 5 moventia sigilla ceteraque quae delectationibus oculorum et aurium usu sensus -antur. *fere i. q. lenire, compescere*: Colvm. 7, 5, 16 *lac caprinum* infusum (*sc. pecori*) tantum valet, ut -atur igneam saevitiam. 8, 11, 1 sed nec haec ... aliena est agricolae captandis undique voluptates acquirere, quibus solitudinem ruris -atur. *i. q. emollire, voluptate capere*: Prvd. psych. 328 inde -tis virtutibus halitus illex inspirat tenerum labefacta per ossa venenum.

ebolus *v.* ebulum. *K.-M.*

ebor *v.* ebur.

eborārius, -a, (-um) *ab* ebur. Not. Tir. 105, 3. 4 (a)ebor, (a)eborarius. ebor-: Corp. VI 7655. 9375. 33423. 33885 (*bis*). 37374*. XI 3948. Plin. nat. 1, 7, 39 Cod. Iust. 10, 66 (64), 1. ebur-: Corp. VI 7885. 9397. 37793 Cod. Theod. 13, 4, 2 Gloss. eborár-: Corp. VI 33885, 4. *gen. sing.* -i: Corp. VI 33423. 37793. *dat. pl.* -Is: *v. p. 7, 5. nom. pl.* -ii: *v. p. 7, 12. abbreviatur*: Corp. VI 9397 (*v. p. 7, 2*). XI 3948 (*v. p. 7, 7*). *cf. Mau, PW V 1898; Kornemann, PW VI 1904.*

i. q. ad eboris tractationem (mercatum p. 7, 3 sqq.) pertinens: **1** *adi.*: **a** *accēd. ad* politor, faber: Corp. VI 7885 P. Cae-

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

setius P. l. . . . politor -us (37374ᵃ ⟨M. P⟩erperna M. l. ⟨. . .⟩ politor -us). 9397 Q. Considius Eumolpus faber eburar. (33423 M. Aeli M. l. . . . fabri -i). **b** *acced. ad* negotiator: CORP. VI 33885, 3 (*aet. imp. Hadriani*) Aelianus . . . ius scholae ⟨. . . (negotiatoribus *suppl. videtur; sin minus, pertinet ad 2, cf. infra l. 9*)⟩ -Is dedit. *ibid.* 4 si alius quam negotiator -us . . . in hoc collegium (*cf. Mau l. c.*) adlectus esset. CORP. XI 3948 diis manibus *illius* eborar. negotiatoris. **c** *acced. ad* sculptura: PLIN. nat. 1, 7, 39. **2** *subst.*: GLOSS. *ἐλεφαντουργός*, opifex eboreus. CORP. VI 7655 Sex. Clodius Sex. l. . . . -us ab (*cf. vol. I 22, 30*) Hercule Primigenio. 9375 P. Clodius Sex. l. . . . -us. COD. Theod. 13, 4, 2 (*a. 337*) *in brevi pertinente ad artifices muneribus vacantes* (= COD. Iust. 10, 66 [64], 1) -ii. *de* CORP. VI 33885, 3 *v. supra l. 3 sqq.*

eborātus, -a, -um *ab* ebur. ebur-: PLAVT. Aul. 168 Stich. 377 VOPISC. Aur. 13, 3. 46, 3.

i. q. ebore ornatus: cf. CHAR. gramm. p. 93, 10 B. 'eboreum' ratione dicimus . . .; sed consuetudo . . . '-um' admisit et 'eburnum'. p. 93, 14 quae ita placuit distingui, ut 'eboreum' sit ex solido ebore confectum, '-um' extrinsecus ebore ornatum, 'eburnum' *eqs.* (*v. p. 22, 70*). PLAVT. Aul. 168 vehicla (LAMPR. Heliog. 29, 1 VOPISC. Aurelian. 46, 3). Stich. 377 lectos (VARRO Men. 447). PANEG. 12 (2), 33, 2 navigia. LAMPR. Heliog. 4, 4 sella (VOPISC. Aurelian. 13, 3). SIDON. epist. 8, 8, 3 curules. 8, 12, 5 -is . . . pyrgorum gradibus.

coniunguntur auratus, argentatus, aeratus, gemmatus *al.*

eboreus, -a, -um *ab* ebur. SERV. Aen. 11, 11 *facit ebur* -us ab eo quod est eboris. eburneus: GLOSS. III 202, 41 (uberea *trad., em. Heraeus in plagulis*). eburreus: *v. l. proximam. de usu:* DVB. NOM. gramm. V 578, 5 eburnea, non -a (eburrea *codd.*). *variant libri inter* -s (*potioris auctoritatis, cf. Heraeus ad l.*) *et* eburneus: [MART.] lemm. 14, 5. 12. 14. 77. 91. *de notione:* CHAR. gramm. p. 93, 14 B. *cf. supra l. 16.* GLOSS.ᴸ II Philox. EB 15 *et* 5 *et* 8 eburneum, eburnum *ἐλεφάντινον*, eboreum *ἐλεφάντινον ἐκ μέρους* (*cf. distinctiones supra l. 18/9*).

1 *de elephantorum dentibus:* PARIS 1, 1 ext. 2 dentes -os (VAL. MAX. eburneos. [MART.] lemm. 14, 91 dentes -i [*cf. supra l. 30*]). **2** *i. q. ex ebore factus:* PETRON. 32, 4 circulo (*i. armilla*). PLIN. nat. 7, 183 Apollinem. 36, 40 Iovem (36, 98). QVINT. inst. 6, 3, 61 oppida (*i. oppidorum simulacra*). BASS. gramm. VI 271, 26 lamellas. POMPON. dig. 1, 2, 2, 4 tabulas -as (aereas *Momms., Jur. Schr. 3, 302 adn. 4*). VLP. dig. 32, 52 pr. codicibus. 32, 52, 7 bibliothecam. 33, 7, 12, 28 mensae (33, 7, 72, 43). ITALA (Cas.) psalm. 44, 9 templis (*βάρεων ἐλεφαντίνων*, domibus eburneis VVLG.). CORP. X 6 pugillares membranaceos operculis -is, puxidem -am. PARIS 8, 10, 1 fistula (VAL. MAX. eburnea). [MART.] lemm. 14, 5 pugillares. 12 loculi. 14 tali. 77 cavea (*cf. supra l, 30*). **3** *i. q. de ebore sumptus:* SCRIB. LARG. 16 scobis (*bis*). *Bannier.*

†**ebreica** COMM. instr. 1, 30, 9.

[**ebremata** *vox corrupta.* PRIMAS. apoc. 4, 16 p. 894ᴬ = p. 146ᵉˣᵗʳ. Haussl. 'et pluviales aquas eorum in sanguinem' (*exod. 7, 19*), quod Graeci quoque ebremata (*f G, vulg.*, eoremata *N*; *βρέγματα probabiliter ed. pr.*) posuerunt]. *K.-M.*

†**ebreulso** MISC. Tir. 67, 4.

ēbria, -ae *subst. v. infra l. 68, p. 15, 64.*

ēbriācus, -a, -um *cf. c.* ebrius; *de forma* hebriacus *v.* ebrius *p. 12, 55.* [*ital.* imbriaco, *prov.* embriac, *hisp.* embriago. *M.-L.*]. *reprehendit* CHAR. gramm. p. 105, 3 B. (*cf. Heraeus, Archiv 11 [1900], 31 adn.*). *fere i. q. ebrius:* NON. p. 108, 4 -us (ebriatus *Harl.*) ebrius. GLOSS. *μέθυσος, μεθυστής. cf.* GLOSS.ᴸ II Abav. VI 35 vinolentus: temulentus ebriosus -us. LABER. mim. 10 homo -us (ebriatus *Harl.*) somno sanari solet. ITALA I Cor. 6, 10 (Ps. Aug. spec. 52 p. 529) non avari, non -i (ebriosi *var. lect.*) . . . regnum dei possidebunt (*μέθυσοι.* VVLG. ebriosi). ITIN. [Silv.] 45, 3 (*v. Löfst. ad l.; cf. Heraeus, Gött. gel. Anz. 1915, 474*). VVLG. Sirach 19, 1 *cod. Amiat.* (ebriosus *al., gr. μέθυσος*).

ēbriāmen, -inis *n. ab* ebriare. *i. q. potus ebrians:* ITALA num. 6, 3 (Tert. ieiun. 9 p. 285, 19) vinum et -n (*σίκερα.* sicera Lugd.; VVLG. omne quod inebriare potest) non bibet. [*coniecit Helm:* APVL. apol. 59 nec tantulum potuit -e (ebria, *v. l. 53, F et φ*, ebrius *vulg.*, a bria *Hildebrandt, alii alia*) sibi temperare, ut hanc horam sobrie expectaret. *sed cf. p. 15, 65.*]

ēbr⟨i⟩ātio ebrietas GLOSS. Werth. Gallée 338.

ˣ**ēbrietās**, -ātis *f. ab* ebrius; *cf.* NOT. Tir. 70, 15 *et* 17 ebrius . . . -s. *plur.:* SEN. dial. 1, 3, 2 epist. 24, 16. 59, 11. 83, 26 COLVM. 1 praef. 16 PLIN. nat. 17, 240. 20, 47 Ps. QVINT. decl. 14, 7 TERT. idol. 1 p. 31, 5 VVLG. Rom. 13, 13 Gal. 5, 21 (*gr. μέθαι utrubique; inde passim* ECCL.). HERM. Pal. mand. 6, 2, 5 (*μεθυσμάτων*). AMBR. Hel. 8, 27 *al.* *de notione:* GLOSS. *μέθη, παροινία*, crapula vel nausia; *cf.* III 72, 15 sine -e *ἀμέθυστος.* AMBR. Noe 29, 111 -is . . . species gemina est, una, quae titubationem corpori afferat atque eius supplantet vestigia sensumque perturbet, altera (*v. p. 9, 78*) quae mentem virtutis vaporet gratia et omnem infirmitatem videatur avertere. Hel. 16, 61 est -s culpae, est et gratiae (*cf.* Cain et Ab. 1, 5, 19; *v. p. 8, 31*). *differt a voce q. e.* ebriositas: ISID. diff. 1, 183 inter -em et ebriositatem: quod -s aliquando est, ebriositas

frequens temulentia vini est; *cf.* CIC. Tusc. 4, 27 inter -em ⟨et ebriositatem⟩ (*om. codd. et Nonii L¹, habent Nonii codd. rell.*) interest. AVG. c. Faust. 22, 44 *v. p. 13, 8. legitur inde a* CIC. Tusc. 4, 27 (*supra l. 1*), *saepe apud* SEN. phil. PLIN. nat. ECCL. (*praesertim* AMBR. Hel.) CAES. AREL. = Ps. AVG. serm. 294. 295; *in versibus non nisi semel* HOR. epist. 1, 5, 16. OV. *quinquies* (*v. l. 13 sqq.*). IVVENC. 4, 192 PROSP. carm. de ingrat. 593.

I *de* ***hominibus:*** *i. q. adimpletio corporis potionibus inebriantibus (cibis p. 9, 68) vel animi (rebus variis incorporeis):*

A ***proprie:***

B *subst.:* **1** *masc. de hominibus, tam strictius de iis qui munere -o funguntur aut res -as conscribunt (e. g. infra l. 72. cf. supra l. 32) quam liberius de Christianis (e. g. infra l. 63. nota pro nom. propr. l. 83. p. 43, 11 sqq.):* IREN. 3, 15, 2 propter eos qui sunt ab ecclesia quos communes -os ipsi dicunt. EPIST. syn. Sardic. or. (Hil. coll. antiar. A IV 1) 4, 1 p. 52, 1 quidam qui se -os esse volunt. EPIST. pontif. 212 (*a. 353/4*) Hil. coll. antiar. A VII 3, 1 p. 91, 5 constituto atque observato iure divino atque in alio ministerio -us vivens (RVFIN. Orig. in lev. 1, 1 p. 281, 3 B. ego -us sub fide Christi vivens). PRISCILL. can. 46 p. 129, 11 -i non debeant ob suam defensionem publica adire iudicia (*v. p. 41, 53*). AMBROSIAST. in I Tim. 6, 10 p. 482[B] nihil tam asperum ... est quam si -us, maxime qui in sublimi loco est, divitiis huius saeculi studeat. HIER. epist. 49, 19, 4 enumerandum mihi est, qui -orum ... disputaverint: Clemens, Hippolytus *eqs.* 126, 1, 2 quidam -i. in Ier. 1, 33, 3 p. 32, 20 qui alienam -o doctrinam sequitur. 3, 11, 2 p. 158, 16. hom. Orig. in cant. 1, 6 p. 37, 10 B. tu, -e, ... converte sermonem et dic. hom. Orig. in Ezech. 8, 2 p. 403, 8 B. -i qui in ecclesia sunt magistri *eqs. al.* Ps. AVG. quaest. test. I 127, 35 p. 415, 5 antequam ... -us quis sit licet ei negotiari. COD. Theod. 12, 1, 49, 1 (*a. 361*) ad -orum consortium. 15, 8, 1 (*a. 343*) qui -i esse noscuntur. 16, 2, 5 (*a. 323*). 16, 2, 20 (*a. 370*) *al.* AVELL. p. 621, 7 ipsi ... -i Constantinopolitani dicunt. COD. Iust. 1, 2, 14, 5 (*a. 470*) ab -is sive oeconomis. 1, 3, 22, 1 (*a. 445*) decanorum vel aliorum -orum. *et al.* *nota apud Gnosticos de uno ex Aeonibus (cf. supra l. 62):* TERT. adv. Val. 8 p. 186, 4 Paracletus et Pistis ..., Metricos et Agape, Aeinus et Synesis, -us et Maca-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

riotes. IREN. 1, 1, 2 Anthropon ... emisisse cum Ecclesia Aeonas duodecim, quibus nomina haec donant: Paracletus et Pistis ... -os et Macariotes. 2, 14, 8 -um et Macarioteta.

2 *neutr.*: **ecclēsiastica,** -ōrum, *i. q. res ad ecclesiam pertinentes*: RVFIN. hist. 3, 23, 7 p. 239, 19 omnibus -is solemniter adimpletis (*i. fere 'ritu -o', gr. aliter*). AVG. coll. c. Don. 3, 18, 34 p. 84, 9 gesta ipsa multos multa -a tradentes longissima recitatione sonuerunt. AVIT. BRAC. Lucian. epist. rec. A 2 in *loco sancto baptisterii* consuetudo erat mihi dormire et custodire -a, quae erant in ministerio.

II *vice nominis proprii certum V. T. librum indicantis*: **A** *de eo libro qui Iesus Sirach audit*: **1** *adi.*: AMBR. off. 2, 7, 37 p. 113[C] -us sermo (*aliter p. 41, 66*) testatur. AVG. civ. 11, 18 p. 486, 9 D. apertissime hoc positum est in libro -o (*seq. Sirach 33, 15. aliter p. 42, 50*). **2** *subst.* (*masc. praeter l. 24, ubi neutr.*): TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 584, 1 et -us ... inquit: (*seq. 3, 17*). HIER. praef. Vulg. Salom. quorum priorem Hebraicum repperi, non -um ut apud Latinos, sed parabolas praenotatum. RVFIN. symb. 38 p. 374[B] qui liber apud Latinos ... generali vocabulo -us appellatur. AVG. civ. 16, 27 p. 169, 19 D. scriptum est in libro qui -us appellatur. 17, 20 p. 247, 12 alii ... duo quorum unus sapientia, alter -us dicitur. *ibid.* p. 248, 6 in -o ... fides gentium futura praedicitur. c. Iul. op. imperf. 1, 45 ostendit hoc -us. spec. 21 p. 113, 7. *et saepe. neutr.*: DECRET. Gelas. 72 -um liber unus.

B *i. q. ecclesiastes* (*v. p. 40, 52 sqq.*): LVCIF. Athan. 1, 35 p. 127, 28 illum locum qui in -o describitur (*sc. eccles. 3, 15*).

adv. **ecclēsiasticē,** *i. q. more -o*: ORIG. in Matth. 18, 47 p. 1669[A] qui -e docent verbum, prophetae sunt Christi.

ecclēsiola, -ae *f. ab* ecclesia *deminutive. i. q. parva ecclesia* (*sic tantum usurpatur, ut episcopus prae nimia modestia suam ecclesiam hoc deminutivo designet*): RVRIC. epist. 2, 20 p. 404, 26 qui me apud vos ... omnia posse confidunt, ad -am nostram pro sua securitate confugiunt. ALC. AVIT. epist. 44 p. 74, 2 quicquid habet -a mea, immo omnes ecclesiae nostrae, vestrum est. 80 p. 94, 2 decus commune, quod Viennensis -a praesenti vice non meruit. 88 p. 97, 27 quod non meo tantum tempore, sed etiam secuturo donum vestrae oblationis -a nostra venerabitur.

eccopis *f.*, ἔκκοπίς. *tantum acc. sing.*: -idem: *l. 40.* -ida: *l. 41.* -idam: *l. 42. genus cultri*: CHIRON 593 prende⟨s⟩ -idem (prende sicopidem *cod.*) et ipsum tuberum desuper ossum caedito. 643 nudato et sedito (*i.* c(a)edito) ossilaginem per -ida (et copida *cod.*) et crostera (*i.* κροστῆρα). 691 caedis per -idam (perec- *cod.*) et rades per xisteram.

eccos, eccum, eccus *v.* ecce.

ecdēmēticus, ἐκδημητικός. *tit. sat. ex Varronis Menipp.*: GELL. 19, 8, 17 in libro saturarum M. Varronis, qui inscriptus est -us (exde- *codd.*). *v. E. Maass, Rh. Mus. 74 (1925), 444 sq.*

ecdicus, -ī *m.*, ἔκδικος. *i. q. advocatus, cognitor, defensor*: CIC. epist. 13, 56, 1 dixerat mihi Euthydemus ... se curaturum, ut -i Mylasii Romam mitterentur, ... legatos (*opp.*) audio missos esse, sed malo -os, ut aliquid confici possit. quare peto a te, ut et eos et Alabandis iubeas -os Romam mittere. PLIN. epist. 10, 110, 1 -us (medicus *B*), domine, Amisenorum civitatis petebat apud me a Iulio Pisone denariorum circiter quadraginta milia *eqs.* CORP. III 7437, 8 (*a. 227*) T. Ae(lius) Felix bul(euta), fil(ius) T. Ae(lius) Antonius ecd(ici) (*sic Mommsen, aliter ad nomen sequens*: ecd(icus) Va(lerius) Festus *Dessau 4060*). *de re v. Brandis, PW V 2160, 30 sqq.*

ecdorion *sc. medicamentum*, ἐκδόριον. CASS. FEL. 13 p. 20, 18 tolluntur (*stigmata*) vere periculose medicamento discoriatorio, quod Graeci -on vocant.

ecdurus *v.* edurus.

ecedermia, -ae *f., a gr.* ἐχεδερμία. eche- *non traditur.* [*dub.*: CHIRON 300 de -a (*Oder in textu*, -mis *in ind.*; ecederamus *cod.*).] *i. q. coriago*: CHIRON 404 de -a. si quod iumentum -am (ced- *cod.*) habuerit, quod latine coriaginem appellant, signa erunt huius haec *eqs.* (VEG. mulom. 2, 118, 1 passio ... quam Graeci -am [eci- *A*, epi- *L*, cardiacam *P*] vocant, Latini coriaginem appellant). *v. vol. IV 950, 57 sqq.*

? **ecedermus** *v. supra l. 64.* **ecedo** *v.* excedo.

ecf- *v.* eff-, eph-.

ēchēa, -ōrum *n., a gr.* ἠχεῖα. [*ex coni. verisimili: infra l. 82. dub.*: VITR. 5, 3, 8 (*temptavit Schneider*, haeae sic *x*). 5, 5, 2 (*Iocundus*, eae echo *x*).] *i. q. vasa aerea, quae in theatris sub gradibus collocantur ad voces agentium clariores reddendas* (*de re v. J. Müller, Bühnenaltert. p. 43 sqq., Graf, PW V 1908, 45 sqq.*): VITR. 1, 1, 9 theatris vasa aerea, quae in cellis sub gradibus mathematica ratione conlocantur ..., quae Graeci ἠχεῖα (echea *x*) appellant, ... componunt ..., uti vox scaenici ... aucta cum incremento clarior et suavior ad spectatorum perveniat aures. 5, 5, 7 cum ... ex solidis rebus theatra constituuntur, ... quae sonare non possunt, tunc -is (*Rose*, ex his *x*) hae rationes (*rec.*, hac rationes *H*, hac ratione *GS*) sunt explicandae.

echenāis (**-nēis**), -idis *f.*, ἐχεναΐς (*-νηΐς*). -ais: OV. *infra*

l. 19, LVCAN. 6, 675 *cod. N* (-eis, echinus *sim. rell.*), *v. infra l. 21*; PLIN. nat. 1, 32, 1 *BVF*[a]*R*[a]*d.* 32, 2 *codd. praeter V.* 32, 148. ADNOT. Lucan. *infra l. 21*, POL. SILV. *infra l. 35.* EVG. TOLET. *infra l. 26. 29*, CASSIOD. *infra l. 35. 37.* -eis: LVCAN. *cf. l. 1*, PLIN. nat. 1, 9, 41. 1, 32, 1 *cod. T, edd. vett.* (*cf. supra l. 2*). 9, 79. 32, 2 *cod. V* (*v. supra l. 2*). 32, 139. AMBR. *infra l. 33*, SERV. *infra l. 25*, ISID. *infra l. 17* (*cf. et Birt, de halieut. Ov. poetae falso adscriptis, Berlin 1878, p. 161*). *de scriptura*: echi-: *v. infra l. 26. 27. 31. 33. 35. 37.* eci-: *infra l. 33. 35 bis.* ethi-: *infra l. 33. 36. de prosodia: paeonem tertium ut postulandum explet ap.* OV. (*infra l. 19*) *et* LVCAN. (*infra l. 21*), *choriambum autem ap.* EVG. TOLET. *l. 26. de genere: masc. ap.* EVG. TOLET. *infra l. 26. de formis: gen. sg.* -ais: CASSIOD. var. 1, 35, 3. *abl.* -ai: EVG. TOLET. carm. 51 tit. *plur. non extat.* [*confunditur non raro in codd. cum* echinus, *v. ex. gr. l. 22. 23. 30. 36.*]

nomen pisciculi (nobis 'echeneis remora' L.), qui naves retinere fertur (*cf.* ISID. orig. 12, 6, 34 -eis parvus ... pisciculus ..., hunc Latini 'remoram' appellaverunt eo, quod cogat stare navigia. GLOSS. III 520, 6): OV. hal. 99 parva -ais (at est, mirum, mora puppibus ingens). LVCAN. 6, 675 non puppim retinens euro tendente rudentis in mediis -ais (*v. supra l. 1*) aquis (*cf.* ADNOT. -ais [echinus *PG*] ... cum venti navem promoveant, ... eam detinet morsu et quod naves habeat et teneat, -ais dicitur [echinus *PG*]. SERV. Aen. 8, 699 Plinius ... in historia naturali [*32, 3*] dicit, quod Antonii navem piscis -eis retinuerit. EVG. TOLET. carm. 51, 1 parvulus -ais [echi- *LM*] ingentem pondere navem fluctibus in mediis ore tenere valet). PLIN. nat. 1, 9, 41 -eis (echi- *pars codd.*) et affectus eius. 1, 32, 1 de -eide (*v. supra l. 5*. EVG. TOLET. carm. 51 tit. de -ai). 9, 79 (*ex Arist. hist. anim. 2, 14 p. 505*[b]*, 18 sqq.*) parvus admodum piscis adsuetus petris, -eis (echinus *a*) appellatus *eqs.* (*fusius*). 32, 2 (*itidem fusius*). 32, 139 Venerem inhibet -eis (echi- *VR*). 32, 148 erythinus, -ais, echinus. AMBR. hex. 5, 10, 31 brevis pisciculus -eis (*B*, echi- *vel* eci- *CGMPV*, ethi- *S*) ... memoratur navem ingentem statuere. POL. SILV. chron. I p. 544, 13 eufratis. scorber. ecinais. cetera. CASSIOD. var. 1, 35, 3 meatus navium -inais (eci- *LRPD*, ethi- *A*[r]*K*, echinus *XEF*) morsus inter undas liquidas alligavit. 1, 35, 4 sed -inais illis (*sc. nautis*) impedimentosa venalitas est. *v.* mora, remora.

echeōn, ἐχεών (*gen. plur. ab* ἔχις). *significat medicamentum quoddam e viperis comparatum*: PLIN. nat. 1, 29, 38 de viperino sale theriace. -on (*θηριακὴ ἐχεων scr. Mayh.*). 29, 119 viperam vivam ... comburere addito feniculi suco ... atque ita suffusiones oculorum et caligines inungere utilissimum est; medicamentum id -on vocatur (*sic codd., Sillig.*; -ion *Barberin.*). *nomen ex ellipsi vocis gr. θηριακή (sim.) ortum esse videtur.*

echidna, -ae *f.*, ἔχιδνα. *scribitur*: echinn-: *infra l. 51. 62 sq.* echidr-: *infra l. 53.* echima: NOT. Tir. 113, 29. GLOSS.[L] I Ansil. EC 6 ec⟨h⟩idne vipere. *inde ab* OV. (*infra l. 57. 58 bis. 59*). *i. q. vipera (feminina), anguis, serpens*: **1** *proprie*: **a** *generatim*: AVG. c. Faust. 31, 3 p. 759, 1 vescamini ... necesse est passim beluis omnibus et -innis (*codd.*, -idn- *Zycha*) et colubris ac reliquo omni genere serpentino. POL. SILV. chron. I p. 543, 33 cenoris. ansisbena. -idra. schitale. pagurus (*cf. Lucan. 9, 709 sqq., unde hic serpentium index repetitus est; desunt tamen ap. Lucan. et* -a *et* cenoris, paliurus *al*). NOT. Tir. *v. supra l. 47.* **b** *speciatim de famosis fabularum serpentibus: de hydra Lernaea*: OV. met. 9, 69 Acheloe ..., pars quota Lernaeae serpens eris unus -ae (9, 158 Lernaeae virus -ae. fast. 5, 405 Lernaeae sanguis -ae). *de Furiarum anguibus*: OV. met. 10, 313 stipite te (*sc. Myrrham incesto patris amore inflammatam*) Stygio tumidisque adflavit -is e tribus una soror. **2** *in similitudine de faenore*: AMBR. Tob. 12, 41 -inna (*codd. praeter V* [-idn-]) quaedam est faeneratoris pecunia, quae tanta mala parturit. -inna tamen fecunda poenis viscera trahens partu suo rumpitur et morte materna docet subolem non esse degenerem in matrem. *v. et Onom.*

echidnaeus *v. Onom.*

[**echidnion,** ἐχίδνιον. *nomen herbae viperinae*: PS. APVL. herb. 5, 6 (*rec. β interpol.* p. 35 adnot.) H.-S. Graeci elenion, idem -on *eqs.*]

echidra *v.* echidna.

[σ]**ἐχιναστρουμ,** *i. q.* γεράνιον: DIOSC. 3, 116 *RV* γεράνιον ... *Ῥωμαῖοι -ουμ* (σεχ- *R*, δεχ- *HDi, corr. Wellmann*). *cf. Stadler, Archiv 10 (1898), 96.*

ἔχινατον **echinatum** GLOSS. III 318, 58 *post* ἄλληκα allecem (518, 42 exynaton -um). [*fort.* 'cibus de echino confectus'. *Heraeus.*]

echīnātus, -a, -um. *ab* echinus. *aculeos habens echini instar, i. q. aculeatus, hirsutus*: PLIN. nat. 15, 92 nuces vocamus et castaneas ... armatum iis -o calyce vallum (16, 20 robori parva *glans est*, cerro tristis, horrida, -o [ecyn- *vel* ecin- *codd.*] calyce ceu castaneae). 22, 24 *glycyrrhiza* sine dubio inter aculeatas est, foliis -is, pinguibus tactuque cumminosis. 27, 71 in cacumine capitula sunt -a spinis (*sc. dipsaci herbae*).

echīneus, -a, -um. *ab* echinus. [*scribitur* ecneus.] *i. q. ab echinis oriundus*: ANON. med. ed. Piechotta 148 ad fluxum san-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

guinis. stercus ecneum sanat sanguinis fluorem. [*ibid. in addit.*: quod dicit ecneum, quomodo obiferi transmarini *eqs. v. Piechotta p. III.*]

echīnomētra, -ae *f.*, *ἐχινομήτρα. species echinorum*: PLIN. nat. 9, 100 ex his (*sc. echinis*) -ae appellantur, quorum spinae longissimae, calyces minimi.

[**echinophoroe** *vet. lect. vulg.* PLIN. nat. 32, 147; *v.* actinophoroe *vol. I 437, 84.*]

? **echīnopodion,** **ἐχινοπόδιον. species herbae*: PS. APVL. herb. 18, 26 H.-S. alii aspaltion, alii policarpon, ... alii -n (erino-, quino- *codd.*; *χνοπόδιον vel χνωπόδιον codd. Diosc. gr. 4, 4, 1*). *an* **χνοποδιον?*

echīnopūs, -podis, *ἐχινόπους. nomen herbae*: PLIN. nat. 11, 18 ceras ex omnium arborum satorumque floribus confingunt, excepta rumice et -ode; herbarum haec genera.

echīnus, -ī *m.*, *ἐχῖνος. de orthographia*: eci-: PLAVT.(*?*) *v. infra l. 69.* VARRO *l. 71*, PLIN. nat. 31, 95 *cod. V.* 32, 58 *VR*, CHIRON POL. SILV. *l. 61*, DIOSC. *v. et p. 44, 9.* et(h)i-: *v. l. 30 bis.* echinn-: CALP. ecl. *p. 46, 54.* echynn-: PLIN. VAL. *p. 46, 11. 17.* *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 578, 11 -us generis masculini, ut Horatius (*sat. 2, 4, 33 infra l. 71*). *neutr.* -um*?*: PS. DIOSC. herb. fem. 1 *p. 46, 59.* *de declinatione: gen. plur.* -um: APVL. apol. 35, *v. infra l. 52.* *acc. plur.* -us (*?*): LVCIL. 1158, *v. p. 46, 31.* *de notione*: GLOSS.^{L} Corp. E 15 piscis vel scel (*anglos.*). IV Plac. E 26 ecini animalia sunt quae in littoribus gignuntur parva, quorum caro ... dulcis est ⟨et⟩ duplex testula spinis aculeata in modum castanearum, quando adhuc opertae de arboribus cadunt (*v. p. 46, 51*). *v. etiam p. 46, 52.* *legitur inde a* PLAVTO (*infra l. 68. 69*), ENN. (*l. 77*), LVCIL. (*l. 37. p. 46, 31*). [*neap.* ancina. *M.-L.*] [*dub.*: GREG. TVR. Franc. 8, 40 p. 353, 4 ethynum (ech- *A 1*). *ibid. l.* 15 vasa ... ethyni (ech- *A 1, D 5*), *cf. supra l. 17 et p. 44, 9.* *confusum cum* echenais: *v. p. 44, 15.*] *v. et Onom. de re v. Delbrück, PW V 1921, 65 sqq.*

i. q. *ἔχῖνος*: **I** *proprie de bestia* (*cf.* GELL. 14, 1, 31 de muscis aut vermiculis aut -is, multis aliis minutissimis terra marique animantibus): **A** *de -o marino* (*'echinus esculentus' L.*): **1** *generatim* (*in similitudine de pomo aculeis infixo infra l. 65*): LVCIL. 1201 (*proverb.*) luna alit ostrea et inplet -os, muribus fibras et iecur (*Keller*, pecu *codd.*) addit (VARRO ling. 5, 77 in conchyliis aliqua ex Graecis ut peloris, ostrea, -us. AMBR. hex. 5, 1, 2 concae saxis, ostreae adhaerebant profundis, adolescebant -i. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 23 p. 70, 23 ostrea vel conchilia vel -i. ISID. nat. 19, 2. *v. et l. 68 sqq. p. 46, 5*). PLIN. nat. 1, 9, 51 de pinotere, de -is, de cocleis. 1, 32, 20. 9, 40 *alia* crustis et spinis *integuntur* ut -i. 9, 100 ex eodem (*sc. cancrorum*) genere sunt -i, quibus spinae pro pedibus. 9, 115. 147 pectines et -os. 9, 164 -i ova pleniluniis habent hieme. 11, 165. 18, 361. 22, 45 *herba chamaeleon* serpit in terra -i modo spinas erigens (*an 'erinaceus'?, v. s. B, p. 46, 21. sim.* DIOSC. 3, 8). 28, 67 -orum ... spinis inhaerentibus *urina prodest* (MARCELL. med. 34, 33 si -i aculei pedibus inhaeserint ..., in lotio humano calenti pedem diu tene. DIOSC. 2, 64 punctionibus aecini; *gr. 2, 81, 1 πρὸς νύξιν τῶν θαλασσίων ἐ.*). MART. 13, 86 -i. *ibid.* 2 cortice deposita mollis -us erit. APVL. apol. 35 cancrorum furcas, -um (*v. supra l. 22*) caliculos, lolliginum ligulas. AVSON. 415, 12 horrens capillis ut marinus asperis -us, *sc. Philon* (*cf.* AMBR. hex. 5, 9, 24 -us, animal exiguum, vile ac despectabile, maritimum loquor [*sim.* EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 942^{B}, *gr. p. 160^{A} ὁ θαλάσσιος ἐ.*]. DIOSC. 3, 8 ecino maritimo, *gr. 3, 8, 1 ἐ. θαλασσίῳ. v. et p. 46, 36. 61*). SCHOL. Hor. carm. 2, 7, 23 -is [concharum] (*rVcp*, conchis -orum *γ*). CHIRON 184 aspredo -o (exhi- *cod.*) similis. AVG. civ. 5, 6 p. 198, 31 D. PS. DIOSC. herb. fem. 6 p. 594, 1 K. POL. SILV. chron. I p. 543, 30 perna. musculus. bucina. ecinus. EVSTATH. Bas. hex. 7, 5 p. 942^{C} (*gr. p. 160^{A} τὸν ἐχῖνον*). *ibid.* SIDON. carm. 18, 9 (*Lucrinum stagnum*) Puniceis ornatur litus -is. BOETH. cons. 3, 8 carm. 14 asperis ... -is. ISID. orig. 12, 6, 57 *v. p. 46, 27.* *nota* (*v. supra l. 36*): PETRON. 69, 7 insecuta sunt Cydonia etiam mala spinis confixa, ut -os efficerent (*cf. et p. 46, 51*).

2 *de usu: adhibetur*: **a** *inter alimenta et edulia*: PLAVT. Rud. 297 -os, lopadas, ostrias, balanos captamus, conchas (Paras. med. frg. 3 addite lopadas, -os [eci- *codd.*], ostreas. AFRAN. com. 142 conchas, -os, ostreas marinas. VARRO Men. 173 non posse ostrea se Romae praebere et ecinos. HOR. sat. 2, 4, 33 ostrea Circeiis, Miseno oriuntur -i [IVV. 4, 143 Circeis nata forent ... ostrea callebat ... et semel aspecti litus dicebat -i]. SEN. epist. 95, 26 ostrea eatenus circumcisa, qua eduntur, intervenientibus distinguebantur -is. 95, 28. PLIN. nat. 31, 95 allex pervenit ad ostreas, -os, urticas maris. PLIN. epist. 1, 15, 3 MACR. Sat. 3, 13, 12. *cf. etiam supra l. 37*). ENN. frg. var. 44 purpura, muriculi (marr- *trad.*), murex, dulces quoque -i. HOR. sat. 2, 8, 52 inulas ego primus ... monstravi incoquere, inlutos Curtillus -os. epist. 1, 15, 23 utra magis piscis et -os aequora celent. PALLAD. 2, 16 tit. *de* lardi et pernarum confectione et -i et rapis. 2, 16 lardi, -i salsi (EDICT. Diocl. 5, 9 [*a. 301*]. APIC. 7, 262. 9, 428. 429 -is salsis [salis *codd.*]). 13, 6 tit. de -is et pernis et lardo saliendis (*cf.* 13, 6 -i carnes salibus condire). EDICT. Diocl. (*a. 301*) 5, 7 -i. 5, 8 -i recentis purgati (APIC. 4, 133 -os recentiores). APIC. 9, 425. 426. 440 trito ... -o. CASSIOD. var. 3, 48, 4 -i qui sunt mella carnalia. COD. Iust. 4, 59, 2, 1 (*a. 483*) iubemus, ne quis ... piscis vel pectinum ... aut -i vel cuiuslibet alterius ad victum ... pertinentis speciei ... monopolium audeat exercere.

b *in medicina*: CELS. 2, 29, 2 *alvum movent* ostrea, pelorides, -i, musculi (CAEL. AVR. acut. 2, 37, 210 si haec omnia [*sc. squillae sim.*] fastidio erunt, dabimus ostrea et -os). PLIN. nat. 32, 58 contra dorycnium -i maxime prosunt. 32, 67 *alopecias replet* -i *cinis* cum carnibus suis cremati. 32, 72 -i ex aceto epinyctidas tollunt. 32, 88 -i testis contusis (*cf.* 32, 106 -orum testae contusae. PLIN. VAL. 3, 29 -ynnorum). 32, 103 -i ... cum spinis suis contusi et e vino poti calculos *extrahunt* (*sim.* 32, 130). 32, 127 -orum testae cinis (MARCELL. med. 15, 54 testae -orum ex aceto tritae). 32, 148. CHIRON 767 equam si volueris praegnantem fieri ... salmentum, ecinum, scillam ... impones ex vino (768). MARCELL. med. 26, 25 ad dysuriam ... et calculum -os tere cum aculeis suis. PLIN. VAL. 5, 5 pisces dabis, -ynnos et pectines. DIOSC. 2, 1 de ecino marino. ecin[in]u maritimus saporem in se retinet, eustomachum est, ventrem mollit, diureticum est (*gr. ἐ. θαλάσσιος εὐστόμαχος, εὐκοίλιος, οὐρητικός*). ORIBAS. syn. 4, 28.

B *de -o terrestri ('erinaceus Europaeus' L.), i. q.* ***erinaceus***: AMBR. hex. 6, 4, 20 -us iste terrenus, quem vulgo iricium vocant (DIOSC. 2, 2 de ecino terreno. ecini terreni corium *eqs., gr. τοῦ χερσαίου ... ἐχίνου*). CLAVD. carm. min. 9, 17 sed non haec acies ritu silvestris -i fixa manet *in hystrico.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 959^{A} -um terrestrem captaverunt ([*gr. p. 193^{B} τὸν χερσαῖον ἐ.*]. ISID. orig. 12, 6, 57 -us [*v. p. 45, 64*] a terrestri -o nomen traxit, quem vulgus ericium vocat). *v. etiam p. 45, 47.*

II *translate de rebus speciem -i prae se ferentibus*: **A** *spectat ad formam convolutam -i*: **1** *genus maioris cuiusdam vasis ampullacei*: LVCIL. 1158 -us (*acc. plur.?*) †chinnabam infectas (*cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 6, 117 -um Lucilius sic dixit, quasi scorte⟨a⟩ ampulla sit. *Marx ad l.: fort. 'vasa olearia'*). HOR. sat. 1, 6, 117 (*in cena*) adstat -us vilis, cum patera guttus, Campana supellex (PORPH. *ad l.*: hic ... vitream ampullam intellegere debemus. SCHOL. *ad l.*: vas in modum -i marini. alii lignum dicunt cum uncinis in quo ponuntur calices. alii ... vas ubi lavantur calices, alii ampullam vitream [*cf.* PORPH. *supra l. 32*]. alii ... vas aenum *eqs. at errare videntur scholiastae, translatio enim potius orta est ex eo usu, quem s. 2, l. 41 sqq. habes. cf. Heinze ad l.*).

2 *in architectura: de toro, qualis est in capitulo columnarum*: VITR. 4, 3, 4 (*in col. Doricis*) crassitudo capituli dividatur in partes tres, e quibus una plinthus cum cymatio fiat, altera -us cum anulis, tertia hypotrachelion (4, 7, 3 capituli ... crassitudo dividatur in partes tres, e quibus una plintho ... detur, altera -o, tertia hypotrachelio).

3 *de forma edulii porcini*: CLAVD. 20, 449 sus turpe gemit, quotiens Hosius mucrone ... armatur ... secumque volutat, quas figat verubus partes, quae frusta calenti mandet aquae quantoque cutem distendat -o.

B *spectat ad aculeos -i*: **1** *de cortice spinoso castaneae* (GLOSS. V 619, 20 hirsuta domus castaneorum): CALP. ecl. 2, 83 dabimus ... castaneas ... nuces ..., cum sole Decembri maturis nucibus virides rumpentur -nni. PALLAD. 14, 155 *Phyllis* castaneam ... trucem depulsis cogit -is mirari fructus levia poma sui. SERV. ecl. 3, 53 'castaneae hirsutae': adhuc intra -os suos locatae. *aliter p. 45, 65.*

2 *nomen herbae spinosae*: PS. DIOSC. herb. fem. 1 p. 590, 1 K. nomen herbae -um (hecinum *cod.*), quam Afri sefriam vocant (*gr. 3, 12, 1 ἄκανθα λευκή. cf. ibid.* p. 591, 6 in capite eius globi quidam spinosi, -o marino similes).

echion *n.*, *ἔχιον et* **echios** *f.*, *ἔχιος*. eci-: *infra l. 65. 73. de formis*: -on: DIOSC. *infra l. 73.* *gen.* -u: MARCELL. med. 20, 115 (*Niederm.*, -chus *P*, -ios *L*; *nam cf.* PS. APVL. herb. frg. p. 220 l. 19 H.-S. eciu *in loco ex Marcello repetito*). -os: PLIN. nat., *v. infra l. 68. 69. inde* -on *acc.*: PLIN. nat. 25, 104; *v. infra l. 69.*

species herbae: **1** *i. q. 'echium plantagineum' L.* (*cf. et* echis): PLIN. nat. 1, 25, 58 -os, genera III, medicinae II. 25, 104 -os utriusque generis puleio similis. *ibid.* quidam -on personatam vocant, cuius *eqs.* MARCELL. med. 20, 115 iunci seminis, euforbi, -u (*v. supra l. 64*) radicem, hoc est capsellae (*inde* PS. APVL. herb. frg. p. 220 l. 19 H.-S., *v. supra l. 65*). **2** *i. q. 'ocimastrum'*: DIOSC. 4, 27 ocimoides multi et [st]ecion dixerunt (*gr. 4, 28 ὠκιμοειδές· οἱ δὲ καὶ ταύτην ἔχιον καλοῦσιν*). *v. s.* acion *vol. I 415, 56 et cf. p. 44, 44.*

echis *f.*, *ἔχις*. *herba q. e. echion* (*1*): PLIN. nat. 1, 22, 24 pseudoanchusa, quae (*Mayh.*, sive *codd.*) -is sive doris (22, 50 est et alia *anchusa* similis, pseudoanchusa ob id appellata, a quibusdam vero -is aut doris. *cf. Diosc. 4, 27 ἔχιον· οἱ δὲ Δωρίδα*).

echītēs *m.*, *ἐχίτης et* **echītis** (*f.?*). *nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 72 carcinias, -is, scorpitis, scaritis *eqs.* 37, 187 ab animalibus cognominantur *gemmae*: carcinias ... cancri colore, -is viperae, scorpitis scorpionis *eqs.* ISID. orig. 16, 15, 18 -es vipereas maculas exprimit. [PLIN. nat. 24, 239 *v. s.* aetiten, *vol. I 1160, 21.*]

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ēchō *f.*, *ἠχώ*. *de declinatione*: *acc.* -o: SEN. contr. 7, 7 (22), 19 *v. l. 8. 45.* SERV. *infra l. 29. 31 bis.* HIER. epist. *l. 34.* -ōn: STAT. silv. 4, 3, 63, *v. l. 22.* *de prosodia*: ēchŏ: DRAC. *l. 50.* GLOSS.^{L} I Ansil. EC 20 ec⟨h⟩o vox aerum resonans in silva. IV Plac. E 29 imago vocis quae in concavis locis resultat offensa ac resonat. GLOSS. IV 412, 48 vox incondita a⟨d⟩ saxa vel moenia. *extat inde a* CVLICE (*l. 14*). [*corruptum in* hoc *sim., ubi recte restituitur*: SEN. contr. 7, 7 (22), 19 (*Schott,* hoc hoc *codd.*). PORPH. Hor. carm. 1, 12, 3 (et hoc *M*). HIER. epist. 50, 5, 5 (et hoc *codd.*). *coni.*: CORIPP. Iust. 2, 166 (*Partsch*, equo(r)). *v. et p. 43, 74.*] *cf. Onom.*

1 *proprie de soni repercussu (fere i. q. species, imago, opp.* oratio: *l. 36; singulariter de ipso sono: l. 40*): CVLEX 152 sonitus alit aeris -o. IMP. Nero carm. frg. 3, 4 p. 131 M. (= 4, 4 B.) 'euhion' ingeminat, reparabilis adsonat -o (CORIPP. Ioh. 4, 682 Massiman assonat -o. Iust. 2, 166 clamoribus adsonat -o, *v. supra l. 10. cf.* CORIPP. Ioh. 4, 679 tunc omnis consonat -o gentibus). CALP. ecl. 4, 28 mea carmina nemo praeter ab his scopulis ventosa remurmurat -o. PLIN. nat. 1, 2, 44—48 qua ratione -o reddatur. 1, 36, 23 -o septiens resonans (VVLG. sap. 17, 18 resonans de altissimis montibus -o, *ἠχώ*). 11, 65 inimica et -o est *apibus* resultanti sono. STAT. silv. 3, 1, 129 terris ingens redit aequoris -o. 4, 3, 63 atque -on simul hinc et inde fractam Gauro Massicus uvifer remittit. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 3 (*sim.* SCHOL. *ad l.*) 'iocosa . . . imago' -o (*v. supra l. 9*), quia velut ludens respondet (NEMES. ecl. 1, 73 reboant te, quidquid carminis -o respondet, silvae). ANTH. 388^{a}, 1 heia, viri, nostrum reboans -o sonet heia. SYMPH. 307 tit. AVSON. Mos. 297 resonantia utrimque verba refert mediis concurrens fluctibus -o. SERV. ecl. 10, 7 'respondent omnia silvae' per -o (georg. 3, 45 SERV. auct. Aen. 8, 420). georg. 4, 50 resonat -o repercussa (auct. *ad l.*: quae graece *ἠχώ*, latine imago dicitur). Aen. 3, 674. 5, 149 propter -o. 8, 420 'auditi referunt gemitus' -o breviter significavit. AMBR. hex. 6, 9, 62 responsa suavia referens -o resultat. HIER. epist. 50, 5, 5 audiat tot interiacentibus terris, fluctibus, populis saltim -o (*v. supra l. 10*) clamoris mei. PRVD. perist. 10, 980 esto, ut resultet spiritus vacuo specu (*sc. oris, cum lingua abscisa est*), -o sed extat inde, non oratio (*v. supra l. 12*). AVG. soliloq. 2, 6, 12 in deterioribus vel -o testis est vel tinnitus ille ipsarum aurium (*sc. in auditu similitudinem falsam inesse*). ZACCH. 1, 13 p. 1081^{A} si -o loquenti . . . coaequanda est. *nota: i. q. sonus* (*v. supra l. 13*): ITALA act. 2, 2 (cod. d) factum est repente caelo -o (*ἦχος*, VVLG. sonus).

2 *metonymice*: **a** *spectat ad iterationem et repetitionem eorundem sive verborum sive sonorum: in declamatione*: SEN. contr. 7, 7 (22), 19 hoc sententiae genus (*sc.* 'cavete proditionem' *et in ineunte et exeunte orat. additum*) Cestius -o (*v. supra l. 9*) vocabat. *in versuum genere* (*v. s.* echoicus): MART. 2, 86, 3 nec retro lego Sotaden . . . (*i. vs.* '*reciprocum*'), nusquam Graecula quod recantat -o. **b** *de lingua hominis voluntatem edente*: DRAC. laud. dei 3, 683 interpres mentis, secreti pectoris index, -ŏ (*v. supra l. 4*) voluntatis tacitae vel cordis imago.

ēchoicus, -a, -um. *ab* echo. *de certa hexametri specie*: SERV. gramm. IV 467, 4 de -o *metro.* -um est, quotiens sonus ultimae syllabae paenultimae congruit, ut est hoc 'exercet mentes fraternas grata malis lis' SIDON. epist. 8, 11, 5 faciebat . . , versus . . exactos tam pedum mira quam figurarum varietate: hendecasyllabos lubricos . . . , hexametros crepantes . . . , elegos vero nunc -os, nunc recurrentes (*i.* '*reciprocos*'), nunc per anadiplosin fine principiisque conexos.

***?* ecitium.** CORP. X 1596 (*a. 134*; Dessau 4271) -um tauroboliu⟨m⟩ (*?*) Veneris (*fort.* 'equitium').

[**ecitrem** *v.* 1. cerritus, *vol. III 878, 67.*]

***?* ecitum** periculum GLOSS.^{L} Corp. E 16 (*pro* exitium).

eciu *v.* echion *p. 46, 65.*

eclēptor, -ōris *m.*, *ἐκλήπτωρ*. *i. q. exceptor*: NOVELL. Iust. 134, 2 p. 679, 10 in quibus . . . provinciis aut vindices aut -es sunt fiscalium *eqs.* *K.-M.*

eclīgma, -atis *n.* *ἔκλειγμα*. *in codd. passim scribitur* elig-, *cf. Niedermann ad* MARCELL. med. 16, 61 (eclig- *in* PLIN. nat. *codd.*: 20, 250 *FdE.* 23, 25 *E.* 23, 145 *E.* 23, 153 *omnes, ut vid.* 24, 38 *dE.* 24, 144 *E.* 24, 145 *dE.* 26, 33 *dE.* 26, 55 *praeter rE.* 26, 110 *d.* 27, 104 *d* (*?*). 27, 118 *d, al.* 28, 193 *d*; et lig-: 20, 250 *V*; et lec-: 22, 33 *R*; ligm-: 20, 161). *exceptis locis l. 78. 79. p. 48, 2. 3. 9 allatis non legitur nisi abl. sing.* [*vix huc pertinet* GLOSS. III 600, 14 eligmon *q. v.*]

i. q. electarium, genus medicamenti quod lambitur: PLIN. nat. 20, 161 *cuminum datur* in posca ⌊et in⌋ (⌊item⌋ *Mayh. in schedis*) -e (*Pintian.*, ligmate *codd.*) cum melle (26, 55. 110; *cf.* e melle: 24, 145 *et p. 48, 1*). 20, 250 ad pthisim utilissime ⟨e⟩ semine *lini* fiunt -ta. 21, 155 -e faciles excreationes facere *thymi genera.* 22, 33. 23, 25 -a ex ea *radice* fit suspiriosis. 23, 144 *amygdalae* sanant . . . ex aqua potae, ⟨s⟩et saepe et -e (-ta *codd.*) cum resina terebinthina (*Diosc. mat. med. 1, 23 σὺν ὕδατι πινόμενα ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ*). 23, 145 prosunt -e ⟨cum lacte *add. Mayh.*⟩ iocineri (*Diosc. l. c. γάλακτι ἐκλειχόμενα*). 23, 153. 24, 38. 144. 26, 33. 27, 104. 118. 28, 193 pulmo cervinus . . . tusus ex melle cotidiano -e (*inde* MARCELL. med. 16, 61 adiecto melle -is modo). GARG. MART. med. 42 fit ex isdem mālis -a (*Rose*, endigma *codd.*) perquam elegans.

eclīgmatium, -ī *n.*, **ἐκλειγμάτιον*. *scribitur* el- (*cf. Niedermann ad* MARCELL. med. 16, 61), hel-, elim-, elecm- (et lim-: THEOD. PRISC. log. 71 *V*). GLOSS. III 601, 4 quasi electuarium. *i. q. ecligma*: MARCELL. med. 16, 103 compositio -i (17, 52). 16, 104 descriptio -i. THEOD. PRISC. eup. faen. 53 pro -o adhibentur. log. 59 his -a vel potiones dari faciam. 71 conficio ex his -a (eligmata *Berol.*) commoda suspiriosis. 91 unum cocleare ieiuno pro -o dabo (98). *ibid.* coquetur ut -um. CAEL. AVR. chron. 2, 13, 167 -um (clygmatium *trad.*) supradictorum sucorum.

eclīpes *v.* ellipes.

eclīpōn (-ον), *ἐκλείπων*. PS. SORAN. quaest. med. 182 quid est -n (*i. intermittens*) pulsus?

eclīpsis, -is *f.* *ἔκλειψις*. *terminatur sing. gen. in* -is (*l. 43*), *acc. in* -in *sive* -im, *abl. in* -i, *plur. nom. et acc. in* -es *vel* -is (*v. l. 29. 30. 31. 41. 42*). *saepe scribitur prior per* ae-, he-, (a)cg-, *secunda per* -lyp-. *cf. quae ad vocem* ellipsis *notata sunt.* GLOSS.^{L} Corp. E 14 defectio solis aut lunae (*cf. infra l. 34*). [CHIRON 290 VINDIC. med. 33 THEOD. PRISC. log. 38 *traditur* glips- *vel* clyps-, *de his locis dubites, utrum emendandum sit* -is (*ea significatione, quae infra sub 2 affertur*) *an* thlipsis (*i. angustiae, cf.* THEOD. PRISC. *l. c.* -is vel augustias *et vol. III 1343, 9 sqq.*).]

1 *i. q. defectio, obscuratio solis vel lunae*: VARRO Men. 231 (Serv. auct. georg. 2, 478) -is (*sc. solis*) quando fit (*Vrsinus*, sit *codd.*), cur luna laboret (CAPITOL. Gord. 23, 2 -is solis facta est. HYG. astr. 1 praef. p. 21, 12. 4, 14 p. 115, 18. 20. 116, 15 ISID. nat. 18, 4). RHET. Her. 3, 22, 36 -is solis mirantur, quia raro accidunt, et solis -is magis mirantur quam lunae. PLIN. nat. 1, 2, 72 ubi -is non appareant et quare. 2, 53 productus ad praedicendam -im (*ibid.* defectus). SVET. frg. 121 p. 170, 6 (= ISID. nat. 6, 3) ut *luna* . . . tenebras totius orbis efficiat, quod dicitur -is. 135 p. 211, 10 (= SCHOL. Germ. Sang. p. 194, 7) sol -in patitur, quod latine defectio dicitur (SERV. Aen. 1, 742 COMMENT. Lucan. 1, 78. 9, 695 MYTHOGR. 2, 19 FAST. Vind. I chron. I p. 285, 215 CHRON. Gall. chron. I p. 653, 544 rec. B). EPIST. Alex. p. 191, 26 de solis lunaeque -i (*cf.* p. 212, 21). SERV. Aen. 1, 568 Atreum . . . primum solis -in invenisse (HYG. fab. 258 p. 143, 23). SCHOL. Hor. epist. 1, 12, 18 -in significat. HYG. astr. 4, 14 p. 116, 9 lunae . . . -is sic evenit. AMBR. hex. 6, 2, 8 quemadmodum . . . lunae globus -is faciat. epist. 34, 7 quoties sol . . . obtexitur nubibus . . . , oriuntur -es. CASSIOD. art. 7 p. 1218^{A} (= ISID. orig. 3, 58. 59). var. 12, 25, 2 *solis* -is (*gen.*) momentaneo defectu. ISID. nat. 20. 21. *metaphorice*: FACVND. defens. 6, 5 p. 679^{C} habeatur . . . velut -is quaedam luminarium Theophili et Cyrilli.

2 *in medicina i. q. defectio, alienatio animi* (*cf. supra l. 22sq.*): GREG. TVR. Mart. 3, 10 ut plerumque -im generaret *dolor.*

3 *in grammatica*: *v.* ellipsis, ecthlipsis.

syn.: damnum, defectio, defectus, deminutio, labor, latebrae, obscuratio.

eclīpticus, -a, -um, *ἐκλειπτικός*. *i. q. defectivus*: **1** *t. t. astrol.* (*cf. Boll, Arch. f. Pap.-Forsch. 1, 1901, 497; Wageningen ad Manil. 4, 818. 848*): MANIL. 4, 818 quae sint -a Graio nomine *signa* (4, 848). **2** *t. t. astron.* (*cf. Rehm, PW V 2208 sqq.*): PLIN. nat. 2, 68 *stellarum* stationes *fieri* in mediis latitudinum articulis, quae vocant -a. MACR. Sat. 1, 17, 58 solis meatus licet ab -a linea numquam recedat (somn. 1, 15, 10 SERV. auct. Aen. 10, 216 *cod. D*). somn. 1, 6, 53 qui locus appellatur -us.

ecloga, -ae *f.*, *ἐκλογή*. *saepe scribitur* eg-, *interdum* (h)ae-. [*dub.*: CORP. VIII 18864 facilis in c⟨omponendis egl⟩ogis, *coni. Mommsen.*]

1 *i. q. pars scriptorum ex amplioribus libris excerpta*: VARRO frg. Char. gramm. p. 154, 22 B. -as ex annalei descriptas. HIER. vir. ill. 24 *Melito* scripsit . . . -arum libros sex. GENNAD. vir. ill. 43 Pelagius . . . scripsit . . . pro actuali conversatione -arum ex divinis scripturis librum unum. RVFIN. hist. 4, 26, 14 ex his (*sc. scripturis sacris*) . . . -as (*ἐκλογάς*) tibi, id est excerpta testimonia . . . transmisi. *praecipue carminum, inde de quovis poematio brevi* (GLOSS. pars carminis, quae definit auctor seu scriptor. quasi interlocutio dra[gi]matico charactere inducitur. cantiones in carminibus. *falsa interpretatione*: -am eulogiam. *inepta quoque definitio* SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 1. *cf. Knaack, PW V 1930 sq.*): STAT. silv. 3 praef. 23 summa est -a (*3, 5*), qua . . . Claudiam meam exhortor. 4 praef. 26 iuncta est -a (*4, 8*) ad . . . Iulium Menecratem. PLIN. epist. 4, 14, 9 sive epigrammata sive idyllia sive -as sive . . . poematia . . . vocare malueris, . . . ego tantum hendecasyllabos praesto. AVSON. 324, 3 quid ego huic -ae studiose patrocinor? SYMM. epist. 3, 11, 4 -arum *Naucelli* ordo confusus est. SIDON. epist. 9, 13, 2 vers. 12 per varii carminis -as. 9, 15, 1 sive oden hanc ipsam mavis vocare sive -am. -ae *appellantur poemata Vergili bucolicorum* (DON. vita Verg. l. 30 Br. DIOM. gramm. I 522, 8 in -a proseuctice Vergilii. EXPLAN. in Don. gramm. IV 487, 18 sqq. SERV. ecl. prooem. p. 3, 10. 15 ecl. 2, 11. 3, 1. 4, 1. PROB. Verg. ecl. praef. p. 329, 13 omnium specierum -as in bucolicis posuit. FVLG. Virg. cont. p. 83, 13 sqq. AVG. civ. 10, 27 p. 445, 8 D.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. DON. vita Verg. l. 172 Br. innominatus quidam rescripsit antibucolica, duas modo -as, sed insulsissime *παρῳδήσας eqs.*), *Theocriti* (SERV. ecl. 8, 1), *Valgi* (SCHOL. Verg. Veron. ecl. 7, 22), *Horati tam carminum* (PORPH. Hor. carm. 4, 4, 1 epod. 4, 1. 6, 1. 9, 11 sq. 16, 1. 17, 1. 14 FORTVN. gramm. VI 300, 29. 302, 10. 303, 23 AVSON. 335, 4. *nota*: SCHOL. Hor. p. 2, 13 in Horatio ... oden, non -am dici, quia -a Vergili bucolicorum est) *quam sermonum* (SVET. vita Hor. p. 46, 12 PORPH. Hor. sat. 2, 2, 1 epist. 1, 6, 1. 1, 7, 1 SVBSCR. Hor. sat. 1, 3—10 *codd. Fλω*), *Stati aliorumque poetarum, v. p. 48, 72 sqq.*

2 *i. q. electio diligens*: PS. IVL. RVF. schem. lex. 41 p. 58, 3 *sqq.* figura per -am verborum ... adverbiorum ... nominum (42. 44).

deriv.: eclogarius. *cf. Onom.*

eclogārĭus, -ī *m. ab* ecloga. *i. q. loci diligenter electi* (*cf.* electorum commentarii PLIN. epist. 3, 5, 17): CIC. Att. 16, 2, 6 notentur -i, quos Salvius ... in convivio dumtaxat legat.

Rubenbauer.

eclūtrum, *ἔκλουτρον. genus vasis*: LIV. ANDR. carm. frg. 4 (5) M. argenteo polubro aureo -o (et glutro *codd.; cf. Hom. Od. 1, 136 sq.*). *v. et* eglutrum.

ecmelēs, *ἐκμελής. def. l. 23.* BOETH. mus. 5, 11 p. 361, 6 non unisonarum ... vocum aliae ... sunt aequisonae, aliae consonae, aliae emmelis (*opp.*), aliae dissonae, aliae -is (*g*; ek- *h, k, o*). *ibid.* 361, 16 -is (ek- *codd.*) vero, quae non recipiuntur in consonantiarum coniunctione, de quibus paulo posterius in divisione tetrachordorum dicemus (*non extat*).

ecnephiās *m.*, (*ὁ*) *ἐκνεφίας* (*ἄνεμος*), *cf.* SEN. nat. 5, 12, 1 sunt quaedam genera ventorum, quae ruptae nubes et in pronum solutae mittunt: hos Graeci ventos *ἐκνεφίας* vocant. PLIN. nat. 1, 2, 49 -s, typhon. 2, 131 quae (*procella*) vocatur a Graecis -s. *ibid.* id est vibratus -s. 2, 133 non fit ... aquilonius typhon, nec nivalis aut nive iacente -s.

eco *v.* ego. **econes** *v.* egones.

✖ē contrā *et* ēcontrā *adv. (partic. v. infra l. 76), praep. (?, v. p. 50, 62), ab* e(x) *et* contra. *scribitur*: ae-: BAVDON. prol. p. 377, 11. GLOSS.^{L} III Abstr. EC 3 e diverso (*cf.* ER 10 e regione, e latere). *legitur inde ab* (*v. et infra l. 38 sq.*) ITALA (Sangall.) *v. l. 44*, (Fuld.) *v. p. 50, 21*, AVR. VICT. Caes. 39, 45 (contra *HS recte*), LVCIF. *praeterea habent* VITR. 7 praef. 3 *cod. G*, PAVL. FEST. *v. l. 78. de* TAC. ann. 12, 47 *et* 13, 37, *ubi extat in cod., cf. Hamp, Archiv 5, 1888, p. 350.*

I *adv.*: **A** *sensu locali*: **1** *de situ*: **a** *i. q. ex adverso, e regione opposita: cf. ad notionem* SCHOL. Ter. p. 62, 19 (*ad* Phorm. 88 ex advorsum ilico tonstrina erat quaedam) -a, et est adverbium. ITALA Ezech. 40, 2 (Sangall.) quasi aedificatio civitatis -a (*ἀπέναντι.* VVLG. civitatis vergentis ad austrum). FVLG. myth. 1, 15 p. 25, 7 fit ergo vox quattuor dentibus, id est -a positis, ad quos lingua percutit *eqs.* VVLG. exod. 34, 3 nec videatur quispiam per totum montem; boves quoque et oves non pascantur -a. deut. 32, 52 -a videbis terram et non ingredieris in eam (IV reg. 3, 22. 4, 25. VITA Caes. Arel. 2, 30 vidit -a in foro hominem, qui a daemonio agebatur. quem cum attendisset -a. *aliter p. 50, 15*). IV reg. 2, 7 et steterunt -a longe. 2, 15 filii prophetarum, qui erant in Iericho -a. ROMVL. fab. Aesop. 78, 7 ed. Thiele *rec. vet.* iubet *simius* ... et sibi sedile -a (contra *rec. W*) parari, sicut viderat imperatorem aliquando facere *eqs.* GREG. TVR. Franc. 8, 16 p. 336, 18 ecce templum sanctum -a.

b *fere i. q. in fronte, opp.* post tergum: FVLG. serm. ant. 5 p. 113, 11 Sitium Dentatum centies et vicies pugnasse singulari certamine, cicatrices habere -a quadraginta quinque, pos tergum nullam.

2 *de motu vel actione quae ex adverso loco dirigitur, fere i. q. adversus*: **a** *in universum*: ITALA Ezech. 8, 16 (Sangall.) XX viri posteriora sua dantes ad templum domini et facies suas -a (*ἀπέναντι.* VVLG. facies ad orientem). PS. GARG. MART. p. 212 et sic facies et mittis -a (*sc. in mustum*) mellis partes duas. ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 4, 5 *rec. gall.* milvus -a volans, murem ... rapuit. SIDON. carm. 5, 200 et fingit alumnum: aemulus -a spectat. **b** *speciatim: sensu hostili*: VVLG. II par. 13, 3 Ieroboam instruxit -a (*πρὸς αὐτόν*) aciem octoginta millia virorum. *avertendi causa*: GREG. TVR. patr. 7, 2 p. 688, 10 facto tantum signo crucis -a, verbo daemonia discedere imperabat (17, 3 p. 731, 4. 17, 4 p. 731, 12 faciens signum crucis -a.) 17, 2 p. 729, 34 faciens crucem Christi -a.

B *sensu adversativo: fere i. q. rursus, aliter, oppositum ([p. 50, 57. 61]. saepius coniungitur cum aliis particulis oppositionem significantibus; hic illic ipsum vim particulae adversativae [at, sed, tamen sim.] habet*): **1** *primo sententiae loco ponitur*: PAVL. FEST.' p. 368 vesticeps puer, qui iam vestitus est pubertate, -a investis, qui necdum pubertate vestitus est. LVCIF. non. conv. 9 p. 19, 23 cum te inveniamus dicere patrem non esse verum patrem, ... -a videamus apostolos credidisse in unum deum patrem *eqs.* FILASTR. 79, 1 alii sunt qui dicunt ..., -a autem alter ei opponebat dicens (GREG. M. moral. 18, 35 p. 56^{A} -a autem de flagello damnationis scriptum est). SERV. auct. Aen. 1, 71 et bene Iuno sic pollicetur ..., -a Aeolus ... respondit. 7, 796. SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 101 Naevius tam parcus fuit, ut ..., -a Cassius Nomentanus tam profusus fuit, ut *eqs.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 396^{C} -a vero *eqs.* (PS. PROCL. epist. ad occ. 9 p. 66, 38 -a vero malitia ... probatur). AVG. epist. 130, 4 p. 44, 3 -a (*MFAP^{s}*; et contra *C*; contra *K, ed. Vind.*), si divitiae circumfluant *eqs.* serm. 5, 2 p. 54$^{init.}$ -a sunt qui *eqs.* 245, 2 p. 2197$^{init.}$ -a Iudaeus ..., inquit (*sim.*: ROMVL. fab. Aesop. 19, 2 ed. Thiele *rec. gall.* -a sic ait corvo [32, 7]. *sine verbo*: 27, 22 -a [et contra *al.*] altitonans. 46, 5 *rec. vet.* -a formica). MAXENT. resp. adv. Horm. 50 p. 59, 5 *al.* PETR. CHRYS. serm. 10 p. 213^{B} in plateis, in triviis suum pietas habet secretum: -a platea est, trivium est, cum in secreto facit hypocrita nil secretum. 36 p. 501^{A} domino archisynagogus occurrit ..., -a mulieri dominus non quaesitus occurrit praeteriens. ALC. AVIT. epist. 4 p. 30, 32 -a, si *eqs.* hom. 7 p. 117, 39 -a vides alium ingemiscentem et clamantem (*aliter p. 49, 49 sqq.*). SCHOL. Ter. p. 58, 12 -a Virgilius in I Aen. (p. 65, 13). CASSIOD. in psalm. 24, 6 p. 478^{C} iuvenes ...; -a quidam senes levitatis crimine maculantur. 32, 18 p. 231^{A} ipsos ... respicimus; -a ab illis aspectus avertimus. 72, 1 p. 516^{B}. VITA Desid. 4 p. 631, 27 et quantum vis dei crescebat virtutibus copiosis, -a actis ille foedabatur nefandis. *et al.* **2** *sententiae inseritur*: ITALA II Cor. 2, 7 (Fuld.) ita ut -a magis donetis (*τοὐναντίον.* VVLG. e contrario). AVR. VICT. Caes. 39, 45 honestiorum provectu et -a suppliciis flagitiosi cuiusque virtutum studia augebantur (HIER. epist. 28, 2 p. 228, 9 et -a in psalmis multorum versuum ... non inveniatur *eqs.* PAVL. NOL. epist. 30, 4 p. 264, 22 est quoddam caecum in nobis et videntibus, et -a etiam in caecis videns. PHYSIOGN. 3 p. 6, 2 primo igitur constituendus est animus masculini et -a feminini. ROMVL. fab. Aesop. 58, 7 ed. Thiele *rec. gall.* [*de gallina*] abundat mihi *cibus* et -a [*i.* '*tamen*'] scalpo. 63, 5 *rec. vet.* BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 223, 8. *et al.*). SERV. Aen. 11, 660 inde est -a *eqs.* ecl. 1, 18 'da' dic, sic -a 'accipe ...' id est audi. SCHOL. Pers. 4, 33 ac si -a corpori curando indulgeas FVLG. aet. mund. p. 163, 13 ad vero -a Aman crucem nocte praeparat. HIER. in Ier. 14, 19 p. 774^{A} et nullum est bonum, sed -a turbatio (in Gal. 4, 14 p. 381^{A} RVFIN. hist. 4, 7, 5 [*gr. deest adv.*]. EPIST. pontif. 303 [*Innoc., a. 414*] Migne 56 p. 509^{A} sed -a asseritur. CASSIOD. in psalm. 40, 12 p. 299^{B}). VVLG. gen. 45, 27 illi -a referebant omnem ordinem rei. DIDASC. apost. 20, 21 nonne -a per tuum ipsius os *eqs.* PAVL. NOL. epist. 23, 29 p. 182, 22 et rursus -a ... commonemur. AVG. serm. ed. Mai 53, 2 dominus -a: 'veni ad me' (ROMVL. fab. Aesop. 15, 12 ed. Thiele *rec. gall.* ille agrarius -a. *cf.* 58, 8 Venus -a huic gallinae dicitur. 65, 23 et lupus -a cani. 73, 13 et lupus -a bubulco ait. 75, 3 quidam -a dixerunt. 80, 7 cui ⟨...⟩ anser -a). 71, 1 cum deus hominibus dicat ..., diabolus -a hominibus intimat (*ibid. antea* contra). MACR. Sat. 5, 13, 26. SORAN. p. 76, 2 ut sint tenues et macilentae et pthisicae vel hecticae aut -a (contra *h*) multum pingues et crassae (p. 80, 8). p. 79, 3 *infans* ita duplicatur, ut sedenti similis naticas foris ostendat, vel -a ita duplicatur, ut *eqs.* CARM. ad senat. 69 huic sincera fides aeterna sede fruetur et dolus -a longo cruciabitur igni. EVSTATH. Bas. hex. 5, 5 p. 914^{A} sicut -a, si ager *eqs.* (*gr. καὶ μέντοι καὶ πάλιν λέγεται*). 8, 6 p. 952^{B} laudatur -a circa natos cornicis affectio (*gr. deest adv.*). SALON. in prov. p. 972^{A} unde et -a ... dicturus est. PAVL. PELL. 268 namque et quanta mihi ... potentum gratia praestiterit ... probavi ..., quantum et -a ipsa patronorum mihi ... obfuerint studia. ALC. AVIT. hom. 1, 1 p. 104, 4 Iudas -a ... anathema factus a Christo. BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 386, 10 in negativis vero -a est. VEN. FORT. vita Marcell. 1, 3 verum -a quicumque angustae intellegentiae ariditate torrentur (*inde* BAVDON. prol. p. 377, 11). PALLAD. hist. mon. I 10 p. 285^{A} qui -a fortior *eqs.* (*ὁ δὲ*). RVSTIC. c. aceph. p. 1235^{B} si suspecta sunt, nondum tamen et impia, nec -a rursus, quae accusari ex toto non queant. *et al.*

II *praep. (? v. p. 49, 33): fere i. q. ad alqm.*: ANTH. 378 *praescr.* v. 9 -a episcopum (*cf. praescriptionem v. 1*: a parte episcopi. *nisi potius* episcopus *legendum*).

ē contrārĭō *v.* e(x) contrario *vol. IV 767, 83 sqq. 769, 39 sqq.*

ē conversō *adv. cf. vol. IV 869, 66 sqq., ubi addas: i. q. conversim, e contrario*: BOETH. diff. top. 2 p. 1190^{A} cuius effectio bona est, ipsum quoque bonum est, et -o. herm. sec. 4, 10 p. 279, 12 at vero non -o est (*ibid.* p. 282, 14. 5, 12 p. 386, 21 quemadmodum -o sint *eqs.*). *ibid.* p. 282, 10 sed hoc -o non evenit (p. 284, 15). p. 301, 3 sed non -o. p. 341, 12 ita quoque nunc -o, quae *eqs.* RVSTIC. c. aceph. p. 1179^{D} si enim alius non unus et idem, sicut ostensum est, et aliud non unum et id ipsum, et -o quod unum est, aliud non est (*saepius*).

ēcors *v.* excors.

ecphōnēsis (-is) *f.*, *ἐκφώνησις. scribitur* ecf-: *l. 84. abl.* -i: *l. 81. 83.* [*legitur vox gr.*: RHET. min. p. 112. 24 DON. Ter. Eun. 924 SERV. Aen. 11, 305.] *t. t. rhet., i. q. exclamatio* (*cf.* MACR. Sat. 4, 6, 17 exclamatio, quae apud Graecos *ἐκφώνησις* dicitur, movet pathos. *v. l. 82*): COMMENT. Lucan. 8, 542 'a superi' apostropha cum -i (SCHOL. Stat. Theb. 6, 4. 1 apostrophe cum -i, id est cum exclamatione). MACR. Sat. 4, 2, 4 una nobis Vergiliana oratio, pro exemplo sit 'heu stirpem invisam'. initium cum -i. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 4, 7, 40 (758) illa Ci⟨ceron⟩is ecfonesis 'o tem⟨pora⟩ o mores'.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ecphora, -ae *f.*, ἐκφορά. *plural. l. 5. 8. graecis litteris l. 4. i. q. proiectura*: VITR. 3, 5, 1 *spirae* ad symmetriam sic perficiantur, uti crassitudo ... sit columnae ex dimidia crassitudine proiecturamque, quam Graeci ἐκφοραν vocitant, habeant s(emisse) extantem. 3, 5, 11 omnes -ae venustiorem habeant speciem, quae quantum altitudinis tantundem habe[a]nt proiecturae. 6, 2, 2 quemadmodum etiam in scaenis pictis videntur columnarum proiecturae, mutulorum -ae ... prominentes, cum sit tabula ... ad regulam plana.

ecphys- *v.* effis-. **ecplano** *v.* explano.

ecpyrōsis (-is) *f.*, ἐκπύρωσις. *acc.* -in: *v. l. 22. 23. 25. i. q. incendium vel inflammatio mundi*: NIGID. Serv. auct. ecl. 4, 10 Orpheus *esse ait* primum regnum Saturni, deinde Iovis, tum Neptuni, inde Plutonis; nonnulli etiam, ut magi, aiunt Apollinis fore regnum: in quo videndum est, ne ardorem, sive illa -is appellanda est, dicant. *opp.* cataclysmos: CENS. 18, 11 p. 39, 10 *anni maximi* (*sc. Aristotelici*) hiemps summa est cataclysmos, quam nostri diluvionem vocant, aestas autem -is, quod est mundi incendium. FIRM. math. 3, 1, 9 p. 93, 29 ut originem mundi facili possit ratione ... explicare, praesertim cum CCC milibus annorum maior apocatastasis, id est redintegratio, per -in (*N*, haecpyrosin [ecp-] *A*'; cyrosin *al., cf. add. ed. p. 548*) aut per cataclysmum fieri consueverit. *ibid.* p. 94, 3 tunc ergo exustionem, id est -i⟨n⟩ (*N mg.*, cyrosi ita *al.*) cataclysmus sequitur. 3, 1, 16 p. 95, 31 apocatastasin per -in (*N*; cyrosin *al.*) et per cataclysmum fieri. SERV. ecl. 6, 41 sane sciendum, et per diluvium et per -in significari temporum mutationem. *K.-M.*

ecquālis, -e *pron. interrog. indefin.* [*coaluit ex coniunctione* et *et pron. interrog.* qualis. *W. sed cf. l. 79*]. *v. generatim de hac voce et sequentibus F. Gruenler, De 'ecquis' sive 'etquis' pronomine quaestiones orthographicae, Diss. Marburg 1911. i. q. ποῖός ποτε*: GELL. 6, 2, 7 (*in falsa Caeselli Vindicis explicatione loci Enniani* [*ann. 382*] quem credidit esse meum cor) quod cum facit *Hannibal*, e⟨c⟩quale putat cor habere me et quam stultum esse me credit, cum *eqs.*? (et quale *non recte Gruenler l. l. p. 76*).

ecquandō *adv.* [*coaluit ex coniunctione* et *et adv. interrogativo* quando. *W. cf. l. 79*]. AGROEC. gramm. VII 114, 12 '-o' increpando vel inquirendo interrogantis adverbium est, 'et quando' simpliciter loquentis (*sc. in interrogatione simplici et affectibus carente ponenda, ut Agr. distinguere parum recte videtur*). *dub.*: SEN. Thy. 59 nondum Thyestes liberos deflet suos — et quando (*vulgo*, ec- *Bentley*) tollet? VAL. FL. 2, 395 sibi moenia linqui en iterum, et quando (*vulgo*, ec- *edd. vett.*) natorum tempora *sc. ventura*, gentem qui recolant?

terram edunt (*cf. Hippocr. prorrh. 2, 31 λίθους τε καὶ γῆν τρώγουσι. v. et p. 101, 82*). 2, 25, 1 quodcumque holus ex oleo garove estur. 4, 15, 3 quaedam per se esse, quaedam adicere vel sorbitioni vel potioni (PLIN. nat. 22, 162 estur et per se et in patinis . . . decocta). 4, 22, 2 portulacam. 5, 27, 8 satureia. 6, 6, 38 edi quoque ipsum iecur debet (PLAC. med. 9 rec. β 36 H.-S. iecur si datum fuerit edendum, remediabitur). *saepius.* SEN. clem. 1, 18, 2 muraenis, quas esurus erat. dial. 11, 10, 10 venena edebat bibebatque. nat. 3, 19, 1 illos . . . pisces (TERT. anim. 31 p. 351, 21 piscibus . . . edendis. ITALA num. 11, 5 [Tert. ieiun. 5 p. 279, 22] pisces quos in Aegypto edebamus [ἠσθίομεν, VVLG. comedebamus]. SVLP. SEV. dial. 3, 10, 1. *et al. v. et p. 102, 13. 15*). SEN. nat. 4, 13, 10 non sorbere solum nivem, sed etiam esse. epist. 95, 26 ostrea eatenus circumcisa, qua eduntur. *al.* PLIN. nat. 8, 180 omassum edisse. 11, 280 apros in Pamphyliae . . . montuosis salamandrā ab his devoratā qui ēdēre, moriuntur. 14, 116 uvam. 19, 85 *raphanos* crudos medici suadent . . . ieiunis esse (20, 24. 26 *al.* SER. SAMM. 1060). 20, 33 estur *gingidion* (*sic*: 20, 47. 23, 14. *al.*). 20, 35 tres siseres edendo. 20, 132 rutam (PS. THEOD. PRISC. addit. 2, 29 p. 310, 16 ruta . . . decocta et edita. MISC. Tir. p. 53, 1 ruta, paululum edito. *et al.*). 23, 14 pampinos . . . edendos. 23, 148 nuces quis ederit. 23, 159. 24, 52. 139. 25, 39 folia (25, 165 *al.*). 28, 225 cor *leporis.* 30, 33 hirundinis pullum. *passim.* MART. 1, 20, 4 boletum qualem Claudius ēdit, edas (IVV. 5, 147). 6, 75, 4. 11, 31, 4 gustu . . . has *cucurbitas* edes in ipso. 14, 69 (68), 2 Rhodos coptam. 14, 70 (69), 1 si vis esse satur, nostrum potes esse Priapum (*sc. siligineum; nota lusum verborum*). *al.* TREBAT. Vlp. dig. 33, 9, 3, 2 mel. GELL. 4, 11, 11 quod *Pythagorei* non abstinuerint edundis animalibus. TERT. spect. 13 p. 15, 27 *v. p. 104, 2.* scorp. 5 p. 155, 17 omnia. *ibid.* p. 155, 20 *Adam* ēdit inlicitum (*sc. de arbore vetita*). pudic. 14 p. 247, 25 quidam . . . usque nunc quasi idolothytum edunt (adv. Marc. 1, 21 p. 317, 24 praescr. 33, 10. *v. p. 104, 12*). anim. 16 p. 322, 17 quo *dominus* pascha cum discipulis suis edere concupiscit (adv. Marc. 4, 40 p. 559, 22. ITALA Luc. 22, 15 [Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 559, 5] pascha edere vobiscum [φαγεῖν, VVLG. manducare]. *et al.*). *al.* ITALA exod. 12, 7 (Ps. Cypr. pasch. 1 p. 249, 22) in domibus, in quibus eum (*sc. agnum*) edent in ipsis (ἐὰν φάγωσιν, VVLG. comedent). prov. 1, 31 (Ps. Cypr. singul. cler. 1 p. 174, 25) edent viae suae fructus (ἔδονται, VVLG. comedent). Is. 1, 19 (Tert. resurr. 26 p. 62, 26; Cypr. testim. 1, 24 p. 59, 15 *al.*) bona terrae edetis (φάγεσθε, VVLG. comedetis). *al.* CYPR. laps. 26 p. 256, 11 sanctum domini edere et contrectare (*i.* '*corpus*' *mystice*). Fort. 11 p. 341, 23 *Eleazar simulabat se* illa edere quae de sacrificiis adque inlicitis cibis ingerebantur (*cf. l. 22* vesci). epist. 8, 1 p. 486, 10 quoniam . . . errantem non correximus et claudum non colligavimus et lactem eorum edebamus (*v. p. 101, 54*) et lanis eorum operiebamur. *al.* SER. SAMM. 523 decocta sabuci. *al.* CAPITOL. Pius 12, 4 Alpinum caseum (PLAC. med. 5 rec. β 59 H.-S.). LAMPR. Heliog. 30, 2 ad edenda cerebella. *al.* VVLG. exod. 12, 20 in cunctis habitaculis vestris edetis azyma (PRVD. apoth. 353). lev. 25, 22 donec nova nascantur, edetis vetera. *al.* DIOSC. 1, 135 viridis cum coris edita fastidium tollit (*gr. 1, 123, 2 βρωθέντα . . . τὰ ἀμύγδαλα*). 2, 114 *coronopos* quiliacis medetur edita (*gr. 2, 130 ἡ ῥίζα πρὸς χοιλιακοὺς ἐσθιομένη*). SEDVL. carm. pasch. 5, 405 epulis praeceptor eos invitat edendis (*cf.* op. pasch. 5, 35 p. 301, 1 ad epulas . . . sumendas). VITAE patr. 3, 64 monachus edens multum. ORIBAS. syn. 4, 21 oleum et liquamen cum acito editi (*Aa, La*: si . . . aedatur; *gr. p. 172, 13 ἐσθιόμενοι*). CORP. IV 1700 ut merdas (*cf. p. 104, 42*) edatis. 1786 Amiath⟨us⟩ edit mappam (*v. p. 100, 60*). 4986 ruta(m) qui oderat, tisana(m) edeba(t). CARM. epigr. 2056, 2 quisquis amat nigra(m), nigris carbonibus ardet; nigram cum video, mora libenter aedeo (*v. p. 97, 80*). *et al. saepe.*

β *accedente crudelitatis notione: carnem humanam devorare* (*de dentibus: l. 65*): OV. met. 14, 194 si quis referat mihi casus Ulixen aut aliquem e sociis, in quem mea saeviat ira, viscera cuius edam (*seq.*: laniem). SEN. Thy. 278 liberos . . . pater . . . laceret et suos artus edat. dial. 5, 4, 2 dentium (*hominis irati*) . . . ut (*Lips.*, et *A*) aliquem esse cupientium non alium sonum quam est apris tela . . . acuentibus. STAT. Theb. 11, 87 (*verba Tisiphones*) miseri (*Vollmer*, miserum *BM*, -is *P*; *sc. Melanippi*) insatiabilis (*i. Tydeus*) edit me tradente caput. IVV. 15, 80 totum *hominem* corrosis ossibus edit victrix turba *Aegyptiorum.* 15, 102 membra aliena fame lacerabant, esse parati et sua. *per hyperbolam de fellatoribus*: TERT. apol. 9, 12 *fellatores* non edunt infantes plane, sed magis puberes (*antecedunt*: vivos vorant, sanguinem lambunt).

b *cum praepp. partem indicantibus, quae de alqa. re estur* (*in fig. etymol. cum voce q. e.* esca: *p. 104, 18. 19 bis*): α de: PLAVT. Poen. 534 quor curratur celeriter ubi bibas, edas de alieno, quantum velis . . . (535) quod tu invitus numquam reddas domino, de quoio (*Bergk*, quio *B*, quo *CD*) ederis? (*cf. p. 101, 8*). Truc. 105 de nostro saepe edunt. TER. Eun. 540 heri . . . adulescentuli coiimus in Piraeo, . . . ut de symbolis essemus. PETRON. 66, 3 itaque de scriblita quidem non minimum edi (*cf.* ITALA exod. 12, 9 [Ps. Cypr. pasch. 1 p. 249, 29] non edetis de eis crudam neque coctam aqua [ἔδεσθε, VVLG. comedetis]. LAMPR. Heliog. 32, 4 ut una die nonnisi de fasianis totum ederet). MART. 13, 41, 2 Aetolo de sue dives edat. TERT. spect. 13 p. 15, 26 neque de sacrificio et parentato edimus, quia non possumus cenam dei (*v. p. 103, 28*) edere (*cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 8, 11 p. 228[A] si edat de sacrificatis. 10, 30 p. 238[D] *item*). scorp. 3 p. 151, 16 de pollutis. resurr. 35 p. 77, 23 (*alleg.*) sedere in thronis Christi et . . . edere de ligno vitae corporalis dispositionis fidelissima indicia sunt (*cf. et infra l. 16*). adv. Iud. 2 p. 703 Oe. de fructu arboris (PRAEF. bibl. monarch. Luc. de fructibus). ITALA iud. 13, 16 (Lugd.) non edam de panibus tuis ([οὐ φάγομαι, VVLG. comedam]. ITALA prov. 9, 5 [Cypr. testim. 2, 2 p. 64, 13] edite de meis panibus [φάγετε τῶν ἐμῶν ἄρτων, VVLG. comedite panem m.]. CYPR. domin. orat. 18 p. 280, 18). ITALA apoc. 2, 20 (Tert. pudic. 19 p. 262, 4) edendum de idolothytis (φαγεῖν εἰδωλόθυτα, VVLG. manducare de i. *cf. et p. 103, 30*). VVLG. Sirach 6, 20 edes de generationibus illius. *cf. etiam l. 40.*

β ex: TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 10 quod deus illos ex omni ligno edere vetuisset (ITALA gen. 2, 16 [Tert. anim. 38 p. 365, 20] ex omni ligno...edetis [βρώσει φαγῇ, VVLG. comede. *cf. et* AVG. gen. ad litt. 8, 13 p. 251, 2 ex omni ligno paradisi edes ad escam *et* loc. hept. 1, 7 p. 508, 6 escae edes, *ad quod ipse adnotat*: 'escā edes' dici admittit latina locutio, quoniam pro dativo . . . graeco ablativum . . . solent ponere]. gen. 3, 7 [Lucif. Athan. 2, 32 p. 204, 14]; φαγούμεθα, VVLG. vescimur. *v. et p. 102, 2*). VVLG. exod. 12, 45 ex eo. Tob. 1, 12 cum omnes ederent ex cibis gentilium. 2, 21 ex furto.

B *de animalibus: i. q. vorare, devorare* (*cf. et C, infra l. 82*): 1 *generatim* (*varia alimentorum genera; absol. l. 29. 33. 47. 54. 61. al. audacius pro* '*depascere*': *infra l. 36*): PLAVT. Capt. 77 (= Persa 58) *v. p. 101, 60.* Cas. 127 *v. p. 101, 81.* Pseud. 825 *v. p. 102, 20.* Truc. 338 *v. p. 101, 14.* STAT. Theb. 9, 103 *v. p. 105, 66.* PLAVT. Asin. 218 saepe edunt *aves.* Aul. 672 quod edit *corvos* tam duim quam perduim (LIV. 30, 2, 9 aurum in Capitolio corvi non lacerasse tantum rostris crediti, sed etiam edisse). CATO agr. 53 faenum . . . quod edint (*v. p. 98, 68*) boves (54, 5 boves . . . viride cum edunt). MANIL. Varro rust. 2, 3, 5 capras hodie recte esse et bibere . . . spondesne? (PLIN. nat. 28, 170 capras . . . quasdam herbas). VARRO rust. 1, 56 pabulum . . . pecus . . . libentius est (HOR. epist. 1, 12, 12 miramur, si Democriti pecus ēdit agellos cultaque, *i.* '*depavit*'; *v. supra l. 26 et cf.* μηλόβοτος). 2, 7, 11 si quid alind terra natum libenter edent *pulli equi.* frg. Non. p. 94, 21 (*ex logistor. Cato*) qui suis catellis ministrant quod edint ([*v. p. 98, 69*]. ITALA Marc. 7, 28 [cod. n] catelli . . . edent de micis [ἐσθίουσιν. VVLG. comedunt. *item et*: HIER. epist. 11, 2 canes. VVLG. Matth. 15, 27]. *cf.* MART. 1, 83, 2 non miror, merdas [*v. p. 103, 56*] si libet esse cani). CIC. nat. deor. 2, 7 ut biberent *pulli*, quoniam esse nollent (VAL. MAX. 1, 4, 3 [*Par.*, vesci *Nepot.*]. PAVL. FEST. p. 244 si eis [*pullis*] edentibus aliquid ab ore decidisset. *ibid.* SVET. Tib. 2, 2). HOR. sat. 2, 6, 89 cum *mus rusticus* . . . esset ador loliumque. PAVL. FEST. p. 59 pisces . . . oves consectatae edunt. PLIN. nat. 1, 32, 7 ubi ex manu edant *pisces.* 8, 29 terram edisse *elephantis* tabificum est, nisi saepius mandant. 8, 97 cervi . . . cancros edendo sibi medentur. 10, 24 accipitres avium non edunt corda. 10, 32. 200. 20, 36 semen *silis* esse et vultures dicuntur (22, 91 mures agrestes . . . *mastichen*). 23, 12. 145 vulpes *avellanas.* 25, 46. 27, 110. 28, 81. 170. 265 gallinaceos non attingi a vulpibus, qui iocur animalis eius ederint. *al.* VLP. dig. 19, 1, 11, 4 qui iumenta vendit, solet ita promittere 'esse bibere ut oportet'. GELL. 17, 16, 1 anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare. SOL. 17, 10 quas (*carnes venenatas*) ubi esae sunt (*v. p. 99, 65*) *pantherae*, fauces anginā obsidentur. CHIRON 292 si multum cibum ediderit *iumentum* (358 hordeum . . . si nimis ediderint. 506). 324 escam esse (*v. p. 102, 2*). 735 quanto plus quisque ediderit. VVLG. exod. 23, 11 quidquid reliquum fuerit, edant bestiae agri. PHYSIOGN. 122 p. 138, 18 leo animal est edendi avidum magis quam bibendi. DRAC. Romul. 8, 413 *agni ex matre* exultant potare cibos atque ēdere (*v. p. 97, 84*) potus.

2 *de feris bestiis homines* (*bestias infra l. 76*) *dilaniantibus* (*de piscibus naufragos vorantibus: infra l. 67*): OV. epist. 11, 90 cum mea me coram silvas inimicus in altas viscera montanis ferret edenda lupis (*aliter de naufrago*: Ib. 158 *sive* nostra . . . longinquus viscera piscis edet). 12, 123 nos Scylla rapax canibus misisset edendos. SEN. clem. 1, 25, 1 quam cuperes tibi (*Alexander*) . . . ungues esse, tibi rictum illum (*sc. leonis*) edendorum hominum capacem! ITALA III reg. 13, 28 (Lucif. non conv. 3 p. 8, 25) et leo non ēdit corpus illius *hominis* (*οὐκ ἔφαγεν*, VVLG. comedit de cadavere). CYPR. GALL. Ios. 538 ut *ferae* reliquam partem *subactarum gentium* conductis morsibus essent. IVL. VAL. 1, 7 p. 14, 5 *equus* homines edit et . . . saevit (*sic P*, ut h. . . . videt, . . . saevit *Taur. auctore Maio*). ROMVL. fab. Aesop. ed. Thiele 83, 6 (*rec. g v*) leo . . . edebat eas (*sc. bestias; Ps. Dosith.*: consumebat). CARM. epigr. 954, 2 (*Romae*) Crescens, quisque meam futuet rivalis amicam, illum secretis montibus ursus edat.

3 *de vermibus exedentibus*: OV. Pont. 1, 1, 69 estur ut occulta vitiata teredine navis. ACT. Achat. 3 homini . . . quem mox a vermibus scis edendum.

C *proverbialiter dicta* (*per parodiam: l. 84*): PLAVT. Curc. 55 qui e nuce nuculeum esse volt, frangit nucem (HIER. epist. 58, 9, 1). Persa 113 dum mane est, omnis esse mortales decet (*ex parodia*

[(†Vollmer)-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proverbii; cf. VVLG. Ioh. 9, 4). Trin. 339 de mendico male meretur qui ei dat quod edit aut [quod (*P*)] bibat. Vid. 38 misero male esse ⟨...⟩ con⟨senta⟩ne⟨um⟩ (*luditur fort. inter infin. vocum, q. s.* 'sum' *et* 'edo'). PROVERB. Varro ling. 7, 31 (= 32) canis caninam non est (*cf. gr. κύων κυνὸς οὐχ ἅπτεται*). CATVLVS Cic. de orat. 2, 233 faenum alios ... esse oportere (*sc. omnes oratores si cum Crasso comparentur quasi 'pecudes' esse*). CIC. fin. 2, 22 reperiemus asotos ... ita non religiosos, ut edint (*v. p. 98, 69*) de patella. Lael. 67 illud ... quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit (*cf. Aristot. eth. Eud. 7 p. 1238a, 2 εἰς παροιμίαν ἐλήλυθεν ὁ μέδιμνος τῶν ἁλῶν*). PETRON. 56, 5 facinus indignum: aliquis ovillam est et (esset *trad.*) tunicam habet. ITALA Ioh. 13, 18 (Aug. civ. 17, 18 p. 244, 13 D.) qui edebat panes meos, ampliavit super me calcaneum (*ὁ τρώγων*, VVLG. manducat). *dictum Socratis*: RHET. Her. 4, 28, 39 esse oportet ut vivas, non vivere ut edis (*v. p. 98, 60*). PS. SEN. mon. 115 cogita te non edendi causa vivere, sed esse vivendi. QVINT. inst. 9, 3, 85 non ut edam vivo, sed ut vivam edo. GELL. 19, 2, 7 Socrates ... dicebat multos homines velle vivere, ut ederent et biberent; se bibere atque esse, ut viveret (*cf. Athen. 4 p. 158^{F}; Muson. ap. Stob. flor. 18, 37 p. 527, 2 H. al.*). *dictum Sardanapalli*: CIC. carm. frg. 40 M. (55 B.) haec habeo quae ēdi quaeque exsaturata libido hausit (*versum e gr.; cf. Anth. Pal. 7, 325 τόσσ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγόν τε καὶ ἔμπιον καὶ μετ' ἐρώτων τέρπν' ἐδάην. cf. Stadtmüller ad l. et* CARM. epigr. 244 quod edi bibi, mecum habeo, quod reliqui, perdidi). *dictum Epicuri*: SEN. epist. 19, 10 (= *Epicur. frg. 542 p. 324, 25 Us.*) ante ... circumspiciendum est, cum quibus edas et bibas quam quid edas et bibas.

II *in similitudine (propria edendi signific. aliquatenus servata): i. q. quasi edendo in aut ad se suscipere*: PLAVT. Amph. 309 quisquis homo huc profecto venerit, pugnos edet (*i. 'accipiet gustandos' iocose; cf. vs. seq., ubi proprie. v. p. 100, 67*). Aul. 537 nimium lubenter edi sermonem tuom :: an audivisti? (*gloss.* audivi, *at potius 'penitus susceptum habeo'. cf.* GREG. M. moral. 6, 5 p. 751^{D} gentilis populus verba legis intelligendo ēdit; *anteced.*: messem comedit *aileg.*). T. MVNAT. PLANC. Ascon. Mil. p. 39, 7 St. ut cum pusillum edissent (dedisset *PM*) dulcedinis, largiter acerbitatis devorarent (*i. 'gustassent'*). *in alleg. Christ.*: PAVL. NOL. epist. 23, 16 p. 174, 19 (*ad* ITALAE iud. 14, 14 [*ibid.* p. 174, 10] de edente exivit esca et de potente dulce [*τὶ βρωτὸν ἐξῆλθε ἐκ βιβρώσκοντος*, VVLG. de comedente]) edat nos Christus, ne zabulus voret. *ibid.* edente ... Christo ... in nobis consumitur, quo consumimur.

III ***translate:*** *abscedit in notionem q. e.* ***consumere, delere,*** *conficere sim. (i. q. marcidum reddere: infra l. 65; corrodere infra l. 57. 63)*: **A** *subi. est homo*: **1** *sensu strictiore: i. q. luxuriando consumere, disperdere*: PLAVT. Truc. 312 quae nunc ad vos clam exportantur, pessumae *meretriculae*: ea vos estis (em tuos *om.* estis *P*), exunguimini, ebibitis. LVCIL. 171 qui (*decoctor parasitus*) ēdit se, hic comedit me. **2** *sensu laxiore: quavis ratione consumere*: CIC. carm. frg. 23, 2 *Belleropho* ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans (*ex Hom. Il. 6, 203 ὃν θυμὸν κατέδων*). ITALA num. 24, 8 (Cypr. testim. 2, 10 p. 75, 2) edet gentes inimicorum suorum (*ἔδεται ἔθνη ἐχθρῶν αὐτοῦ*, VVLG. devorabunt).

B *subi. sunt res:* **1** *corporeae et naturales (planta: l. 58)*: VERG. georg. 1, 151 ut mala culmos esset robigo. Aen. 5, 683 lentus ... carinas est vapor (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 502, 17 ut *ignis* ederet occupata et correpta consumeret). AETNA 113 lympha perennis ēdit humum (*ad antra subterranea erodenda*). OV. Ib. 606 corpora pestiferum ... tua virus edat. PAVL. FEST. p. 100 hedera ... quod haereat ... vel quia id, cui adhaeserit, edat. [CELS. 4, 31, 7 lapis ... ⌊qui carnem edit⌋, quem *σαρκοφάγον* Graeci vocant (⌊ ⌋ *pro gloss. del. Marx*)]. CELS. 5, 26, 33^{C} imponenda sunt, quae carnem putrem (*aliter p. 102, 57*) lenius edunt (exedunt *J*). SEN. rem. 5, 3 tu (*post mortem*) traditus lapidi, qui te paulatim edat et exiccet (*cf. l. 60*). VAL. FL. 7, 359 gramina ... quae sacer ille (*Promethei*) nives inter tristesque pruinas durat editque cruor (*i. 'marcida facit'*). STAT. Theb. 1, 508 lustralia ... exta ... edet Vulcanius ignis (9, 103 nullae illum volucres [*p. 104, 28*] ... nec ipse ... pius ignis edat. *cf. et infra l. 70*).

2 *incorporales (praecipue de amore et curis; de aetate: l. 83; de frigore: p. 106, 2)*: CATVLL. 35, 15 misellae ignes interiorem edunt medullam (VERG. georg. 3, 566 contactos artus *pecorum* sacer ignis edebat, *sc. morbus*. NEMES. ecl. 4, 11 *Mopsum et Lycidan* torridus ederat ignis *amoris*. ANTH. 448, 2 puellam ... mutuus ignis. *v. et supra l. 66*). 91, 6 me magnus edebat amor. VERG. Aen. 4, 66 est mollis flamma medullas (*sc. amor Didonem. cf.* PROB. gramm. IV 186, 24 verba figurata vel translativa ... significat 'edit' id est 'consumit'). 12, 801 nec te tantus edat tacitam dolor. HOR. epist. 1, 2, 39 siquid est animum. GRATT. 310 (*si sanum*) humanos non est magis altera sensus *quam indulgentia* (*v. Enk ad l.*). LVCAN. 7, 43 quorum gemitus ēdēre (*GV*, odere *vel* sedere *cett.*) dolorem (ADNOT.: absumpserunt, *at v. Housman ad l.*). VAL. FL. 5, 364 quando robur cura ducis magnique ēdēre labores *eqs.* SIL. 2, 463 pestis est ... viscera. 4, 22 retractant turrīs, ēdit quas longior aetas (*cf.* ANTH. 417, 8 dies ... quodque opus *extructum alte* ... carpet edetque magis). 13, 605 nec edunt oblivia laudem. 17, 344 qui te mentis edunt morsus? MART. 8, 68, 4 ne ... gelidum Bacchi munera (*i. uvas*) frigus edat. 11, 91, 7 ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.

part. **edēns, -ntis** *pro subst.: v. p. 101, 30. 105. 39. al.* **edendum, -ī** *n.: i. q. edi potest, cibus*: VERG. Aen. 7, 113 vertere morsus exiguam in Cererem penuria adegit -i (AMM. 26, 6, 4 -i penuria in locis squalentibus stringebatur). SVLP. SEV. dial. 1, 16, 2 omnia quae sunt -a. MARCELL. med. 27, 30 quo tempore rediri oportet ad priora omnia edenda (*i. 'edulia'*) praeterquam ad lentem et ptisanam.

coniunguntur vel opponuntur: comedere: *p. 101, 48. 105, 35.* consumere: *p. 104, 77.* devorare: *p. 101, 80.* lacerare: *p. 103, 64. 70.* laniare: *p. 103, 64.* mandere (*opp.*): *p. 104, 48.* vesci: *p. 103, 42.* vorare: *p. 101, 14. 103, 73. 105, 41.*

comp.: abedo, ad-, amb-, com-, ex-, ob-, per-, sub-, superedo.

deriv.: (edalis), edax, edibilis, edo -onis, edulis; esca, esito, esor, esurio, esus. inedia, obesus. ficedula, monedula, querquedula *sim.(?)*.

2. edo, -ōnis *m.* [*i. q. theod.* ἔζω *'edax', cf. c.* edo esse. *W.*]. VARRO Men. 529 *φιλαναλῶται* -es Romam, ut turba incendant annonam, et propter phagones ... turdum nisi volantem non video, *ad q. l.* NON. p. 48, 12 -es et phagones ab edacitate: unum latinum, aliud graecum. *(†Vollmer)-M.*

ēdocenter *v. s.* edoceo *p. 110, 23.*

ēdoceo, -uī, -tum, -ēre. [ex *et* doceo *W.*]. *fut.* -eam: ACT. Archel. 57, 6 (*v. infra l. 73*). *i. q. perdocere, diligenter docere; inferiore aetate fere i. q. simplex docere, facere ut aliquis quid sciat, teneat. est verbum tam declarandi (i. q. certiorem facere aliquem, communicare aliquid; sic passim) quam instruendi (i. q. habilem, aptum facere aliquem, instituere aliquid; cf. l. 35. p. 107, 41. 51 al.).* GLOSS.^{L} II Abav. ED 10 -et bene docet. Philox. ED 12 -ere *ἀποδιδάξαι (ἀνα-?)*. 15 *ἀναδιδάξαι*. GLOSS. *ἐκδιδάσκω. praeter aliquot locos ap.* LIV. *et* SVLP. SEV. *nihil omisi.* [*corrupte*: SEN. benef. 1, 1, 10].

I *c. obi. tam* ***rei*** *quam* ***personae:*** **A** *aliquem aliquid: obiectum rei est:* **1** *accusativus nominis (enunt. relat.: infra l. 42. saepius significatione instruendi, erudiendi, ut l. 39/40. 43. 47. 49. 54/55 al. in passivo semper habetur part. perf.* -tus *praeter l. 54. 66. 70. 79)*: PLAVT. Epid. 663 haec ... -bo, quae ego scio, Stratippoclem. Trin. 372 me rationem -eas. CIC. p. red. in sen. 29 qui causam meam prudentibus commendarit, imperitos -uerit. SALL. Catil. 16, 1 iuventutem ... mala facinora. 45, 1 Cicero per legatos cuncta -tus (Iug. 112, 2 ab illo). Iug. 53, 8 milites alius alium ... acta -ent. 56, 2 ille, quae parabantur, a perfugis -tus. 93, 6 Marium ... adit, acta -et. PS. SALL. in Tull. 7 quem (*Ciceronem*) Minerva omnis artis -uit (*cf.* QVINT. inst. 11, 1, 24 *carpunt maligni Ciceronis* Minervam, quae artes eum -uit). VERG. Aen. 5, 748 arcessit Acesten et Iovis imperium et cari praecepta parentis -et (CLAVD. DON. *ad l.* indicavit). LIV. 25, 37, 3 Scipionis disciplina, sub qua ... omnis militiae artis -tus fuerat (25, 40, 5 sub Hannibale magistro). 27, 41, 7 tempus aggrediendi. FEST. p. 237 Potitium ... Hercules ... genus sacrificii (PS. AVR. VICT. orig. 8, 1 sacra). *ibid.* servos ... ritum sacrificandi (PS. AVR. VICT. orig. 8, 5 administrationem sacrorum). SEN. contr. 2, 7, 2 nomen ... ab uxore -tus (ductus, dictus *codd.*). CVRT. 4, 10, 5 *vates* rationem ... non -ent vulgus. 4, 13, 37. LVCAN. 1, 587 fulminis -tus motus. STAT. Theb. 3, 105. QVINT. inst. 1, 1, 25 et habitus et nomina -buntur *pueri* (*supra*: instituuntur). TAC. Agr. 26 Agricola iter ... ab exploratoribus -tus. hist. 2, 90 volgus ... adulationes -tum. ann. 12, 44 PLIN. paneg. 26, 1. VLP. dig. 40, 7, 67 filium ... litteras. APVL. flor. 80 p. 90. ITALA cant. 3, 8 (Epiphan. in l. p. 45) tenentes frameam -ti bellum (*δεδιδαγμένοι πόλεμον*. VVLG. ad bella doctissimi). Gal. 1, 12 (Pelag. in l. p. 309, 12 S.) neque ... ab homine accepi illud neque -tus sum (*ἐδιδάχθην*. VVLG. didici). TERT. apol. 45, 1 innocentiam a deo -ti (doctore *Fuld.*) ... novimus. scorp. 12 p. 172, 7 (*ibid.* docturos). ITIN. [Silv.] 46, 6 legem ... -ti estis. PACIAN. epist. 1, 3 p. 9 multa nos spiritus sanctus -uit. AVSON. 430, 4 a quo adventu⟨m⟩ (de adventu *al.*) ... -ti. VEG. mil. 1, 9 primis ... meditationum auspiciis tirones militarem -endi sunt gradum. 3 pr. iuventutem ... usum ... pugnandi. VVLG. psalm. 24, 4 vias tuas ... demonstra (*γνώρισον*) mihi et semitas tuas -e (*δίδαξον*) me. act. 18, 25 -tus viam domini (*κατηχημένος*). RVFIN. hist. mon. 7 p. 414^{C}. Orig. in gen. 11, 2 p. 103 B. hoc quod ex lege dei -emur. CYPR. GALL. gen. 1150 -tus quodam ... monstrante recessūs. MACR. Sat. 1, 7, 21 MART. CAP. 2, 150. 6, 587. CASSIAN. inst. 5, 12, 1 exemplo. 5, 36, 1 regulam diligenter -ti. NICET. symb. 5 p. 44, 11. ACT. Archel. 57, 6 inveniemus ... Iesum ostendisse clementiam, idque convenientibus te exemplis -eam (*fut., cf. l. 24*). *res pro subi.*: LIV. 6, 32, 7 legiones longa societate militiam Romanam -tae. TAC. ann. 4, 50 provectus senecta et longo usu vim atque clementiam R. -tus (13, 47 usu et senecta ... domum principum -tus). HIL. trin. 6, 43 quibusnam hoc ... secretis -ta es. RVFIN. Basil. hom. 2, 5 quae in opus evangelii -entur huius praecepti virtute. Orig. in num. 20, 1 p. 187, 9 B. haec ... sunt, quae nos historiae textus -uit.

2 *quaestio obliqua*: ENN. scaen. 41 *Priamus* coniecturam postulat ..., ut se -ret obsecrans Apollinem, quo sese vertant tantae sortes. CAES. Gall. 7, 19, 4 milites ... -et, quanto detrimento ... ne-

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cesse sit constare victoriam. 7, 20, 10 *servi* -ti (docti β), quae ... pronuntiarent. 7, 38, 4. civ. 3, 108, 2 hunc...., quae fieri vellet, litteris ... -uit. SALL. Iug. 49, 1. LIV. 3, 18, 6 si -eri se sissent (si sedoceri sensissent *codd.*), quae fraus ... ferretur (3, 25, 4). 23, 28, 4. 25, 25, 13 *al.* IVST. 1, 10, 16 Dareum ... tacitus, quo proposito fecerit, -et. 13, 3, 8. AMM. 21, 7, 4 comite quid ageretur -to. HIER. epist. 21, 34, 7. CASSIAN. conl. 11, 14. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 282^{D} quid ... faciam, digneris me tuis -ere consiliis (*gr. p. 67, 13 Butler* συμβουλεύσῃς). *c. ind.*: PRISCILL. tract. 10, 132 p. 97, 2 homo ..., in quibus corripitur, -tus. COMM. apol. 60 quid deus ... fecit, iam Moyses -uit; nos ... de Christo docemus (*at* 58 rudes -o, ubi sit spes ... ponenda). BACHIAR. repar. laps. 19 a peritioribus -eri, ex qua ... auctoritate ... suadetur. *res pro subi*: SVLP. SEV. dial. 1, 16, 3 eius exemplo, quid edere ... deberet, -tus. ut *modale*: PLAVT. Trin. 749 *adeam* Lesbonicum, -eam ut res se habet.

3 *acc. c. inf.* (*significatione communicandi, sed cf. infra l. 26*): SALL. Iug. 27, 2 ni ... populum Romanum -uisset id agi. LIV. 21, 32, 10 *Hannibal* per ... Gallos ... -tus ... obsideri saltum. 22, 9, 7. 22, 13, 5 -tus a peritis ..., si ... occupasset, exitum ... interclusurum. 27, 43, 3 eum ... -uerunt litteras se ... ferre. 38, 36, 8 VAL. MAX. 8, 2, 1 PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 21. VLP. dig. 3, 6, 8 si ... pecuniam acceptam ... -tus fuerit. APVL. met. 3, 4. PELAG. in II Cor. 11, 19 p. 295, 3 S. cum -ti sitis ista nullius esse momenti. SVLP. SEV. chron. 1, 6, 5 *al.* MACR. Sat. 1, 18, 7 NOVELL. Iust. 65, 1 pr. ACT. Archel. 57, 6 ut te magis ac magis -eam ... illum ... honoratum, audi *eqs.* *singulariter sensu iussivo*: TERT. praescr. 5 -ens (*sic A*, et docens *rell.*) unum omnes loqui (*sc. debere, cf. I Cor. 1, 10* παρακαλῶ ... ὑμᾶς ... ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες. VVLG. obsecro). *res pro subi.*: LIV. 29, 18, 6 tanta clade -tus ... deos esse ... rex (30, 37, 1). COD. Iust. 10, 42, 6 (*aet. Dioclet.*) quod frustra te facere ... exemplo poteris -eri. HIER. epist. 21, 3, 3 ex quibus omnibus -emur ... accipi posse personas. *sim.* 21, 39, 4. CASSIAN. conl. 8, 16, 1 regi ... spiritus experimenta ... nos -ent.

4 *pro acc. c. inf.* quod: TERT. anim. 57 p. 393, 4 -ti, quod ... transfiguretur. RVFIN. symbol. 33 quod ... veniat ..., testimoniis -emur. Greg. Naz. orat. 5, 7, 2 hoc nos -ens ..., quod oporteat (*Greg. Naz. hom. 26, 7 p. 1237^{A}* νομοθετῶν). CONC.^{S} Ephes. a. 431 (I 5) p. 335, 7 quoniam ... dissensio facta est, nunc ... plenius -ti sumus et cognovimus (*Mansi 5, 304^{D}* ὅτι ... γέγονε, νυνὶ μάλιστα πεπληροφορήμεθα).

5 *inf. nudus* (*significatione erudiendi*): OV. met. 15, 559 Etruscam -uit gentem casus aperire futuros. APVL. met. 5, 25 Pan ... montanam deam ... voculas ... recinere. ARNOB. nat. 2, 76 -ti sumus minas ... parvi ducere. PS. AVR. VICT. orig. 5, 4 Euander Italicos homines legere ... -uit. HIL. in Matth. 5, 1 precem fundere -emur. VVLG. Eph. 4, 21 in ipso (*Christo*) -ti estis ... deponere ... veterem hominem (ἐδιδάχθητε). RVFIN. apol. 1, 19 CLAVD. 18, 48 ALC. AVIT. carm. 6, 107 CARM. c. pag. 36. RVSTIC. c. aceph. p. 1246^{B} o calumniari -te. *res pro subi.*: AVG. serm. ed. Mai 7, 1 apostolica doctrina -emur ... conspicere.

6 *enuntiatum finale* (*erudire*): PLAVT. Mil. 355 -bo minime malas, ut sint malae. TER. Phorm. 783 Phanium -bo, ne quid vereatur Phormionem. AMPEL. 30, 3 filiam ... -uit, ut ... periclitaretur. COD. Iust. 6, 22, 8 pr.*?* *(v. p. 109, 57).* *res pro subi.*: RHET. Her. 4, 8, 12 vester ... vos animus ... facile -et, ut eum ... proturbetis. TERT. adv. Marc. 4, 37 p. 549, 3 me ille instruit, cuius pecuniam ut fenerem -et *parabola*. CASSIAN. conl. 22, 10, 3 testimoniis -emur, ut ... debeamus.

B *aliquem* de, super *aliqua re,* in, ad *aliquid, al.*: IVST. 15, 4, 6 Seleuco ... -to de origine. HIL. in Matth. 30, 1 EPIST. syn. Sardic. occ. (Hil. coll. antiar. B II 1) 4, 2 p. 113, 5 AVSON. 456, 2 RVFIN. hist. mon. 10 p. 429^{A} APRING. in apoc. 1, 18 GREG. M. moral. pr. 8. ITIN. Alex. 32 -tus ... ab eo super consciis. COD. Theod. 1, 16, 7 (*a. 331*) -ti super talibus latrociniis. 9, 21, 6 (*a. 349*) nostra ... super eorum nominibus -enda clementia. LEO M. epist. 113, 3. *res pro subi.*: TERT. apol. 21, 4 dei vocibus ... -bantur (*Paris.*, et docebantur *Fuld.*) de promerendo deo et ... praemonebantur. FILASTR. 114, 1 cum scriptura ... de uno *mundo* nos -uerit. AVSON. 423, 4 Priamus ... monstratu Helenae de viris insignibus -etur. RVFIN. symbol. 34 p. 370^{A} ex his .. -emur de adventu. SVLP. SEV. chron. 1, 19, 3 super aedificando tabernaculo ... -tus *verbis dei.* CASSIAN. inst. 2, 5, 3 de quibus ... is ... historia poterit -eri. RVFIN. hist. 5, 16, 9 ut etiam duas mulieres ... ad insaniendum ... -ret. apol. 2, 4 ad hoc (*dogma*). NICET. frg. 1 p. 6, 5 quibus (*instructionibus*) -entur ad baptismum electi. in *aliquid: v. p. 106, 79.* in *alqa. re*: PALLAD. hist. mon. I 24 p. 309^{A} eam talibus verbis in studio humilitatis -tam (καταλείψας αὐτὴν ἐν ταπεινοφροσύνῃ). [ITALA Eph. 6, 4 (Pelag. in l. p. 380, 6 S.) -ete illos in disciplina (VVLG. educate, *recte: cf. gr.* ἐκτρέφετε].

C *aliquem alicuius rei*: VLP. dig. 11, 1, 11, 12 si quis plenius instructus quid faciat, instrumentis vel epistulis amicorum iuris sui -tus (edictus *F*). [*vix huc pertineat*: VITAE patr. 5, 15, 7 qui tantae eruditionis in Latina ... lingua -tus es (τοσαύτην παίδευσιν ... ἐπιστάμενος).]

D *alicui aliquid*: COMM. apol. 572 -uit illis multa, quae ... venirent. CHRON. min. ed. Frick p. 276, 21 *Iesus Sirach* sapientiam Aebreis -uit (*cf. etiam l. 36/37*). VIRG. gramm. epist. 2 p. 128, 9 H. huic ... volumus -ere, quid intersit.

II *c. obi. rei* (*obi. personae supplendo vel generali*): **A** *aliquid*: **1** *acc. nominis* (*de significatione v. p. 106, 35*): VERG. Aen. 10, 152 regi memorat nomenque genusque, quidve petat ..., Mezentius arma quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni -et, ... quae sit fiducia rebus, admonet (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 311, 22). OV. met. 4, 767 quae simul -uit. LIV. 1, 20, 7 iusta ... placandosque manes. 24, 24, 6 ordine omnia. COLVM. 6, 38, 1 medicinas. SEN. Oed. 211 opem, si quam reportas, voce properata -e. VAL. FL. 3, 386 necem. 6, 16 mandata. SIL. 16, 283 ritus (*cf.* 16, 284 monstravit). STAT. Theb. 10, 210. 450 regi ... facta reportent -eantque dolum (*sc. factum*). Ach. 2, 163 *v. infra l. 62.* TERT. nat. 2, 8 p. 109, 18 *Ioseph Pharaonem* expedimenta de carcere (*i. quae eum de carcere expeditura essent?*) -uit, somnium regi aperit. monog. 2 p. 763 Oe. paracletus ... multa habens -ere, quae. *ibid.* multa, quae a paracleto -rentur. PS. AVR. VICT. orig. 3, 2 *Ianus* agriculturam. 3, 3. HIL. in Matth. 9, 3 gaudium et sacramentum sancti cibi. syn. 32 p. 504^{C} tres substantias esse dixerunt (*sc. patris, filii, spiritus s.*), subsistentium personas per substantias -entes. EPIST. syn. Sardic. occ. (Hil. coll. antiar. B II 1) 3, 3 p. 111, 4 res gestas ..., milites armatos ..., falsarum litterarum suppositiones. FILASTR. 34, 3 cum ... apostoli sententiam domini ... confirmaverint -entes. 128, 2 disputans atque -ens, quod verum est. AMM. 15, 8, 5 quam (*causam*) acturus ... succinctius -bo. FAV. EVL. p. 14, 32 in arte grammatica ... vocis ... partes -entur. CLAVD. 17, 45 *navita* fluctus tempestatesque futuras -et (*gubernatorem?*). AVG. civ. 21, 2 p. 488, 17 D. sive oculis demonstrare res ipsas sive per testes ... -ere. ZACCH. 1, 38 ab illo -ta scire. MACR. Sat. 1, 2, 20 quicquid de hoc ... tibi -tum comprehensumque est. 1, 19, 7 superius -ta suffragio sunt. COD. Theod. 2, 17, 1 pr. (*a. 321* = COD. Iust. 2, 44, 2 pr.) ut ... non solum ... annorum numerum probent, sed etiam testibus advocatis ... instituta probitatemque ... testimonio vitae -eant. 8, 13, 6 (*a. 426* = Iust. 8, 55, 9) donationem ... revocare non poterit nisi -tis manifestis⟨simis caus⟩is, quibus *eqs.* CHRON. min. ed. Frick p. 242, 11 Romulus ... leges Romanis imposuit et causas -uit. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 4, 2—3 p. 65, 27 quae ... -uit *Christus.* IORD. Get. 125 rei gestum. 133 huius perfidiae culturam. MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 2 num ... in officina ... haec (*dispensatio*) poterat -eri? *nota personam pro re*: HIL. trin. 8, 24 *deus* se omnem per sua -et et sua non aliud quam se esse significat. PRISCILL. tract. 3, 63 p. 49, 8 filium itemque fili patrem. APRING. in apoc. 1, 4 per intellectum ... rerum omnium ... factorem. *res pro subi.*: SALL. Catil. 10, 4 *v. p. 109, 26.* TERT. test. anim. 5 p. 140, 21 magistra natura, anima discipula. quidquid aut illa -uit aut ista perdidicit *eqs.* FILASTR. 133, 3 scriptura ... omnipotentiam dei ita -et, ut ... nuntiaverit. 155, 2. VEG. mil. 3, 1 *liber* sequens ... disciplinam ... -uit militarem. 4, 35 quod ars ipsa et ... usus -uit. MART. CAP. 6, 601 quod ... duobus circulis -etur. COD. Theod. 13, 5, 26 (*a. 396* = Iust. 11, 2, 2) *navicularii* securitates reportent, quae etiam diem illationis -eant. SACR. Leon. 324 (= Greg. 125, 5) *rectitudinem semitarum* Iohannis vox clamantis. VAL. CEM. hom. 18, 3 crudelitatis magisterio nimium -ta consilia. BOETH. herm. pr. 2, 14 p. 225, 14 quid ... tractatus -eat.

2 *enuntiatum rectum*: FILASTR. 110, 4 filium de deo patre esse demonstravit *David* -ens: 'verbo *eqs.*'. *sim.* 150, 8.

3 *quaestio obliqua*: TER. Phorm. 540 invenias argentum. :: cupio; sed ⌊id⌋ (*om. $A^1D^1G^1$*) unde (*sc. inveniam*), -e. CIC. Catil. 2, 13 quid ea nocte egisset ..., -ui. CAES. Gall. 3, 18, 2 hominem ... delegit ...; huic persuadet, uti ... transeat, et quid fieri velit, -et. SALL. Iug. 109, 1 LIV. 31, 6, 6. 37, 25, 14 *al.* MANIL. 3, 110 SEN. Oed. 861. STAT. Ach. 2, 163 sucos ..., gramina, ... quid faciat somnos ..., quae ferro cohibenda lues ..., -ui. FLOR. epit. 4, 10, 4 TERT. monog. 6 p. 679 Oe. (doc- *al.*). adv. Val. 11 p. 190, 16 adv. Marc. 5, 19 p. 646, 4 SOL. 30, 17. ARNOB. nat. 7, 46 vestrum est ... -ere vestrumque monstrare, quid ... fuerit. AVR. VICT. Caes. 24, 6 VEG. mil. 3, 22 PELAG. in Rom. 11, 36 p. 94, 8 RVFIN. hist. 1, 3, 1 (*gr.* ἀποδεικνύναι. *syn.* ostendere). 2, 17, 12 in quibus (*libris*) quomodo intellegi debeat, -etur. apol. 2, 22. SVLP. SEV. epist. 2, 17 (*syn.* monstravit). MART. CAP. 1, 2. BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 156, 7 exemplis. PALLAD. hist. mon. I 3 p. 264^{C}. *nota ind.*: TERT. carn. 3 quid tanti fuit -e, quod ... Christus ... exhiberet. *res pro subi.*: CLAVD. DON. Aen. 12, 25 p. 551, 20 *numina* ostenderunt quid vellent ... et vatum ... consensus -uit. RVFIN. apol. 1, 13 qualiter ... sentiat Origenes, tenor libelli ... -eat.

4 *acc. c. inf.* (*referre, explicare*): VERG. Aen. 8, 13 qui ... consistere Teucros, advectum Aenean ... -eat (CLAVD. DON. *ad l.* p. 114, 20 referat. *cf. ibid.* p. 115, 11 sqq. *et* 116, 5 sq. *de positione huius vocabuli*). LIV. 21, 27, 4 duces ... -ent ... amnem ... transitum ostendere. PLIN. nat. 30, 96 quod totum abdicandum ... -bo. TERT. praescr. 5. COD. Iust. 4, 28, 1 (*a. 193*) si ... eius adfirmationi credidisse te iusta ratione -ere potes. IVVENC. 1, 46 *Zacharias mutus* numen vidisse ... nutibus -uit. FILASTR. 38, 3 *profundum maris* poetae ... Chaos asserunt -entes. 120, 5 non ... in iniquitate se conceptum ... -bat, sed ... voluit ostendere. 122, 2 quod factum in Thessalia velut factum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ubique ... a paganis ... -etur. 131, 6. CLAVD. DON. Aen. 2, 780 p. 254, 24 adfirmat -ens nihil esse quod *eqs.* 8, 55 p. 122, 3 dicendo ... esse tendendum -uit in ea parte constitutos Arcades. RVFIN. hist. 2, 3, 3. PELAG. in Rom. 11, 36 p. 94, 6. in Gal. 3, 10 p. 319, 15 eos ... maledictos esse ... salvator -uit dicens: *seq. verba.* PS. AVG. quaest. test. I 106, 16 NOVELL. Theod. 7, 2, 1 (*a. 440*) CASSIAN. conl. 12, 3, 2 FAVST. REI. grat. 1, 14 p. 47, 10 BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 485, 14 (*syn.* monstrare). APON. 1 p. 3 quem (*amorem*) ... Paulus caritatem -uit. PAPYR. Marini 73, 47. *res pro subi.*: PACVV. trag. 374 id ..., verisimile esse ... usus reapse experiundo -et. LIV. 37, 39, 9 fama ... satis -uerat viam ... esse. AVR. VICT. Caes. 35, 13 factum ... -uit cuncta in se ... verti. 39, 28. 42, 4 HIER. epist. 5, 2, 2. AVG. civ. 14, 13 p. 33, 19 D. elationis vitium ... dominari sacris litteris -etur. 19, 21 p. 391, 6 D.

5 *pro acc. c. inf.* quod, quia: PRISCILL. tract. 3, 59 p. 46, 4 quod ... Isac profetasset, -uit. RVFIN. hist. 5, 1, 41 illud -ens, quod ... certum sit ... donanda esse consortia. Adamant. 2, 17 p. 93, 13 manifestius Paulus -uit, quod plenitudo legis sit dilectio (ἐπιστήσει σε ... ὅτι ... ἐστίν). PELAG. in Rom. 8 p. 683^{C} manifeste -uit, quia ... sermonem fecerit. GREG. M. moral. pr. 8 ex remuneratione -uit, quia ... fuit (*sic*).

6 *infinitivus nudus* (*monstrare, suggerere*): IORD. Get. 69 *Dicineus* theoreticen demonstrans ... omnem ... astronomiam contemplari -uit (*sc. Gothos. ibid. synon.* edixit, ostendit, exposuit *al.*). VITA Desider. 1, 3 -uit in elemosinis esse largiores. *res pro subi.*: SALL. Catil. 10, 4 avaritia ... superbiam, crudelitatem, deos neglegere, omnia venalia habere -uit. PS. QVINT. decl. 9, 13 *societas* contrahere populos, condere urbes -uit. **7** ut *fin.*: CIC. Tusc. 3, 80 -uit ... ratio ..., ut videremus ... id non naturale esse.

B de *aliqua re*: TERT. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 7 de figuris ... -bo. FILASTR. 50, 3 quae (*capitula*) de Christo veluti de homine -ent, quae autem de deo dicunt *eqs.* RVFIN. Adamant. 5, 2 ostende ... si ... habeant ... substantiam, et tunc de ceteris -bis (δεῖξον ὅτι ..., καὶ τότε παρέξεις τὰς ἀποδείξεις). symbol. 34 p. 371^{A} Daniel ... de adventu erroris ... plenius et latius in suis visionibus -et.

III *c. obi.* ***personae*** (*obiecto rei supplendo*): SALL. Iug. 66, 4 idem plebes facit, pars -ti ab nobilitate. LIV. 1, 7, 14 Potitii ab Euandro -ti antistites ... fuerunt. 32, 36, 8 *senatum.* SVET. gramm. 3 (*loco mutilo*) *grammaticus* multos (*de h. l. emendando v. Vahlen Opusc. acad. I 47 not. 32*). TERT. anim. 51 p. 382, 11 quam (*immortalitatem*) ... non a deo -ti infirme tuentur. adv. Val. 3 p. 180, 15 nec omnes, quos -ent, perdocent. IREN. 4, 41, 2 qui ... ab aliquo -tus est, verbo filius docentis dicitur. FILASTR. 121, 9 ita homines (*ibid. scientiam* exponitis). 149, 5 Iudaeos. 150, 4 ab illis ... -emur. AMM. 14, 9, 1 Constantium litteris. VVLG. Matth. 28, 15 fecerunt sicut erant -ti (ὡς ἐδιδάχθησαν). PELAG. argum. p. 3, 18 epistulis ... adquisitos (*opp.* praeceptis ... instituit liberatos). in Gal. 1, 17 p. 310, 13 ut ab illis [aliquid (*om. AB*)] -rer (*opp.* docerem). in I Tim. 5, 4 *vidua* tam diu regat domum, quam diu -et (educet *A*) filios ... aut nepotes (*N. T. h. l.* μανθανέτωσαν *sc.* τέκνα, ἔκγονα). RVFIN. hist. 2, 17, 2 ab auctoribus -ti. hist. mon. 1 p. 403^{B} illos ... plene et sufficienter. epist. Clement. 5 per diaconos -endi sunt *laici.* apol. 2, 34 *Paulus* -tus secus pedes Gamalielis. SVLP. SEV. chron. 1, 16, 3 -tus a deo lignum aquis intulit. ZACCH. 1 praef. -ti (*opp.* nescientes). EVCHER. instr 2 p. 161, 15 in duobus voluminibus non parum ... instructionis ad -endum te ex rebus variis ... congessi. *nota* CASSIOD. inst. div. praef. p. 1108^{A} ut ocius -eam et ... vos instruam. COD. Iust. 6, 22, 8 pr. convocatos ..., ut ... testentur, -eat. *res pro subi.*: BELL. Afr. 27, 2 *v. p. 110, 10.* OV. trist. 3, 4, 3 usibus -to si ... credis amico, vive tibi. LIV. 22, 12, 5 quod ... -ti malis Romani ... ducem quaesissent (PORPH. Hor. epist. 2, 1, 155 malo). CENS. 3, 4 p. 6, 4 volentem ... libri satis -bunt (BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 172, 10). PS. AVR. VICT. orig. 8, 6 *Pinarios* pietate -tos mysteria ... custodisse. PRISCILL. tract. 1, 7 p. 8, 13. 5, 82 p. 62, 17. PELAG. in I Cor. 15, 36 p. 222, 4 qui ... exemplis -eri (-ere *al.*) debueras. CLAVD. DON. Aen. 5, 730 p. 509, 28 qui debuit veris insinuationibus -eri. CASSIAN. conl. 8, 23, 2 nisi per insitam ... legem ... fuisset -tus. PROSP. in psalm. 109, 1 evangelio ... veritatis -ti novimus. SIDON. carm. 7, 231. GREG. M. in Ezech. 1, 1, 16 per prophetiae spiritum -tus. in *alqa. re*: CLAVD. DON. Aen. 1, 262 utar prolixitate narrandi, ut -ta (*Venus*) in omnibus omnium tuorum fata condiscens laeteris (*nisi* fata *etiam ad* -ta *trahis*). ex *alqa. re*: PELAG. in I Thess. 5, 2 p. 433, 15 (*var. lect.* docti).

part. edoctus (*sc. arte*) *quasi adi., i. q. instructus. aliqua re*: TERT. adv. Iud. 3 p. 707 Oe. nova lege -ti ista observamus. PAVL. MED. vita Ambr. 5 -tus liberalibus disciplinis. CASSIAN. conl. 16, 1 Graeca facundia diligenter -tus. inst. 5, 36, 1 *v. p. 106, 72.* MARCELL. chron. II 63, 392, 2 litteris. COD. Theod. 4, 6, 5 (*a. 397*) genitoris nostri praeceptis. COD. Iust. 1, 1, 8 pr. ecclesiasticis disciplinis. CARM. epigr. 489, 2 artibus. *nude*: TERT. praescr. 41 *de haereticis*: ante sunt perfecti catechumeni quam -ti (educati *al.*). *sim.* FRONTIN. strat. 2, 3, 7 veterano et diu -to ... exercitu (*locum del. Gund.*).

IV ***absolute*:** VARRO sent. 46 elucentissimum est -endi genus exemplorum subditio. CIC. ac. 1, 9 philosophiam ... inchoasti, ad impellendum satis, ad -endum parum. TERT adv. Val. 1 p. 178, 11 habent artificium, quo prius persuadeant quam -eant *Valentiniani* (*ibid.* docere). adv. Marc. 4, 17 p. 477, 1. 5, 3 p. 577, 17. TERT. test. anim. 5 p. 141, 24 antecedant, ut loco suo -uimus. LACT. ira 13, 23 sapientiam, sicut -ui, ... tribuit. CAEL. AVR. acut. 2, 29, 157 sicut ... Soranus libris ... -uit. BOETH. herm. pr. 2, 14 p. 224, 21. *res pro subi.*: PS. HIL. libell. 4 quae unusquisque ... scriptura -ente perdiscat. EVCHER. instr. 2 p. 145, 9 quorum nomina, sicut res -et, prophetiam sonant.

V ***singularia*** *ad usum, significationem, syntaxin pertinentia: obi. bestia* (*condocefacere*): BELL. Afr. 27, 2 elephanti ... doctrina usuque vetusto vix -ti tamen ... in aciem producuntur. LAMPR. Heliog. 21, 1 *leones* -tos per mansuetarios. CLAVD. 20, 426 sulcandas ... praevius *piscis* -et undas (*sc. ceteros pisces*). *obi. res quasi persona*: MANIL. 5, 171 ut teneat ... orbes (*i. pilas*) ... et velut -tos iubeat volitare. SEN. epist. 90, 26 sapientia altius sedet nec manus -et, animorum magistra est. PLIN. nat. 16, 171 canere tibiae ipsae -endae (educ- *codd.*). MART. CAP. 1, 2 fabellam ... Satira ... marcescentes mecum lucernas -uit. animum *sim.*: SEN. epist. 90, 46 virtus non contingit animo nisi instituto et -to. TERT. anim. 23 p. 336, 28 animas ... ex ... visibilibus -tas. FILASTR. 142, 9 aliis ... nominibus rudes puerorum animas -entes. SIDON. carm. 2, 269 -tus peccare furor.

a part. praes. ēdocēns *adv.* **ēdocenter.** *i. q. edocendi ratione*: GELL. 16, 8, 3 in eo (*commentario*) nihil -r neque ad instituendum explanate scriptum est.

ēdocilis plus quam docens GLOSS.^{L} V A a E 57.

?**edocumpta** (*var. lect.* -menta) gestae segregatae: GLOSS.^{L} V A a E 64 (*contam. esse ex* documenta: gesta *et* edecumatae: segregatae *susp. Goetz*). *Hey.*

ēdoleo, -ēre. *ab* ex *et* doleo. *i. q. dolere*: THEOD. MOPS. in Phil. 4, 1—2 p. 245, 12 evidens est ..., quoniam neque de mulieribus dubitabat, ne quando -ant, eo quod coram omnibus sint reprehensae.

ēdolo, -āvī, -ātum, -āre. [ex *et* dolo *W.*] [COLVM. 8, 11, 4 *v. sub* dolare *vol. V 1, 1836, 38*] *legitur inde ab* ENNIO, *teste Varrone, v. infra l. 41. i. q. dolando limare, polire sim.* (*cf.* NON. p. 448, 10 -are fabrorum est verbum, cum materiarum complanatur asperitas. usi sunt eo laudandi scriptores vetustatis etiam ad alias fabricas rerum. *adhibetur non nisi sensu translato*): VARRO Men. 59 cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit Musa, ego unum libellum non -em, ut ait Ennius (frg. inc. 44. *cf. etiam Bücheler, Kl. Schriften I 173*). 332 nascimur ... spissius quam emoriemur. vix duo homines decem mensibus -tum unum reddunt puerum *eqs.* CIC. Att. 13, 47^{a} ea quae manibus habebam abieci, 'quod iusseras -vi' (*cf. Skutsch, Kl. Schriften 309*). RVFIN. Orig. in gen. 2, 6 p. 37, 24 B. diversis tentationibus -ti resecatis ... vitiis et excisis quadratam continent vitam. PAVL. NOL. epist. 23, 29 p. 186, 6 -tis verbo dei gentibus. *K.-M.*

ēdomātio, -ōnis *f.* *ab* edomare. *i. q. actus domandi, coercitio*: GREG. M. moral. 31, 76 p. 615^{C} carnem forti -ē (dominatione *var. lect.*) castigat. PALLAD. hist. mon. II 1 p. 344^{B} iussit me implere apud ipsum (*sc. Dorotheum abstinentissimum*) tres annos ad -em corporis passionum (*gr.* πρὸς δαμασμὸν τῶν παθῶν). *v. sub* edomo *A 1b, p. 111, 12 sqq.* *Wolff.*

[**ēdominor,** -ārī. ARNOB. nat. 5, 11 p. 183, 27 quibusnam modis posset intractabilis illa feritas -ari (*P*, edomari *Sabaeus, v. l. 70. cf. etiam Bücheler, Kl. Schriften II 71*)]. *K.-M.*

ēdomito, (-āvī), (-ātum), -āre. [*cf. c.* ēdomare *et c.* domitare. *W.*] *i. q. edomare*: VEN. FORT. carm. 9, 1, 143 -es (et domites *LR*) ⟨hostes⟩ (*Leo*; saevos *DGBL*; omnes *FR*; *om. CPA*), tuearis amore fideles.

ēdomo, -uī, -itum, -āre. [ex *et* domo. *W.*] *de formis*: -ata: AVG. serm. 125, 2 *v. p. 111, 34.* -iturus: HIL. myst. 2, 2, 2 p. 31, 2. *de notione*: SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 186 ⟨mitiget⟩ -et (Γ [= rf] *E*). GLOSS. V 551, 44 -uit: vicit, superavit, domavit. NOT. Tir. 93, 91^{c}. *legitur inde a* CATONE *v. l. 76. item singulis locis*: CIC. philos., HOR., OV., MANIL., SEN. philos. *postea paulo frequentius.* [*var. lect.*: HIL. in Matth. 21, 1 p. 1035^{A} dominantur *vel* domantur. HIER. epist. 45, 3, 2 domare. *ex coni.*: ARNOB. nat. 5, 11 p. 183, 27 -ari *Sabaeus*, edominari *cod.* (*cf. l. 55 sqq.*). *dub.*: INSCR. christ. Diehl 1195, 8 ⟨e⟩domuit *Rossi*].

i. q. ***domare, superare, vincere*:**

A *subigendo vel coercendo mitius aliquid vel obsequens reddere (hic illic mera superandi notione vigente, v. e. g. p. 111, 16)*:

1 *generatim*: **a** *animantia* (*subaudiendum* 'homines' *l. 77, partem corporis pro homine sumptam l. 79*): CATO orig. 95 p. 85, 15 advorsae res -ant (*Pricaeus*, se domant *codd.*) et docent (*an* edocent?), quid opus siet facto. SIL. 10, 342 *de Iunone*: quo (*sc. Somno*) saepe ministro -ita inviti componit lumina patris (*sc. Iovis*). STAT. silv. 1, 2, 77 *Amor dicit*: quamvis Ausoniis multum gener ille petitus matribus, -ui victum dominaeque ... ferre iugum ... iussi. APVL. met. 7, 16 talibus aerumnis -itum. CYPR. GALL. num. 204 nequaquam -itus soceri sermone. HIL. trin. 6, 52 p. 168^{A} ad fidem militem. SYMM. or. 3, 6 in -andis equis (*cf.* VEG. mil. 2, 14 p. 48, 13 non solum equites,

[Wolff.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sed etiam ipsos equos adsiduo labore convenit -ari. *v. et infra l. 52*). PRVD. c. Symm. 2, 292 immanes quondam populi (*aliter l. 59*) feritate subacta -iti. AVG. in Gal. 50 p. 2141$^{med.}$ poenam temporalem, in qua nos dominus mortalitate carnis -are dignatus est. MART. CAP. 4, 333 Medusaeos crines (*i. angues*) -uit. VEN. FORT. vita Marcell. 10, 48 fragili baculo fortius hostem (*sc. draconem*) -uit. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 31 p. 899^{A} dum quosdam in lapsibus invenit, -at atque ad castitatis munditiam restringit. moral. 13, 5, 5 p. 1019^{C} *ut* -iti (*sc. amici Iob, qui dolori illius compati nesciebant*) a sua passione traherent consolationem. *tropice*: GREG. M. dial. 2, 8 p. 148^{A} *cum multi* sub levi redemptoris iugo cervicem cordis -rent.

b *res incorporeas*: CIC. fat. 10 vitiosam ... naturam ... -itam ... esse doctrina. HOR. carm. 4, 5, 22 mos et lex ... -uit nefas. SEN. epist. 68, 14 aetatem ... quae se multis experimentis, longa ac frequenti rerum paenitentia -uit (domuit *VPb p Q*). SIL. 3, 531 -itos exudatosque labores (*cf.* GELL. 17, 12, 1 -andis usu difficultatibus. *v. p. 110, 74*). TERT. adv. Hermog. 37 p. 167, 22 *deus*, a quo natura materiae devinci et -ari ⟨in⟩ melius potuisset. adv. Marc. 2, 15 p. 355, 22 post duritiam populi duritia legis -itam (2, 19 p. 360, 27 ratio summae benignitatis populi ... duritiam -antis [PELAG. in Gal. 2, 16 p. 315, 16]. AVG. in psalm. 7, 14 p. 106$^{init.}$ duritia veteris *testamenti* flexa et -ita est. SVLP. SEV. epist. app. 1, 6 p. 222, 21 ad -andum [-andam *Halm*] duritiam cordis vestri). TERT. adv. Marc. 2, 29 p. 376, 18 deus mitior pro rebus -itis (*opp.* indomitis). LACT. inst. 4, 25, 8 desideriis carnis -itis (*cf.* AMBR. in psalm. 47, 8 -are carnis lasciviam. GREG. M. in euang. 11, 5 p. 1117^{D} carnis voluptates -ate, *syn.* restringite. *cf. infra l. 46*). HIL. myst. 2, 2, 2 p. 31, 21 humanae mentis instinctus -iturus (instinctu se domiturus *A*). AMBR. Isaac 4, 16 -a leves motus (*syn.* coerce). Iac. 1, 2, 6 calorem iuventutis -uit. HIER. in Ier. 2, 32 p. 698^{A} peccati, quod nec longitudine saeculorum potuerit -ari. RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 11 p. 212, 27 quia paulatim -retur cor Pharaonis (*gr.* μαλάσσεσθαι). AVG. bapt. 1, 6, 8 p. 153, 27 animosum spiritum suae perversitatis -are. serm. 125, 2 -ata superbia implorare auxilium miserantis (PS. PRIMAS. in Phil. p. 630^{A} ad contundendam et -andam superbiam). 207, 2 abstinentiae clavis -itas concupiscentias configentes (*opp.* indomitam carnem). soliloq. 1, 11, 18 p. 879 $^{med.}$ aut nihil -andum nobis remanere aut nihil nos omnino profecisse. PS. AVG. serm. 143, 4 ad -andam ... avaritiam. ALC. AVIT. epist. 93 p. 100, 33 -ate per reverentiam, quidquid ante vos indomitum fuerat per naturam. ENNOD. opusc. 6, 6 p. 403, 24 -ita erroris adpetentia. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 23 p. 895^{C} irae stimulos. moral. 23, 21 p. 264^{B} -ito bello mentis.

c *carnem, corpus*: PAVL. NOL. epist. 5, 17 p. 36, 21 anima consensu carnis -itae deo serviens (AVG. in psalm. 114, 7 p. 1490$^{init.}$ 145, 3 p. 1885$^{med.}$ [*syn.* subiecta]. GREG. M. in Ezech. 2, 4, 8 p. 978^{A} carnem ... abstinentia. *cf. et supra l. 27*). CASSIOD. in psalm. 125, 6 p. 926^{A} ieiuniis corpus -are (VEN. FORT. vita Albin. 6, 14 GREG. M. moral. 20, 78 p. 185^{C}). *cf. et l. 10 sq.*

d *aquas aestuantes*: CARM. poet. min. III p. 167, 4 arbiter ... stravit pelagus ... -itique ... sederunt ... fluctus. SERV. Aen. 8, 57 'recto flumine' -ito, frenato et in tranquillitatem redacto. CLAVD. 28, 379 ut ... Triton -itis veheretur aquis (equis *var. lect., v. l. 1*).

filiam, quam ex te suscepi, . . . -ctam perdidi. Rud. 219 qui me sibi -xerunt (*cf.* 218 serva forem nata). Truc. 908 non . . . possunt militares pueri tetavio exducier. CAECIL. com. 170 pauper . . . in egestatem liberos. TER. Andr. 911 adulescentulos . . . -ctos libere. Eun. 117 mater . . coepit studiose omnia docere, -ere (educare *codd.*), ita ut⟨i⟩ si esset filia (EVGRAPH. *ad l.*: cum mater sic eam educaverit, ut . . . filia diceretur). 156 parvola hinc est abrepta; -xit mater pro sua 748. Ad. 48 hunc . . . adoptavi mihi: -xi a parvulo, habui, amavi pro meo (DON. *ad l.*: quod nos educare, -ere veteres dicebant, ut *Verg. Aen. 6, 765* [*v. infra l. 15*]. NON. p. 298 *ad h. l.* educare). 495 una a pueris . . . sumus -c[a]ti. 875 eos meo labore -ctos (edicatos *A*). TVRPIL. com. 157 *?* CIC. Quinct. 21 qui istius domi erat -ctus (educatus *al.*). 69 qui apud te esset -ctus (educatus *al.*). de orat. 2, 124 quem procrearis et -xeris, eum . . . vestire. VERG. Aen. 6, 765 quem tibi . . . coniunx -et silvis (*v. supra l. 10*). 6, 779. 7, 763 *Virbium* -ctum Egeriae lucis . . . circum litora (CLAVD. DON. nutritus est). 8, 413 natos (CLAVD. DON. pastura liberos . 9, 584 -ctum matris luco (CLAVD. DON. educatum atque nutritum in m. l. . 9, 670 *Pandarum et Bitiam* Iovis -xit luco . . . laera (CLAVD. DON. in luco editos in lucoque nutritos). PROP. 3, 9, 51 -ctos . . . silvestri ex ubere (*sc. lupae*) reges. OV. trist. 3, 11, 3 -ctus lacte ferino. LIV. 1, 39, 5 puerum . . . in domo a parvo -ctum. 21, 43, 15 me in praetorio patris . . . prope natum, certe -ctum (*app.* nasci: ORIGO Const. 2, 2). 24, 4, 5 in qua (*disciplina*) -ctus esset. 35, 36, 8. 42, 19, 4 -endum filium Romam misisse, ut iam inde a puero assuesceret moribus Romanis. MANIL. 4, 901 *homo* ⟨in⟩ inspectus rerum . . . variasque -itur artes. SEN. contr. exc. 10, 4 expositos CVRT. 3, 12, 16 SIL. 9, 434. 14, 289. PS. QVINT. decl. 3, 2 p. 43, 20 meretriciis artibus . . . -ctum (-atum *al.*) militem. IVV. 10, 236 quos genuit, quos -xit (TAC. ann. 1, 41 in castris genitus, in contubernio legionum -ctus. PRVD. c. Symm. 2, 8 dominos . . . inter castra . . . genitos, sub imagine avita -ctos). TAC. ann. 1, 4 *Tiberium* prima ab infantia -ctum in domo regnatrice. 6, 15 severā patris disciplina. 6, 41 Scythas inter. FRONTO p. 233, 3 N. AMPEL. 11, 3 Semiramis . . . a columbis -cta. VLP. dig. 43, 30, 3, 4 apud quem. PAVL. dig. 24, 1, 2. 24, 1, 28, 1 quod nutrici datum est ad -endum. GELL. 9, 3, 5 *ex epistula Philippi ad Aristotelem: Alexander* -ctus eruditusque a te (*τραφέντα καὶ παιδευθέντα*). DON. Ter. Ad. praef. 2, 1 filium . . . indulgenter . . . a parvulo. DON. Ter. Eun. prol. 9, 6 (*ex coni.*). HIER. epist. 22, 20, 1 tuo lacte nutrita est, tuis -cta (-ata *codd. praeter unum*) visceribus, in tuo adolevit sinu *filia.* VVLG. Is. 65, 9 *deus* de Iacob semen (*similiter* act. 13, 23 deus . . . -xit Israel salvatorem Iesum [*ἤγαγεν τῷ Ἰσραὴλ σωτῆρα*]). CLAVD. 15, 303 *Stilicho Theodosium* tenerum . . . in veros . . . principis annos. PAVL. NOL. carm. 18, 228 dulces natos (*opp.* saturare iuvencos). 33, 106 -ctis genetrix inclita pignoribus. SVLP. SEV. chron. 2, 12, 5 *Esther* a Mardochaeo . . . -cta. SIDON. epist. 3, 11, 2. 7, 9, 24 DRAC. laud. dei 3, 149. COD. Iust. 5, 27, 10, 1 ad . . . filiorum -endam (edendam *al.*) progeniem praestitit occasionem. VEN. FORT. carm. praef. 1 domino . . . sacris altaribus adscito pariter et -cto Gregorio. *pro pers. res*: TER. Andr. 274 bene et pudice eius doctum atque -ctum . . . ingenium (SCHOL. *ad l.*: pro educatum vel nutritum). AVG. c. acad. 3, 16, 35 p. 73, 27 *adulescentium vitae* -endae (-andae *unus cod.*) atque instituendae *vigilare.*

2 *de bestiis* (*subi. bestiae vel homines*): PLAVT. Poen. 356 ibi (*in mari*) alcedo pullos -it suos (*cf. infra l. 69*). VERG. georg. 4, 163 *apes* spem gentis adultos -unt fetus (SERV. -endo adultos faciunt. *an aliter eadem verba* Aen. 1, 432*? ad q. l.* SERV. producunt, quia adhuc adolescunt, ut adulti fiant. *de testudinibus* PLIN. nat. 9, 37. *de piscibus* AMM. 22, 8, 47. *de aquilis* CLAVD. 6, 1. DRAC. laud. dei 1, 268 *syn.* creat . . . producit. *cf.* SERV. georg. 3, 317 'suos . . . ducunt' -unt fetus proprios et enutriunt: unde et educatos dicimus). SEN. benef. 7, 19, 6 ferae inter nos -ctae. PLIN. nat. 10, 18 *aquilam* -ctam a virgine. 10, 159 *columbae* binis mensibus terna -unt (-ant *aliq. codd.*) paria. 11, 74 his (*vespis opificibus*) -ctis alios . . . nidos fingunt, in quibus matres futuras producant. SIL. 16, 365 campis Vettonum -ctum *equum* (427 genitore . . . Zephyro). PALLAD. 1, 28, 1. 5. AMM. 14, 4, 5. 31, 2, 18. VVLG. Ezech. 19, 3 *leaena* -xit unum de leunculis suis. AVIAN. fab. 35, 3 *simia partum* caro . . . amore. *passive fere i. q. nasci*: EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 951 *alcyonum pulli* de ovis -cti (*opp.* nutrire). *transl.* COLVM. 3, 10, 16 *partus vitis* velut altricis uberibus -ctus. *ad IB: singulariter de pthiriasi morbo*: SER. SAMM. 61 *Pherecydes* nimio sudore fluens animalia taetra -xit, turpi miserum quae morte tulerunt.

II ***aliquis -it aliquid*** (*rem vel animal non proprii motus; de piscibus v. p. 119, 41*): **A** *de loco*: **1** *manu vel instrumento*: **a** *generatim*: CATO agr. 38, 1 *lacuna fornacis* cinerem concipiat, ne foras sit -endus. VARRO rust. 3, 10, 5 *anseres* radicem . . . e terra. CIC. inv. 2, 14 gladium . . . e vagina (2, 15 *al.* SEN. benef. 3, 23, 5 militi. VVLG. Marc. 14, 47 [*σπασάμενος*]. Ioh. 18, 10 [*εἵλκυσεν*]. CLAVD. DON. Aen. 6, 260. 7, 525 *al.* BELL. Hisp. 18, 2 pugionem. SIL. 13, 442 vagina . . . ensem. AMM. 17, 12, 21 *mucronem. cf.* VVLG. Iob 20, 25 *homo tamquam gladius* -ctus et egrediens de vagina. *in imagine* SALL. Catil. 51, 36 ubi . . . per senatus decretum consul gladium -xerit). MORET. 87 digitis tellure refossa quattuor -it . . . alia

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf.* 89 vellit). Ov. met. 11, 455 -ctam navalibus pinum. 12, 278 *ferrum* forcipe ... faber (*ex igne*. Vitr. 7, 2, 2 *ex calce macerata*). Vitr. 7 pr. 7 *Aristophanes Byzantius* e certis armariis ... volumina. Cels. 6, 7, 5 unde (*ex aure*) facillime -i possunt *vermes*. 7, 4, 4 A novo foramine specillum -i lino sequente. 7, 4, 4 B. 7, 7, 14 F -enda rectā acus est (*sc. ex oculo*). 7, 13, 1 si ... quid densius, digitis -itur. 7, 26, 4 *calculum* unco. 7, 29, 3 *infantem* aegerrime (*sc. ex vulva*. Vvlg. Iob 10, 18 quare de vulva -xisti me? 26, 13 obstetricante manu eius -ctus est coluber. *cf.* Varro frg. Non. p. 447 [*p. 123, 63*] *et infra l. 13. 28*). 7, 30, 3 D specillo linamenta. 8, 3, 3. 6. 8, 9, 1 H. Sen. dial. 6, 22, 7 voluptas erat, quod e faucibus ... luporum (*i. accusatorum*) -retur praeda. Colvm. 6, 2, 7 diductis malis -ito linguam *bovis* (Chiron 952 foris). 7, 3, 16 *conceptum* partibus -at, quod Graeci vocant *ἐμβρυουλκεῖν* (*supra*: extrahat). 7, 11, 2 uncis digitis ... testiculum. 7, 12, 14 *nervus* mordicus comprehensus et aliquatenus -ctus abrumpitur. 8, 11, 4 *perticae* paxillis -ctae (*ibid.* exemptiles). Sil. 2, 127 iunctis iam cornibus arcus -cti (et ducti *Sang.*) spatium nervi complente sagitta. Mart. 10, 37, 15 piscoso ... -cta profundo ... lina (Vvlg. Matth. 13, 48 *sagenam* [*ἀναβιβάσαντες*]). Itala lev. 14, 43 (Lugd.) posteaquam -cti sunt lapides (*μετὰ τὸ ἐξελεῖν*. Vvlg. eruti sunt. *cf.* Itala lev. 14, 40 [Lugd.] et ducent lapides [*ἐξελοῦσιν*. Vvlg. erui]. *sim., ut vid.,* Vvlg. Zach. 4, 7 -et lapidem primarium). Itala num. 20, 10 (Aug. quaest. hept. 4, 19) de petra ... vobis aquam (*ἐξάξομεν*. Vvlg. *h. l.* eicere, *sed* 20, 8 cum ... -xeris aquam. Itala [Lugd.] *et* Vvlg. deut. 8, 15). Itala deut. 28, 38 (Lugd.) semen ... -es in terram (*ἐξοίσεις*. Vvlg. iacies). Tert. apol. 35, 2 focos et toros in publicum -ere (*P*, deducere *F*). Porph. Hor. ars 340 *ad* 'puerum extrahat alvo': utero -at. Lampr. Alex. 56, 7 qua -cta (quae ducta *codd.*) fuerant ... signa ..., ea rex ... effugit. Pallad. 3, 17, 7 -cto scobe (*sc. ex plaga arboris*). 11, 12, 7 *cerasus* foramen accipiat, quo possit -i umor. Clavd. Don. Aen. 11, 565 p. 502, 25 non vellitur nisi quod habet aliquam difficultatem et extorquetur magis quam -itur loco. 12, 770 ut -i non possit *hasta ex arbore* (*cf. Verg. Aen. 12, 774* manu convellere ferrum). Vvlg. Luc. 6, 42 festucam de oculo (*ἐκβαλεῖν. supra*: eiciam, *ἐκβάλω*). Rvfin. Basil. reg. 17 is, qui -it et attrahit *venenum* (*sc. de corpore*). hist. 2, 1, 12 *pastor* latebras *ulcerum* (*sc. in grege*) ... investigatas ... ad lucem. 4, 15, 30 depositis ... indumentis ... calciamenta ... pedibus ... -ere (*gr. ὑπολύειν ἑαυτόν. ibid.* resolvi). Svlp. Sev. dial. 2, 1, 5 sibi tunicam latenter. Sidon. carm. 22, 193. Pass. Theclae 18 p. 45, 14 veriam (*sic*) suam de brachio (*περιελομένη*). *cf.* Sen. Phoen. 176 *dextera Oedipodis* vix ... cupientes sequi -xit oculos. Verec. in cant. 2, 38 *sanguis* -ctus est in cruce de latere salvatoris. *persona pro re*: Pavl. Nol. epist. 13, 4 p. 88, 2 Abraham matrem repromissionis (*i. funus*) -xit. *de telis, quae e vulneribus trahuntur* (*cf. etiam supra l. 33*): Rhet. Her. 1, 11, 18 Vlixes ... corpore telum ... -it (Verg. Aen. 10, 743 [Non. p. 298 *ad h. l.* exuere]. *al.* Clavd. Don. Aen. 10, 485 p. 354, 6 *al.* 11, 815 *ad* '*telum trahit*': non dixit -it aut rapit, hoc enim eorum est qui nondum urgentur in mortem). Ov. met. 6, 252 *ferrum* (*i. sagittam*. Sen. Thy. 754 *de ense*). Val. Max. 3, 2 ext. 5 e corpore ... hastam -i (ded- *codd.*). Cels. 7, 5, 2 B mucro vel digitis apprehendi vel forcipe atque ita -i debet (*sc. ex vulnere*). Plin. nat. 28, 34 sagittas corpori -ctas. *de sortibus*: Cic. Verr. II 1, 42 -it ex urna tres *iudices*. II 1, 127 tres sortes conici, unam -i (Clavd. Don. Aen. 5, 49 sortem ex galea -ctam). leg. agr. 2, 21 sortietur tribus ... Rullus. homo felix -et quas volet tribus (*ibid.* tribus ... -ctae). Schol. Pers. 6, 5 *v. p. 123, 32*.

b *speciatim*: *α de rebus sursum versus tractis*: Ov. met. 3, 113 ubi tolluntur ... aulaea theatris, surgere signa solent ... placidoque -cta tenore tota patent. Colvm. 4, 29, 17 alter ex duobus surculis mergitur, alter -ctus ad iugum in fructum submittitur. 5, 5, 9 *bracchia vitis* in praedictam mensuram -untur. Avg. serm. 213, 9, 9 num quid potest *agricola* incrementum dare, germen -ere in terram, radicem figere *eqs.* (*sim.* serm. cod. Guelf. 4096 ed. Morin 1, 10 p. 9, 289). *β de aquis, aedificiis al. in longitudinem vel latitudinem ductis, constructis*: Cic. div. 1, 100 sin ... ita esset -ctus *lacus*, ut ad mare pervenire non posset (*ibid.* aquae ... deductio). Sen. dial. 9, 3, 7 aquam contra difficultatem locorum (*ibid.* mare summovere. Pavl. dig. 8, 3, 29 *syn.* ducere). Colvm. 3, 13, 9 aequaliter linea posita rectis lateribus perpetuam fossam -ere. Tac. hist. 2, 34 claudebat pontem imposita turris in extremam navem -cta. 5, 18 *molem* -ctam in Rhenum. *γ de aedificiis in altitudinem structis*: Verg. Aen. 2, 185 attollere molem (*i. equum*) roboribus textis caeloque -ere. 2, 461 turrim ... summis ... sub astra -ctam tectis (12, 674 trabibus [Serv. *ad l.* in altum fabricando sustulerat, ut alibi: *6, 630* (*cf. l. 79*). Clavd. Don. *ad l.* in exstruendo. *ad* 6, 555 p. 581, 23 in altitudinem nimiam]. Vitr. 2, 1, 4 ad altitudinem. Tac. ann. 12, 16 altius). 6, 178 aram ... caelo (Clavd. Don. *et* Non. p. 298 *ad l.* erigere. Sil. 15, 338 [*ibid.* exstruere]). 6, 630 Cyclopum -cta (ducta *al.*) caminis moenia (Serv. *cf. l. 75*). Vitr. 2, 1, 4 ad altitudinem ... metas. 6, 3, 8 altitudines *exedrarum* -antur. Sen. dial. 12, 18, 1 *tumulos* in magnam -ctos altitudinem. epist. 89, 21 *tecta* in altitudinem montium. 94, 61 muros (Comm. instr. 1, 10, 4). Sil. 10, 560 sublimem ... pyram. Tac. ann. 2, 61 instar montium -ctae pyramides ... opibus regum. Schol. Hor. carm. 3, 30, 1 sepulcra ... in acumen -cta (*sc. pyramides*). Clavd. Don. Aen. 9, 530 quidquid ... in summa -ctum est, *ut turres*. Inscr. christ. Le Blant 320 tet(olum [*i. titulum*]) ... -xit.

2 *aliis modis*: **a** *ore* (*exsorbere*): Plavt. Amph. 430 eam (*hirneam*) ... vini -xi meri. Stich. 759 si hoc -xeris (*cf. 757* date bibat tibicini). 762 tene tu hoc, -e. *aliter* Oribas. syn. 1, 5 legentibus in clamore ... de thorace humores ... -untur (*i. effluunt*). Ven. Fort. vita Germ. 38, 109 clamor in caelo -itur. **b** *corporis motu*: Lvcil. 574 -xi ... animam in primoribus (primori<s fauci>bus *Marx*) naris. *aliter* Sen. dial. 1, 2, 11 *Cato Uticensis* viscera spargit et ... sanctissimam animam ... manu -it (*cf. Plutarch. Cato 70 ταῖς χερσὶ ... τὰ ἔντερα σπαράξας καὶ τὸ τραῦμα ἐπαναρρήξας ἀπέθανεν*). epist. 58, 34 si inutile ... corpus est, .. -ere animum laborantem. Tert. anim. 25 p. 341, 1 animam ... prima adspiratione nascentis infantis adduci, sicut exspiratione novissima -i. Avg. doctr. christ. 3, 9, 13 a iugo servitutis -ctam cervicem (*opp.* inserere). **c** *quoquomodo*: Vvlg. psalm. 103, 14 ut -as (*deus*) panem de terra (*ἐξαγαγεῖν. ibid.* producens faenum). Evstath. Bas. hex. 8, 1 p. 945 A quod in ipsa (*terra*) erat, -xit *deus* (*προήνεγκεν*). *obscurius* Vvlg. Zach. 5, 4 -am illud (*volumen volans*), dicit dominus. Tert. scorp. 6 p. 157, 6 *deum* artes et disciplinas suas -ere in medium (*de spectaculo martyrii*). Vvlg. psalm. 36, 6 *deus* -et quasi lumen iustitiam tuam et iudicium tuum tamquam meridiem (*ἐξοίσει*). Bar. 3, 29 *deus* eam (*sapientiam*) de nubibus (*κατεβίβασεν*).

B *translate*: **1** *verbis vel scriptis* (*tollere, secernere, referre*): Hor. carm. 4, 2, 23 *Pindarus* vires animumque moresque ... -it in astra (Porph. immortalem facit laudando. *sim.* Schol. Hor.). Sen. epist. 21, 5 habebo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina -ere (*sc. ex oblivione. cf. supra*: profunda super nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exerent). 33, 4 non possumus ... -ere aliquid ex tanta rerum aequalium multitudine (*cf. supra*: singulares sententias ex turba separare). Pacian. sim. carn. p. 124, 5 *dominus noster* (*i. genus eius*) secundum Lucam -itur ad Adam (*aliter* Vvlg. IV Esdr. 6, 54 ex eo [*Adam*] -imur nos omnes). Ps. Soran. quaest. med. 50 empirica secta ... -cta vel assumpta est ... ex visione et historia. **2** *computando* (*efficere*): Plavt. Truc. 24 neque eam rationem eapse umquam -et Venus. Boeth. mus. 2, 28 p. 261, 7 a quo (*octuplo*) possumus duas sesquioctavas proportiones -ere. **3** *vivendo* (*tempora degere, peragere*): Prop. 2, 9, 47 pios -ximus annos. Sen. dial. 9, 3, 1 curā corporis diem -unt. 10, 1, 2 *animalia* quina aut dena saecula. epist. 122, 3 epulis ... vigiliae tempus. Val. Fl. 1, 251 ludo ... noctem. 2, 371 nimbos (*i. 'hiemem'*) ... luxu. Sil. 11, 403 sub hiberno somnos ... caelo (*404* consumere noctes).

III ***aliquid -it aliquem***: **A** *de loco*: **1** *proprie*: Ov. met. 5, 641 advehor Ortygiam, quae me (*Arethusam*) ... superas -xit ... sub auras. Cels. 7, 29, 4 *uncus* attractus infantem (*cf.* Cens. 8, 10 p. 15, 11 plenissimus ... conspectus ... infantes -it [*sc. ex utero matris; cf. 8, 11* editur]). Sen. Oed. 607 populos (*i. Ditis vulgus, vers. 597*) vatis -xit sonus. dial. 6, 20, 2 *mors* e carcere -it, quos exire imperium ... vetuerat (epist. 82, 15 nos ex hac ... rerum copia). Fronto p. 180, 15 N. si quid negotii eum ad te -xerit. Paneg. 5 (8), 1, 5 qui me in lucem primus -xit, ... patris tui aurium aditus. Clavd. Don. Aen. 2, 260 reddit luci -ctos ex tenebris *equus Troianus*. Sen. dial. 2, 1, 1 *via* (*sc. Stoicorum*) nos ... in illum editum verticem -at. *obi. res pro persona*: Carm. poet. min. V 58, 7, 7 Iulius (*mensis*) -it falces (*i. messores*) per prata. *i. q. producere*: Itala gen. 1, 20 (Optat. 5, 3 p. 122, 13 Aug. gen. ad litt. 3, 1 p. 62, 19) -ant aquae natantia (reptilia *Aug.*, *ἐξαγαγέτω*, Vvlg. producant. *item* Itala gen. 1, 24 [Aug. gen. ad litt. 3, 11 p. 74, 23]). *sim.* Tert. anim. 25 p. 343, 17 ex animae semine -imur. **2** *translate* (*in statum vel ex statu*): Sen. dial. 12, 6, 2 te in altiorem ordinem et amor Caesaris extulit et tua studia -xerunt (ded- *codd.*). epist. 92, 22 quem ... mala in miseram vitam non transferunt, ne ex beata quidem -unt. 102, 27 qui te ... dies ... ex contubernio ... ventris -at. Val. Fl. 7, 453 praesenti virtus te ... leto. Apvl. Plat. 2, 18 quos ... morte ... ab ... malis -i (mali deduci *pars codd.*; mali<s> deduci *Thomas*). Tert. anim. 38 p. 365, 15 *concupiscentia* hominem de paradiso integritatis. Arnob. nat. 2, 62 animalium sanguine ... animas ... ab legibus mortalitatis -i. 2, 77 vexatio ... ad lucem libertatis -et. Hil. in Matth. 13, 9 *praedicatio tamquam rete* nos ex saeculo in lumen veri solis. Conc.^{s} I 3 vers. Tur. p. 159, 23 virtus angelica -ens barbaros ad pietatem (*ὁδηγοῦσα*).

B *de educatione* (*cf. I B*): Sen. apocol. 7, 2 vers. 5 quae patria, quae gens mobile -xit caput (*i. te, Claudium*)? Paneg. 9 (12), 24, 1 imbelles, quales ... Graecia et deliciae orientis -unt. Avr. Vict. Caes. 20, 6 *gens nostra bonos*.

IV ***aliquid -it aliquid***: **A** *de loco*: Lvcr. 4, 330 quaecumque ... latebunt ..., per flexos aditus -cta ... pluribus ... speculis. Vitr. 2, 10, 2 sol non modo ex terra lambendo, sed etiam ex arboribus -it umores. 10, 7, 1 *machina* in altitudinem aquam (Pavl. Fest. p. 76 per quos [*elices*] aqua ... -itur e liris. Plin. nat. 18, 179 *colliciae* in fossas aquam). Sen. dial. 5, 33, 4 quanto risu pro-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sequenda sunt, quae nobis lacrimas -unt. *transl.* 10, 2, 4 quam multorum eloquentia cotidiano ostentandi ingenii †spatio (studio *Lips.* [statione? *cf. 11, 6, 4. Her.*]) sanguinem -it. nat. 2, 26, 2 ignem ex umido . . . -i. CARM. poet. min. V 58, 7, 7 *v. p. 122, 57.* AVIEN. Arat. 507 *Equus* recens -it pectora ponto. ORIBAS. syn. 2 add. p. 841 quibus intestina arefacta non -ant stercora. *de procreando, gignendo:* CATVLL. 64, 90 quales Eurotae progignunt flumina myrtos aurave . . . -it verna colores. VITR. 2, 9, 7 vehementiā caloris -ctis in aëra ramis. LVCAN. 9, 630 natura . . . in corpore *Medusae* saevas -xit pestes. PLIN. nat. 19, 146 *thyrsus* caulem -ens . . . fastigatur. PALLAD. 3, 24, 3 capitulum *cepullae* . . . multum semen -it. 9, 9, 1 terra sulfur, alumen, bitumen -it 12, 1, 2 *ager* calamos. Ps. HIL. libell. 5 *terra* pabula lignaque. PRISCILL. tract. 7, 117 fructus, quos non corruptibilis habitaculi voluptarium tempus -xit, sed quos divini sermonis eruditio fecundarit (ZACCH. 2, 16 p. 1138^{A} rerum . . . varietas . . . germinum -it fructus). AVIEN. ora 502 qua dona flavae Cereris -at (*an indicat.?*) solum. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1 p. 945^{A} virtutem terrae tribuit -endi (*sc. animam vivam.* ἐξαγαγεῖν). EVG. TOLET. hex. 62 India . . . pigmenta per herbas -xit (produxit *Drac.*). *de vi medicamentorum: obi. suppl.* CELS. 5, 12 evocat et -it: ladanum, alumen *eqs.* 5, 18, 7^{A} *malagma* resolvit, -it umorem (5, 28, 7^{B} *opp.* dissipent). 5, 26, 35^{C} *surculus* medicamento evocandus est. optime . . . -it . . harundinis radix. 5, 28, 13^{B}. 7, 20, 3 id (*alvum ducere*) deducere aliquid in scrotum potest, -ere ex eo non potest. SCRIB. LARG. 201 *emplastrum* -it, quantum eius (*ossis*) alienum est (216 pus). PLIN. nat. 24, 77 *hedera* aquam, quae cutem subierit, urinā -it. 27, 90. ORIBAS. syn. 1, 16 astomatica . . . fleuma -unt. *sim.* 1, 17. 1, 19 p. 825. 1, 21. 4, 28 galli ius -ere ventrem (*ibid.* brassica . . . ventrem). *de astris* (*subest temporis significatio*): GERM. 704 Pisces (*sc. oriundi*) -unt Cepheida. SEN. benef. 4, 23, 4 fatorum seriem certus limes (*sc. caeli*) -it (*4, 23, 3* rerum turba . . . evolvitur). *de voce:* CARM. poet. min. V 63, 9 (= ANTH. 658, 9 EVG. TOLET. carm. 33, 1) *v. sub* edicere *p. 67, 47.* SCHOL. Pers. 6, 5 citharizantes . . . digito chordis sonos -unt. PETR. CHRYS. serm. 108 p. 500^{A} vulnera . . . gemitus meos.

B *translate: i. q. separare:* SEN. nat 7, 27, 5 *natura* quaedam -xit a turba, ut singula . . . procederent, quaedam in gregem misit. *i. q. promovere:* SEN. epist. 66, 40 valetudo . . . ex gravibus morbis . . . in tutum vi quadam . . . -cta. *i. q. expellere:* SEN. epist. 104, 13 *peregrinatio* nulla . . . animo mala -xit. *i. q. procreare:* AVG. gen. ad litt. 6, 16 p. 191, 1 inesse in natura quiddam latens, quo -antur in promptu numeri occulti. BOETH. arithm. 2, 44 p. 147, 5 *senarium* ternarius duplicatus -it. *singulariter:* TERT. virg. vel. 5 p. 890 Oe. divinitas animae in usum sermonis -xit . . . , uti . . . dicamus (*aliter Löfstedt, z. Sprache Tert.'s p. 21*).

se educere *(exire, se subtrahere, prodire sim.): proprie:* TER. Hec. 364 me . . . citius -xi foras (522 *? v. s.* duco). SEN. dial. 7, 2, 3 me multitudini. TERT. apol. 21, 22 nec ille (*Iesus post resurrectionem*) se in vulgus -xit. VVLG. sap. 4, 2 cum se -xerit *casta generatio* (ἀπελθοῦσαν. *opp.* cum praesens est). 19, 2 ut se -rent (ἀπεῖναι). *translate:* SEN. epist. 79, 10 ad hanc (*virtutem*) nos conemur -ere. LEX. Sal. 56 ut aut per hineo aut per compositione se -ret (*i. purgaret*). *ibid.* qui admallatus . . . per legem se -ere voluerit. 60. *reflexivum per nomen circumscribitur:* AVIEN. Arat. 126 non [n]ulla facem succenderit umquam stella prior *quam Cynosura*, neque flammigeros -xerit ortus ante alia (*i. oriatur vel appareat*). 507 *v. supra l. 4.* 1560 *Phoebus* cum primos -et (subducet *A*) gurgite voltus. orb. terr. 815 quot sidera caeli -ant (elucent *codd.*) flammas.

ex part. perf. pass. adi. **ēductus,** -a, -um, *i. q. altus, eminens:* SEN. Herc. O. 494 ultra . . . nubes Othrys -ctus riget. LVCAN. 2, 428 *Appenninus* -cto . . . surgit in aera dorso. STAT. Theb. 6, 92 silva . . . inter saltus . . . -cta . . . extulerat . . . caput. VEN. FORT. carm. app. 1, 109 -ctos pressissem . . . fluctus.

de ***differentia*** *inter* educere *et* educare: VARRO frg. Non. 447 -it . . . obstetrix, educat nutrix (NON. *ad h. l.* -ere est extrahere; educare nutrire et provehere). SERV. georg. 3, 317 *v. p. 120, 60.* EVTYCH. gramm. V 469, 21 -o -is, id est extraho. . . . u brevi profertur differentiae causa, significans nutrio, et tum solum primae est coniugationis, ut apud Vergilium (*Aen. 10, 158*). *sim.* 486, 5 DON. Ter. Ad. 48 *v. p. 120, 9. cf.* DIOM. gramm. I 377, 3 -or eductus sum facit; sed frequentius Cicero educatus et educata dicit.

deriv.: eductio, eductor.

ēductio, -ōnis *f.* [*ab* educere. *W.*]. *i. q. actus educendi:* CATO mil. frg. 12 tertia e castris (tertiae fastris *cod.*) -o celeris . . . est. LACT. inst. 4, 10, 6 deus eduxit eos (*Hebraeos*) duce Moyse. in qua -e ostendit *eqs.* HIER. hom. Orig. in Is. 6, 1 Moyses . . . electus ad -em populi de terra Aegypti. in Os. 2, 15 p. 23 iactationem et -em in solitudinem *filiorum Israel. fere i. q. sinus, globus:* PALLAD. 7, 7, 6 si unius uberis -e (educatione *E*) pendebunt *apes*, noris . . . unum regem esse (*cf. Colum. 9, 9, 7* cum agmen glomeratum in . . . ramo consederit, animadvertito, an totum examen in speciem unius uvae dependeat).

ēductor, -ōris *m.* **1** *i. q. is qui educat, nutrit* [*ab* ēducāre *ad similitudinem substantivorum* deductor, circumductor *aliorum formatum. W.*]: FRONTO p. 182, 12 N. qui mihi -es aut magistri fuerunt.

2 *i. q. is qui educit* [*ab* ēdūcere]: CASSIAN. c. Nest. 5, 9, 4 Christum -em ex Aegypto Israheliticae plebis. *Hey.*

ēdulco, -āre. [*ab* ex *et* dulcis. *W.*] *de notione* (*affertur ad Matii locum explicandum*): , GELL. 15, 25, 2 -are . . . quod est dulcius reddere. NON. p. 106, 23 -are pro dulcius facere (*inde* GLOSS. V 641, 16). MAT. carm. frg. 10, 1 quapropter -are convenit vitam. *cf.* condulco. *K.-M.*

edūlis, -e. [*ab* edere. *W.* (*cf. quae sub* edulium *dicta sunt*)] *de origination*e: VARRO ling. 6, 84 hinc (*sc. ab 'edo'*) esculentum et esca, -a (escedulia *cod.*). *de notione:* GLOSS.^{L} I Ansil. ED 93 -a cibi, quia eduntur. III Abstr. ED 18 alimenta apta ad manducandum. II Philox. AE 6 -um τῶν βρωσίμων. GLOSS. bromata. cibi. *legitur inde ab* AFRANIO, VARRONE, HOR. (*in his illis exemplis dubitare licet, sintne trahenda ad vocem q. e.* 'edulium' *necne; tamen sub illo lemmate ii tantum loci collecti sunt, de quibus ambigi non potest*). [*dub. utrum ad* edulis *an ab* haedus: NOT. Tir. 108, 60 aedulia; *cf. Heraeus, Rh. Mus. 72, 1918, p. 48 adnot. et v. infra l. 75*].

i. q. edi potest: **A** *adi.:* HOR. sat. 2, 4, 43 vinea submittit capreas non semper -īs. SCRIB. LARG. 60 ad dentium dolorem . . . bene facit radicis -is cortex (MARCELL. med. 13, 2 *addito post* r. -is: id est quae manducatur). 147 cucumeris -is seminis purgati (148 MARCELL. med. 26, 5). MIN. FEL. 30, 6 tantum . . . ab humano sanguine cavemus, ut nec -um pecorum in cibis sanguinem noverimus. SER. SAMM. 617 cocleae . . . -es. NON. p. 86, 19 carnales -es (*lemma nudatum exemplis*). SYMM. epist. 7, 18, 2 quid adfluxerit -um copiarum. SERV. auct. georg. 4, 131 'vescum' tria significat: minutum, -e, multum.

B *pro subst.:* **1** *i. q. cibus, esca* (*potius i. q. ferculum: infra l. 56*): **a** *plur. neutr.* **edūlia,** -um: AFRAN. com. 259 commercatis conquisite -bus. VARRO frg. Non. p. 108, 17 (= p. 480, 6; *ex logist. Cato*) cum . . . initiarent pueros, sacrificabantur ab -bus Edusae, a potione Potinae nutrici[s]. frg. Char. gramm. p. 73, 4 B. 'mensam' cum 'n' posse dici . . . Varro ait, quod et mensa -a βρωτά in escolenta (*sc. mensa*) ponerentur (-etur *N*). PAVL. FEST. p. 58 conlativum ventrem . . . , quia in eum omnia -a congeruntur. TEST. Galli (Corp. XIII 5708, *s. I*) II 10 *nummos* ex quibus -a ⟨quisque sibi⟩ paret et potui. SVET. Cal. 40 pro -bus quae tota urbe venirent, certum statumque exigebatur. FRONTO p. 18, 25 N. in plebeis istis -bus (*sc. holus, pulpamentum*). VLP. dig. 1, 16, 6, 3 quae -um excedunt usum. GELL. 6, 16, 4 genera . . . nominaque -um (APVL. met. 10, 16 omne genus -um solidorum. MACR. Sat. 3, 13, 13). 17, 11, 6 -a . . . omnia. APVL. met. 1, 25 -um caritate (*cf.* MACR. Sat. 3, 17, 11 vilitas -um). 5, 3 vini nectarei -umque variorum fercula. 5, 15 miris . . . et beatis -bus. 6, 28 -a mitiora. 10, 13 pistor . . . panes et mellita concinnabat -a. apol. 28 omnia -a quae depenso parantur. flor. p. 22. TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 646, 14 interdictionem (*Rhen.*, -e *M*) quorundam -um. CAPITOL. Pert. 12, 3 nisi quid missum esset -um. LAMPR. Heliog. 27, 3 de diversis -bus. 27, 4. SPART. Geta 5, 8 quae in eam litteram -um caderent. ITIN. Alex. 20 adlapsas alites depastasque -a. Ps. AVR. VICT. orig. 12, 1. SYMM. epist. 1, 7, 1 mensae ab -bus copiosae sunt. 6, 49 (50), 2 domus, de qua plerique nostrates viri -bus farciuntur. SERV. georg. 3, 360 cum . . . 'crustum' dicimus, -um aliquid significamus, partem panis vel placentae (*sim.* SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 25). MACR. Sat. 7, 12, 22 -a calida. MARCELL. med. 20, 26 -a quoque prosunt haec: intubi, lactucae *eqs.* SIDON. epist. 1, 11, 11 -um multa parte finita (*i. fere 'ferculorum'. sic etiam*: 2, 2, 13 -bus terminatis. *v. supra l. 28*). 2, 9, 3 quaenam . . . -bus nostris culina fumaret. 2, 9, 6 -a nunc assa, nunc iurulenta. 7, 13, 3 (*opp.* ieiuniis). CASSIOD. in psalm. 30, 11 p. 210^{D} venter . . . alvus est, in quo -a deglutita recondimus.

b *sing. n.* edūle, -is: PLAC. Gloss.^{L} IV ED 58 '-e' (*abl.*) cibo vel esca, ab edendo dicta. SOL. 28, 2 Asbytae lasere vivunt. hoc aluntur, hoc illis -e (C^2N^2, sedule C^1N^1S, sedile RA; dulce $LMGP$) est.

2 *de fructu arboris* (*cf. et p. 125, 23*): CHALC. comm. 154 p. 211, 6 deus primigenis interdixit, ne -bus arborum, ex quibus notitia boni malique animis eorum obreperet, vescerentur.

edūlium, -iī *n.* [*ab* edere *et coniunctum cum* edulis, *ex cuius neutro plur. retrograda q. v. derivatione tractum plerique putant velut Brender, d. rückl. Abl. im Latein., p. 67. at possis dubitare recensitis auctoribus, an non* edulia, -orum *praecedat illam alteram formam, q. e.* edulia, -um *et sing.* edulis, -e. *L.*]. *de originatione:* FVLG. serm. ant. 40 p. 122, 1 -um dicitur ab edendo dictum, id est quasi praegustativa comestio, unde et Apuleius in asino aureo ait 'edulibus (-iis *Harl.*) opipare excepta' (*neglegenter relata; v. met. 5, 8. 6, 19 et s.* edulis, *supra l. 44*). ISID. orig. 12, 1, 13 haedi ab edendo vocati . . . unde et -um vocatur (*cf. supra l. 16*). *de notione:* GLOSS.^{L} III Abstr. ED 17- o manducatione (*vel* -um, -nem). GLOSS. βρώσιμον. esca. esus. *v. et supra l. 10 sqq. habetur inde a* VARRONE (*v. l. 84 p. 125, 1*), PAVL. FEST., GELLIO; *vox imprimis recentiorum est* (*cf. etiam quae s.* edulis, *supra l. 13 dicta sunt*). [*conicitur:* VARRO rust. 2, 9, 8 (*Keil,* ecuria *cod., v. p. 125, 2*). *falso pro* ludo: HIER. epist. 54, 13, 5 *K in mg.* m^2.]

1 *notione passiva: i. q. edi potest, estur:* **a** *i. q. cibus, esca sim.:* VARRO ling. 7, 61 syncerastum est omne -um

[M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Sciopp.*, medullium *cod.*) antiquo vocabulo graeco. rust. 2, 9, 8 *canis* pascitur ... -iis (*v. p. 124, 81*) et ossibus, non herbis aut fronde. PAVL. FEST. p. 39 cocetum (cocce- *trad.*) genus -ii ex melle et papavere factum. GELL. 19, 9, 3 ubi -iis finis et poculis mox sermonibusque tempus fuit. TERT. ieiun. 2 p. 276, 1 certorum -orum exceptione (9 p. 284, 15). ITALA Luc. 9, 12 (cod. *d*) ut ... devertant et inveniant -um (ἐπισιτισμόν, VVLG. escas). SOL. 4, 4 herba Sardonia ... si -o fuerit nescientibus, nervos contrahit. AMM. 30, 4, 17 piscis aut -ii (-ulli *V*) peregrinum vocabulum. SCHOL. Hor. app. epod. 6, 9. HIER. epist. 39, 4, 6 cibum lentis accipiunt ... ostendentes quali -o (idol- *var. lect.*) primogenita perdiderint (*cf.* in Ezech. 25, 12—13 p. 257[D] *Esau* ob lenticulae ... coctionem primogenita perdidit et ab -o sortitus vocabulum est. VVLG. gen. 25, 34 accepto panis et lentis -o comedit. ISID. orig. 7, 6, 33). epist. ed. Morin Bull. d'anc. litt. et d'archéol. chrét. 3 (1913) 57, 102 si volucrum -um refutaveris. VVLG. lev. 7, 18 quaecumque anima tali se -o contaminaverit. CASSIAN. conl. 2, 17, 1 ne memoria quidem ullius -i meam interpellaverit mentem. 5, 19, 1 *v. infra l. 30.* 22, 7, 2 -um ... percipiat. CASSIOD. in psalm. 52, 5 p. 379[D] iugiter nobis ... panis -um est (*syn.* escarum). VEN. FORT. vita Radeg. 6, 17 cui despecto ventris -o Christus tota refectio *erat.* 21, 51 non avem, piscem vel pomum nec ovum habens -um (-o *T*). vita Germ. 18, 55 vini potum aut carnis -um. **b** *de arboris fructu* (*v. p. 124, 64*): AVG. c. Iul. op. imperf. 6, 23 p. 1554[extr.] iussum fuerat, ut -o unius arboris abstineret *Adam.* CASSIAN. conl. 5 6, 1 qua (*sc. gastrimargia*) interdicti ligni praesumit -um.

2 *praevalente notione activa: fere i. q. esus, actus edendi*: IREN. 2, 14, 5 ipsam ... -orum et reliquarum operationum indifferentem (*i.* ἀδιάφορον) sententiam (*seq.* quodcumque manducent vel operentur). HIER. epist. 84, 3, 7 ne parvuli atque lactentes solidioris cibi -o suffocemur. CASSIAN. conl. 5, 19, 1 in nobis -ii et escarum ... naturalis vivet adfectus (*nisi potius ad 1a pertinet, v. supra l. 18*). inst. 5, 5, 2 alius quantitate duarum librarum saturitatem non sentit, alius librae unius ... -o praegravatur (*anteced.*: esus)

edulus consumptor, comestor GLOSS.[L] V Aa E 68. *M.*

ēduo, -ere. CHAR. gramm. p. 472, 23 B. -o ἐκδύω. *v.* exdutae *et cf.* induo.

ēdūrēsco, -ere. [*ab* ex *et* duresco. *W.*] *i. q. durescere*: CAEL. AVR. acut. 2, 34, 182 quod (*sc. cor*) ... neque emoritur, neque -it, neque paralysi afficitur.

ēdūro, (-āvī), -āre. [*ab* ex *et* durus. *W.*] **1** *transitive: i. q. durum reddere*: COLVM. 11, 1, 7 quare ... docendus *vilicus* et a pueritia rusticis operibus -andus. [ALC. AVIT. carm. prol. p. 201, 5 *v. sub* durare]. **2** *intransitive: i. q. durare*: TAC. Germ. 45 quod extremus cadentis iam solis fulgor in ortus -at adeo clarus, ut sidera hebetet. GELL. 14, 1, 18 ut neque ullus observationis tenor neque memoriae ulla effigies litterarum tanto aevo potuerint -are.

ēdūrus, -a, -um. [*cf. c.* edurare *et c.* durus. *W.* (*sed cf. Niedermann, Mél. Meillet p. 99*)] ecd- *? v. l. 51. de notione*: DIOM. gramm. I 411, 8 *praepositiones* significationem augent ut ... exosus, -us. GLOSS.[L] III Abol. ED 5 -um satis durum. *v. et infra l. 61.* [CARM. de Sod. 165 corda ecdura (*Peiper,* dura *LV*, obdura *P*).]

i. q. valde durus (*sensu negativo per falsam grammatici originationem l. 61*): VERG. georg. 4, 145 ille ... distulit ... -am ... pirum et spinos iam pruna ferentis (SERV. *ad l.* nimium duram, validam. *id.* Aen. 8, 610 valde duram). TERT. resurr. 57 p. 116, 29 quod corpus inlaesum (*est*), cum interemptum, ... frigidum ..., expallidum, ... -um (*i. rigefactum*), ... cadaver (*sc. est*)? AVSON. 341, 4 -um (*C* ω, et durum *VQO, v. et l. 60*) nervi cum viscere consociant os. SERV. georg. 2, 65 'et durae coryli' (*sic codd. Verg., cf. l. 58*) alii -ae legunt quasi non durae, ut paulo post (*v. 78*) 'enodes trunci' (*v. l. 53*).

edus *v.* haed -. *v.* idus.

edyllium *v.* idyll-. **eduosmos** *v.* hedy -.

eena. *nomen animalis aquatilis*: POL. SILV. nom anim. chron. 1 p. 544, 14 tecco. coluda. lacerta. -a. conce. *fort. i. q. hyaena* (*Plin. nat. 32, 154*).

efe- *v.* ephe-.

efelmātor, -ōris *m.* *vox dubia, quae ad verbum gr.* ἐφάλλομαι *redire et latina nom. agentis terminatione formata esse videtur, occurrit inter* petaminarios, orchestopalarios, petauristarios: FIRM. math. 8, 15, 2 p. 309, 20 (efelmatoris *Γ*, felmatoris *N*, felin- *D*; efalm- *suspic. Skutsch*). *K.-M.*

effābilis, -e. [*ab* effari. *W.*] NOT. Tir. 83, 50 *inter* affabilis *et* ineffabilis. [SERV. Aen. 3, 621 'nec dictu -s' (*H*, affabilis *rell. ut plerique codd. Verg.*), sermone non explicabilis (GLOSS.[L] I Ansil. DI 137 dictu -s sermone narrabilis).]

1 *quem effari possumus vel licet* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. EF 1 -s de quo effari et loqui possit [*pars glossae* DI 137 *?*]. V Abba EF 2 [*leg.* aff-*?*]. docilis): *absolute vel addito dativo vel ablativo.* APVL. apol. 64 (ὁ πάντων βασιλεὺς) nemini -is. AMM. 16, 10, 15 per gigan teos contextus ... *non* relatu -es. AVG. gen. ad litt. 11, 43 p. 367, 4 modis (*opp.* ineffabilibus). epist. 232, 5 p. 514, 27 est quiddam invisibile, ... nulli -e nisi tantum sibi. CONC.[S] I 4 p. 73, 25 non ... cuncta illa nobis ia sunt quae *eqs.* (ἐφικτά). APON. 12 p. 226[extr.] quod -es se hominibus praebent. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 82 p. 90, 16 *de pietate* nihil nobis est apud alios -e. **2** *qui fari potest (?):* AMBR. epist. 44, 11 p. 1140[A] ut prima aetas infantiae usque ad emissionem sit dentium, quibus conficiat cibum sermonemque distinguat, ut possit -s (affabilis *al., cf. p. 125, 74*) videri.

adv. **effābiliter.** *i. q. modo effabili*: ISID. in gen. 16, 7 p. 247[D] qua ... cognatione sint fratres Christus et omnes sancti, gratia divina, non consanguinitate terrena, hoc est de patre, non matre, et -ius et capacius auditur. *Bannier.*

deriv. ineffabilis.

[effaecātus, -a, -um. [*ab* ex *et* faex. *W.*] COLVM. 12, 28, 3 (-um *cod. S*, defaecatum *rell., v. vol. V 1, 284, 81*). APVL. Plat. 2, 20 (-ta *F*, efficata *sim. MV*, effecta *PL*)].

effāfilātus, -a, -um. *i. q. exsertus*: PLAVT. Mil. 1180 palliolum conexum in umero laevo, exfafilato bracchio, praecinctus aliqui (PAVL. FEST. p. 83 effafilatum exertum, quod scilicet omnes exerto bracchio sint exfilati, id est extra vestimentum filo contextum. *sim.*: PS. PLAC. Gloss.[L] IV E 6 effafilatus exerto humero id est extra filum manum proferens. *falso ex* 'papilla' *derivat* NON p. 103, 5 expapillato). *v. Buecheler, Umbrica p. 132.* *K.-M.*

effāmen, -inis *n.* [*ab* effari. *W.*] *fere i. q. dictum vel verbum*: MART. CAP. 4, 327 v. 1 *Dialectica* contortis stringens -a nodis. 4, 336 (*Dialectica loquitur*:) nec Graia deseram ordine disserendi nec Laurentis assertionis -a remorabor. VITA Vedast. 4 p. 408, 18 *Vedastis* ministro iubet, ut ... post salubria -a huic virum (*sic*) poculum inferret. 7 p. 410, 8 dulcia municionis (*i.* monitionis) -a *Vedastis* (8 p. 411, 20). VIRG. gramm. epist. 3 p. 150, 17 tranquillo reddidit -e *Chromas.* *Bannier.*

effarcio *v.* effercio.

effascinātio, -ōnis *f.* [*ab* effascinare. *W.*] *i. q. fascinatio*: PLIN. nat. 19, 50 horto ... et foro tantum contra invidentium -es dicari videmus in remedio saturica signa. 28, 22 cur -bus adoratione peculiari occurrimus? 37, 145 contra -es. GELL. 9, 4 tit. de ... diris et exitiosis -bus.

effascino, -āre. [ex *et* fascino. *W.*] *i. q. fascinare*: PLIN. nat. 7, 16 in eadem Africa familias quasdam -antium Isigonus et Nymphodorus *tradunt*, quorum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes (*inde* GELL. 9, 4, 7 voce atque lingua -antium). *ibid.* esse eiusdem generis in Triballis et Illyris adicit Isigonus qui visu quoque -ent interimantque, quos diutius intueantur. SYMM. epist. 6, 77 nuntio, si dictum nullus Fortunae livor -et, in concordiam me cum sanitate redire. *K.-M.*

effātio, -ōnis *f.* [*ab* effari. *W.*] *de origine et notione*: SERV. auct. Aen. 3, 463 -o dicta est pro locutione, quod ubi quid loquimur famur. *cf.* ecl. 6, 27 Fauni ab -e dicti, quod voces de sacris reddebant. **1** *i. q. pronuntiatio, elocutio* (*cum gen. obi.*): MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 21 p. 1252[A] omnia, quae futura sunt nomina intra eius (*Christi*) sunt vel appellationem vel substantiam vel quamlibet de eo pronuntiationem et -em. CASSIOD. in psalm. 15 p. 21[B] partes *syllogismorum* non *inveniuntur* in -e verborum. rhet. 16 p. 500, 30 artem pronuntiationis in divinae legis -e concipiet *monachus.* **2** *sensu negativo, i. q. fandi impotentia,* ἀφωνία: CAEL. AVR. acut. 2, 10, 72 (*de passione cataleptica*) in ultimo -o atque vitae periculum.

effātum, -ī *n. v. s.* effor.

effātus, -ūs *m.* [*ab* effari. *W.* (*cf. infra l. 60*)] *i. q. elocutio, pronuntiatio* (*i. q. locutionis facultas l. 62*): PLIN. nat. 3, 139 populorum *Illyricorum* pauca -u digna aut facilia nomina. SIL. 17, 340 quotiens dux coeperat ora solvere ad -us. TERT. nat. 2, 11 p. 115, 9 deus est dictus ... ab -u Farinus et alius a loquendo Locutius. anim. 6 p. 306, 5 oculos in conspectum et linguam *impingi* in -um. HIER. in Matth. 1, 1 p. 21[B] ut quod ille (*propheta*) impossibile dixit -u, hic (*evangelista*) narrare incipiat. RVRIC. epist. 2, 18 p. 403, 2 ubi deest -us, siletur affectus. GREG. TVR. Franc. praef. p. 31, 12 ista ... dici ... ut notitiam attingerint, etsi incultu (*i.* -o) -u. *Bannier.*

[*corrupte* **effatui** vaniloqui sine effectu GLOSS.[L] II Abav. EF 2 (= III Abol. EF 16 effut⟨ir⟩e vane loqui sine effectu).]

? **effaveo,** -ēre. CYPR. ad Don. 4 p. 6, 2 desperatione meliorum malis meis velut iam propriis ac vernaculis -bam (*MB*, et favebam *W*). **effaxo** *v.* efficio. *K.-M.*

effecta *v.* efficio.

effectē *v.* efficio.

effectio, -ōnis *f.* [*ab* efficere. *W.*] *i. q. actus vel potestas efficiendi.* GLOSS.[L] IV Plac. E 50 *v. s.* efficientia. *plur. v. p. 127, 3. 18.* [HYG. astr. 4, 3 p. 102, 9 *lege* definitionem (effectionem *var. lect.*)].

I *c. gen.*: CIC. fin. 3, 24 ut in ipsa (*saltatione*) insit, non foris petatur extremum, id est artis -o (BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 142, 6 propter investigationem rerum huius -o artis inventa est). LACT. ira 10, 27 -em curamque rerum deo dare. CHALC. comm. 355 habet exhortationem sermo ad -em institutionis. NON. p. 50, 11 *fures a furvo,* quod per ... noctes oportuna sit eis mali -o. CANDID. gen. div. 7 si *motus* progrediens *generatio est,* in suam substantiam processit aut in alicuius -em. 8 actio ... o voluntatis *est.* CASSIOD. art.

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 p. 1185A cuius -o bona est, ipsum quoque bonum est. *obscurius* CAEL. AVR. salut. praec. 40 *frigidum lavacrum est* salutare, si quidem et climatorum partes et vitae -es frigidae salutares esse debeant. *personae*: AVG. gen. c. Manich. 2, 12, 16 -o mulieris ... de costa viri. **II** *nude*: CIC. fin. 3, 45 recta -o — *κατόρθωσιν* enim ita appello, quoniam rectum factum *κατόρθωμα* — recta igitur -o ... crescendi accessionem nullam habet. ac. 1, 6 *Varro*: *nostra physica* cum contineantur ex -e et ex materia ea, quam fingit et format -o. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 6 secundum generationem a deo aut secundum -em quae sunt apparuerunt. 30 secundum generationem illum (*Iesum*) esse aut secundum -em. AVG. civ. 12, 7 p. 522, 6 D. *causa* malae voluntatis non ... est efficiens, sed deficiens, quia nec illa -o, sed defectio. gen. ad litt. imperf. p. 497, 26 'fiat. et factum est', hic exponatur non separatim fuisse dictionem et separatim -em. c. Fel. 2, 18 p. 847, 30 ut ... *deus* ostenderet -em suam in omnibus valentem. PRISC. gramm. III 95, 3 -is per has (*sc. coniunctiones effectivas*) causa ostenditur reddi: ... -is: 'movetur, ambulat enim'. ISID. diff. 2, 96 *anima, animus al.* varia sumpsere vocabula pro diversitate -um.

effectito, -āre. [*cf. c.* *effecto *et c.* factito. *W.*] NOT. Tir. 22, 57 -at (*post* affectitat *et* confectitat. *vocabulum fictum suspicatur Heraeus Archiv 12, 1902, 45*).

effectīvus, -a, -um. *ab* efficere, effectus. *i. q. ad vim efficiendi pertinens*: QVINT. inst. 2, 18, 5 -ae *arti* ... aliquid simile ... consequetur *orator* (*supra*: *ποητική*. *ibid. artium* aliae in effectu positae). AVG. civ. 12, 26 p. 552, 9 D. vi divina et, ut ita dicam, -a, quae fieri nescit, sed facere (*ibid.* p. 552, 12). c. Arrian. 12, 9 manum dei ... non secundum lineamenta corporis ..., sed secundum -am virtutem ... cogitemus. BOETH. in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 174, 15 est ... una causa, quae -a dicitur ..., est alia, quae materialis. *nota c. gen.*: MAR. MERC. app. 19 *προφορικὸν καὶ πρακτικὸν λόγον καὶ ἐνεργητικόν* id est prolativum et potestatis -um verbum. BOETH. categ. 1 p. 179C animal habet differentias completivas et suae speciei -as. 2 p. 232B sensus animalium -us est. in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 175, 9 -a principalium causa. *vocabulum technicum*: *in grammatica*: PRISC gramm. III 93, 14 *inter species coniunctionum*: -a. 95, 1 et adiunctivas et -as *coniunctiones*. 95, 15 *coniunctiones* causales ... Apollonius ... in quinque species dividit, ... id est continuativas ..., -as. 224, 7 dativum ... solent Romani acquisitivorum vel -orum (*substantivorum? verborum?*) cum omni casu consociare, ut 'curae mihi est ista res, cordi, lucro, damno'. *apud agrimensores*: AGENN. grom. p. 70, 8 (p. 30, 10 Th.) *loco mutilo*: status -i. p. 70, 13 transcendentiam non habet de hoc -us *status*. p. 70, 14 -us *status* est, cum de loco litigatur (PS. AGENN. p. 25, 31 [p. 70, 16 Th.]). p. 75, 26 (p. 35, 3 Th.). p. 78, 28 (p. 39, 1 Th.). p. 80, 20 (p. 40, 17 Th.). p. 81, 3 (p. 40, 24 Th.). 82, 7 (p. 42, 3 Th.). PS. AGENN. grom. p. 25, 10 (p. 69, 26 Th.) status *controversiarum* ... iniectivus, expositivus ..., materialis, -us. *dub.* DIFF. ed. Beck p. 31, 24 affirmamus testimonio, confirmamus efficacia vel -a (vel -a *secludi vult Beck*).

neutr. pro subst. **effectīvum,** -ī. *i. q. vis efficiens*: BOETH. top. Arist. 6, 4 p. 981C si adiutivum quidem -um boni est, nocivum -um mali. p. 982C quibus apponitur -um aut passivum, necesse est dissonare in idea terminum. *ibid.* si adiutivum est -um sanitatis. in Porph. comm. sec. 2, 3 p. 175, 8 assumit ... ex his ..., quae principalia sunt, -um, ex his vero, quae accidentia, locum. effectīva, -ōrum? *v. l. 39.* *adv.* **effectīvē.** *i. q. effectivo modo*: BOETH. top. Arist. 6, 4 p. 982C si adiutive est sanitatis -e.

effector, -ōris *m.* [*ab* efficere *W.*] *i. q. is qui efficit.* [*e Keilii coniectura* IVL. VAL. epit. Oxon. 6, somnii -r, *cod.* effectus]. **I** *de personis*: **A** *generatim*: CIC. Brut. 59 *Πειθῶ* ... cuius -r est orator. SACERD. gramm. VI 467, 17 (*loco mutilo*) *per metonymiam* effectus ... pro -e (*cf. supra*: per efficientem id, quod efficitur). SERV. georg. 3, 9 'victor': -r propositi (3, 114 Aen. 1, 192. 2, 329. 3, 439). CLAVD. DON. Aen. 4, 295 p. 393, 22 gratus cuiuslibet iussionis -r. RVFIN. hist. 1, 11, 7 (*ex Ios. antiq. 18, 63*) erat *Iesus* ... mirabilium operum -r doctorque hominum *eqs.* (*παραδόξων ἔργων ποιητής*. *cf.* AVG. civ. 21, 6 p. 499, 30 D. miraculorum -es ... angelos). AVG. civ. 7, 3 p. 277, 15 Marti et Orco uni -i mortium alteri receptori (*cf.* ISID. orig. 8, 11, 51). pecc. mer. 2, 15, 22 aliquis ... potest perfectus esse iustitiae cognitor, nondum perfectus -r. c. Cresc. 3, 11, 14 p. 421, 10 *baptizantem* -em innocentiae suae (*sc. baptizati*). serm. 37, 9, 13 omnis ... non neglector, sed -r praeceptorum dei. EVGRAPH. Ter. Ad. 310 *α* [*del. Wessner*] 'compos' ... est suae voluntatis -r. BOETH. diff. top. 1 p. 1182B demonstrator ac verae argumentationis -r. CASSIOD. art. 3 p. 1196C huius ... facultatis -r orator est.

B *in theologia*: *gentilium*: CIC. Tusc. 1, 70 dubitare, quin iis (*sc. rebus mundi*) praesit aliquis vel -r ... vel ... moderator. div. 2, 55 earum rerum (*quas natura affert*) deos facere -es. 2, 147 deus est -r somniorum. Tim. 17 -r mundi et molitor deus (*Graecum non respondet.* PS. APVL. Ascl. 10 -r). 40 quorum operum ... parens -rque (*δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων*). 47 imitantes genitorem et -em sui (*τὸν σφέτερον δημιουργόν*). PS. APVL. Ascl. 3 omnium, quae mundo insunt, ipse gubernator est, qui est -r, deus. 20 maiestatis -em omniumque rerum patrem. 23 deus, ut -r est deorum caelestium, ita homo fictor est deorum (*affert* AVG. civ. 8, 23 p. 355, 10 D., *cf.* 10 1 p. 401, 8). 26 tanti operis -r et restitutor deus. AVG. civ. 12, 27 p. 554, 6 Plato ... a summo deo factos deos -es esse voluit animalium ceterorum. *Christianorum*: TERT. adv. Hermog. 9 p. 136, 6 *deus Hermogenis* est mali, si non auctor, quia non -r, certe permissor, quia dominator. IREN. 5, 13, 3 deus incorruptibilitatis est -r. NOVATIAN. trin. 29 p. 945A *deus* sanctitatis -r. LACT. inst. 5, 8, 5 deus mundi huius -r et gubernator. MAR. VICTORIN. phys. 21 gloriae et pacis -r (*ibid.* salvator, sociator). CANDID. gen. div. 10 Iesus est -r eorum, quae sunt (*supra*: per quem effecta sunt omnia, *et*: perfecta effecit). 11 *Iesus* praeprincipium, praecausa ..., -r, capacitas ..., per quem effecta sunt omnia. HIL. trin. 3, 22 digna deo virtus est, ut *Christum* -em archangelorum ... et universae huius creationis effecerit. 12, 43 deum patrem -em atque operatorem universitatis (in psalm. 142, 3. AVG. c. Manich. 2, 29, 43 -r conditorque). AMBR. off. 1, 1, 1 *Christus* -r beatitudinis. HIER. Didym. spir. 4 p. 106B spiritus sanctus ... scientiae -r (*ibid.* habitator). AVG. civ. 4, 31 p. 186, 16 D. animae ... -r et conditor (p. 186, 21 animae creatorem). 8, 2 p. 322, 28 rerum omnium ... -em divinum animum. 8, 9 p. 334, 5 rerum creatarum. gen. ad litt. 6, 8 p. 180, 11 causarum. c. Faust. 24, 2 p. 722, 2 exterioris hominis. serm. 14, 7, 9 *deus* omnium visibilium et invisibilium -r et conditor (*ibid.* creator). 15, 5, 5 bonus -r bonorum (catech. rud. 18, 30 conditor ... et -r omnis boni). 187, 1, 1 filius dei ... -r caeli et terrae (*supra*: creator, conditor). 192, 1, 1 temporalis effectus est temporum -r (*sc. filius dei. infra*: conditor, creator). ISID. sent. 1, 4, 1 factorum -r operum.

II *de rebus*: CIC. de orat. 1, 150 stilus optimus ... dicendi -r ac magister. AMBR. in psalm. 1, 9, 4 psalmus ... ipse sibi est -r silentii. AVG. mus. 6, 2, 3 -r eius (*affectionis aurium*) sonus.

f. **effectrīx,** -īcis. *i. q. quae efficit.* GLOSS. *ἐνεργήτρια*. *non nisi de rebus*: CIC. fin. 1, 67 amicitiae non modo fautrices fidelissimae, sed etiam -es sunt voluptatum tam amicis quam sibi. 2, 55 *pecunia* -x ... voluptatum. 2, 87 -x beatae vitae sapientia. div. 2, 124 vim esse divinam -em somniorum. Tim. 37 terram ... diei noctisque -em eandemque custodem (*δημιουργόν*). PS. APVL. Ascl. 39 *necessitas* -x rerum. LACT. inst. 3, 8, 32 virtus ... -x et mater est summi boni. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 51 p. 1079C *vita* -x ... eorum, quae vere sunt. 1, 52 partem ... et paternam et -em potentiae. 1, 60 p. 1085D generatrix et -x substantia (*sc. λόγος*). HIER. Didym. spir. 4 p. 106B substantia ... sanctificationis -x est. AVG. civ. 12, 9 p. 525, 4 D. quo modo esse potuit mala voluntas bonae voluntatis -x? 21, 7 p. 501, 3 miraculorum -es ... potestates. epist. 118, 18 -em omnium naturarum esse ... sapientiam. PHOEBAD. fid. 2 p. 37A sapientia dei ... universitatis conditrix et -x. EVSTATH. Bas. hex. 2, 4 p. 883B est malitia sui genetrix, ... mortis -x (*cf. Basil. Migne 29, 36C σκότος ... κακὸν αὐτογένητον ... θανάτου ποιητικόν*). BOETH. in top. Cic. 1 p. 279, 40 conclusionis ... -x propositio. arithm. 2, 28 p. 118, 16 *unitas* -x et ... forma quaedam est imparitatis. 2, 30 p. 122, 10 multiplicatio -x est profunditatis.

effectōrius, -a -um. *ab* effector. *i. q. qui effectoris est*: AVG. gen. ad litt. imperf. p. 469, 7 vi quadam -a et fabricatoria (*sc. dei creatoris*). immort. 8, 14. 15.

[**effectuālis** *v. p. 129, 79*]. **effectum** *v. s.* efficio.

effectuōsus, -a, -um. *ab* effectus. *fere i. q. efficax*: PLIN. VAL. praef. *mel in quo apes mortuae sunt* -issimum erit ad lanam sucidandam. *adv.* **effectuōsē?** ORIGEN. in Matth. 18, 9 p. 1610C quosdam ... cum dilectione audientes divinas doctrinas et -ius (affectuosius *al., puto recte*) accedentes ad verbum.

efferātio, -ōnis *f.* *ab* efferatus, efferari. *de actione, qua quis ferus, immanis fit*: GLOSS. ἀγριότης. TERT. paenit. 12, 7 (*de rege Nabuchodonosor*) unguium aquilinum in modum -e et capilli incuriā horrorem leoninum praeferente. HIER. epist. 107, 2, 1 Nabuchodonosor . . . post -em et cordis et corporis et beluarum in heremo convictum mentem recepit humanam (in Dan. 4, 23 p. 516^{E}).

efferātus *v. s.* **1.** effero. *Bannier.*

effercio, -ertus, -īre. [ex *et* farcio. *W.*] effarc-: CAES. Gall. 7, 23, 2 α *T* (efferc-: *Vρ*). *ex coniect. certa*: PLAVT. Most. 65 (*Camerarius*; ecferute, -ite *codd.*). TRAG. inc. 164 (*Lachmann ad* LVCR. 6, 258; ferta, feria *codd. Cic. orat. 163*; et fertus *codd. Lucr.*). *i. q. refercire*: PLAVT. Most. 65 bibite, pergraecamini, este, -ite (*v. supra l. 20*) vos, saginam caedite. CAES. Gall. 7, 23, 2 ea autem quae diximus intervalla, grandibus in fronte saxis -arciuntur.

part. perf. pass. **effertus,** -a, -um. *superl.: l. 29. 31.* *i. q. refertus, plenus sim.* (*fere translate*): PLAVT. Asin. 282 si mecum occasionem opprimere hanc . . . studet, maximas opimitates gaudio -issumas suis eris ille una mecum pariet. Capt. 466 neque ieiuniosiorem neque magis -um fame vidi, nec quoi minus procedat, quidquid facere occeperit. 775 sine sacris hereditatem sum aptus -issumam. TRAG. inc. 164 ad Tauricos finis frugifera et -a arva Asiae tenet. LVCR. 6, 258 persaepe niger . . . per mare nimbus . . . in undas sic cadit -us tenebris. [**effercitus** *in loco corrupto coniecit Oehler* COMM. instr. 2, 20, 5 o venter -e luxu (ovanter officite luxu *codd.; varia temptaverunt edd.*).] *K.-M.*

efferentia, -ae *f.* *ab* efferre. *fere i. q. elatio, superbia*: VITA Alc. Avit. 3 p. 179, 25 vir dei abdicata mundanae elationis -a eundi famulatus . . . denegavit.

efferitās, -ātis *f.* [*cf. c.* efferus *et c.* feritas. *W.*] *i. q. immanitas* (*bestiarum ritu*): CIC. carm. frg. 33, 17 (Tusc. 2, 20) *terras* peragrans undique omnem -em (ecf- *codd. praeter V. v. l. 45*) expuli (*anteced.* immanitas, *gr. aliter*). LACT. mort. pers. 9, 2 inerat huic bestiae naturalis barbaries, -s a Romano sanguine aliena. [CIC. Sest. 91 *iudices* eos ex feritate (*G recte*, ecferitate *P*) illa ad iustitiam atque ad mansuetudinem transduxerunt].

1. effero, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* ferus. *W.*] *scribitur* ecf-: CIC. nat. deor. 2, 99 *codd. Nonii p. 185, 12.* FVLG. myth. 2, 12 p. 53, 19 (*PR.* et f. *M*). GLOSS. ἀποθηριῶ, ἐκθηριῶ, ἐξαγριῶ. *legitur inde a* CIC. (*infra l. 56*), LIV. *per totam latinitatem.* [*dub.*: PLIN. nat. 26, 146 (*Pintianus*, efferentia *codd.*)].

I *in statum sive naturam ferarum redigere:*

A *de bestiis*: PLIN. nat. 8, 206 sues -antur. CASSIOD. in psalm. 103, 11 p. 732^{B} *genus onagrorum* quantum patiens est domitum, tantum saevissimum redditur, cum silvis retinentibus -atur. *inde metonymice de regione, quae bestiis -atur*: CIC. nat. deor. 2, 99 *terram* immanitate beluarum -ari. SOL. 38, 13 *Taurus* -atur multis bestiis et leonibus.

B *de hominibus*: **1** *corporis habitum*: LIV. 2, 23, 4 promissa barba et capilli *cuiusdam* -verant speciem oris. SVET. Cal. 50, 1 vultum . . . natura horridum ac taetrum etiam ex industria -bat *Caligula*. *i. q. in speciem ferae mutare*: SCHOL. Germ. Bas. p. 58, 8 irata dea -vit eam (*sc. Callisto. cf. catast. 1 τὴν θεὸν ἀποθηριῶσαι αὐτήν*). p. 59, 7 *Dianam eam* -asse.

2 *mores, animum, mentem*: LIV. 1, 19, 2 -ari militia animos (25, 26, 10 assuetudine mali -verant animos. SEN. epist. 83, 26 ebrietates continuae -ant animos. TAC. hist. 4, 26 discordes animos multa -bant. *cf.* SEN. nat. 4, 13, 6 numquam intermissa intemperantia quidquid animi decoxerat, -vit). 5, 33, 11 *Raetos* loca ipsa -arunt. 23, 5, 12 *militem* natura et moribus immitem ferumque insuper dux ipse -vit. 37, 54, 21 *Massilienses* iam pridem -assent tot indomitae circumfusae gentes. CVRT. 9, 10, 9 solitudo natura quoque immitia -vit ingenia. VAL. FL. 6, 67 Datin . . . misit in arma Daraps, acies quem Martia circum Gangaridum potaque Gerus quos -at unda. PS. QVINT. decl. 13, 11 *barbaros populos* procul omnis iuris humani societate summotos proxima bēluis natura -vit. TAC. hist. 1, 21 iuvenem . . . longo exilio -tum. APVL. apol. 18 *paupertas* neminem tyrannide -vit. SOL. 2, 51 homines ex Troiana prosapia in mores barbaros -ti. SERV. Aen. 1, 317 *Camilla* venatibus latrociniisque vivendo . . . -ta est. CASSIOD. var. 12, 5, 4 ne rustici . . . illicitis ausibus -entur.

II *notione feritatis debilitata fere i. q. adducere, concitare, irritare* (*additur saepe* in, ad, adversus *et abl.*): **A** *homines*: LIV. 2, 29, 9 Ap. Claudius et natura immitis et -tus hinc plebis odio, illinc patrum laudibus (5, 27, 10 qui modo -ti odio iraque Veientium exitum paene quam Capenatium pacem mallent). 33, 29, 1 -vit ea caedes Thebanos Boeotosque omnes ad execrabile odium Romanorum. SEN. contr. 1, 2, 8 non est credibile temperasse a libidine piratās omni crudelitate -tos. SEN. Phoen. 206 quid est, quod te -vit? OCTAVIA 787 Octaviae favore (furore *codd.*) percussa agmina et -ta. CVRT. 8, 2, 16 ferocia ingenia . . . veniae desperatio -verat. PETRON. 94, 9 Giton . . . ex dolore in rabiem -tus (FRONTIN. strat. 2, 6, 7). PS. QVINT. decl. 9, 8 neque enim ita me -bat ludus . . ., ut amicum vellem occidi. 15, 5 ut . . . rigeat super nefandas cogitationes -ta tristitia. APVL. apol. 28 *Pudentem* postquam frater eius . . . diem suum obiit . . . in me ac matrem suam nefarie -tum. met. 8, 29 propudia ad illicitae libidinis extrema flagitia infandis uriginibus -antur. 9, 40 nullis precibus mitigari militem magisque in suam perniciem . . . -ari. 10, 24 uxor . . . sororem mariti libidinosae furiae stimulis -ta . . . verberat. MIN. FEL. 14, 6 in . . . odium hominum plerique simpliciores -antur. TERT. adv. Marc. 2, 26 p. 372, 9 *deus* ob vituli consecrationem -tus. PANEG. 6 (7), 8, 3 Gallias priorum temporum iniuriis -tas. LACT. inst. 3, 23, 10 si homo ad conspectum alterius hominis -retur. 5, 9, 5 *hos* cordis rabies -vit. AMM. 14, 1, 10 quibus . . . Caesar acrius -tus . . . impetu ferebatur (*cf.* 31, 5, 5 -ti . . . acrius barbari). 19, 7, 1 perculsae . . . novitate rei -taeque gentes. 22, 11, 5 his -tis hominum mentibus Georgius quoque grave accesserat incentivum (*cf.* 28, 1, 11 his ille cognitis -tus). 24, 4, 14 quo -ti gaudio milites. 27, 12, 11. 29, 6, 6. VVLG. Dan. 8, 7. HIER. hom. Orig. in Ier. 8 p. 647^{B} (*allegorice de Iudaeis*) quae super terram erat hereditas eius . . . -ta est adversus eum (*gr. p. 365^{E} ἐπεθηριώθη*). PS. RVFIN. in Am. 8, 11 p. 1096^{B}.

B *bestias*: CVRT. 3, 11, 11 equi confossi hastis et dolore -ti. COLVM. 6, 2, 10 sive . . . *bos* -tus prosilit, duorum arbitrio inhibetur. PLIN. nat. 8, 27 *elephanti* circa coitus maxime -antur. 10, 181 *sues* feminas *subantes* in tantum -ari, ut *eqs.* APVL. met. 9, 2 venenatis morsibus *canis rabidi* contacta nonnulla iumenta -ari simili rabie. SOL. 1, 55 si quid canes inde (*e profluvio mulierum*) ederint, in rabiem -buntur. 49, 10 geniturae cupidine -antur cameli. LACT. inst. 5, 5, 12 *Iovem* -asse serpentes. AMM. 19, 6, 4 dentatae in caveis bestiae taetro pudore acerbius -tae . . . repagulis . . . illiduntur. 28, 6, 13 rapaces alites . . . irritamento sanguinis atrocius -tae (31, 15, 2). PROB. Verg. georg. 3, 282 *v. p. 143, 25.* AVG. civ. 3, 23 p. 135, 17 D. cuncta animalia . . . canes equi *eqs.* . . . subito -ta. HYD. chron. II p. 18, 48 *bestiae hominum* carnibus pastae passim in humani generis -antur interitum. PASS. Theclae epit. 4 *animalia* acrius -ta.

C *singularia*: **1** *notionis*: STAT. Ach. 1, 425 ereptum superis Mars -at aurum ('*Mars aurum antea ad deorum cultum adhibitum fero bello vindicat*' *Klotz*). APVL. met. 5, 1 semideus vel certe deus, qui magnae artis subtilitate tantum -vit argentum ('*ferarum formas expressit*' *Beroald.*). IORD. Get. 34, 176 qui Constantinopolim -asset (*i.* '*turbasset*'. *cf. Rom. 320* totam urbem igni ferroque turbavit). *v. et p. 137, 62 sqq.*

2 *structurae: reflexive*: APVL. Socr. 3 p. 125 plerique se incuria verae disciplinae ita omnibus erroribus ac piacularibus depravaverint, sceleribus imbuerint et prope exesa mansuetudine generis sui immane -arint, ut possit videri *eqs.*

part. perf. pass. **efferātus,** -a, -um *pro adi.* *comp.* -ior: LIV. 34, 24, 4 PLIN. nat. 8, 216. -ius: GELL. 20, 1, 19 LACT. opif. 4, 20. *superl.* -issimus: IVL. VAL. 3, 29. *de notione*: ISID. orig. 10, 92 mente ferina effectus (aff-*?*) et ultra humanum modum excedens (GLOSS. V 497, 64). GLOSS.^{L} II Philox. EF 6 -us ἠγριωμένος. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 424, 15 B. ferox . . . ferus -us. [⟨ef⟩ferata VAL. Max. 5, 1 ext. 6 (ferata L^1A^1)].

A *i. q. ferinus, saevus, incultus*: **1** *de corporis habitu*: LIV. 21, 39, 2 cultus ex illuvie tabeque squalida et prope -a corpora varie movebat.

2 *de natura et moribus*: **a** *de bestiis*: PLIN. nat. 8, 216 -ior cynocephalis *simiis* natura. CAPITOL. Gord. 33, 2 has . . . feras mansuetas et praeterea -as parabat ad triumphum Persicum. IVL. VAL. 3, 29 p. 137, 10 canes . . . in homines -issimos. **b** *de hominibus*: CIC. rep. 4, 1 quanto est miserius in hominis figura animo esse -o (QVINT. decl. 379 p. 423, 29 tam -i animi sum? PORPH. Hor. ars 391/2 *Orpheus* -os hominum animos placaverat carmine. VVLG. II Macc. 5, 11). Tusc. 4, 32 (*in loco non sano*) multa -a et immania. nat. deor. 1, 62 multas esse gentes sic immanitate -as, ut apud eas nulla suspicio deorum sit (LIV. 8, 14, 9 Gallis, gente -a. 10, 10, 11 VAL. MAX. 4, 6 ext. 2 AMM. 14, 6, 5. 22, 12, 2 [*?* effetarum *cod.*]). LIV. 34, 24, 4 moribus ritibusque -ioribus. VAL. MAX. 1, 1, 14 saevitiam *Karthaginiensium*. 5, 1 ext. 6 ingenia (*v. supra l. 59*). 9, 2, 4 crudelitatem. 9, 11 ext. 4 barbariae. SEN. Phaedr. 923 silvarum incola *Hippolytus* . . . -us, castus, intactus, rudis. epist. 99, 17 videt aliquem fortem in luctu suo: impium vocat et -um. 121, 4 affectus. CVRT. 6, 3, 6 -os melior consuetudo permulcet. FRONTIN. strat. 1, 9, 2 consilio restituit sanitatem -is (*sc. in seditionem lapsis*). FLOR. Verg. p. 187, 14 *utrum praeclarius sit* barbaris -isque pectoribus an mitibus et innoxiis *imperare*. GELL. 20, 1, 19 quid . . . videri potest -ius . . . quam quod *eqs.* COMM. instr. 2, 33, 7 -⟨a⟩mente (FVLG. myth.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 12 p. 53, 19 vino -ae mentes). LACT. opif. 4, 20 quid esset taetrius homine, quid -ius, quid immanius? AMM. 27, 4, 9 *e barbaris* praeter alios ut immaniter -i timebantur Odrysae. 31, 2, 17 (*de Halanis*) ⟨ob⟩ mores et modum -um vivendi. PRVD. cath. 9, 53 mentis impos -is percitus furoribus. perist. 4, 110 -i spiritum mundi. PHYSIOGN. 104 p. 126, 11. *ibid.* p. 128, 4 (*bis*).

B *praevalet notio q. e. concitatus, furiosus*: SEN. Herc. f. 397 agedum -as rabida voces amove. PETRON. 82, 2 attonito vultu -oque nihil aliud quam caedem et sanguinem cogito. ARNOB. nat. 1, 17 p. 13, 15 in alterius doloris crucibus -i pectoris alienatione bacchari. AMM. 14, 7, 2 *Caesar* ideo -us, quod *eqs.* 20, 7, 8 -a vesania regis obstante. 20, 8, 8 *homines* solito saevius -i. 27, 3, 13 -am diu plebem aegre postea delenitam. 29, 1, 38. OP. imperf. in Matth. 17 p. 726 $^{init.}$ non sentit animae suae dispendium -us *laicus*. BOETH. in top. Cic. 5 p. 370, 39 si quis irascatur facile, quia eius animus per iracundiae habitum -us est.

adv. **efferātē**, *fere i. q. saeve, furenter*: LACT. inst. 5, 20, 10 *defensores deorum* saeviunt -e adversus non colentes.

deriv.: efferascere, efferatio.

***2. effero**, extulī, ēlātum, -re. *ab* ex *et* fero. *de scriptura*: ecf-: *saepe in codd.* (*maxime antiquioribus, unde* haec f-, et f- *sim. corruptelae*). exf-: LEX luci Spolet. (Corp. I^2 366) I 4 PLAVT. Merc. 422 *B, et fort. A* (ecf- *CD*). COMM. instr. 2, 33, 6 *C*. ef-: CORP. III 15196^1 *v. p. 142, 4.* ISID. diff. 1, 191 *v. infra l. 46.* etulere: CARM. epigr. 1535 B, 1 (*v. p. 146, 11*) *'pro* ext-, *nisi* e *ex proximo verbo* (aurae) *male adhaesit', Buecheler. notatur*: e(latus): FAST. Ost. a. 37 (Corp. XIV suppl. Ost. 4535), 20 *v. p. 142, 18.* *de coniugatione*: CHAR. gramm. p. 344, 30 B. tam activo quam . . . passivo modo declinantur velut defero . . . praefero *προοίνω*, -o *ἐκφέρω*. NOT. Tir. 22, 86 -tulit (*inter composita verbi* 'ferre'). *de notione*: PAVL. FEST. p. 82 exhaustant -unt. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 419, 2 B. igni infertur. rogo imponitur. -tur. funeratur. humatur. sepelitur. NON. p. 297, 14 -re subdere. 297, 16 significat proferre. 297, 26 ostendere. 297, 29 erigere, levare. 297, 37 edere, provehere (*v. p. 143, 59*). 298, 1 extollere. *al.* PELAG. in Rom. 1, 30 p. 18, 5 -latus . . . dicitur qui -tur super mensuras suas (*item* PS. PRIMAS. in Rom. p. 421^B). RVFIN. Basil. reg. 164 -latus est, qui se ipsum -t pro his, quae forte recte vel prospere gesta sunt *eqs.* GLOSS.^{L} I Ansil. EF 51 -bamur superbiebamus. III Abstr. EF 8 -unt asportant. 10 -re pedem proficisci. EX 48 -tulit praetulit erexit elevavit in sublime tulit. II Abav. EF 12 -tur funus ducitur *ἐκκομίζε⟨ται⟩ι*. II Philox. EF 5 -t *ἐκφέρει*. GLOSS. -o *ἐκκομίζω*. *ἐκφέρω*. -untur *ἐκφέρονται*. -tulit *ἐξήνεγκεν*. *ἐπῆρεν*. *de diff. inter* effero efero ecfero: AGROEC. gramm. VII 124, 22 efferunt qui exportant, ecferunt (et ferunt, et qui ferunt *codd.*) qui laudando extollunt (*cf.* GLOSS.^{L} Corp. E 24). ISID. diff. 1, 191 efferunt qui exportant per dua f. eferunt autem, qui laudando extollunt per unum f. Cicero *eqs.* (*v. p. 149, 69*). *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, TER. *per totam latinitatem.* *multa exempla stirpis perfectae*: -tuli, -tuleram *eqs. pertinere possunt etiam ad* extollo, *q. v.*

[*dub. interpr.*: RABIR. carm. frg. 1 -tulit Idaeos summa cum margine colles (*v. p. 146, 66. vix recte Morel ad l.* '-tulit' *grammatico, sc. Char. p. 82, 3 B. tribuit eum verbi usum statuens, qui est sub IC 2 a, e. g. p. 144, 66. attamen exempla illic allata eo differunt, quod verbum* '-re' *additamento auctum ponitur*). TITIN. com. 79 ne tu istum edepol media -tulisti . . . ut dignus fuit (*cf. p. 147, 55*). ENNOD. epist. 9, 17, 2 p. 241, 1 -endo desideratis nobile munus aspectibus (*i. offerendo? sic Hartel; cf. p. 150, 19*). *coniect.*: PLAVT. Bacch. 965 (expuli *codd.*). Mil. 1332 -to (certo *codd.*). GERM. 713 (effugit *codd.*). *fortasse falso pro* referre (*sic Lambin.*): CIC. de orat. 2, 52.]

I ***i. q. ferre foras*:**

A *de motu corporali*: **1** *cum mera notione exportandi*: **a** *generatim*: *a quavis ratione exportare*: Ⓘ *aliquem (i. q.* 'exponere': *l. 78), aliquid*: PLAVT. Amph. 629 vide ex navi -antur quae imperavi iam omnia (*cf. Thierfelder, de rationibus interpol. Plautin., Leipzig 1929, p. 125 sqq.; et v. infra l. 83*). Aul. 664 *senex aurum* credo -et (haec feret *codd.*) secum et mutabit locum. 665 senex eccum aurum -t foras (Bacch. 95 tibi argentum iubebo . . . intus [*v. infra l. 74*] -ri foras. Cas. 415 teneo sortem :: -r foras. Poen. 1320 istinc, servi, foras -te fustis. CATO agr. 2, 3 stercus. VVLG. exod. 12, 46 nec -etis de carnibus eius foras. deut. 23, 24. Ezech. 12, 4 vasa tua. *et al. v. p. 140, 22*). Bacch. 714 abi intro . . . atque -r cito . . . stilum, ceram et tabellas, linum. 1050 binos ducentos Philippos . . . intus -am (Most. 405 clavem mi. *v. supra l. 69. cf.* Mil. 459 -r mihi machaeram huc intus. 1338. *v. infra l. 80*). Capt. 658 ite istinc [atque] -te lora. Cas. 296 et sitellam huc tecum -to cum aqua et sortis. Cist. 665 crepundia haec sunt, quibuscum tu -tulisti nostram filiolam ad necem. Epid. 633 ad te argentum (TER. Haut. 804 abi -r argentum.:: -o). Merc. 911 pallium mi -te. Mil. 463 abi, machaeram huc -r (Stich. 347 -te huc scopas simulque harundinem. 352 ecquis huc -t nassiternam cum aqua. *v. supra l. 75*). 1153 nihil. 1314 omnia, quae isti dedi. 1332 aquam (VERG. ecl. 8, 64). Rud. 439 *urnam* propera . . . -re. Trin. 1106 quae imperaverim, curare ut -antur. TER. Hec. 563 interdico, ne -tulisse extra aedis puerum usquam velis. 565. Eun. 753 cistellam . . . domo . . . cum monumentis (CAES. Gall. 1, 5, 3 *v. p. 142, 55. cf.* SEN. epist. 119, 11 si numerati multum ex aliqua domo -tur. VVLG. lev. 14, 36 ut -ant universa de domo [IV reg. 23, 6 Am. 6, 10]. *v. etiam infra l. 28. et al.*). Ad. 265 me quaerit. num quidnam -t? TRAG. inc. 199 quod -tulisti saucios patrio lare (CIC. Tusc. 2, 38 videmus ex acie [*cf. l. 13*] -ri saepe saucios [LIV. 23, 44, 9]). VARRO rust. 3, 7, 5 columba . . ., si quae perierit, ut -atur. CIC. Catil. 2, 2 cruentum mucronem. 3, 8 qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, -ret. CAES. Gall. 5, 45, 4 has *litteras* ille in iaculo inligatas -t (adfert *β*). civ. 1, 78, 1 ab Ilerda frumentum (LIV. 31, 33, 4 quod ex hibernis -tulerat. *cf. p. 142, 37*). NEP. Paus. 5, 4 cum semianimis de templo -latus esset. Eum. 4, 4 Eumenes Craterum ex acie (*v. supra l. 6*) semivivum -latum recreare studuit. VERG. georg. 1, 379 saepius . . . tectis penetralibus -tulit ova . . . formica (Aen. 2, 297 *Hector* aeternum . . . adytis -t penetralibus ignem). Aen. 5, 359 clipeum -ri iussit *Aeneas*. 5, 424 cestus. 8, 2 ut belli signum Laurenti Turnus ab arce -tulit (AMM. 25, 9, 1. *cf. l. 21*). 11, 73 vestes. LIV. 1, 29, 4 raptim quibus quisque poterat -latis. 1, 48, 3 Servium . . . -latum e curia. 10, 19, 12 Volumnius signa canere ac vexilla -ri castris iussit. 22, 42, 8 -enti portā signa ([27, 2, 5 portis]. 24, 46, 7. 25, 41, 1 arma . . . capere . . . et -ri signa. 34, 46, 11 foras. *al.* TAC. hist. 3, 31 signa aquilasque. *et al. cf. etiam supra l. 17*). LIV. 29, 14, 10 eam (*deam*) de nave accipere et in terram -latam tradere ferendam matronis (*ibid.* 11). 38, 38, 5 ne qua ⟨praeter⟩ arma -to ex iis oppidis, agris, castellisque quibus excedat (42, 23, 3 extra fines [42, 25, 4]. SEN. Herc. f. 1271. SIL. 8, 278 portis. *al.*). 39, 13, 12 demissas . . . in aquam faces . . . integra flamma -re. *al.* PAVL. FEST. p. 106 ignem ex domo flaminia -ri non licebat ([GELL. 10, 15, 7]. STAT. Theb. 12, 133 *Hecate* arcanos errantibus -tulit ignes. *v. supra l. 16*). SEN. benef. 3, 28, 5 quo te paenulati isti . . . -unt? ad ostium *eqs.* (*anteced.*: circumferentibus). CVRT. 3, 13, 5 pecuniam regiam cum pretiosissimis rerum. COLVM. 8, 17, 15 *piscem* non esse libero mari captum, sed de custodia -latum. PETRON. 102, 9 pro sarcinis vos -am. PLIN. nat. 14, 139 exanimes *e balneo*. SIL. 7, 180 citus -tulit hortis rorantis humore dapes. ACT. Arv. a. 81, 24 ob ferrum de aede -latum (*antea*: in aedem inlatum, *cf. l. 40 sqq.*). SVET. Vesp. 8, 5 suo collo quaedam (*sc. ruderum*) -tulit. PLIN. epist. 3, 14, 3 *Larcius Macedo* quasi aestu solutus -tur *e villa*. TERT. resurr. 27 p. 65, 10 de cellariis non aliud -tur quam quod infertur (*sic opp.* inferre: carn. 19 p. 457 Oe. eo se intulit *dei spiritus*, unde nihil -tulit. VVLG. I par. 9, 28 inferebantur vasa et -bantur. II par. 34, 14. *v. l. 36*). IVST. 12, 13, 9 -latus . . . convivio semianimis. PALLAD. 11, 1, 1 laetamen -tur ac spargitur. VVLG. lev. 4, 12 pellem . . . cum reliquo corpore -et extra castra (4, 21. 6, 11). *et al.*

res aliquo modo inclusas, i. q. educere (*aliter p. 150, 35*); VERG. Aen. 2, 552 dextrā . . . coruscum -tulit . . . ensem (*cf.* CLAVD. DON. *ad l.*). LIV. 24, 7, 5 tamquam laxaret -latum (latum *P*) pedem (*aliter l. 64 sqq.*) ab stricto nodo . . . Dinomenes (*nisi ad p. 145, 41 sqq. ut et* TAC. *l. 51*). SIL. 12, 442 inclusas igitur . . . claustris maris -tulit (*sc. Hannibal*) astu perque aversa tulit . . . arva carinas. TAC. ann. 1, 35 *Germanicus* ferrum a latere diripuit -latumque deferebat in pectus. *res quasi occultas in apertum proferre*: SEN. epist. 94, 57 *natura* aurum . . . et argentum et . . . ferrum abscondit. nos in lucem propter quae pugnaremus -tulimus. SOL. 7, 8 Pitane . . . quam Arcesilaos prudentiae suae merito in lucem -tulit (*i. claram reddidit*). *allegorice*: HIL. coll. antiar. B II 5, 1, 1 p. 140, 4 omnia ita edita sunt et expressa, ut in lucem cognitionis -lata sint. B II 9, 7 p. 150, 2 in omnes Arrianos . . . damnatio . . . decernitur, et evolutis euangelicis atque apostolicis doctrinis perfectum unitatis catholicae lumen -tur. in Matth. 6, 1 p. 951^B horum *praeceptorum* . . . sacramenta atque virtutes neque in gentes -re neque cum haereticis conferre permittimur (*an ad I C 3?*).

Ⓘ *pedem, inde gradus sim.*: PLAVT. Bacch. 423 digitum longe a paedagogo pedem ut -res aedibus (Capt. 457 ne quoquam pedem -at sine custodela. ENN. scaen. 253 numquam era errans mea domo -ret pedem Medea. 279 utinam ne umquam Mede Colchis [cordis *codd.*] . . . pedem -tulisses. CIC. Cael. 34 limine. Att. 6, 8, 5 pedem portā [8, 2, 4 SVET. Tib. 38]. VERG. Aen. 2, 657. SVLP. SEV. dial. 3, 6, 2 pedem extra cellulae suae limen. *et al. cf. supra l. 47*). VERG. Aen. 2, 753 qua gressum -tuleram (SEN. Med. 870 quando -et Pelasgis . . . Colchis arvis gressum. OCTAVIA 593. 690. *et al.*). SEN. Med. 891 -r citatum sede Pelopea gradum, Medea (OCTAVIA 160 sancta Pietas . . . trepidos gradus. 667 propera tectis -re gradus. SIL. 11, 112. *al.*). Oed. 1048 suspensa plantis -ens vestigia (SIL. 9, 92). *et al.*

Ⓘ *reflexive*: PLAVT. Bacch. 965 dolis me illo -tuli (*v. p. 139, 58*) e periclo. ACC. trag. 592 egredere, exi, -r te, elimina urbe. VERG. Aen. 11, 462 nec plura locutus corripuit sese *Turnus* et tectis citus -tulit altis. 12, 441 portis sese -tulit *Aeneas* ([*inde* AVSON. 427, 1 portis sese -tulit Hector]. SIL. 1, 427 parte ex alia qua se . . . inventus -tulerat portis). MANIL. 4, 620 inde ubi in angustas iterum se navita fauces Hellespontiacis revocatus fluctibus -t. STAT. Theb. 3, 442 Perseius heros cum . . . arcana . . . sese -tulit aula. TAC. ann. 15, 7 hostia . . ., semifacta opera, fugā perrupit seque vallo -tulit.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avien. ora 630 Ligures ad undam semet interni maris Sctiena ab arce ... procul -tulere. *et al.* *de amne, i. q. se effundere*: Avien. orb. terr. 448 Borysthenii vis sese fluminis -t Euxinum in pelagus.

β acced. notione iniuriae, violentiae, i. q. furto auferre: Plavt. Bacch. 1058 (*iocose*) -tur praeda ex Troia (Liv. 29, 6, 1 praedam ex hostium terra ... tota classe -ri. Qvint. inst. 8, 3, 69. *aliter p. 150, 39*). Lex luci Spolet. (Corp. I² 366, *s. III/II*) honce loucom nequ⟨i⟩s violatod neque exvehito neque -to (*v. p. 139, 22*) quod louci siet (*cf. Skutsch, Kl. Schr. p. 440 adn. 1*). Cic. Verr. II 4, 52 -ri sine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum, effringi ... foris, revelli claustra. Mil. 33 librarium ... quod te aiunt eripuisse e domo et e mediis armis ... tamquam Palladium -tulisse (sustulisse *al.*). Liv. 29, 20, 10 quae ... tacta ac violata -lataque inde essent. 29, 21, 5 si quis miles ... secum -tulisset, quod suum non esset. Corp. VI 576 extra hoc limen aliquid de sacro Silvani -re fas non est.

γ servandi causa -re, *i. q. servare* (*hac notione videtur primitus de naufragio fuisse adhibitum*): Cic. Sull. 87 (*in imagine*) rei publicae praecipitanti subveni, patriam demersam -tuli (*cf.* Ps. Cic. ad Oct. 4 prope iam afflictam ac prostratam rem publicam tuis opibus -tulisti). rep. 1, 28 firmiore fortuna, quam qui ea possideat quae secum, ut aiunt, e naufragio possit -re. Liv. 29, 8, 10 regiae naves laceratae naufragiis nihil in terram integri praeter sacram pecuniam deae quam asportabant, -tulerant. Sen. contr. 1, 2, 20 licet illam ponatis in lupanari: et per hoc illi intactam pudicitiam -re contigit. Phaedr. 4, 22, 16 praedones ... rapiunt, quod quisque (*naufragorum*) -tulit. Sen. epist. 17, 3 (*in incendio*) cum aqua (aliqua *codd.*) conclamata est, quomodo exeat, non quid -at, quaerit *pauper*. Qvint. decl. 259 p. 54, 4 dives ... naufragium fecit, -tulit filiam divitis pauper. *cf. etiam* Verg. Aen. 9, 817 *p. 146, 5*.

b *speciatim: sepeliendi causa exportare* (*defin. v. l. 59. acced. notione funeris sim. p. 142, 11 sqq.; de cinere -endo: p. 142, 2; de apibus p. 142, 8; in lusu verborum de statua Iovis l. 84; audacius i. q. morte afficere p. 142, 34 sqq.*): Plavt. Asin. 615 utinam sic -amur. Aul. 568 (*iocose*) tu idem optumumst loces -endum (*sc. agnum*), nam iam ... mortuost. Epid. 174 uxorem quam tu -tulisti (Mart. 8, 43, 1 -t uxores Fabius, Chrestilla maritos. *et al.*). Most. 1000 vidi -ri mortuom. Ter. Andr. 117 -tur, imus. Lvcil. 655 depugnabunt pro te ipsi et morientur ac se ultro -ent (Sen. epist. 12, 8 *Pacuvius* nullo non se die -tulit). Cic. Flacc. 41 hic Dorylensis cum -retur magna frequentia. Phil. 9, 16 placere eum quam amplissime supremo suo die -ri. de orat. 2, 225 cum casu in eadem causa -retur anus Iunia. leg. 2, 66 ante lucem ... -ri. Tusc. 3, 70 Quintus Maximus -ens filium consularem (nat. deor. 3, 80 *item*. Sen. dial. 6, 13, 3 filios ... quos sibi servaverat *Paulus* -tulit. *et al.*). Att. 15, 1b, 1 Cn. Lucullus ... matrem -bat (Nep. Att. 17, 1 in funere matris suae quam -tulit annorum nonaginta). ad Brut. 1, 16, 3 puerum. Nep. Arist. 3, 2 in tanta paupertate decessit, ut qui -retur vix reliquerit (*cf.* Cim. 4, 3 complures pauperes mortuos, qui unde -rentur non reliquissent, suo sumptu -tulit). Dion 10, 3 -latus publice (Corp. III 3128 P. Pitius ... decurion(um) decr(eto) publice -latus sepultusq(ue) est. *al.*). Nep. Att. 22, 4 -latus est in lecticula ... sine ulla pompa funeris. Hor. sat. 2, 5, 85 anus improba ... ex testamento sic est -lata *eqs.* Prop. 4, 7, 7 eosdem habuit secum quibus est -lata capillos. Ov. met. 6, 283 -r. Liv. 1, 59, 3 -latum domo Lucretiae corpus in forum deferunt (Vell. 2, 4, 6 corpus velato capite -latum est. *al. cf. et p. 142, 9*). 2, 8, 8 cadaver -ri *iussit* (Don. Ter. Andr. 117 p. 74, 19 -ri proprie dicuntur cadavera mortuorum. Cod. Theod. 9, 17, 5, 1 [*a. 363*] quod -ri cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam. Sedvl. carm. pasch. 4, 128 iuvenem gelidumque cadaver [op. pasch. 4, 12 p. 263, 3 iuvenis ... cadaver]). Liv. 2, 33, 11 *Menenio* sumptus funeri defuit, -tulit eum plebs. 25, 26, 10 ut non modo lacrimis ... prosequerentur mortuos, sed ne -rent quidem aut sepelirent (*al.*). 38, 56, 2 non ubi mortuus aut -latus sit. Liv. perioch. 2 p. 6, 11 publico impendio. Lavd. [Turiae] (Corp. VI 1527, *a. 8—2*) II 52 utinam procedere coniugium ⟨potuisset donec e⟩lato me maiore *eqs.* Corp. VI 9730 (*a. 2*) Gnome ... ancilla ... -lata est. Pavl. Fest. p. 61 capulum ... id quo mortui -untur. Sen. contr. 1, 1, 1 pluris tibi frater -endus quam alendus est. contr. ext. 1, 6 Pompeium si hereditariae -tulissent imagines *eqs.* Val. Max. 1, 8 ext. 5 ante -latus quam natus est. Cels. 2, 6, 15 vivere qui -batur. Sen. apocol. 3, 2 illum ex quo princeps factus est, omnibus annis omnibus mensibus -unt. 12, 1 ut scires deum -ri. Tro. 137 post -latos Hecubae partus regumque gregem. benef. 7, 21, 1 -latus combustus. dial. 1, 3, 2 liberos coniugem (*al.*). 10, 7, 7 -endis heredibus. epist. 63, 10 in unius -lati solacium. 99, 4 cum amico -s amicitiam. *al.* Mela 2, 20 cum acerbissimis planctibus. Petron. 42, 6 bene -latus est. 77, 7 profer vitalia, in quibus volo me -ri. 78, 2 ego gloriosus volo -ri, ut *eqs.* Plin. nat. 7, 46 ritu naturae capite hominem gigni mos est, pedibus -ri. Mart. 4, 24, 2 omnes quas habuit ... Lycoris amicas -tulit. Ivv. 1, 72 nigros ... maritos (*cf. supra l. 38*). 6, 175 greges natorum ipsumque parentem. Svet. Aug. 99, 2 milites praetoriani -tulerunt eum in publicum. Avson. 74, 4 (*de statua Iovis, v. l. 34*) hodie iussus transferri e sede vetusta -tur, quamvis sit deus atque lapis. Qverol. p. 14, 3 bustum ut -ret filius. p. 18, 1 -re istos melius est quam laedere (*fort. luditur inter signific. q. s. 'humare' et 'laudare', v. p. 148, 19*). Corp. III 15196¹ Neratia Quintilla procuravit at (*sic*) cuius arbitr(i)um per me ef(f)er(r)i iussit. VII 49. VIII 27680 Zosima ... Euryclia ... una die -latae sunt. X 6740 Octavia ... natali suo -lata (XIV suppl. Ost. 5048, 5). Inscr. christ. Diehl 3315 A. *et al. saepe.* *similiter de apibus*: Colvm. 9, 13, 7 *apes* mortuarum corpora domiciliis -unt. Ps. Qvint. decl. 13, 17 -untur ... corpora apium. Pallad. 4, 15, 2.

notio funeris expresse indicatur (*nota*: funus -re *l. 24 sqq.*): Varro ling. 5, 160 ex aedibus -ri indictivo funere praeco etiam eos dicit, qui ex tabernis -untur. Cic. Att. 14, 10, 1 si funere -latus esset (*item* 14, 14, 3). Nep. Eum. 4, 4 amplo funere (Liv. 3, 18, 11 ampliore. Val. Max. 5, 1, 2 corpus *Hannonis* ... amplo funere -tulit. *al.*). Liv. 30, 45, 4 publico funere (Fast. Ost. [Corp. XIV suppl. Ost. 4535, *a. 37*] 20 IV K. Apr. corpus *Tiberii Caesaris* in urbe perlatum per mili⟨t⟩es III non. Apr. f(unere) p(ublico) e(latum) e(st). Val. Max. 5, 1, 1b. *al.* Corp. IX 1783 XIV 415, 2. XIV suppl. Ost. 4494 publico ... funere -un(dum) decrerunt. *et al.*). Liv. 41, 16, 4 funere magnifico -latus sepultusque est (Cvrt. 4, 8, 9. *al.*). Qvint. decl. 329 p. 295, 25 corpus illud ... publicis ... exsequiis -emus. Svet. Nero 9 Claudium apparatissimo funere -latum. 33, 3 tralaticio. Capitol. Aur. 13, 6 sumptu publico vulgaria funera ... -ri (Ps. Avr. Vict. epit. 11, 13. Amm. 29, 2, 13 funus eius per vespillones -latum. Val. Cem. hom. 20, 5 p. 753ᴰ). Ivst. 12, 1, 1 amissos milites magnis funerum impensis. *et saepe.* *in imagine*: Cic. dom. 42 cum tua rogatione funere -latam rem publicam esse dicerent, tamen id funus ... iure indictum esse dicebant *clarissimi viri* (*cf.* Liv. 24, 12, 17 nisi paci et concordiae consulitis, ne libera -atur res publica. 28, 28, 12 meo unius funere -lata populi Romani esset res publica?). Val. Max. 1, 8 ext. 2 singularem doctrinam hominis pleno invidiae funere -endo.

nota (*v. p. 141, 35*): *i. q. morte afficere*: Manil. 1, 885 qualis Erectheos pestis populata colonos -tulit antiquas per funera pacis (*i. 'morbi', sc. non belli*) Athenas.

2 *cum notione secum ferendi, i. q. portare secum* (*tam res corporeas quam incorporeas. acced. dat. comm.: i. q. secum advehere: l. 66*): Ter. Haut. 745 -ant quae secum huc attulerunt. Gracch. or. frg. Gell. 15, 12, 4 cum Romam profectus sum, zonas quas plenas argenti -tuli, eas ex provincia inanes rettuli. Cic. Quinct. 99 quam honestatem ... attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco -re (Phil. 9, 5 secum ... ille mortem -tulit. Bell. Hisp. 16, 2 copiae ... secum ... -tulerunt virgulta, crates ad fossas complendas *eqs.* Liv. 3, 22, 9 vix arma secum -re hostis potuit [23, 36, 6]. 25, 16, 21 scuta. 43, 18, 11 sua secum -entibus. Sen. nat. 3, 19, 1 *aqua* si quando erupit, -t secum immensam animalium turbam. Svet. Nero 31, 4 thesauros ... quos Dido ... fugiens Tyro secum -tulisset. 49, 2 duos pugiones, quos secum -tulerat. Svlp. Sev. chron. 1, 30, 4 arcam domini secum in pugnam. *et al.*). Cic. Att. 8, 3, 5 has compedes, fascis, ... hos laureatos -re ex Italia. epist. 7, 18, 2 tua culpa est, qui verecundiam tecum -tuleris et non hic nobiscum reliqueris (Sen. Herc. f. 290 erumpe rerum terminos tecum -ens; *subesse vid. etiam notio q. e. 'sursum', cum de ascensu ex Orci regionibus agatur. v. p. 145, 41*). Caes. Gall. 1, 5, 3 cibaria sibi quemque domo -re iubent. Nep. Epam. 4, 4 sua ... quae attulerat ... -re. Verg. Aen. 1, 652. 3, 150 penates quos mecum a Troia mediisque ab ignibus urbis -tuleram. Sen. Herc. O. 581 quas paternis -tuli (*sc. Deianira*) comites focis. Med. 225 solum hoc Colchico regno -tuli decus illud *eqs.* dial. 4, 7, 1 *desinet* Socrates posse eundem voltum domum referre quem domo -tulerat? epist. 7, 1 numquam mores quos -tuli refero. 102, 25 non licet plus -re quam intuleris, immo ex eo quod ad vitam attulisti, pars magna ponenda est. 110, 15 minus cupiditatis istinc -o quam attuleram. Apvl. met. 2, 32 gladium quem veste mea contectum ad hos usus -tuleram ... adripio. Sol. 19, 1 insula Apollonitarum, ex qua Lucullus Apollinem Capitolinum nobis -tulit (*Plin. 4, 92* advexit). Vvlg. exod. 13, 19 -te ossa mea hinc vobiscum. *et al.* *cf. et p. 140, 11 sq.*

opp.: afferre: *l. 39. 42. 55. 63.* referre: *l. 41. 60. 61.*

3 *accedente vi celeritatis, i. q. rapere, auferre sim.* (*i. q. praecipitare p. 143, 8 sq.*): **a** *proprie de motu locali* (*acced. abl. p. 143, 2. 4*): Rhet. Her. 4, 47, 60 in cursore tantum velocitatis esse oporteat, ut -atur ultra finem. Cic. nat. deor. 3, 34 aut concretum ex pluribus naturis *animans est*, quarum suum quaeque locum habeat, quo naturae vi -atur, alia infimum, alia summum, alia medium (*cf. Plasberg ad l.*). Liv. 3, 5, 6 Furium legatum ... longius -tulit cursus. 3, 61, 9 perruptis ordinibus -lati *milites* ad novissimam aciem. 4, 29, 1 Messium impetus per stratos ... hostes ... -tulit ad castra. 35, 11, 10 Numidae ... refugere, ... saltum ... evehi, velut quos impotentes regendi equi (*Gelen.*, equos *codd.*) invitos -rent. Sen. dial. 9, 17, 11 desciscat oportet a solito et -atur et mordeat frenos et rectorem rapiat suum *eqs.* epist. 40, 7 incitato corporis pondere se rapit ac longius quam voluit -tur. Lvcan. 6, 181 non segnior -tulit illum (*sc. Scaevam*) saltus (*seq.* rapit). Qvint. inst. 10, 3, 10 ut provideamus ⟨et⟩ -entes ⟨se⟩ (*vulg.*, et ferentes *Heraeus Rh. M. 79,*

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1930, p. 254 adn. 2) equos frenis quibusdam coerceamus. APVL. met. 6, 12 *oves ferae* truci rabie solent -ri cornuque acuto . . . saevire. HIL. coll. antiar. B VIII 2, 3, 1 p. 177, 9 canes . . . ubi quaedam eos adventantium aura contigerit, totis ad suspicionem ipsam saltibus -untur. AVIEN. orb. terr. 657 Colchos huc quondam cura fidesque -tulit (*sc. cum Medeam persequerentur*). CLAVD. carm. min. 28, 8 *Nilus* rapido tractu mediis -latus ab austris (*aliter p. 146, 60*). *nota* (*v. p. 142, 70*): PROP. 1, 15 21 coniugis Euadne miseros -lata per ignes occidit (*i. πηδήσασα*).

b *translate de animo (mente sim.) affectibus commoto* (*cum abl. causae l. 29 sqq. hic illic dubites utrum huc pertineat an ad II B 2, cf. p. 149, 18 sqq.*): CIC. Cael. 21 laesi dolent, irati -untur, pugnant lacessiti. har. resp. 17 si me . . . -ret aliquando . . . animi quidam dolor. SEN. dial. 4, 4, 1 ut scias quemadmodum incipiant adfectus aut crescant aut -antur. 9, 6, 2 illos ad temeraria verba quaelibet indignatio -t (*vulg.*, offert *A*). epist. 59, 4 non -t te oratio nec longius quam destinasti trahit. TAC. hist. 4, 42 Regulum subversa Crassorum et Orfiti domus in summum odium -tulerat (*cf.* AMM. 30, 4, 4 *professione oratorum forensium* quorundam versutia ad usque bonorum -tulit odium). PLIN. epist. 9, 26, 2 debet . . . orator erigi . . ., interdum etiam effervescere, -ri. LACT. inst. 1, 21, 17 -untur, insaniunt (4, 27, 12 aliquis instinctu daemonis percitus dementit, -tur, insanit. SVLP. SEV. dial. 3, 6, 1 -or et prae dolore totus insanio). PROB. Verg. georg. 3, 282 *Theocritus* (*2, 48*) herbam esse dicit (*sc. hippomanen*), quam equi si gustaverint, -antur (*cf. gr. πῶλοι μαίνονται . . . καὶ . . . ἵπποι. vix indic. ab* 1. effero, *v. p. 138, 39*). SCHOL. Cic. Bob. p. 86, 1 St. kapitalis inimicus in M. Tullium coepit -ri.

cum abl. causae (*pendet* ut *l. 45*): LVCIL. 158 usque adeo studio atque odio illius -or ira (LIV. 39, 26, 9 -latus . . . ira *Philippus. al.*). CIC. inv. 1, 85 aut amico morem gessisti aut cupiditate -latus es (leg. agr. 2, 91 gloriae cupiditate. div. 1, 49). Mur. 65 *v. p. 148, 44*. Sull. 30 cum L. Torquatus interdum -atur immoderatione verborum. har. resp. 3 qui hesterno die dolore me -latum et iracundia longius prope progressum arbitrabantur, quam *eqs.* de orat. 2, 305 cum . . . laesus -are iracundia (fin. 5, 29 alii dolore moventur, alii cupiditate, iracundia etiam multi -untur. Att. 10, 4, 8 HIRT. Gall. 8, 19, 8. *et al.*). Tusc 5, 15 *v. p. 149, 31*. Cato 83 -or studio patres vestros . . . videndi (nat. deor. 1, 56 Att. 1, 8, 2 CAES. civ. 1, 45, 2. *v. l. 29*). CLAVD. DON. Aen. 10, 815 p. 392, 16 cum Lausus insultaret -latus dementia. RVFIN. hist. 3, 26, 1 p. 255, 1 *Menander* maioribus . . . portentis -batur (*gr. μείζοσιν ἐπιδαψιλεύεται τερατολογίαις*). Greg. Naz. orat 3, 14, 2 p. 125, 4 mente extollor et -or (*gr. ἔνθεος γίνομαι*). EVCHER. pass. Acaun. 5 non vel ipsa suorum multitudine, non armorum munitione -lati sunt, ut ferro conarentur asserere iustitiae causam.

B *acced. signif.* ***gignendi, i. q. proferre, procreare***: VARRO rust. 1, 48, 1 in segetibus . . . frumentum quo culmus -tulit, spica[m] (m *del. Keil*). CIC. Verr. II 2, 5 quicquid *provincia* ex sese posset -re, id non apud eos nasci *eqs.* II 3, 113 cum ager . . . cum decumo -tulisset (II 3, 198 quod agri segetesque -tulissent. Brut. 16 idem . . . animus efficere possit quod ager, qui cum multos annos quievit, uberiores -re fruges solet. rep. 2, 9 nat. deor. 2, 151. off. 1, 48 *agri* qui multo plus -unt quam acceperunt. *et al.*). de orat. 2, 92 quid . . . . censetis esse, cur aetates -tulerint singulae singula prope genera dicendi? Cato 9 arma senectutis artes exercitationesque virtutum *sunt*, quae in omni aetate cultae . . . mirificos -unt fructus. nat. deor. 2, 86 non intellegat ea, quae -ant aliquid ex sese, perfectiores habere naturas quam ea, quae ex his -antur. phil. frg. V 21 M. praeter ceteros ⟨hunc⟩ nostra -tulit civitas (*sic Non. p. 297, 41 sub interpret.* 'edere, provehere' [*v. p. 139, 35*]. *an* '*clarum reddidit*'*?, v. p. 148, 4*). LVCR. 1, 179 vivida tellus tuto res teneras -t in luminis oras (*cf.* 2, 654 *terra* multa modis multis -t in lumina solis). VERG. georg. 2, 169 *Italia* Marsos . . . Ligurem Volscosque verutos -tulit. VITR. 10, 7, 4 spiritus -re ab natura mutuatos effectus ostenduntur. PHAEDR. 2 epil. 16 *si* rabulis (*Baehrens*, ab illis *codd.*) doctus occurrit labor, sinistra quos in lucem natura -tulit (PETRON. 120 v. 99 horrida tellus -tulit in lucem nutritas sanguine fruges). QVINT. inst. 10, 1, 109 *Isocrates* plurimas vel potius omnes ex se ipso virtutes -tulit . . . ingenii . . . ubertate. PLIN. epist. 5, 6, 34 *limes hippodromi* rosas -t. 8, 20, 5 quae . . . alia fecundior palus . . . -t. ARNOB. nat. 1, 11 p. 10, 27 *natura* lanitiis -tulit importunissimam beluam (*i. lupum*). 3, 31 p. 132 23 nulla *est* Iovis (*sc. filia*) -lata de cerebro inventrix oleae. 5, 12 p. 185, 2 *arbor* in puncti spatio poma -tulit mitia. 6, 13 p. 225, 11 cum *Phidias* Olympii formam Iovis molimine operis -tulisset immensi. LACT. opif. 6, 4 quatenus adiugatis corporibus -lata suboles universas . . . conservaret animantes. HIL. in psalm 57, 5 p. 179, 6 rhamnus plures ex se . . . spinas modo rubi -t (*seq.* producat). 61, 2 p. 209, 10 mundum . . . cum omnibus suis quae ex se -at deum esse. trin. 9, 36 p. 308[A] nec alterius ex se generis deum deus unus -ret. BOETH. mus. 1, 3 p. 190, 7 qui (*sc. nervus*) . . . laxior est, solutos ac tardos pulsus -t (*antea*: pulsum reddit).

C *spectat ad actionem res fere incorporales sive ore sive litteris edendi*: **1** *clamorem, vocem, sonum sim.*: PLAVT. Amph. 228 clamorem utrimque -unt *proeliantes* (SEN. dial. 4, 36, 4 sanguinem supra vires -latus clamor egessit. AMM. 20, 11, 9. 21, 12, 5. RVFIN. hist. mon. 1 p. 399[D] clamore ingenti cum cachinno -lato). LVCIL. 591 ego ubi quem ex praecordiis -o versum. VARRO ling. 6, 56 quom in animo quod habuit -tulit loquendo (6, 57 *loquelam* dixerunt verbum, quod in loquendo -imus). 6, 76 omen . . . quod ex ore primum -latum est, osmen dictum (9, 76 difficulter -untur ore. *cf.* QVINT. inst. 9, 4, 33 hiatus earum *syllabarum* quae cavo aut patulo maxime ore -untur). rust. 2, 1, 7 oves balare (be alare *Keil*) vocem -entes dicunt (ARNOB. nat. 5, 1 p. 174, 15. AMM. 24, 1, 12 exercitus . . . -latis vocibus in favores principis consurgebat. MART. CAP. 5, 542. *et al. aliter p. 147, 36*). RHET. Her. 4, 12, 17 barbarismus est cum †verbus alto (verbis aliquid *Marx ed. II*) vitiose -atur. HOR. ars 111 *natura* -t animi motus interprete lingua. PAVL. FEST. p. 19 (*de* 'adeo') cum prima acuta -tur, idem significat, quod 'accedo' . . ., cum autem secunda, idem quod 'usque eo'. p. 202 u litterae sonum per o -bant. SEN. epist. 83, 16 vino exaestuante, quidquid in imo iacet abditum, -tur et prodit in medium. PALAEM. Char. gramm. p. 294, 25 B. *coniunctio* 'ut' . . . accentu acuto -latum (*sim.* p. 295, 11. *al. cf.* DIOM. gramm. I 432, 35 *ut consuetudo* tenebras latebras acuto accentu prima syllaba -ret. 433, 4 Graeca verba Graecis accentibus -imus. AVSON. 322, 48 tu flexu et acumine vocis innumeros numeros doctis accentibus -r. *et al.*). PRISC. gramm. III 27, 19 annititur . . . praepositio sequenti dictioni et quasi una pars cum ea -tur. CONSENT. gramm. V 395, 8 litteram c quidam in quibusdam dictionibus non latine -unt, sed ita crasse, ut *eqs.* TER. MAVR. 382 sive *dipthongi* producto -antur sive correpto sono. PORPH. Hor. epod. 12, 7 hoc iam pronuntiandum vel -endum cum admiratione. ARNOB. nat. 1, 34 p. 22, 25 vagitum.

2 *dicendo sive scribendo proferre*: **a** *res maxime ad artem rhet. vel gramm. pertinentes, fere i. q. exprimere* (*singulariter i. q. efficere l. 79*): TER. Ad. 11 verbum de verbo expressum -tulit (RHET. Her. 4, 20, 28 verba quae similiter isdem casibus -antur. CIC. de orat. 3, 40. FEST. p. 189 impudentia -lata). VARRO ling. 8, 1 sententiam (RHET. Her. 4, 17, 24 dupliciter. 4, 19, 27 nisi sententiam et contrarium et conclusionem frequentibus -at [*HC*, off- *rell.*] verbis. 4, 28, 39 CIC. orat. 150 RVT. LVP. 1, 10 p. 7, 18). RHET. Her. 4, 26, 36 res communi verbo -lata (CIC. orat. 72 eadem res . . . alio atque alio -lata verbo. fat. 16 aliis modis easdem res -re. *cf. p. 149, 67*). 4, 30, 1 dissolutum . . . separatis partibus -tur. 4, 39, 51 oratione magnitudinem calamitatis. 4, 56, 69 ne nuda atque inornata inventio vulgari sermone -atur. CIC. carm. frg. 16, 3 lecto sermone, Terenti, conversum expressumque latina voce Menandrum in medium nobis sedatis motibus -s. de orat. 2, 158 coniuncte . . . -latum *quod loquimur*. 2, 267 quae minuendi aut augendi causa ad incredibilem admirationem -untur. orat. 223 incisim aut membratim. PAVL. FEST. p. 15 ameci et amecae per e litteram -bantur. p. 201 '*osi*' nunc quoque cum praepositione -latum frequens est. p. 301 (*de* '*sos*') cum per dativum casum . . . Ennius (*ann. 149*) -t. QVINT. inst. 1, 5, 16 pluralia singulariter et singularia pluraliter. 1, 5, 64. 1, 7, 18 ae syllabam . . . varie per a et i. 2, 14, 2 oratoria sic -tur ut elocutoria. 8, 3, 40 quam concipiamus elocutionem, quo modo -amus. 9, 3, 7. 9, 4, 13 quantum . . . interest, sensus idem, quibus verbis -atur, tantum *eqs.* (DON. Ter. Andr. 891). *al.* SVET. gramm. 6 p. 105, 10 *Opilius cognomen suum* per duas '*l*' *litteras* -t in parastichide libelli. CHAR. gramm. p. 17, 15 B. omnia (*sc. nomina*) vel in *τος* vel in *δος* apud Graecos genetivo exeuntia eodem casu apud nos o Graeco in i mutato -untur. p. 17, 19 *Orontes et Achates* et apud Graecos per *ov* -untur (p. 22, 9. 19. 23, 25. 29, 7. 43, 2. 47, 21 *al.*). p. 18, 11 illa *nomina* . . . aut in as aut in a -untur, hoc autem in es (p. 18, 18 *al.*). p. 20, 15 veteres omnia quartae declinationis ut secundae -tulerunt (*sc.* 'senatus, senati'). p. 26, 13 ablativus dupliciter -tur (*cf.* p. 27, 3 monosyllaba diverse. 65, 1 varie. 106, 27 promiscue. 224, 25 similiter. DIOM. gramm. I 417, 6 simpliciter). p. 38, 35 si qua nominativo pluraliter -untur (p. 80, 18. *v. etiam l. 49*). p. 80, 1 nomina o littera -lata (p. 80, 23 nominativo o. 87, 3 es litteris productis. *al.*). p. 80, 7 *appellativa in o exeuntia* duplici genetivo -untur. p. 92, 6 Lucilius (*sc.* '*pistrinum*', *v. 521*) feminine -tulit (p. 94, 13 masculine). p. 191, 19 senaria forma . . . in omnibus sex casibus varia forma in declinationibus -tur. p. 274, 23 parcissime Probus . . . quaerit an quis[bus] (*del. Barwick*) -tulerit (*cf.* DIOM. gramm. I 406, 23 quinquepertito . . . nemo dicit nec in cetero numero ita -re possumus. EXC. Bob. gramm. I 547, 30 Cicero pernicies [*S. Rosc. 131*] casum genetivum -tulit. EVTYCH. gramm. V 465, 2 *Statius* aliud . . . in VIII libro Thebaidos -tulit [*immo Ach. 1, 131*], 'contuor'. *al.*). p. 379, 5 *idiomata sunt*, quae pro nostro more -imus (p. 450, 1 tit. idiomata nominativa, quae per genera -untur. DIOM. gramm. I 314, 16. 315, 35 *al. cf. Barwick, Remm. Palaemon p. 59 sqq.*). *al.* DON. Ter. Phorm. 57 'nescis quo in metu' pronuntiative magis quam percontative -endum est. *similia* GRAMM. *saepissime*. ARNOB. nat. 2, 6 p. 51, 23 numerosum et structum compositumque sermonem. *nota* (*v. l. 30*): *fere i. q. efficere*: CONSENT. gramm. V 399, 22 duae consonae *s et p* cum alibi longam -ant syllabam. *et al.*

b *varia* (*i. q. edere p. 145, 17, indicare e. g. p. 145, 8, i. q. tradere p. 145, 19*): VARRO ling. 8, 51 librarios haec sp⟨in⟩onsiora (*sic*) indiligentius (indulgentius *codd.*) -laturos. CIC. de orat. 1, 192 eadem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... (*sc. de iure*) -lata sunt primum a pluribus, deinde *eqs.* (*seq.* scripta). part. 95 efficiendi difficultates. rep. 1, 22 *caeli* omnem ornatum et descriptionem ... non astrologiae scientia, sed poetica quadam facultate versibus Aratum -tulisse. SEN. Tro. 437 quae visa portas? -r in medium metus. PLIN. nat. 2, 53 rationem ... defectus utriusque (*solis et lunae*) primus Romani generis in vulgum -tulit Sulpicius Gallus. STAT. Theb. 10, 433 quae ... mens, ede, Pelasgis, ... cuncta ocius -r. TAC. ann. 2, 63 extat oratio, qua ... sua ... in destruendo eo consilia -tulit. 12, 21 -lata vox (*cf. p. 144, 8*) eius (*Mithridatis*) in vulgum hisce verbis. APVL. Plat. 1, 4 quae consulta *Plato* ... ad utilitatem hominum ... -tulerit. ARNOB. nat. 4, 18 p. 155, 27 an explorata et cognita theologi scriptitarint an ... libidinosam -tulerint fictionem. 4, 34 p. 168, 26 talia qui -tulere prodigia. AVIEN. Arat. 65 quae (*sc. materiam astronom.*) ... ingenio numerisque Solensibus ... Iuppiter -ri melius dedit. *syn.* edere. CLAVD. DON. Aen. 2, 175 p. 171, 4 quemadmodum verum Graecorum factum poeta -tulerit. HIER. praef. Vulg. Esdr. ut privata lectione contenti libros non -atis in publicum. COD. Theod. 8, 11, 4 (*a. 383*) compositae pacis si erit -enda tranquillitas. *fere i. q. tradere*: VITR. 7 praef. 2 nisi maiores praeceptorum comparationibus omnium memoriae ad posteritatem commentariis -tulissent. *et al.*

3 *i. q. divulgare, palam facere fere res secretas, arcanas*: PLAVT. Merc. 422 opprobramentum aut flagitium muliebre -ri domo. TER. Phorm. 958 vides tuom peccatum (*Erasmus*, p. t. *codd.*) esse -latum foras (LVCIL. 652 clandestino tibi quod commissum foret neu muttires quicquam neu mysteria -res foras. CIC. Phil. 10, 6 -ri hoc foras et ad populi Romani auris pervenire ei ... neminem assensum). TER. Ad. 626 dicam fratris esse hanc? quod minimest opus usquam -ri. CIC. de orat. 1, 111 petam ... a vobis ..., ne has meas ineptias -atis. CAES. Gall. 1, 46, 4 postea in vulgus militum -latum est, qua arrogantia *eqs.* 6, 14, 4 quod neque in vulgum disciplinam -ri velint *Druidae*. 7, 1, 6 priusquam eorum clandestina consilia -antur. 7, 2, 2 quoniam in praesentia obsidibus cavere inter se non possint, ne res -atur (NEP. Dion 8, 4 res multis consciis ... -lata defertur ad Aristomachen). OV. met. 11, 184 cum *famulus* nec prodere visum dedecus (*sc. Midae*) auderet cupiens -re sub auras ... decedit. SEN. Herc. f. 596 iussus in lucem -tuli arcana mundi (*an ad II A?*). TAC. ann. 3, 41 quo dissimularent defectionem magisque in tempore -rent. *et al.*

II ***ferre in altum***, *i. q. tollere, elevare, erigere*:

A ***proprie*** *de actione corporea*: **1** *quomodocumque sursum ferre* (*sensu latiore*): **a** *partes corporis* (*inde translate infra l. 77 sqq. de ossibus fractis infra l. 76. de sideribus v. p. 146, 81*): ENN. ann. 600 fundunt ... -latis naribus lucem (VERG. Aen. 12, 115 solis equi lucem ... -latis naribus efflant. OV. hal. 77 *de canibus*). VERG. georg. 2, 341 virum ... terrea progenies ... caput -tulit arvis (3, 553 Tisiphone ... avidum surgens caput altius -t. 4, 352 Arethusa ... summa flavum caput -tulit unda [Aen. 1, 127. PANEG. in Mess. 123 Sol ... undis. OV. met. 5, 487. COLVM. 10, 150 -et undis. *al.*]. HOR. epod. 2, 18 cum decorum mitibus pomis caput Autumnus agris -tulit. PRIAP. 83, 5. OV. met. 3, 37 longo ... antro ... serpens. 10, 419. 15, 31 caput -tulerat ... sidereum Nox. fast. 5, 637 Thybris ... medio ... alveo. SEN. Oed. 619 pudibundum. PETRON. 124 v. 272 Discordia ... ad superos. *et al.* *de insula*: AVIEN. orb. terr. 12 terra ... parva ut caeruleo caput -t insula ponto. *cf. et infra l. 77*). VERG. Aen. 2, 688 Anchises oculos ad sidera laetus -tulit (*cf.* OP. imperf. in Matth. 1 p. 632[extr.] non super virum oculos suos -tulit nec infixit aspectum). 5, 368 continuo ... -t ora Dares (OV. met. 4, 450 tria Cerberus. PETRON. 120 v. 76 Ditis pater. *et al. cf. p. 147, 6. aliter p. 146, 24*). 5, 427 bracchia ... ad superas ... auras. 5, 444 dextram ... alte (10, 414 dextram ... -latam in iugulum. VAL. FL. 3, 139. 8, 359 SIL. 9, 626 APVL. met. 5, 20. *et al.*). MANIL. 5, 563 Nereis ab aequore vultus (VAL. FL. 1, 739 tenues ad carmina vultus -tulerat). COLVM. 2, 2, 22 boves ... ingrediantur sublimes et -latis capitibus. LVCAN. 1, 387 cohortes -latas ... alte ... promisere manus (PLIN. nat. 34, 87. QVINT. inst. 11, 3, 103 supra umeri altitudinem -lata. TERT. spect. 25 p. 25, 6 ad deum. *et al.*). PLIN. nat. 9, 102 tot figurae (*sc. testis sunt concharum*) planis, concavis, ... in orbem circumactis, ... caesis, in dorsum -latis *eqs.* VAL. FL. 1, 106 -latis cornibus. SIL. 17, 135 quadrupedem -latis pulsantem calcibus auras (APVL. met. 7, 19 quadam die nimia eius insolentia expugnata patientia mea calces in eum validas -tuleram). SVET. Iul. 64 -lata laeva (*al.*). Galba 18, 1 taurus securis ictu consternatus ... essedum eius (*sc. Galbae*) invasit -latisque pedibus totum cruore perfudit. APVL. met. 7, 16 -latis in altum vastis pectoribus. *et al.* *de ossibus fractis*: CELS. 8, 10, 1[B] multo saepius excidunt aliudque super aliud -tur. *translate*: caput -re, *fere i. q. clarum fieri*: VERG. ecl. 1, 24 verum haec (*sc. Roma*) tantum alias inter caput -tulit urbes, quantum ... solent inter viburna cupressi (VELL. 2, 4, 6 super totum terrarum orbem Roma -tulerat caput). OV. fast. 1, 209 postquam fortuna loci caput -tulit huius et tetigit ... Roma deos. trist. 1, 9, 45 sive per ingenuas aliquis caput -tulit artes *eqs.*

b *animantia* (*de corpore mortui p. 146, 10*): CIC. de orat. 1, 228 quod is C. Sulpicii Galli propinqui sui Q. pupillum filium ipse paene in umeros suos -tulisset. CAES. Gall. 7, 47, 7 manipulares ... ipse ... singulos exceptans in murum -tulit. VERG. georg. 3, 108 iam ... -lati *iuvenes in certamine equorum* sublime videntur aera per vacuum ferri atque adsurgere in auras. Aen. 9, 817 ille (*sc. fluvius*) accepit venientem ac mollibus -tulit undis et ... sociis ... remisit (*an praevalente notione 'auferendi'?, v. p. 141, 31*). MART. epigr. 22, 5 *rhinoceros* gravem cornu gemino sic -tulit ursum ..., ut *eqs.* TERT. spect. 23 p. 23, 21 diabolus ... tragoedos coturnis -tulit, quia *eqs.* *et al.* *nota* (*v. p. 145, 84*): CIC. rep. 3, 40 quorum (*sc. Herculis, Romuli*) non corpora ... sunt in caelum -lata. CARM. epigr. 1535 B, 1 aurae -tulere (*v. p. 139, 25*) parvolum ⟨superae Pium⟩. *reflex.*: VERG. Aen. 3, 215 monstrum ... Stygiis sese -tulit undis (*cf. p. 145, 48*). CLAVD. DON. Aen. 10, 855 p. 397, 12 'attollit ... se femur' qua (*sc. sententia*) iudicavit sibi esse moriendum, in aegrum se -tulit femur. AVG. civ. 20, 11 p. 434, 28 D. ipse *diabolus* de illis *gentibus* quodammodo sese -ens et procedens.

c *res corporeas quae aut manu aut instrumento levantur*: VERG. Aen. 2, 257 flammas cum regia puppis -tulerat. 10, 262 clipeum cum ... sinistra -tulit ardentem. PROP. 4, 8, 59 lumina (*i. faces*) sopitos turbant -lata Quirites (SEN. Ag. 569 clarum manu lumen nefanda vertice e summo -ens). OV. ars 1, 154 pallia ... collige et immunda ... -r humo. met. 5, 180 Perseus ... Gorgonis -tulit ora. 12, 248 funale ... alte. hal. 36 -lato calamo (*sc. piscandi*). LIV. 1, 40, 7 -latam securim in caput deiecit (VAL. FL. 5, 613). 10, 41, 14 scuto super caput -lato (44, 9, 9 *al.*). 28, 7, 1 ignes ab Oreo editi monuerant, sed serius ... ex specula -lati (LVCAN. 6, 259. *cf. et infra l. 51*). VITR. 10, 4, 3 modioli pleni ad summum -lati (et lati *HS*, adl- *G*) rursus ad imum revertentes infundent in castellum ipsi per se, quod -tulerint. 10, 4, 4 versatio rotae catenam in axem involvendo -et situlos in summum. COLVM. 6, 2, 3 asseres in modum iugorum a terra septem pedibus -lati configantur. 9, 5, 3 *v. p. 150, 66*. VAL. FL. 6, 345 ingentem Telamon ... -tulit orbem (*i. clipeum*. SIL. 4, 327. *et al.*). STAT. Theb. 4, 580 -latis ... vittis. 12, 731 quercum Marathonida Theseus (*i. hastam*). SVET. Cal. 32, 3 -lato alte malleo. Nero 19, 2 rastello humum effodit et corbulae congestam umeris -tulit. VOPISC. Aurelian. 24, 1 -lata purpurea clamide. AMM. 19, 5, 5 sago punici coloris -lato. 19, 11, 10 vexillo -lato repente barbarico. *et al.* *allegorice*: TERT. patient. 14 p. 22, 1 quale vexillum de inimico gloriae suae *deus* -tulit. adv. Marc. 3, 19 p. 408, 14 Iesus novae gloriae et potestatem et sublimitatem suam humero -tulit (*sc. crucem. cf.* PS. TERT. adv. Iud. 10 p. 729 Oe. gloriam ... in humero -tulit, crucem scilicet).

d *de rebus naturae*: ***α*** *naturales varii generis* (*exempla l. 53. 58. 63 allata referri possunt etiam ad I A 1. 3, p. 139, 62. 142, 69*): LVCIL. 999 simul ac paulo vehementius aura inflarit fluctus erexerit -tuleritque (SEN. benef. 1, 10, 1 fluctus quos aestus accedens longius -tulit, recedens interiore litorum vestigio tenuit). VARRO rust. 1, 29, 3 quod est inter duos sulcos -lata terra, dicitur porca. CIC. Tusc. 1, 41 (*de animarum particulis*) multo etiam integriora ac puriora sunt, ut a terra longissime se -ant. LVCR. 6, 89 ignis ... quo pacto per loca saepta insinuarit et hinc dominatus ut -tulerit se (SEN. nat. 7, 20, 2 ad haec stupent omnes quae repentinum ex alto ignem -unt. epist. 51, 1 quia ignis in altissimum -tur. 79, 2 ignis evanuit et minus [ς, nimis *rell.*] vehemens ac largus -tur. *al. aliter supra l. 26*). BELL. Afr. 52, 4 pulvis .. vento -latus (flatus *codd.* LIV. 4, 33, 8 pulvis -latus mixtusque fumo). VERG. Aen. 6, 23 contra -lata mari respondet Gnosia tellus. SEN. nat. 2, 26, 8 illic nubes esse, unde splendor -tur. 3, 25, 6 hoc est, cur quaedam tigna supra aquam paene tota -antur (*opp.* submissa). 4, 2, 1 hunc (*sc. Nilum*) nobilissimum amnium natura -tulit ante humani generis oculos et ita disposuit *eqs.* (LVCAN. 6, 474 Nilum non -tulit aestas. *v. infra l. 68 et p. 143, 6*). 5, 14, 3 flatus ... per hanc cavernam in nostras sedes -antur. 7, 8, 4 supra lunam. COLVM. 1, 4, 10 aer ... neque depressus hieme neque -latus in summa montium. LVCAN. 5, 78 tu quoque vix summam seductus ab aequore rupem -tuleras ..., Parnase (*i. vix super aequor eminebas, sc. in diluvio. cf. etiam p. 139, 51*). SIL. 8, 647 maior ... horrificis sese -tulit Allia ripis (*cf.* PLIN. paneg. 30, 2 quia piger Nilus [*cf. l. 60*] cunctanter alveo sese -tulerat). STAT. Theb. 9, 523 ventis alte cum -lata resedit tempestas. QVINT. decl. 388 p. 436, 16 litus amoenitate notum numquam -lato adluitur mari, sed *eqs.* PLIN. epist. 6, 16, 6 longissimo velut trunco -lata (*sc. nubes*) in altum quibusdam ramis diffundebatur. 8, 17, 3 *Anio* subruit montes et ... impulit tecta ac se super ruinas eiecit atque -tulit. FLOR. epit. 3, 3, 21 quippe velut -lata montibus suis Roma spectaculo belli interesset. APVL. flor. 41 in terris utcumque providentiae ratio poscebat, alibi montium arduos vertices -tulit, alibi camporum ... planitiem coaequavit. SOL. 1, 91 bello Cretico, cum -lata flumina plus quam vi amnica terras rupissent. CLAVD. carm. min. 27, 106 quo tempore pontus fuderit -latas scopulis stagnantibus undas.

β *caelestes* (*huc rettulimus ea etiam exempla quibus sidera ratione poetica quasi personata sunt, cf. et p. 145, 43*): CIC. Arat. 114 hic (*sc. Canis*) ubi se ... in lumina caeli -tulit. 351 simulac primum supero se lumine Cancer -tulit. 408 *Arcus* tribus -latus cum signis

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corpore toto lucet. 434 cum magnis sese Nepa lucibus -t. 460 sese clara Fides. CATVLL. 62, 29 nec iunxere prius *conubia* quam se tuus (*sc. Hespere*) -tulit ardor. VERG. Aen. 4, 119 ubi primos crastinus ortus -tulerit Titan. 5, 65 si nona diem mortalibus almum Aurora -tulerit (11, 183 Aurora . . . lucem. STAT. Theb. 2, 134 Mygdoniis -lata cubilibus . . . Aurora). 8, 591 Lucifer . . . os sacrum ([*inde* AVSON. 354, 8]. MANIL. 5, 39 Corniger. *cf. p. 145, 58*). OV. met. 7, 663 iubar aureus -tulerat Sol (fast. 2, 149 undis Lucifer. LVCAN. 5, 456 nocte fugata laesum nube dies iubar -tulit. PETRON. 89 v. 54 plena Phoebe. *et al.*). fast. 4, 163 -latae metuendus acumine caudae Scorpius. MANIL. 4, 847 velut -latam Phoeben. 5, 218 ubi se *Canicula* ponto per pronas -tulit oras. 5, 348 quattuor appositis Centaurus partibus -t sidera. GERM. 497 cum Phoebus radiatos -tulit ignes. frg. 4, 119 ubi se Tauri sinuatis cornibus -t (*sc. Mercurius*). PLIN. nat. 2, 43 *luna est* alias contigua montibus nunc in aquilonem -lata, nunc in austros deiecta. VAL. FL. 4, 517 -tulit adsurgens noctem pater (*sc. Typhon*) imaque summis miscuit. STAT. Theb. 6, 26 laboriferos caelo Titonia currus -tulerat. AVIEN. Arat. 990 partibus iste (*sc. tropicus Capricorni*) tribus tantum se circulus -t (1059). 1105 colla . . . quae Cancro sese emergente per aethram -tulerant, abeunt. AMM. 26, 1, 8 *sol* a secunda particula -latus Arietis. DRAC. laud. dei 8, 370 sidera Phoebus -latis condebat equis. *et al.*

γ *de plantis, arboribus*: COLVM. 4, 10, 2 vinea . . . quae se primi anni flagello supra iugum -tulit. 4, 24, 8 in quattuor . . . pedes supra terram vitem -latam . . . componito. VAL. FL. 6, 76 densior haud usquam nec celsior -tulit ulla silva trabes (*cf. et p. 143, 46 sqq.*). AMBR. hex. 3, 11, 47 hinc pinus, hinc cypressus in alta se -tulerunt cacumina.

ε *de volucribus* (*in similitudine volandi de hominibus l. 31. 32*): CIRIS 515 *Ciris* ut sese cano de gurgite . . . ad caelum stridentibus -tulit alis. LIV. 7, 26, 6 corvus ex conspectu -latus orientem petit. 21, 30, 8 legatos non pinnis sublime -latos Alpis transgressos (AMM. 15, 3, 9 quasi pinnis -latus ad comitatum principis advolavit). PLIN. nat. 9, 84 lolligo *piscis* . . . volitat extra aquam se -ens. APVL. flor. 8 cum . . . eo sese aquila -tulit (SEDVL. epist. 1 p. 6, 6 non semper aquila supra nubes -lata pervolitat).

ζ *vocem* (*aliter p. 144, 8. 145, 9*): VITR. 5, 2, 2 vox . . . disputantium -lata in altitudinem intellectui non poterit esse audientibus (5, 8, 1). *ibid.* vox ab imis . . . in aera -lata. HIL. in psalm. 119, 8 p. 549, 13 multos . . . dolorum . . . vulnera ad deum vocem -re compellunt. MART. CAP. 9, 967 aut -enda vox aut premenda. DRAC. Romul. 8, 90 -lata voce. *et al.*

2 *aedificando erigere* (*sensu strictiore*): CAES. civ. 2, 8, 3 magno esse usui posse, si haec esset in altitudinem turris -lata. VITR. 4, 1, 6 cum invenissent pedem sextam partem esse altitudinis in homine . . . in columnam transtulerunt et . . . tantas (*sc. crassitudines*) sex cum capitulo in altitudinem -tulerunt. TAC. ann. 2, 19 latus unum *paludis* Angrivarii lato aggere -tulerant (*i. aggerem exstruxerant*). VEN. FORT. carm. 1, 4, 5 -tulit hanc (*basilicam*) Faustus (*i. condidit*).

B *translate: in statum vel condicionem sublimem adducere* (*adhibetur tam in bonam quam in malam partem, quod maxime ex additamentis elucet, e. g.* laudibus gaudio *sim., saepius i. q. celebrare, laudare [v. et p. 149, 65], contra cum nota vitii: e. g.* superbia, gloria *sim. fere i. q. insolentem, inflatum sim. reddere. refl. c. notione inchoativa fere i. q. surgere, oriri: p. 148, 30. 149, 19*): 1 *homines* (*v. et p. 143, 10 sqq.*): α *cum nudo obiecto* (*rem personatam p. 148, 14*): TRAG. inc. 93 Telamo modo quem gloria ad caelum -tulit (VERG. catal. 3, 2 quem . . . gloria . . . altius et caeli sedibus -tulerat, *sc. Alexandrum?*). CIC. Q. Rosc. 31 quae res -tulit eum (Sull. 27 res . . . gestae . . . meae me nimis -tulerunt. LIV. 37, 45, 12 neque eos secundae res -tulerunt). Catil. 1, 28 qui (*populus Romanus*) te, hominem per te cognitum, . . . ad summum imperium per omnis honorum gradus -tulit (IMP. AVG. Suet. Aug. 71, 3 benignitas . . . mea me ad caelestem gloriam -et. VELL. 2, 128, 1 ad principale . . . fastigium. CVRT. 3, 8, 10 regem . . . absentia sua ad vanam fiduciam -latum. AMM. 30, 1, 3 ad superbos actus. COD. Theod. 6, 35, 5 [*a. 328*] palatini . . . cum ad dignitatum cumulos -lati fuerint. COD. Iust. 5, 4, 28, 3 [*a. 531*] ad senatoris dignitatem. *cf.* SEN. clem. 1, 5, 5 magnus animus . . . qui nisi se ad illam [*sc. magnam fortunam*] -tulit et altior stetit, illam . . . deducit. *et al.*). Balb. 18 omnes quos aut fortuna -tulit aut ipsorum inlustravit labor et industria (NEP. Dion 6, 1 quem *fortuna* . . . ante -tulerat, demergere est adorta. LIV. 45, 8, 7 prospera *fortuna* flatu suo. VELL. 2, 40, 5. OCTAVIA 379 quid me, potens Fortuna, . . . alte -tulisti? *cf.* LIV. 30, 30, 23 non . . . cohibendo -entem se fortunam quanto altius -latus erat *Atilius*, eo foedius conruit). de orat. 1, 170 propinquum nostrum . . . praecipue in hoc -endum et laudandum puto, quod *eqs.* Brut. 292 ut apud Platonem Socrates in caelum -t Protagoram *eqs.* (VELL. 2, 131, 1 quidquid numinum hanc Romani imperii molem in amplissimum terrarum orbis fastigium -tulit. SEN. dial. 12, 6, 2 te in altiorem ordinem amor Caesaris -tulit [*syn.* eduxerunt]. TERT. apol. 25, 2 Romanos pro merito . . . in tantum sublimitatis -latos ⌊et impositos⌋ [*F, om. vulg.*], ut *eqs.* AMM. 14, 1, 1 in fastus [PASS. Petr. 1 in fastum elationis]. 14, 2, 14 in excidium . . . Seleuciae. 16, 10, 12 in arduum supercilium. 22, 2, 2 in immensum -latus. 28, 16, 15 in pertinaciam. *al.* HIER. epist. 147, 2, 1 in superbiam [in Ier. 1, 23 p. 24, 4 *al.* VVLG. I Tim. 3, 6 *al.*]. *et al.*). Tusc. 4, 14 in quo (*sc. bono praesenti*) -ri rectum esse videatur. 4, 37 nimis laetabile ad -endum (*opp.* demittendum animum). phil. frg. V 21 M. *v. p. 143, 58.* LIV. 4, 13, 3 conspectus -latusque (inflatusque *V*) supra modum hominis privati (SEN. benef. 6, 3, 2 omnia . . . quae vos tumidos et supra humana -latos oblivisci cogunt *eqs.* TAC. ann. 2, 34 Urgulania, quam supra leges amicitia Augustae -tulerat. *cf.* QVINT. inst. 12, 10, 39 super modum -latus M. Tullius. TAC. ann. 4, 40 cum . . . immensum attolli provideret, quem coniunctione tali super alios -tulisset *Augustus.* SIDON. epist. 2, 3, 2 Pompeium super aemulos. *v. etiam p. 149, 6. et al.*). *al.* VAL. MAX. 6, 9 ext. 7 quos sublime -tulerunt improviso recussu destitutos . . . immergunt. SEN. epist. 74, 18 illos degravant ipsa quae -tulerant. 107, 2 alio loco comitem (*sc. mortem, v. p. 147, 56*) relinques, alio -es, alio timebis. VAL. FL. 7, 540 regem (*Aeeten*) spes vana sub ortu (*Aurorae*) -tulerat, quantis *eqs.* ITALA thren. 4, 2 (Rufin. Orig. in num. 9, 4 p. 61, 27 B.) filii Sion qui erant honorabiles et in auro -lati (*gr. οἱ ἐπῃρμένοι ἐν χρυσίῳ*. VVLG. amicti auro primo). GALLICAN. Avid. 8, 1 ille non exsultavit non -latus est. QVEROL. p. 18, 1 *v. p. 142, 2.* VVLG. Dan. 2, 48 Danielem in sublime. AVG. civ. 14, 13 p. 33, 11 D. cum -lati fuissent (*sec. psalm. 72, 18*), ut prius extollerentur et postea deicerentur. SVLP. SEV. Mart. 24, 1 eo usque -latus est, ut *eqs.* SACR. Leon. 354 *opp.* subiecti. *et al.*

β *reflex.* (*cf. etiam l. 56. 58. 68. 74. 80. al. tam de iis qui excellunt praeter ceteros quam de iis qui alqa. re gloriantur*): TER. Haut. 709 huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice -o, qui *eqs.* (*i.* 'me iacto'). CIC. Cael. 75 qua ex vita . . . verum ex eo quicquid erat, emersit totumque se eiecit (erexit *Karsten*) atque -tulit. de orat. 2, 342 non -tulisse se in potestate. 3, 136 sin aliquis excellit unus e multis -t se. Brut. 26 Athenae . . . qua in urbe primum se orator -tulit (*i.* 'ortus est', *v. p. 147, 54*). parad. 15 an quisquam in potiendis voluptatibus gloriando se et praedicatione -t. Tusc. 4, 39 quod aut cupias ardenter aut adeptus -as te insolenter. off. 1, 124 privatum . . . oportet . . . vivere neque summissum et abiectum neque se -entem. BELL. Hisp. 30, 6 se -entes iniquo loco sui potestatem faciebant. LIV. 22, 59, 10 nec premendo alium me -tulisse velim. 30, 20, 4 neque hac deformitate reditus mei tam P. Scipio exsultabit et -et sese quam Hanno. SEN. dial. 7, 16, 2 qui ad superiora progressus est et se altius -tulit (FLOR. epit. 1, 26, 8 Manlium . . . altius se et incivilius -entem. AMM. 15, 7, 7 Athanasium episcopum ultra professionem altius se -entem). FLOR. epit. 4, 10, 7 rursus cum se Romani -tulissent. *et al.*

γ *cum ablat. causae* (*instrum. l. 62*): LVCIL. 812 omnia alia in quibus -imur rebus (CIC. leg. agr. 2, 97 quibus illi rebus -lati et inflati. *et al.*). CIC. Mur. 65 te ipsum . . . animi quodam impetu concitatum et vi naturae atque ingenii -latum (*nisi ad I A 3b, p. 143, 32*). Sest. 98 neque . . . rerum gerendarum dignitate homines -ri ita convenit, ut *eqs.* 134 expectatione -latus homo. Vatin. 41 eum summis laudibus -tulisti (har. resp. 50 maximis. Planc. 63 Marcell. 10 leg. 3, 22. off. 2, 36 [*syn.* suspiciunt]. Att. 8, 4, 1. 14, 17 A, 1 te summis laudibus ad caelum [epist. 9, 14, 1. 12, 25ª, 7. 15, 4, 11]. NEP. Lys. 4, 2 Alcib. 11, 1. Dion 7, 3 quorum . . . in caelum fuerat -latus laudibus. Att. 10, 6 praecipua laude. *et saepe*). har. resp. 49 -latus . . . spe posse se *eqs.* (Phil. 2, 38 spe victoriae. CAES. Gall. 7, 47, 3 *milites* -lati spe celeris victoriae et hostium fuga et . . . secundis proeliis. AMM. 23, 5, 8 spe status prosperioris. *et al.*). Deiot. 26 hac laetitia Deiotarum -latum . . . saltavisse (fin. 5, 42 si vicerunt, -unt se laetitia, victi debilitantur animosque demittunt. 5, 61 ac. 1, 38. Tusc. 4, 66 [*opp.* afflicti molestia]. 4, 68 se. 5, 17 impotenti. epist. 2, 10, 1. 13, 18, 1 HIRT. Gall. 8, 29, 3. *et al.*). Phil. 2, 102 insolentia -latus (*cf.* FLOR. epit. 1, 24, 2 Appius eo insolentiae -latus est). Phil. 5, 48 honoribus nostris -latus (*cf.* SALL. Iug. 49, 4). de orat. 3, 52 nemo -tulit eum (*sc. oratorem*) verbis (*v. supra l. 42*), qui *eqs.* rep. 3, 42 Scipio quasi quodam gaudio -latus (epist. 10, 12, 2 incredibili. LIV. 21, 53, 1 *al.* SEN. dial. 2, 9, 3. *et al.*). Tusc. 5, 16 -latus . . . levitate inanique laetitia exsultans et temere gestiens. 5, 17 animi inani voluptate (off. 1, 104 BELL. Alex. 51, 2 [*Aldus*, voluntate *codd.*]. *et al.*). Lael. 54 -untur (*sc. quos fortuna complexa est*) fere fastidio et contumacia. epist. 9, 2, 2 qui enim victoria se -unt (CAES. Gall. 5, 47, 4 BELL. Alex. 76, 3 NEP. Paus. 1, 3 Lys. 1, 3. LIV. 2, 51, 1 Tuscos victoria -latos. 3, 62, 6. 21, 48, 8 equestri. *et saepe*). CAES. civ. 3, 59, 3 *Raucillus et Egus* freti amicitia Caesaris et stulta ac barbara arrogantia -lati despiciebant suos (RVFIN. hist. 5, 18, 5 p. 475, 14 hic adrogantia -latus, *cf. gr. ὡς μάρτυς καυχώμενος*). 3, 79, 6 gloria (BELL. Hisp. 23, 8 gloria se -entes. BELL. Afr. 22, 2 gloria et animi magnitudine. LIV. 31, 24, 13. *et al. saepe*). BELL. Alex. 41, 1 Pharnaces rebus secundis -latus (LIV. 4, 31, 6 Veientes re secunda -lati. 23, 37, 8 *al.* SEN. dial. 9, 1, 12. *et al. cf.* SEN. dial. 12, 17, 5 *C. Caesar* secundarum -latus eventu super humanum intumescebat modum). SALL. Iug. 14, 11 Iugurtha intoleranda audacia scelere atque superbia sese -ens (LIV. 5, 31, 5 Volsinienses . . . superbia -lati [inflati *V*]. *et al. cf.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 958ᶜ vitio superbiae naturalis -latus *leo, gr. διὰ τὴν ἐκ φύσεως ὑπεροψίαν. v. et p. 149, 16*). NEP. Milt. 7, 2 Parum insulam opibus -latam (Alcib. 7, 3 secunda fortuna magnisque opibus). LIV. 9, 29, 4 apparatibus. 26, 51, 12 prae-

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mio -latum insolentem iuvenem. 27, 8, 7 huius famae consensu -latum. 28, 6, 8 Sulpicius tam facili ad Oreum successu -latus (42, 66 3 Val. Max. 9, 5 ext. 3. Svet. Nero 37, 3 -latus inflatusque tantis velut successibus. *et al.*). 33, 36, 6 prospera pugna. 42, 59, 8 felicitate. *al.* Vell. 2, 90, 3 *Hispania* in tantum Sertorium armis -tulit, ut *eqs.* Sen. dial. 10, 17, 3 haec . . . quibus se attollunt et super hominem -unt. Sil. 11, 492 -lata . . . turba favore. Apvl. Plat. 1, 2 carminum confidentia -latus. Tert. bapt. 12 p. 211, 25 quando dominus . . . testimonio Iohannem -tulisset. Itala I Tim. 6, 4 (Cypr. epist. 43, 6 p. 575, 17) si quis aliter docet . . . stupore -latus (elevatus *Q*, inflatus *P*; *gr.* τετύφωται, Vvlg. superbus est. *cf.* Tycon. 3 p. 12, 28 quis tam tumore stuporis -latus diceret). Amm. 25, 5, 9 inopina prosperitate. Hier. epist. 65, 11, 2 quos praeconiis -unt. Cod. Theod. 16, 8, 21 (= Cod. Iust. 1, 9, 14, 1, *a. 412?*) ne Iudaei forsitan insolescant -latique sui securitate quicquam in . . . *Christianos* admittant. Pomer. 1, 3, 2 p. 421A cum se contra creatorem suum typho superbiae . . . hostiliter -tulissent. *et saepe al.*

2 *res incorporeas*: **a** *in universum* (*praecipue de animo eiusque affectibus; refl. cum notione inchoativa* [*cf. p. 147, 54*] *infra l. 33. 43. 50*): Cic. dom. 141 insolentia dominatus -tulerat animos (rep. 3, 4 quorum animi altius se -tulerunt. ac. 2, 135 sapientis animum numquam nec cupiditate moveri nec laetitia -ri. Tusc. 1, 43 Sen. Ag. 252. Cvrt. 9, 10, 24 animo super humanum fastigium -lato. *et al. cf.* Spart. Hadr. 5, 2 Libya ac Palaestina rebelles animos -bant [Σ, aff- *PM*]. Treb. Claud. 11, 8 omnes qui rebelles animos -tulerant [*cf.* Vopisc. Aurelian. 38, 3 monetarii . . . rebelles spiritus -tulerunt]). prov. 34 res . . . asperae, si erunt relictae quamquam sunt accisae, tamen -ent se . . . et ad renovandum bellum revirescent. Tusc. 3, 23 laetitia . . . est voluptas animi -lata et gestiens. 3, 24 praeter modum -lata laetitia (4, 17 laetitia, ut . . . -atur et gestiat). 4, 20. 4, 35. 5, 15 iactationes . . . animorum incitatae et impetu inconsiderato -latae (*an ad I A 3 b? v. p. 143, 37*). Lael. 100 quae (*virtus*) cum se -tulit èt ostendit suum lumen (Sil. 3, 595 se Curibus virtus caelestis ad astra -et). Pavl. Fest. p. 194 vitae humanae, in qua altissima interdum ⟨. . .⟩, infima ad summum -untur. Sen. dial. 7, 10, 2 insolentiam et nimiam aestimationem sui tumoremque -latum super ceteros. epist. 120, 11 magnitudo super omnia -ens sese. Plin. nat. 37, 3 his initiis coepit auctoritas *gemmarum* in tantum amorem -lata, ut *eqs.* Qvint. inst. 8, 4, 19 cum res atrocissimas quasque in summam ipsi -tulimus invidiam. Plin. epist. 8, 6, 17 facilius est, ut me, quamquam indignationem quibusdam in locis fortasse ultra epistulae modum -tulerim, parum doluisse . . . credas. Apvl. apol. 83 veritas olim interversa nunc se -t et velut alto barathro . . . se emergit. Tert. adv. Val. 7 p. 183, 20 haeretici quantas supernitates supernitatum et . . . sublimitates sublimitatum in habitaculum dei sui cuiusque suspenderint, -tulerint, expanderint, mirum est. Itala Hab. 3, 10 (Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 555, 13) sublimitas timoris eius -lata est (*gr. aliter.* Vvlg. altitudo manus suas levavit). Firm. math. 4, 21, 2 p. 261, 3 si . . . Mars actus decreverit, . . . dat arma ducatus ac gloriam . . ., maximarum potestatum decernit insignia, prout se decreti totius potestas -tulerit *eqs.* (*v. supra l. 19*). Hil. in Matth. 24, 2 p. 1049A insolentiam deus humilem effecturus sit et humilitatem -laturus in gloriam. trin. 1, 34 p. 47B usque ad evellendas omnes haereticorum occasiones legentium studia -tulissemus. Optat. 3 p. 77, 4 -tulit cor suum (*ibid.* p. 78, 16. Avg. civ. 1, 28 p. 45, 9 D. consciae non se ex isto . . . bono cor inflatum -tulisse. *et al.*). Symm. epist. 1, 21 perfectis atque -latis in cumulum bonis nihil adici potest. Avg. gest. Pelag. 36 p. 93, 15 ubi sese -tulit aliquantum voluntas, ibi *eqs.* Carm. epigr. 1414, 13 (= Inscr. christ. Diehl 1233) ars veneranda fidem, fidei decus -tulit artem (*sc. Dionysi medici*). *et al.* *nota* apicem -re *alci.* (*aut per tautol. dictum aut ex duabus elocut. commixtis ortum videtur*): Tert. anim. 46 p. 377, 9 Epicharmus . . . summum apicem inter divinationes somniis -tulit cum Philochoro Atheniensi.

b *sensu strictiore*: **α** *i. q. celebrare, laudare* (*v. p. 147, 52*): Rhet. Her. 2, 28, 45 vitiosum est in comparandis rebus alteram rem -re, de re altera mentionem non facere *eqs.* (*nisi pertinet ad I C 2 a, supra p. 144, 36*). Cic. Verr. II 4, 124 nimium forsitan haec illi mirentur atque -ant (*inde* Isid. diff. 1, 191 [*v. p. 139, 46*], Cicero: nimium fortasse haec illi eferunt. *quod falso inter frgg. Cic.* [frg. inc. K 25] *Müller recepit, v. Heraeus Archiv 14, 1906, p. 278*). Mur. 15 contempsisti L. Murenae genus, -tulisti tuum. Arch. 15 doctrina quam tu -s laudibus (Flacc. 103 ea . . . quae uno consensu omnium . . . in caelum laudibus -bantur [fin. 2, 80 quamvis *amicitiam* Epicurus . . . in caelum -at laudibus]. Marcell. 29 res tuas gestas. ac. 2, 61 tantis laudibus philosophiam. Lael. 24 Att. 12, 21, 1 epist. 15, 21, 4. Caes. civ. 3, 87, 1 *opp.* despiceret. *et al.*). Arch. 21 quae (*sc. tropaea sim.*) quorum ingeniis -untur, ab eis populi Romani fama celebratur. de orat. 2, 128 facultatis quam . . . Crassus in caelum verbis -tulit (3, 146 Liv. 28, 43, 4). 2, 208 laudem atque gloriam. 2, 304 laudando et -endo (*opp.* extenuando). Tusc. 5, 85 quam *virtutem*, cum ad caelum -tulerunt. Att. 9, 13, 3 ego illa -tuli semper (*antea*: praedicatione). 14, 18, 1 rem gestam Dolabellae nimis in caelum. Hor. epist. 1, 10, 9 ista reliqui, quae vos ad caelum -tis rumore secundo. Liv. 34, 23, 2 cum legatus Atheniensium . . . Romanorum in Graecia merita -tulisset. Vitr. 9 praef. 16 mentes aëris altiora prospicientes memoriarum gradibus ad caelum -latas (-lati *EGH*). Sen. suas. 7, 10 linguam. Clavd. Don. Aen. 11, 395 p. 475, 3 magna pompa verborum propria -tulit gesta. Hier. epist. 22, 23, 1 virginitatem non -imus, sed servamus (49, 7, 1). *et al.*

β de pretio augendo, i. q. amplificare: Varro rust. 3, 6, 6 quem (*sc. Hortensium*) cito secuti multi -tulerunt eorum (*sc. pavonum*) pretia.

III ***singularia*: A** *ex usu verbi ferendi et compos.*: **1** *i. q. perferre*: Acc. trag. 216 quod multi invideant multique expetant inscitiast postulare si laborem summa cum cura -as. Cic. carm. frg. 37, 3 neque tam terribilis . . . est . . . sors nec ira caelitum invectum malum, quod non natura humana patiendo -at. **2** *fere i. q. prae se ferre, ostendere*: Cic. de orat. 2, 88 volo . . . se -at in adulescente fecunditas (*cf. p. 143, 21*). Plin. paneg. 73, 1 non amictus cuiquam, non habitus quem modo -tulerat. Hil. in Matth. 12, 18 p. 990A sermo se et in praesens exserit et -t in futurum. **3** *i. q. offerre* (*cf. p. 139, 57*): Conc.S I 3 Rustic. p. 160, 30 noli mihi membra virginis ad opprobrium divinitatis -re (*vers. Tur.* offerre). Vitae patr. 5, 16, 18 illi . . . fratri -bat tantummodo modicum panem ad seram (*i.* '*ferendo apponebat*'. *gr. Nau, 1912, p. 295 n. 340* τῷ δὲ ἀδελφῷ ἔφερε μικρὸν ἄρτον κατ' ὀψέ). **4** *i. q. ferendo habere, indui*: Greg. Tvr. Franc. 4, 5 p. 144, 22 angelus domini qui tam caesariem quam vestem in similitudinem nivis candidam -bat (*D 5 cum VP*, off- *A 1*). virt. Mart. 1, 6 p. 592, 19 apparuit eis veneranda canities senis ad instar nivis candorem -ens.

B *variae significationes*: **1** *fere i. q. segregare* (*sc. extollendo super ceteros*): Gratt. 293 illum *canem* impatiens aequae vehementia sortis -tulit: adfectat materna regna sub alvo. **2** *i. q. in altum mittere* (*fluxit ex eo usu q. e. sub II A, cf. p. 145, 41*): Gratt. 374 sive a Stygia letum Proserpina nocte -tulit. Vitr. 2, 9, 1 vere . . . omnes arbores fiunt praegnantes et omnes suae proprietatis virtutem -unt in frondem anniversariosque fructus. **3** *i. q. educere* (*aliter p. 140, 45*): Itala Ezech. 37, 1 (Tert. resurr. 29 p. 66, 15) facta est super me manus domini et -tulit me in spiritu (ἐξήγαγέ με. Vvlg. eduxit). **4** *fere i. q. porrigere*: Avien. Arat. 1214 manus *Centauri* -t dextera praedam silvarum (*Arat. 661* ὃ ᾧ' ἐνὶ χειρὶ δεξιτερῇ Κένταυρος ἔχει. *aliter p. 141, 6*). **5** *fere i. q. gerere*: Ennod. epist. 8, 33, 1 p. 221, 4 diaconum his studiis -tulisti (*i.* '*diaconatum egregie gessisti*').

part. perf. pass. **ēlātus**, -a, -um *pro adi.* *compar.* -ior, -ius: Cic. Brut. 35 Sen. contr. 1, 8, 16 Colvm. 2, 4, 10 Plin. nat. 11, 206. *al.* *superl.* -issimus: Tert. apol. 35, 11 Vopisc. Prob. 21, 3. *de notione*: Gloss.L II Abav. el 3 -um superbum vel elevatum. 4 -us ambitiosus, superbus, ἀλαζών. Philox. el 3 ἐπαρθείς. ὑψωθείς. III Abstr. el 12 -us tumidus, superbia inflatus vel honore sublimatus. Gloss. ἐπηρμένος. -a ἐκτεταμένη. *cf. et p. 139, 36. 37. pro subst. e. g. p. 151, 3. 23 bis. 27. 33. 35, p. 152, 13. 15 al.*

I ***proprie de situ***: *i. q. altus, erectus, sublimis sim.*: **A** *de animantibus* (*et corporis partibus*): Varro ling. 5, 76 *galeritus* in capite habet plumam -am. Plin. nat. 11, 206 dexter *ren* omnibus *animalibus* -ior. Val. Fl. 2, 532 stat mediis -us aquis *Alcides*. Plin. paneg. 22, 2 *Traianus* sola corporis proceritate -ior aliis et excelsior. Amm. 19, 2, 3 -a in arduum specie elephantorum agmina . . . leniter incedebant. Ambr. Abr. 2, 8, 58 partes nostri corporis -iores aliae, aliae planiores. Rvfin. Greg. Naz. orat. 1, 71, 1 p. 55, 21 non me permittit . . . angor erecto . . . pectore et -is ac sublimibus oculis incedere, sed humiliat *eqs.* (Physiogn. 32 p. 48, 14 alti atque -i oculi). Avg. mor. Manich. 2, 9, 16 -ioribus *animalibus*. Mart. Cap. 1, 39 *Iuno* adhaerebat -iori . . . Iovi (*ibid. Iuppiter* iugali -ior adhaerebat). 5, 434 Tisias . . . cunctis . . . -ior videbatur.

B *de rebus (sive naturalibus sive de operibus arte factis; de herbis infra l. 70. p. 151, 1)*: Colvm. 2, 4, 10 modo in -iora, modo in depressiora clivi obliquum agi sulcum oportebit. 9, 5 3 tribus -is ab humo pedibus, exiguis . . . fenestellis. Plin. nat. 2, 174 -a in caelum et ardua adspectu . . . iuga. 3, 117 Vesuli montis celsissimum in cacumen Alpium -i (Mart. Cap. 6, 640). 5, 7 *Atlantis* -i super nubila atque in vicina lunaris circuli. 26, 82 species *crethmi* quae -ae hortensiae. 33, 129 plurimum refert . . . media *specula sint* depressa an -a. Stat. Theb. 7, 448 in vallum -ae rupes (Amm. 15, 10, 11 excisa . . . rupe in immensum -lata). Tert. apol. 35, 11 -issimis et clarissimis lucernis. adv. Val. 7 p. 183, 16 primus . . . *Ennius* (*ann. 60*) 'caenacula maxima caeli' . . . pronuntiavit -i situs nomine. Itala Dan. 2, 31 (Cypr. testim. 2, 17 p. 84, 6. Firm. err. 20, 4 p. 52, 1) -a *imago* (ὑπερφερής. Vvlg. sublimis). Vopisc. Prob. 21, 3 *turrem* speculae causa -issimam exaedificaverat. Chalc. transl. 46C ut -iores . . . partes speculi altera superior altera inferior locentur (*gr. aliter*). comm. 60 p. 128, 13 esse aliquam -iorem eminentiam inter utramque caeli plagam. 66 p. 134, 16 *per circulum meridialem* sol excelso itineris -ior terram directo despicit nutu. 69 p. 137, 2 cum . . . aquiloni se applicant *planetae*, -iores (*opp.* humiles) . . . cognominantur. *al.* Amm. 16, 10, 14 vertices. Avg. beat. vit. 2, 13 p. 99, 21 sese omnes quasi in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um ferculum tetenderunt. PHYSIOGN. 6 p. 11, 2 planta . . . a reliquo vestigio -ior. MART. CAP. 1, 15 fluctu. 2, 149 non . . . de humilitate aeris . . quaero . . . sed -a disquiro. 6, 601 caeli culmina sol -us illustrat.

II ***translate*** *de statu sive condicione: i. q. grandis, magnus, sublimis*: **A** *generatim*: **1** *in bonam partem*: **a** *de animantibus eorumque natura, moribus sim.*: VARRO rust. 3, 9, 5 qui (*galli*) -i sunt ac vociferant saepe (COLVM. 8, 2, 11 -i, alacres, vigilaces). CIC. Tusc. 1, 96 quam -o animo *Theramenes* est (off. 1, 61 animo magno -oque humanasque res despiciente [LIV. 26, 19, 1]. LIV. 28, 8, 2 AMM. 21, 16, 1. 29, 5, 17 *al.*). SEN. dial. 6, 26, 1 (*ad Marciam*) patrem tuum . . . ingenio . . . tanto -iore, quanto est ipse sublimior, dicere (epist. 90, 13 ingenii . . . non magni nec -i. *cf.* QVINT. inst. 10, 1, 44 quosdam -ior ingenii vis . . . capit). SEN. epist. 111, 2 *cavillationibus* quisquis se tradidit . . . neque fortior fit neque temperantior neque -ior. 115, 4 *faciem* super . . . mensuram solitorum . . . -am. QVINT. inst. 10, 1, 104 -um abunde spiritum. 11, 3, 134 gestus *dicentis*. 12, 10, 39 *v. p. 148, 8*. MAR. VICTORIN. adv. Iust. 3 p. 1001^{C} -a laetitia gaudeo profiteri. AMM. 21, 5, 9 magnum -umque ducem *Iulianum*. 24, 4, 4 magna -aque fiducia. RVFIN. hist. 5, 2, 4 p. 431, 2 *martyres* erant . . . inter fratres humiles, inter persecutores -i (*gr. deest*). MART. CAP. 6, 573. SIDON. epist. 1, 9, 2 erant . . . in senatu plerique . . . genere sublimes, dignitate -i. IORD. Get. 34, 182 (*de Attila*) ut -i potentia ipso quoque motu corporis appareret. PALLAD. hist. mon. II 13 p. 366^{C} virgo . . . proposito mentis -a (*gr.* σοβαρά).

b *de rebus variis*: CHALC. comm. 191 p. 235, 18 *homo* cuncta . . . meliora et -iora veneratur. CLAVD. 5, 440 -is . . . confidere rebus. COD. Theod. 12, 1, 74, 4 (*a. 371*) exceptis eminentium -is titulis dignitatum. SIDON. epist. 4, 3, 8 *hymnus* commaticus est copiosus, dulcis, -us.

2 *in malam partem, i. q. tumidus, superbus, arrogans sim.*: **a** *de hominibus* (*de re personata infra l. 43*): VERG. Aen. 11, 715 vane Ligus frustraque animis -e superbis. TERT. adv. Marc. 5, 12 p. 618, 10 emendat . . . deus Marcionis secundum creatorem -os aemulantem et (ut *codd.*) deponentem . . . de solio dynastas. virg. vel. 15 p. 906 Oe. *dei* extollentis humiles et deprimentis -os (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 739 deicit *deus* -os et mergit ab arce superbos). ITALA Is. 2, 12 (Tert. adv. Marc. 4, 33 p. 531, 24 Cypr. epist. 59, 3 p. 669, 21) dies domini Sabaoth . . . in (super *Cypr.*) omnem sublimem et -um (-um et excelsum *Cypr.* ὑψηλὸν καὶ μετέωρον. VVLG. arrogantem). Is. 10, 33 (Tert. adv. Marc. 4, 15 p. 466, 17) -i comminuentur. *syn.* sublimes (ὑψηλοί. VVLG. excelsi). FIRM. math. 8, 26, 8 p. 337, 14 -us nimio felicitatis augmento. err. 24, 4 p. 62, 1 tunc -o gaudio (*v. infra l. 75*) clamat -a mortalitas. DON. Ter. Hec. 507 (*ad* sublati animi sunt) nove pro -is sublatos dixit. FILASTR. 38, 2 Valentinus . . . -ior . . . factus. AMM. 17, 11, 3 gentem *Persarum* insolentia semper -am. 21, 4, 7 hoc casu -ior Iulianus. 22, 9, 1 prosperis Iulianus -ior ultra homines iam sperabat (*cf.* 23, 5, 24 miles exsultans speque prosperorum -ior). 29, 5, 27 praeteritis -ior casibus. *al.* HEGES. 1, 12, 3 p. 18, 16 Pharisaei . . . captantes -latam mulierculam extollendo suam fecere (*gr. aliter*). *al.* VVLG. Rom. 1, 30 superbos -os inventores malorum (ὑπερηφάνους ἀλαζόνας. II Tim. 3, 2 homines . . . -i superbi [ἀλαζόνες ὑπερήφανοι]. RVFIN. hom. Orig. in num. 12, 4 p. 104, 6 B. *ibid.* p. 105, 8 *al.* PHYSIOGN. 82 p. 111, 4. *et al.*). DIDASC. apost. 24, 29. RVFIN. hom. Orig. in num. 13, 1 p. 108, 20 B. regis Seon, regis -i. *al.* CLAVD. 3, 164 nimium . . . -us avaro pascitur aspectu *Rufinus*. PAVL. NOL. carm. app. 1, 117 (*ad coniugem*) sollicita -um cohibe, solare dolentem. AVG. civ. 18, 32 p. 300, 31 D. -orum est contrita superbia. *al.* in euang. Ioh. 14, 5 p. 1504$^{extr.}$ homini superbienti et -o. c. Pelag. 3, 7, 20 p. 510, 14 remanent . . . in aperta iniquitate . . . elisi, in fallaci iustitia insipienter -i. grat. Christ. 25, 26 p. 147, 2. serm. 181, 2, 2 p. 980$^{med.}$ humiles fierent, non -i (EVSTATH. Bas. hex. 2, 5 p. 885^{A} mitem moribus esse vel asperum, humilem vel -um, *gr. p. 40*^{A} ὑπέρογκον καὶ ἀλαζονείαις ὑπεραιρόμενον. *et al.*). serm. cod. Guelf. 4096 ed. Morin 24, 4 p. 98, 150 *Saul* tanto invidentior, quanto -ior. SVLP. SEV. dial. 1, 21, 1 quis nostrum est, quem si unus homunculus . . . salutaverit, non continuo -us sit superbia? HYD. chron. II p. 21, 89 Gundericus . . . impie -us. CASSIOD. in psalm. 112, 6 p. 809^{D} erubescant -i.

b *de rebus* (*maxime ad hominum mores pertinentibus*): ITALA I reg. 2, 3 (Cypr. testim. 3, 4 p. 117, 3) nolite gloriari neque loquamini -a (ὑψηλά. VVLG. sublimia). Luc. 16, 15 (Tert. adv. Marc. 4, 33 p. 531, 20) quod -um est apud homines, perosum est deo (ὑψηλόν, VVLG. altum). ARNOB. nat. 1, 38 p. 26, 1 qui . . . -as supercilio cervices modum fecit suae infirmitatis agnoscere. FIRM. math. 1, 2, 3 p. 6, 26 Hispani *fiunt* -a iactantiae animositate praeposteri. err. 24, 4 p. 62, 1 *v. supra l. 42*. AMM. 21, 16, 1 popularitatem *Constantius* -o animo contemnebat (29, 5, 17 AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 1). RVFIN. Orig. in gen. 10, 2 p. 96, 1 B. deponit . . . -am Graecae facundiae arrogantiam (*opp.* humilem ac simplicem sermonem). Greg. Naz. orat. 9, 10, 3 p. 275, 24 inclinemus Stoicorum -um supercilium (CONC.^{S} I 3 Rustic. p. 145, 22 -um adversus omnes supercilium elevasti. *deest vers. Tur., gr.* ὑψηλήν). AVG. civ. 16, 11 p. 142, 10 D. -ioris impietatis gentes. serm. 362, 5, 5 p. 1613$^{extr.}$ audite a me vocem . . . piam, humilem, mansuetam, non -am, non turbulentam. CLAVD. MAM. anim. epil. p. 191, 4 potuit videri superfluum et -um docere velle, quem sciam nosse. DRAC. Romul. 6, 85 non ibi livor edax, non est -a potestas.

B *speciatim de sermone, oratione, eloquentia*: **1** *fere pro t. t. artis rhet., i. q.* ὑψηλός: CIC. Brut. 35 nihil . . . dici . . . fieri possit . . . grande, . . . ornatum . . . quo quicquam esset -ius (*sc. quam est apud Demosthenem*). orat. 124 *principia orationis* nondum -is incensa verbis (DON. Ter. Ad. 638 'pepulisti' -um verbum et tragico coturno . . . accommodatum). CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 3 *genus scripturae* incitatum atque -um esse debere. SEN. contr. 1, 8, 16 Dorion dixit rem paulo . . . -iorem, quam pressa et civilis oratio recipit. SEN. epist. 100, 10 oratio. QVINT. inst. 6, 2, 19 dicendi genus . . . nihil superbum, nihil -um . . . ac sublime desiderat. 11, 3, 17 modis *utendi voce*. 11, 3, 43 sermo . . . miscens longa brevioribus, gravia acutis, -a summissis. PLIN. epist. 1, 8, 5 *materiae genus* est . . . paulo quasi gloriosius et -ius. 3, 13, 4 nec . . . affectanda sunt semper -a et excelsa (*paulo post:* orationem tam summittere quam attollere decet). 6, 33, 8 sunt multa . . . -a, multa pugnacia, multa subtilia. 7, 12, 4 tumidius . . . sonantius et -ius. **2** *de quolibet sermone*: FIRM. math. 1, 1, 1 p. 4, 14 qui . . . omnem philosophiam . . . putant se posse -i sermonis auctoritate perfringere. 1, 3, 4 p. 10, 5 qui artem . . . -a oratione persequitur.

adv. **ēlātē.** *comp.* -ius: NEP. Paus. 2, 2 PLIN. epist. 4, 14, 3. 7, 22, 3. *al.* *superl. non legitur.* [*pro* latius *trad.* ⟨e⟩latius *coniecerunt: Ciacconius in* CAES. civ. 2, 17, 4 *et* 3, 79, 4 *(probab., seq. utrubique* inflatius). *Petschenig ad* AMM. 24, 4, 4 (*cf. et Clark ad l.*)]

1 *technice de oratoribus, i. q.* ὑψηλῶς: CIC. opt. gen. 10 ita fit ut Demosthenes certe possit summisse dicere, -e Lysias fortasse non possit (*citat*: CHAR. gramm. p. 258, 24 B.). Tusc. 5, 24 non est ausus *Theophrastus* -e et ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret. QVINT. inst. 1, 10, 24 et voce et modulatione grandia -e, iucunda dulciter, moderata leniter canit *orator*. PLIN. epist. 4, 14, 3 *hendecasyllabis* describimus aliquid modo pressius, modo -ius. 7, 22, 3 nihil volo -ius de modestissimo viro dicere. AQVILA rhet. 40 p. 34, 26. MART. CAP. 5, 441 -ius.

2 *fere i. q. tumide, superbe*: NEP. Paus. 2, 2 *Pausanias* -ius se gerere coepit. GELL. 9, 15, 4 praefatur *adulescens* arrogantius et -ius quam aetatem eius decebat. AMM. 31, 2, 22 nec quicquam est quod -ius iactent. AMBROSIAST. in II Cor. 5, 13 p. 296^{A} -e vel superbe . . . locutus (HIER. interpr. Iob 15, 11). PETIL. Aug. c. Petil. 3, 52, 64 p. 218, 20 invidiose et -e dixisti. AVG. civ. 7, 5 p. 281, 1 D. mysteria ista doctrinae loquacius et -ius praedicares. GREG. M. moral. praef. 19 p. 527^{C} quamvis deum -e vivendo refugiunt *arrogantes*.

3 *sensu proprio, fere i. q. alte*: AMM. 18, 6, 13 summitatibus sagi contortis -ius.

deriv.: efferentia, effertor. elatio, elatare. *Bannier.*

effersūra, -ae *f.* *ab* effervere. *i. q. inflammatio*: ORIBAS. syn. 3, 7 add. p. 895 (*ex A a*) emplastrum diapsimithiu ad scabiosos et ad conbustos et ad -as ignitas (*cf. Thomas, Mélanges Havet, 1909, p. 508*).

effertor ἐκκομιστής GLOSS. II 220, 56. **effervefacio** *v.* exf-.

efferveo, -ēre *et* **effervo,** -ere. [ex *et* ferveo. *W.*] *scribitur*: ecf-: ARNOB. nat. 5, 18 (et ferventia *P*), *v. p. 153, 10* (*cf.* MARCELL. med. 9, 5 et ferveat *L*, *v. infra l. 73*). HIL. in psalm. 118 (eff- *RCp*) *v. p. 153, 15*. ef-: NOT. Tir. 102, 47. *de formis*: SERV. georg. 4, 555 (*v. infra l. 80*) haec verba et secundae sunt coniugationis et tertiae. nunc tamen tertiae. *secundae coniug.*: AETNA 467 -ent (VITR. 2, 6, 5). VITR. 8, 3, 10 -et (MACR. Sat. 1, 21, 16 NOT. Tir. 102, 47). AMBR. in psalm. 36, 14 -eat (MARCELL. med. 9, 5 GREG. M. moral. 27, 43). VEN. FORT. carm. 6, 10, 41 -eo (GLOSS.). *tertiae*: LVCR. 2, 928 -ere (*in V° pede, sic etiam* VERG. georg. 1, 471. 4, 556 STAT. Theb. 4, 664. 8, 795). ITALA gen. 49, 4 -as, *v. l. 71*. *de rell. formis (e. g. inf. vel part.) nihil certi statui potest.* *perf. s.* effervescere *quaere.* *part. praes.* -ēns, -tis *pro adi.*: GELL. 2, 27, 3 (*comp.* -entior) *v. p. 153, 8*. *de notione*: GLOSS. II 290, 9 -eo ἐκζέω. *legitur inde a* [LVCIL *?*, *v. p. 153, 10*] LVCR. *v. infra l. 78*, VERG. *v. infra l. 74. 80*; *apud scriptores*: VITR. GELL. ARNOB. *al.*

A *proprie*: **1** *i. q. sursum vel foras fervere*: **a** *calore, coctione*: *α de liquoribus*: VITR. 2, 6, 5 locis quibus -ent aquae calidae crebri fontes (8, 3, 10 ad eundem modum Hierapoli Phrygiae -et aquae calidae multitudo. *cf.* ITALA gen. 49, 4 [Ottob.] sicut aqua non -bas [*sic*]. *gr.* μὴ ἐκζέσῃς. VVLG. effusus es sicut aqua, non crescas). MARCELL. med. 9, 5 p. 78, 12 leni igni recoques, ne -eat (*v. supra l. 53*) *medicamentum*. APIC. 1, 1 si -ere coeperit *mel coctum*. *β de Aetna monte*: VERG. georg. 1, 471 quotiens Cyclopum -ere in agros vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam. AETNA 467 nam subito -ent onerosa incendia *montis* raptis *molibus*.

b *de multitudine ebulliente: de animalibus*: LVCR. 2, 928 quatenus in pullos animalis vertier ova cernimus alituum vermisque -ere (offervere *codd.*). VERG. georg. 4, 556 liquefacta boum per viscera toto stridere apes utero et ruptis -ere costis.

c *de pulvere in altum se volvente*: STAT. Theb. 4, 664 isque (*sc. Bacchus*) ubi pulverea Nemeen -ere (effervescere P^{1}) nube conspicit. 7, 795 iam . . . gravior . . . -ere pulvis coeperat.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *fere i. q. fervere (vi praepositionis abolita): de vulnere ardente:* AMBR. in psalm. 36, 14 p. 80, 7 quoad vulnus -eat. *de sole aestuante:* MACR. Sat. 1, 21, 16 ea caeli parte qua maxime annuo cursu sol valido -et calore.

B *translate: de animi affectibus (praecipue de laetitia, ira), i. q. ardere, flagrare:* GELL. 2, 27, 3 (*verba Castricii rhetoris*) si quidem laetitia dicitur exsultatio quaedam animi gaudio -entior (*v. p. 152, 64*) eventu rerum expetitarum. ARNOB. nat. 5, 18 p. 190, 15 Ocrisiam ... feminam divos inseruisse genitali, explicuisse motus certos: tunc sancta -entia numina vim vomuisse Lucilii (*cf. Marx ad Lucil. 1339*). 6, 2 p. 215, 2 liberos non ira -ere. HIL. trin. 10, 70 p. 397^{B} non in incerta diffluere, neque ad stultiloquia -ere ... salus est (*cf.* GREG. M. moral. 27, 43 p. 423^{D} ut ... homo ... subito ad nova -eat). in psalm. 118 Caph 4 p. 452, 23 *fidelium corpora* cum intrinsecus per naturam vitiorum -entium (*v. p. 152, 53*) incalescant, extrinsecus ... continentiae patientia tamquam pruinae frigore obrigescant. AMM. 15, 6, 1 exsurgebat ... -ens laetitia Paulus. CASSIAN. conl. 5, 11, 7 tertium *genus irae* quod non ut illa (*sc.* ὀργή) -ens ad horam digeritur, sed per dies ... reservatur (*i.* μῆνις). inst. 8, 6 iracundiae motus -ens excaecat oculos cordis. VEN. FORT. carm. 6, 10, 41 plusque libens vultus -eo totus in illos

deriv.: exfervefacio.

effervēsco, -buī (-vī), -ēscere. [*cf. c.* effervere *et c.* fervescere. *W.*] *scribitur:* ecf-: CIC. de orat. 2, 88 Brut. 246 (ex- *L*). nat. deor. 2, 27 (eis fervescunt *A V*). ARNOB. nat. 1, 18 p. 13, 25 (et f. *P*). HIL. myst. 1, 38, 2 p. 27, 22. 1, 40, 2 p. 29, 2 (et f. *A*). *et al.* ef-: CIC. Planc. 15 *cod. E.* GELL. 1, 11, 13. NOT. Tir. 142, 48 eferviscit. CHAR. gramm. p. 477, 5 B. (*inter verba coniug. tert.*). *de f mis: perf.* (*v. p. 152, 63*) -bui: CIC. Cael. 77 (*E*, -visse *vel* -vuisse *rell.*). TERT. virg. vel. 1 p. 884 Oe. (-vit *Laurent.*; efferint *AB, i.* efferuit). AVG. civ. 18, 24 p. 288, 29 D. (-buerat *AFGBHae*; -vuerat *Rb*^{1}*g*; -uerat *b*^{2}*p*). OROS. hist. 5, 10, 11. 7, 28, 18 (-buit *P*^{1}*R*^{1}, -vit *D*). *al.* -vi: CATO agr. 115, 1. AVG. conf. 2, 2, 4 p. 31, 11 *HS*, ifferui *O*^{1} (-bui *edd.*). TAC. ann. 1, 74 (-verat). *et al. cf. vol. VI 590, 55 sqq. s. v.* ferveo. *ceterum hac in re editoribus parum confidi potest. de notione:* NON. p. 26, 19 ebullire est -ere. SCHOL. Hor. carm. 3, 21, 12 'caluisse' ... exferbuisse. *legitur inde a* CATONE *infra l. 72,* VARRONE *l. 45,* CIC., LVCR. [*dub.:* AMBR. in psalm. 36, 23 p. 89, 7 (effervescentis *BC*, et fervescentis *A, Petschenig*). HEGES. 1, 40, 8 p. 88, 5 *v. s.* efferascere *p. 137, 10.*]

I *proprie (sensu inchoativo e. g. infra l. 48):* **A** *spectat aut ad calorem (sive arte sive natura factum) aut ad motum aestuantis rei (v. l. 46. 48), i. q. sursum vel valde fervere, ebullire:* **1** *vi praepos. servata:* **a** *generatim:* **α** *de liquoribus (poetice de navi per mare aestuans vehente l. 57):* VARRO ling. 7, 22 dictum fretum ab similitudine ferventis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus atque -at. CIC. nat. deor. 2, 27 quae *aquae* -unt (*v. supra l. 25*) subditis ignibus (VITR. 8, 2, 9 frigida aqua cum incidit ... in ardentem locum, -it. ITALA gen. 49, 4 [Rufin. patr. 2, 1 p. 313^{C}] tamquam aqua non -as [*v. sub* efferveo *p. 152, 71*]. HIER. mon. Pachom. p. 86^{C} ut cogitationum pervagationes quae velut aquae -unt ... refrenemus). VITR. 8, 3, 1 si qui fontes dulcis aquae nascuntur, offensi ... vapore -unt inter venas (SOL. 4, 6 fontes calidi ... aliquot locis -unt). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 16, 1 p. 226, 6 si ... mare -at (*gr.* θαλάσσης ὑπεξιούσης. OROS. hist. 5, 10, 11 mare in tantum -buit [*v. supra l. 32*], ut adustas ... rupes dissolverit). PRVD. c. Symm. 1, 117 (*v. supra l. 45*) Herculeus mollis pueri famosus amore ardor (*v. p. 154, 64*) et in transtris iactata -buit Argo. *inde in similitudine:* CIC. prov. 6 cum Mithridaticos impetus totumque Pontum armatum -entem in Asiam atque erumpentem ... sustinerent. Planc. 15 si ... illae undae comitiorum ut mare profundum ... -unt quodam quasi aestu. GELL. 2, 24, 15 ut his ... finibus luxuriae -entis aestus coerceretur. 10, 3, 7 quod et quale invidiae atque acerbitatis fretum -it.

β de rebus quae coquuntur: de medicamentis: SCRIB. LARG. 45 p. 21, 27 spumam ... cum aceto terere oportet, ... deinde ... traicere in cacabum amplum, ne extra fundatur [et effervescat, *om. Marcell.*], -it enim valde. 207 p. 84, 26 ne -at medicamentum (267 p. 103, 7). *de ossibus:* HIER. in Ezech. 24, 1 p. 226^{A} (*ad Ezech. 24, 5 v. l. 70*) ossa pone ... sub lebete et fac strues et cumulos ossium, ut -at non semel, sed *eqs.* VVLG. Ezech. 24, 5 compone ... strues ossium ... -buit coctio eius et discocta sunt ossa.

b *speciatim:* **α** *de vino:* CATO agr. 115, 1 ubi satis -verit *vinum mustum*, de vino manipulum eicito. SEN. epist. 83, 21 stomachi tormenta (*sc. ebrii*), cum -it merum ac viscera ipsa distendit. COLVM. 12, 25, 4 *musti* vasa ... suffumigato, ... ut in -endo vinum se bene purget. 12, 28, 2 ne in condiendo cum medicamento -at (*sc. mustum*) et fluat. **β** *de pustulis sim.:* SCRIB. LARG. 242 p. 96, 14 ad papulas in capite -entes. *ibid. l.* 19 ad epiphoram ... toto corpore -entem. 250 p. 97, 31 omnia quae -unt per se. MARCELL. med. 1, 32 ad ulcera, quae in capite -unt. OROS. hist. 1, 10, 11 post vesicas -entes ulceraque manantia. GREG. TVR. Mart. 2, 58 p. 628, 33 -ente humore ita omne corpus eius minutis pusulis (*sic*) coartatur.

2 *vi praepos. evanida:* **a** *de faba in tegumento suo naturaliter calescente:* PLIN. nat. 18, 304 tenuior hordeo palea, exilis et legumini, ideo non generant (*sc. animalia, vermes sim.*). faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc -it. **b** *de sole:* AMM. 24, 4, 17 -ente vaporatius sole.

part. perf. pass. neutr. **effectum,** -ī *pro subst. (aliter* PLAVT. Pseud. 224. 386 TER. Andr. 703 PACVV. trag. 30, *v. p. 168, 9*): CIC. top. 11 argumenta . . . alia ex causis, alia ex -is. 71. 87. 88 QVINT. inst. 5, 10, 94 *v. p. 178, 72.* 5, 13, 34 ut . . . pro -is relinquant . . . inchoata (PLIN. epist. 8, 4, 7 inchoata placere ut -a). 6, 3, 66 causis, -is. 7, 3, 28. 29. [PAVL. dig. 40, 7, 1, 1 *lege*: fraus cum effectu (-o *cod.*).] PANEG. 6 (7), 14, 1 praecepta petere, -a rescribere. HIL. in Matth. 11, 9 *v. p. 178, 74.* myst. 1, 8, 1 rerum . . . gestarum praefigurationem -orum (-arum *Lindem.*, effectuum *Feder*) fides est consecuta. OPTAT. 5, 7 p. 134, 10 *v. p. 178, 75.* 7, 1 p. 165, 21 *v. p. 178, 50.* AVG. civ. 9, 21 p. 396, 15 D. quaedam temporalia suae (*Iesu*) virtutis -a et . . . signa praesentiae. gen. ad litt. 6, 11 p. 184, 22 quod hic praefixerat causis, post impleret -is. epist. 137, 15 p. 118, 4 promissis -isque crebrescens dispositio divina. dialect. 6 p. 11, 2 *v. p. 163, 76.* COD. Theod. 12, 12, 11 (*a. 386*) inauditus ac sine -o (-u *edd.*) remeare . . . iubeatur. MART. CAP. 5, 474 *argumenta* a causis, ab -is (5, 494). 5, 494 -a . . . fati. *ibid.* timoris -um (*opp.* causa). BOETH. herm. sec. 2, 4 p. 88, 18 -i compositique partes (*opp.* imperfectae rei). *cf.* CIC. top. 23 ab effectis rebus. 58. *obscurius* FVLG. aet. mund. p. 131, 10 sin . . . tertiae (*sc.* '*tertiae vigesimae*' *Helm*) sequentem litterae superieceris signum, Graecae linguae necesse est integrum ut monstretur -um.

effecta *ἄννσις*: GLOSS. II 231, 20. *σπουδή*: GLOSS. II 436, 15. *cf.* GLOSS.^{L} Corp. E 61 -a: perfecta.

synonyma, opposita habes supra. hic adiungenda putavi verba causativa effectuum quae dicas, i. quae studium aliquid efficiendi designant. sic verbo q. e. -ere *opponuntur*: agere (CIC. part. 69 QVINT. inst. 9, 2, 62), cogitare (CIC. div. 1, 120), conari (CIC. S. Rosc. 135 Sull. 57 Deiot. 18 fin. 1, 52 CAES. civ. 1, 65, 5 SEN. epist. 31, 1), concupiscere (NEP. Con. 5, 1), cupere (PLAVT. Curc. 364 TER. Andr. 825. 844 CATVLL. 98, 6), destinare (SEN. epist. 65, 7 CVRT. 6, 9, 14 PORPH. Hor. ars 21), dicere (CAPITOL. Gord. 12, 3), eniti (CIC. div. in Caec. 26 TAC. dial. 11), excogitare (CIC. rep. 3, 4), inchoare (*v. p. 166, 31. l. 25. 26*), incipere (PLAVT. Truc. 465 CIC. top. 72 AVSON. 81, 2), instituere (CIC. orat. 238 Att. 16, 13^{c}, 2 *al.* LAMPR. Alex. 26, 7), intendere (SALL. Iug. 25, 10 QVINT. inst. 1, 10, 49. 8, 3, 41. 12, 10, 72 AVG. civ. 19, 12 p. 372, 30 D.), moliri (CVRT. 5, 7, 1), occipere (PLAVT. Truc. 469), optare (CIC. prov. 4 Phil. 11, 1 SEN. benef. 6, 27, 7), petere (LIV. 40, 48, 3 SEN. dial. 3, 3, 3), polliceri (PLAVT. Men. 1104 TER. Phorm. 590 NEP. Paus. 2, 5), posse (CIC. Mur. 32), praedicere (AVG. civ. 17, 5 p. 213, 22 D.), promittere (PLAVT. Pseud. 115), proponere (SEN. epist. 85, 31 COLVM. 3, 21, 1 QVINT. inst. 5, 14, 24. 8, 3, 88. 11, 1, 35), suscipere (CIC. nat. deor. 3, 75), temptare (SEN. epist. 85, 32 QVINT. inst. 2, 8, 14. 4, 5, 17 AVG. civ. 15, 23 p. 108, 19 D.), tendere (TAC. ann. 3, 24), velle: PLAVT. Pseud. 910 CIC. Sest. 98 *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 9, 2 SEN. benef. 2, 31, 2 *al.* COLVM. 4, 28, 2 QVINT. inst. 10, 1, 131. 11, 3, 151. 12, 11, 10 PIVS Fronto p. 164, 1 N. TERT. adv. Marc. 2, 25 p. 371, 19.

deriv. effectio, -tus, tor, -ticius, -tivus, efficax. *comp.* supereffício. *Hey.*

effictīcius, -a, -um. *i. q. effictus. cf. M. Leumann, Glotta 9 (1918), 161.* IREN. 2, 28, 8 eam fabulosam enarrationem, quae sit ab eis -a.

effictio, -ōnis *f. ab* effingere. RHET. Her. 4, 49, 63 -o (*Aldus*; effectio *codd.*) est, cum exprimitur atque effingitur verbis corporis cuiuspiam forma, quoad satis sit ad intellegendum, hoc modo: hunc, iudices, dico, rubrum, brevem, incurvum, canum *eqs.*

[**effidatus** perterritus GLOSS.^{L} I Ansil. EF 94 (*immo* evitatus = EV 163).]

effigia *v.* effigies.

effigiātus, -ūs *m.* [*ab* effigiare. *W.*] *i. q. formatio ad effigiem*: APVL. flor. 15 p. 51 magna . . . vis aeris vario -u, veterrimo et spectabili opere.

effigientia, -ae *f. ab* effigies *ad similitudinem vocis* efficientia. *fere i. q. vis formandi, procreandi*: MART. CAP. 9, 922 (*verba Harmoniae*) dum me quippe germanam gemellamque caelo in illa (*sc. mortalitatis commoda*) incogitabilis -ae genuisset inmensitas.

***effigiēs,** (-ēī) *et* **effigia,** -ae *f.* [*ab* effingere. *W.*] *de scriptura*: GRAMM. suppl. 293, 6 -em per duas f scribendum. *de formis*: -es: *inde a* CIC. *leguntur nom. et acc. sing. plur., abl. sing. gen. sing.* -ei: CHAR. gramm. p. 45, 23 B. nomina quae in es terminantur, genetivum faciunt in i . . . ut . . . -es *ἐκτύπωσις* -ei. -a: *sing.: nom.*: PLAVT. Rud. 420 AFRAN. com. 364 (NON. p. 493, 1 -a pro -es). *abl.*: CARM. epigr. 1527 A, 4 (*c. a. 167*). PASS. Thecl. rec. A 21 p. 54, 6 ACT. Andr. Matth. 18 p. 87, 22. *plur.: nom.*: LVCR. 4, 105. *v. et infra l. 84. acc.*: LVCR. 4, 42. 85. *abl.*: ISID. orig. 16, 18, 9 (= 16, 25, 14). *de genere*: DVB. nom. gramm. V 578, 15 -es generis feminini, ut Prudentius (*cath. 3, 194*). NOT. Tir. 78, 27. *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 425, 25 B. forma, facies, -es, os. p. 437, 13 ora, lineamenta, exemplaria, -es, imagines, vultus. GLOSS.^{L} III Abstr. EF 4 -es imago. 16 -em simulacrum. Abol. EF 18 -es formata vel facta. II Philox. EF 12 -es *προτομή, ἀπ⟨ε⟩ικόνισμα, ἀφίδρυμα, ἐκτύπωμα.* GLOSS. *ἀφομοίωμα. εἰκών. ἐκτύπωσις. ἰδέα. ξόανον. legitur inde a* PLAVTO *v. p. 182, 67,* AFRAN., CIC.

I *de eo quod* ***imitatione quadam in simulitudinem alicuius rei exprimitur,*** *i. q.* ***imago, simulacrum*** *sim.*: **A** *de ipsa imagine*: **1** *proprie*: **a** *de imagine, quae arte (naturae vi v. e. g. p. 181, 21. 33 sqq.) facta est (plerumque in arte sculpendi; pingendi e. g. infra l. 45 et p. 181, 29.* [*acu infra l. 60 et p. 181, 14*]): *α hominum (de figuris in pompa gestis infra l. 37 et p. 181, 38, magicis infra l. 64)*: AFRAN. com. 364 cuius te suscitat imago, cuius -a, quo gnatu's patre. CIC. Verr. II 2, 159 vix convenire videretur, quem ipsum hominem cuperent evertere, eius -em simulacrumque servare. CATVLL. 64, 61 *Ariadne* saxea ut -es bacchantis *Thesea* prospicit. VERG. Aen. 4, 508 *Dido* -em (*sc. Aeneae*) . . . toro locat. 7, 177 veterum -es ex ordine avorum. OV. Pont. 2, 8, 60 quos dedit ars vultus -emque (*sc. imperatoris*) colo. trist. 1, 7, 7 -em . . . meam fulvo complexus in auro. CARM. epigr. 1525 B, 2 (*s. I in.*) Aponi -em. 1525 C, 5 -em cari genitor⟨is⟩. *ibid.* 13 Caesaris (TAC. ann. 2, 64 Caesarum). PAVL. FEST. p. 59 citeria appellabatur -es quaedam arguta et loquax ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit (p. 128 manduci -es). FEST. p. 263 rutrum tenentis iuvenis est -es in Capitolio. *al.* VAL. MAX. 2, 10 ext. 1 Harmodi et Aristogitonis . . . -es aëneas. 5, 6, 3 capitis -es aerea (*sc. Genuci Cipi*). 5, 8, 3 maiorum (IVV. 8, 22. 227 LAMPR. Alex. 29, 2). 8, 14, 1 Enni poetae. 8, 14, 6 Phidiae . . . qui clipeo Minervae -em suam inclusit. PLIN. nat. 7, 34 *v. p. 181, 28.* 34, 18 togatae -es. 35, 4 pinacothecas veteribus tabulis consuunt alienasque -es colunt, . . . honorem . . . in pretio ducentes. *ibid.* itaque nullius -e vivente imagines pecuniae, non suas relinquunt. *al.* VAL. FL. 3, 444 truncas nemorum -esque virorum . . . locat quercus (*i. in virorum species formatas*). STAT. silv. 1, 1, 4 Siculis . . . conformata caminis -es (*sc. equus Domitiani*). 2, 1, 191 noverat -es generosique ardua Blaesi ora puer. 4, 6, 50 nec torva -es *Herculis.* MART. 9, 24, 6 -em domini quam colis. IVV. 8, 9 -es quo tot bellatorum, si *eqs.* TAC. ann. 1, 74 alia in statua amputato capite Augusti -em Tiberii inditam. 2, 83 eburna *Germanici.* 3, 57 -es principum, aras deum *eqs.* 4, 9 ceterae . . . Claudiorum -es. 4, 52 non in -es mutas divinum spiritum *Augusti* transfusum, se imaginem veram caelesti sanguine ortam. 14, 61 Poppaeae (*syn.* imagines). *al.* CORP. IX 1619 (*aet. Hadr.*) opus quadrigae cum -e imp. Hadriani Aug. CARM. epigr. 249, 4 (*a. 136*) dona . . . -em nostri conservatura parentis. CORP. XIV 2410 (*p. a. 158*) pingere -em Man⟨liae⟩ Severinae virginis. TREB. trig. tyr. 14, 4 paenulae matronales . . . quae Alexandri -em de liciis variantibus monstrent. VVLG. sap. 15, 5 diligit mortuae imaginis -em sine anima. CARM. epigr. 1988, 44 -em pro te teneó solacia nostrí, quam colimus. CORP. V 5128 ut -em illius perpetua veneratione celebrarent. *et al. de figuris hominum magicis (v. supra l. 28)*: VERG. ecl. 8, 75 altaria circum -em *Daphnidis* duco. HOR. sat. 1, 8, 30 lanea et -es erat, altera cerea (PAVL. FEST. p. 121 laneae -es Compitalibus noctu dabantur in compita, quod *eqs. cf.* p. 236 pilae et -es viriles et muliebres ex lana Compitalibus suspendebantur in compitis, quod *eqs.*). PAVL. FEST. p. 15 argeos vocabant scirpeas -es quae per virgines Vestalis . . . iaciebantur in Tiberim.

in imagine: de monumento in mentibus erecto: CIC. Arch. 30 consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum -em (*anteced.* statuas et imagines, animorum simulacra. *cf. p. 182, 34. 70. 74*). TAC. ann. 4, 38 haec (*sc. bona existimatio et memoria vestra*) mihi in animis vestris templa, hae pulcherrimae -es et mansurae. *sim.*: PLIN. epist. 3, 10, 6 qui non fragilem . . . sed immortalem . . . -em conor efficere (*antea* scalptorem, pictorem).

β deorum: CIC. Verr. II 5, 187 -em Cereris non humana manu factam. VERG. Aen. 2, 167 corripuere sacram -em (*i. Palladium*). 3, 148 -es sacrae divum Phrygiique penates (7, 443). OV. fast. 6, 298 -em nullam Vesta nec ignis habet. SEN. contr. 9, 4 (27), 10 funestas tyranni imagines inter -es deorum immortalium consecravit (PLIN. nat. 34, 15. 35, 157. QVINT. inst. 12, 10, 5 atque heroum. APVL. Socr. 14 p. 149 deorum -ae [*B*, -es *cett.*] et exuviae. *et al.*). VAL. MAX. 1, 5, 8

[(Brandt)-K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Solis. PLIN. nat. 7, 34 *v. infra l. 28.* 35, 157 Iovis. 36, 21 deae (IVV. 6, 310). VAL. FL. 5, 208 veneranda fluentis -es te, Phasi, manet. TAC. ann. 1, 10 cum se templis et -e numinum per flamines ... coli vellet (4, 37. APVL. met. 11, 11 numinis. CARM. epigr. 849, 3 in quo [*sc. marmore*] perspicua corporis inest -es numinis). APVL. met. 11, 17 divinas -es progerebant (Socr. 20 p. 167). CARM. epigr. 1527 A, 4 (*c. a. 167*) sancte Medaure ... templa ... ista vise ... parva magnus in -a. TERT. apol. 16, 4 si id colebatur, quod aliqua -e repraesentabatur. spect. 13 p. 15, 24 neutram aram novimus, neutram -em adoramus. ARNOB. nat. 6, 9 p. 221, 8 nullius sensus ad -em deprecari. CORP. VI 648 Marcio ... Silvano deo ...-em ... instituit. VI 9254 cum basi marmorea et ceriolarib(us) duobus aereis habentibus -em Cupidinis tenentis calathos. *Christi*: ITIN. Anton. Plac. rec. A 44 p. 189, 9 pallium lineum, in quo est -es salvatoris.

γ animalium: VERG. Aen. 2, 184 hanc pro Palladio ...-em statuere (*i. equum Troianum. cf.* PAVL. FEST. p. 81 equus Marti immolabatur, quod per eius -em Troiani capti sunt). PAVL. FEST. p. 78 -em tauri. p. 149 Minotauri. p. 235 porci. FEST. p. 285 in quorum galeis piscis -es inerat. CVRT. 8, 9, 26 avium ... argenteae -es. MELA 1, 58 colunt -es multorum animalium (LACT. inst. 1, 20, 3. *al.*). PLIN. nat. 37, 187 myrmecitis *gemma* innatam formicae repentis -em habet. IVV. 15, 4 -es sacri nitet aurea cercopitheci. TERT. scorp. 3 p. 151, 9 sapiens ignis -em vituli defundit.

δ rerum (*hic et ea exempla habes, quibus* -es *in universum usurpatur sic, ut etiam de animantibus non expresse notatis cogitare possis; v. e. g. l. 29. 33. 43*): OV. epist. 19, 239 -e pomi testatur Acontius huius *eqs.* (*syn.* mali imago). FEST. p. 275 ratis. PLIN. nat. 7, 34 Pompeius Magnus in ornamentis theatri mirabiles fama posuit -es. 25, 8 pinxere ... -es herbarum atque ... subscripsere effectus. 33, 22 -es varias caelando (*sc. in gemmis*). 35, 153 de signis -es exprimere. 36, 64 scalpturae illae -esque, quas videmus, Aegyptiae sunt litterae. 36, 88 deorum simulacra, regum statuae, monstrificae -es. 37, 159 encardia cognominatur enariste in nigro colore -e cordis eminente. *ibid.* enorchis ... testium -em repraesentat. 37, 167 aureo colore arietini cornus -em reddens. 37, 179 montium convalliumque. SIL. 8, 385 Scaevola, cui dirae caelatur laudis honora -e clipeus (*syn.* imagine). 17, 636 *in triumpho* Carthago ... ibat et -es orae iam lenis Hiberae (*v. p. 180, 27*). STAT. Theb. 9, 582 *Atalante* videbat ... -es ... suas simulacraque nota cremari (*sc. in clipeo Parthenopaei incusas*). ITALA deut. 4, 23 (Aug. c. Adim. 13 p. 144, 12) et faciatis vobis -es et imagines (*γλυπτὸν ὁμοίωμα*. VVLG. sculptam similitudinem). MART. CAP. 9, 909 laeva ... virginis quam plures (*i. plurimae*) ex auro adsimilatae parvaeque -es theatralium voluptatum religatae dependebant. *et al.*

b *de iis imaginibus, quibus ut res conspiciantur effici docent Epicurei* (*gr. εἴδωλα, τύποι*): CIC. nat. deor. 1, 110 omnis ... ista rerum -es ex individuis quomodo corporibus oritur (LVCR. 4, 42 dico igitur rerum -as tenuisque figuras mittier ab rebus summo de corpore rerum. *cf.* 4, 105 sunt ... tenues form⟨ae re⟩rum ⟨h⟩is similesque -ae). LVCR. 4, 85 -as ... tenuis.

c *de imagine speculo (aqua sim.) repercussa*: PHAEDR. 1, 12, 4 cervus ... in liquore vidit -em suam (*cf.* SEN. nat. 1, 11, 3 si solis -em in aliquo fonte aut placido lacu vidit. AVSON. 98, 2 *de Narcisso*). SEN. dial. 4, 36, 3 iratis ... nulla est formonsior -es quam atrox et horrida (*syn.* imago ... speculo repercussa). nat. 1, 5, 13 solis illam esse -em *a nube repercussam* non similem (1, 13, 1 tot ... *parhelia*, quot nubes fuerunt aptae ad exhibendam solis -em). 1, 13, 1 cum plura specula disposita sunt, ... una imago vera est, ceterae imaginum -es sunt. 1, 17, 6 ea (*sc. litora, aequora*) despexere (*reconi. Haase*), in quibus -es suas viderant *mortales*. PLIN. nat. 11, 146 *aves* -em suam in iis (*sc. pupillis hominum*) cernentes.

d *de visis*: *α de iis quae inani ac fallaci specie se offerunt: de visis somniorum, ostentis sim.*: CVLEX 208 -es ad eum (*sc. pastorem dormientem*) culicis devenit. PAVL. FEST. p. 120 quicumque speciem quandam e fonte, id est -em Nymphae, viderint, furendi non fecisse finem. VAL. MAX. 1, 7, 6 *C. Gracchus* somno ... pressus Tiberii [Gracchi] fratris -em vidit. LVCAN. 7, 10 *Pompeius in somno* visus sibi ... innumeram -em Romanae cernere plebis. SIL. 15, 181 visa viro (*i. Scipioni*) stare -es ante ora parentis. STAT. Theb. 11, 143 *Polynices per noctem errans* viderat ... coniugis Argiae laceram cum lampade maesta -em. TAC. ann. 14, 32 (*inter prodigia*) oceanus cruento aspectu, dilabente aestu humanorum corporum -es relictae. PLIN. epist. 3, 5, 4 adstitit ei (*sc. Plinio historiogr.*) quiescenti Drusi Neronis -es. *de specie a dis facta*: OV. met. 14, 358 dixit *Circe* et -em nullo cum corpore falsi finxit apri. SIL. 17, 524 Iuno ... -em informat Latiam *eqs.* 17, 529 par -es fallacis imagine vana cornipedis. STAT. Theb. 6, 495 anguicomam monstri -em ... movet sive ille (*sc. Phoebus*) Erebo seu finxit. *de mortuis, i. q. spectrum, larva* (*cf. et l. 63. 67. 74*): SIL. 13, 779 Elysio tendentem limite cernens *Scipio* -em iuvenis (*sc. Homeri*). 13, 799 heroum es maiorisque ... umbras. PLIN. epist. 7, 27, 8 respicit *Athenodorus*, videt agnoscitque narratam sibi -em (*antea* idolon, imago). SVET. Aug. 100, 4 nec defuit vir praetorius, qui se -em cremati euntem in caelum vidisse iuraret. AVSON. 54, 1 -em, rex Croese, tuam ... vidit apud manes Diogenes cynicus. CLAVD. DON. Aen. 2, 770 p. 252, 21 miseranda -es eius (*sc. Creusae*) ac deformis (*Verg.*: simulacrum, umbra, imago). DRAC. Orest. 67 vi⟨vis an e⟩ffigies et imago volatilis exstas? CARM. epigr. 1062, 2 ⟨in terris⟩ cineres alius loc⟨us, hic h⟩abet ossa, -es v⟨aga per sid⟩era sic colitur. *similiter de vivis in comparatione*: CIC. ad Q. fr. 1, 3, 1 non enim vidisses fratrem tuum, non eum quem reliqueras, ... ne vestigium quidem eius nec simulacrum, sed quandam -em spirantis mortui. LIV. 21, 40, 9 -es immo, umbrae hominum fame frigore inluvie squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque (*opp.* vigentes animis corporibusque).

β de visis caelestibus: SEN. nat. 1, 2, 3 non longe a terra fit talis -es (*sc. corona quae est circum solem. item* 1, 2, 7). 1, 13, 3 cum utrimque solem cinxit talis -es (*sc. parhelium. cf. Arat. 884 sqq.*). 7, 5, 3 talem -em ignis longi (*de comete.* AVIEN. Arat. 594 crinis ... soluti ...-em). *de astrorum signis*: GERM. 65 haud procul -es (efficiens *codd.*) ... est defecta labore (*sc. Herculis*). 249 ales Perseos -es. 272. PLIN. nat. 2, 9 discripto circulo, qui signifer vocatur, in duodecim animalium -es et per illas solis cursus congruens. AVIEN. Arat. 255 ferinam ... -em (*sc. Vrsam*). HYG. astr. 2, 1 p. 31, 13 ursae. 2, 17 p. 56, 22 inter sidera Delphini -em collocavit (*ibid.* p. 57, 10. *cf.* 2, 20 p. 60, 1 arietis ... -em ab Nube inter sidera constitutam). *al.* SCHOL. Germ. Bas. p. 81, 9 *Triangulum* Aegypti esse -em stellis figuratam in tribus angulis.

2 *translate de rebus incorporeis* (*fere i. q. symbolum infra l. 41, in sermone allegor. Christ. i. q. figura, typus infra l. 55. obversari videtur ἰδέα Platonica: l. 39. per abundantiam v. infra l. 56 sqq.*): CIC. de orat. 1, 193 plurima est et in omni iure civili et in pontificum libris et in XII tabulis antiquitatis -es. 2, 354 quae memoria tenere vellent, effingenda animo, ... sic fore, ut ... res ... ipsas rerum -es notaret. orat. 9 ut ... in formis et figuris est aliquid perfectum ..., sic perfectae eloquentiae speciem animo videmus, -em auribus quaerimus. has rerum formas appellat *ἰδέας Plato.* Tusc. 3, 3 *optimus quisque* consectatur ... nullam eminentem -em virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae (VAL. MAX. 3, 2, 19 divum Iulium certissimam verae virtutis -em repraesentamus. *aliter l. 70. p. 180, 72*). off. 3, 69 nos veri iuris germanaeque iustitiae solidam et expressam -em nullam tenemus, umbra et imaginibus utimur. ad Q. fr. 1, 1, 23 Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad -em iusti imperii. LIV. 1, 56, 9 *Brutus* aureum baculum inclusum corneo cavato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur per ambages -em ingenii sui (*v. l. 24. cf.* AVSON. 181, 12 nempe aliqua in nobis morum simulacra tuorum -es nostri praebuit ingenii). SEN. epist. 81, 13 desinant ... infamare nos ... et sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud vulgum simulacra rerum honestarum et -es. GELL. 14, 1, 18 ut neque ullus observationis tenor neque memoriae ulla -es litterarum tanto aevo potuerint edurare. 16, 13, 9 populi Romani, cuius istae coloniae quasi -es parvae simulacraque ... videntur. TERT. scorp. 12 p. 172, 9 cui potius figuram vocis suae declarasset *Christus*, quam cui -em gloriae suae revelavit. anim. 53 p. 385, 24 anima ... ipsa migrare compulsa deducitur in diminutionis -em. adv. Marc. 3, 24 p. 419, 26 -em civitatis *caelestis.* AVG. civ. 20, 9 p. 431, 13 D. fingunt ... se esse quod non sunt, vocanturque non veraci -e, sed fallaci imagine Christiani. gen. ad litt. imperf. 16 p. 499, 20 universitatis. ZACCH. 2, 18 p. 1143^{A} lepra ... delicti mortalis -es (*v. supra l. 25*) demonstratur.

abundanter (v. supra l. 26): ita ut -es *per se nullam fere vim habeat, cum de sola ea notione agatur, quae inest nomini genetivo casu ex voce q. e.* -es *pendenti* (*cf. et e. g. supra l. 50 et p. 180, 61. 183, 58*): AVELL. p. 49, 13 quandoquidem non parva sit separationis -es. EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 887^{B} *aether et aquae* repercussione eius (*lucis*) emicantes clariorem reddunt aëris -em (*gr. aliter*). SEDVL. op. pasch. 1, 31 p. 196, 6 *quattuor evangelistae* per latissimam totius orbis spatiantur -em (*cf.* carm. pasch. 1, 360 latum sparguntur in orbem).

B *spectat potius ad similitudinem, quae inter duas res sic intercedit, ut aut alteram alteri parem esse aut altera alteram adumbrari indicetur*: PLAVT. Rud. 420 pro di immortales, Veneris -a haec (*sc. Ampelisca*) quidem est. CIC. Phil. 9, 12 nullum monumentum clarius ... Sulpicius relinquere potuit quam -em morum suorum, virtutis, constantiae, pietatis, ingeni filium (*sic de liberis parentum similibus*: fin. 2, 58 qui hunc nostrum reliquit -em et humanitatis et probitatis suae filium. ad Q. fr. 1, 3, 3 *filiam* -em oris, sermonis, animi mei. LIV. 5, 18, 5 iuvenem ...-em atque imaginem eius. 26, 41, 25 ingenii, fidei virtutisque. TAC. ann. 12, 68). nat. deor. 1, 103 sit sane, ut vultis, deus -es hominis et imago. VERG. Aen. 3, 497 -em Xanthi Troiamque videtis (*sc. fluvium Epiri a Troadis Xantho denominatum*). CIRIS 491 velut in niveo, tenera est cum primitus, ovo -es animantis et internodia ... fluitant. PLIN. nat. 11, 139 quadripedum talpis visus non est, oculorum -es inest, si quis praetentam detrahat membranam. ANTH. 684, 1 Luciola -es illorum ... quos peperit quondam morum fecunda vetustas. AVSON. 75, 4 ipsum videt ... pallentem et multa mortis in -e (*cf.* HIST. Apoll. 25 rec. B coagulato sanguine conclusoque spiritu defunctae repraesentavit -em).

[(Brandt)-K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *respicitur forma rei alicuius corporea, i. q.* ***figura, habitus*** *sim.* (*hic illic non tam ipsa forma respicitur, quam id quod sub aspectum cadit, v. e. g. infra l. 46. 61. 70*): **A** *in universum* (*per emphasin de corporis figura quasi re caduca, opp. anima, infra l. 9. 55*): Ov. met. 1, 83 quam *tellurem Prometheus* mixtam pluvialibus undis finxit in -em ... deorum. 9, 264 nec cognoscenda remansit Herculis *concremati* -es. SEN. Herc. O. 265 commoda -em mihi parem dolori, non capit pectus minas. dial. 6, 24, 5 imago dumtaxat fili tui periit et -es non simillima, ipse quidem aeternus ... est (*v. l. 4*). epist. 103, 2 erras, si istorum ... vultibus credis, hominum -es habent, animos ferarum (ASCON. Corn. p. 50, 24 St. simulacra -e hominum ex faeno fieri solebant. *cf.* PLIN. nat. 6, 187 animalium hominumque monstrificas -es). CVRT. 4, 7, 23 id ⟨quod⟩ pro deo colitur, non eandem -em habet quam *eqs.* PLIN. nat. 2, 7 esse innumeras -es animalium rerumque cunctarum impressas ([2, 110 animantium]. 2, 189 varias -es animalium. *v. supra l. 12. et al.*). 2, 14 -em dei formamque. 2, 51 umbram columnae -e iaci (*cf. ibid.* metae). 2, 80 *luna* minuens easdem -es paribus edit intervallis. 2, 90 humanam (9, 9. TAC. hist. 2, 3 simulacrum deae non -e humana. TERT. idol. 3 p. 32, 29. carn. 3 p. 429 Oe. angelos ... conversos in -em humanam. AVG. in euang. Ioh. 40, 4 p. 1688 init. [*syn.* forma, figuratio, figmentum]. MART. CAP. 2, 156 sub. *et al.*). PLIN. nat. 2, 90 iubae. 2, 101 -e ea (*sc. stellarum*). 3, 85 Sardiniam ... Timaeus Sandaliotim appellavit ab -e soleae. 6, 108 situm eius (*sc. sinus Persici*) humani capitis -e. 6, 187 artifici ad formanda corpora -esque caelandas (*cf. p. 180, 25 sqq.*) mobilitate ignea (*sc. Aethiopiae*). 8, 81 *lupum ex homine conversum* -em (*sc. pristinam*) recipere (*syn.* habitum). 9, 179 (*de musculis in Nilo ortis*) novissima -e etiamnum terrena. 11, 120 acinorum. 25, 161 oculi. 37, 187 scorpitis *gemma* scorpionis aut colore aut -e *cognominatur*. VAL. FL. 5, 232 tacitae visus per tempora noctis -e vasta *Phrixus*. STAT. Theb. 12, 265 tuque oro, veni, si manibus ulla -es. CARM. epigr. 1109, 12 (*aet. Flav.*) status ipse maior erat nota corporis -e. MART. 9, 74, 1 -em tantum pueri pictura Camoni servat (*seq.* figura). LIB. col. I p. 228, 8 termini constituti in -e tituli in tetragonon, alii rotundi in -e columnae. *al.* SVET. Aug. 31, 5 statuas omnium *ducum* triumphali -e in *foro* ... dedicavit. CORP. XIV 2793 (*a. 169*) templum cum signo aereo -e Veneris. APVL. met. 2, 1 omnia ... in aliam -em translata. TERT. apol. 16, 6 Pallas ... et Ceres ... sine -e rudi palo et informi ligno prostat. 19, 2 ipsas ... -es litterarum (*cf.* AVSON. 348, 25 gruis -es ... porrigitur Φ). 48, 3 eadem qualitas animae in eandem restauretur, etsi non -em, certe condicionem (anim. 9 p. 310, 7 -em animae damus. *ibid.* p. 312, 1 -es ex expressione formata. *al.*). patient. 15 p. 22, 28 (*allegor.*) *patientiae* -em habitumque. adv. Marc. 3, 10 p. 392, 21 Christum suum non potuit exhibere *deus* nisi in indignae rei -e (*sc. hominis*). ITALA lev. 19, 27 (Cypr. testim. 3, 84 p. 173, 19) non corrumpetis -em barbae vestrae (*τὴν ὄψιν τοῦ πώγωνος*. VVLG. nec radetis barbam). ITALA Phil. 2, 6 (Tert. adv. Prax. 7 p. 237, 8 resurr. 6 p. 33, 18. *al.*) qui in -e dei constitutus, non rapinam existimavit *eqs.* ([*ἐν μορφῇ*. VVLG. in forma]. HERM. Pal. sim. 9, 1, 1 qui in -e Ecclesiae locutus est tecum [*ἐν μορφῇ*]. EVGIPP. Sev. 29, 2 vidit per soporem quendam in -e viri dei stantem. PASS. Thecl. rec. A 21 p. 54, 6 in -a Pauli. ACT. Andr. Matth. 18 p. 87, 22 venit ... dominus ... in -a pulcerrimi pueri [*γενόμενος ὅμοιος μικρῷ παιδίῳ*]). PORPH. Hor. ars 1 p. 162, 11 inferiorem partem membrorum exprimere piscis -e. ARNOB. nat. 2, 77 p. 111, 7 instatis et pergitis in -es has nostras speciesque saevire (*v. supra l. 4*). 3, 12 p. 120, 8 naturam omnem divinam (*sc. aeternam*) ... liniamentis carere corporeis neque ullas formarum -es (*cf. p. 182, 56*) possidere. LACT. Phoen. 114 his alitur ... *avis,* donec maturam proferat -em. AVIEN. Arat. 1647 *nubes* mentita dei formam procul igne recepto concipit -em. 1662 *si* illi (*Praesepi sideri*) taetra sit -es. AVSON. 244, 6 (*de Niobe*) duro circumdata saxo amisi humani corporis -em. 433, 2 Neptunus ... usurpata vatis -e (*cf.* 445, 3 Mentis ... sumit -em). AMM. 16, 10, 5 reverendas ... patriciae stirpis -es (*i. senatores*). VVLG. Marc. 16, 12 ostensus est in alia -e *Christus* (*μορφῇ*. *cf.* PETR. CHRYS. serm. 82 p. 432^{C} nemo putet Christum sua resurrectione sui vultus -em commutasse *eqs.*). PAVL. NOL. epist. 49, 4 p. 393, 24 sancti ... confessoris -e *Iesus* (EVGIPP. Sev. 19, 4 -em sancti praeferens Severini). AVG. civ. 17, 5 p. 215, 20 D. homo in carnis huius -e factus *eqs.* EVSTATH. Bas. hex. 6, 6 p. 927^{B} *astrologi* solent eventus et -es ... praedicere singulorum, declarantes illum crispo capillo futurum *eqs.* (*gr. p. 129^{C} tantum τὰ ἀποτελεσματικά.*) HIST. Apoll. 48 rec. A p. 106, 1 erat enim -e satis decora. PASS. Petr. Paul. long. 14 *Simon* coepit ... mutare -es, ita ut fieret subito puer *eqs.* *per allegoriam de pudore*: TERT. pudic. 1 p. 221, 7 qui meram et veram integritatem carnis obtruncant amputantes non summam superficiem, sed intimam -em pudoris ipsius.

B *speciatim de facie, vultu*: MELA 1, 48 satyris praeter -em nihil humani (PLIN. nat. 7, 24 *satyri* humana -e). LVCAN. 9, 1034 iam languida morte -es (*Pompei*) habitum noti mutaverat oris. PLIN. nat. 7, 8 in facie vultuque nostro cum sint decem aut paulo plura membra, nullas duas in tot milibus hominum indiscretas -es existere. TERT. cult. fem. 2, 5 p. 721 Oe. quam indigna *sunt* nomini Christiano faciem fictam gestare ... -e mentiri, quibus in lingua non licet. MART. CAP. 1, 4 Ianus ... utraque miratur -e. 1, 75 tres fuerant a fronte gemmae ... quae eius (*sc. Iunonis*) -em reverendam a cognitione conspicientium ... fulgoribus occulebant. SIDON. carm. 15, 9 (*v. p. 180, 24 sqq.*) nitet insidiosa superbum -es *Gorgonis in aegide sculpta*. CORIPP. Iust. 1, 241 *mortuus* videbatur cunctis plangentibus unus -e gaudere pia.

III ***singularia:*** *de forma grammatica*: PAVL. FEST. p. 58 casus dicimus ... etiam vocabulorum formas, quia in aliam atque aliam cadunt -em. *de signo morbi*: CYPR. GALL. lev. 51 morborum quoque -es et signa docentur. *fere i. q. simulatio*: ENNOD. epist. 5, 3, 5 p. 126, 23 Agnellus ... per varias promissionum mihi inludit -es.

iuncturae praepositionales (*ad I et II pertinentes; adhibentur attenuata fere notione; hic illic eo sensu quo 'ad exemplum' vel 'instar', e. g. infra l. 18. 19*): ad -em: PLIN. nat. 5, 62. 35, 2 TERT. anim. 23 p. 336, 4. COMM. instr. 1, 2, 7 defunctos reges orabant, ad quorum -es faciebant idola vana. AVSON. 165, 4 pueri comis ad -em reddebas ... ephebum. 237, 2. in -em: SIL. 5, 5 restagnans gurgite vasto -em in pelagi lacus. LIB. col. I p. 241, 1. 10. FIRM. err. 27, 2 p. 69, 16 AMM. 20, 3, 1. secundum -em: ITALA gen. 5, 3 (Hil. syn. 73 p. 523^{A}) *Adam* genuit secundum -em suam et secundum similitudinem suam (*κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ*. VVLG. imaginem). ITALA act. 7, 44 (cod. h), *gr. κατὰ τὸν τύπον*. VVLG. secundum formam.

deriv. effigiare, effigientia. *(Brandt)-K.-M.*

effigio, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* effigia, effigies. *W.*] *de notione*: NON. p. 248, 21 committere -are. p. 308, 38 fingere, -are vel formare. *legitur inde ab* APVL.

I *proprie*: **A** *i. q. in formam redigere, formare*: **1** *manu artificis* (*inde de artificio l. 50 sqq.*): APVL. apol. 14 statuae et imagines variis artibus -tae. flor. 1 p. 5 truncus dolamine -tus. MIN. FEL. 3, 1 *lapides* -tos ... et unctos et coronatos. SOL. praef. 7 qui corporum formas aemulantur, ... ante omnia -ant modum capitis. IVL. VAL. 1, 4 p. 4, 21 *magus* -at ex cera corpusculum feminae. 3, 53 p. 161, 21 aquila aurea ... -ta daedale. CHALC. comm. 349 p. 373, 5 imago ... ex arte facta et iuxta archetypam speciem -ta. AMM. 31, 2, 2 *Huni deformes* quales in conmarginandis pontibus -ti (efficiati *cod.*) stipites dolantur incompte. PRVD. ham. 745 *uxor Loth* caute sigillati ... salis -ta. AVG. civ. 8, 24 p. 360, 16 D. de materiis licet affabre -tis, tamen vita sensuque carentibus. quaest. hept. 6, 30 p. 447, 7 *lapis* si ab artifice in hominis similitudinem -tus esset. MACR. Sat. 5, 17, 5 in -andis simulacris. MART. CAP. 4, 328 (*in allegoria*) formulae (*sc. schemata dialecticae*) quaedam florentibus discolora venustate ceris sollerter -tae. 6, 579 *Geometria* memoratur posse omnia -are (*syn.* formare, adumbrare). 6, 706 *cognitio geometrica* ab incorporeis procreata ac sensim ⟨in⟩ multiplices formas -ta. SIDON. epist. 6, 12, 6 *Triptolemum* Graecia ... -vit imaginibus (*syn.* formavit). PAVL. PETRIC. Mart. 3, 212 hostis ... Mercurium ... Vulcanum ... Foebum -ans *eqs.* BOETH. arithm. praef. p. 4, 3 in -andis marmore statuis. *de artificiis*: PRVD. perist. 11, 126 picta ... species ... -ans tracti membra cruenta viri (*sc. Hippolyti*). PAVL. PETRIC. Mart. 4, 581 (*alleg.*) expromi haec verbis nequeunt, quae ... -ans melius naturae gratia pinxit. 6, 228 *corona in sepulcro* -ans illam, quam Christo iudice sumpsit.

2 *qualibet ratione* (*maxime de deo creatore. c. dupl. acc.: l. 60. 69*): TERT. anim. 9 p. 310, 8 et effigiem animae damus, ... omne ... -tum compositum et structile affirmat *Plato* (*item de anima: ibid.* p. 310, 12 *animam* compositiciam et structilem, si -tam. *ibid.* p. 310, 13 tamquam alio eam modo -ans intellectualibus formis. 22 p. 335, 22. PRVD. apoth. 807 his *artibus* animam similem sibi conditor -vit, cetera dissimilem. VINCENT. VICT. Aug. anim. 4, 14, 20 p. 399, 27 flatus ex deo anima factus est, -ta substantialis et ... corporea *eqs.*). CHALC. comm. 90 p. 160, 30 umbram orbis *KA* ... in formam ... -ari calathi. PROB. Verg. ecl. 6, 31 *ex quattuor elementis* omnia esse ... -ta. GENNAD. dogm. 4 p. 982^{B} nihil corporaliter -tum. PRVD. cath. 10, 4 duo ... socians elementa, vivum ... ac moribundum, hominem, pater, -asti. ham. 118 lutulenta ... membra coegit -ans. psych. 905 viscera limo -ta. VEN. FORT. carm. 2, 4, 1 dius apex carne(m) -ans genetalia limi. PS. PRIMAS. in Hebr. p. 742^{A} *corpus domini* totius trinitatis opere -tum est.

B *i. q. imaginibus ornare et distinguere*: APVL. met. 11, 11 *urnula* miris extrinsecus simulacris Aegyptiorum -ta. AMM. 14, 6, 9 *tunicae* varietate liciorum -tae (effricacae *cod.*) in species animalium multiformes (26, 7, 11 nummos -tos [efficiatos *cod.*] in vultum novi principis). 17, 4, 15 mons (*sc. obeliscus*) ipse -tus scriptilibus elementis.

II *translate, i. q. cogitatione effingere, imaginari*: CHALC. comm. 128 p. 192, 20 quae (*sc. potentias et rationes*) poetae ... versibus suis formata membratimque -ta ... nominibus exornaverunt ... adeo *eqs.* DRAC. Romul. 8, 491 *Helena Parin aspiciens* -at per cuncta virum (*i.* '*sibi eius fingit speciem*'), quibus ille ... vestibus incedat vel qua lanugine malas umbret ... flosculus. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 11 p. 164, 11 si quis equum atque hominem iungat imaginatione atque -et Centaurum.

GLOSS. II 242, 14 *ἀποτύπωμα* **effigium.**

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

effigūrātio, -ōnis *f.* [*ab* effigurare. *W.*] Ps. Ivl. Rvf. schem. dian. 14 p. 62, 28 *προσωποποιία* ... latine dicitur deformatio vel -o. *v. s.* exfigurari. *Brandt.*

[**effindo** *ex coni. Scal.* Manil. 4, 283; *v. s.* effundo.] *K.-M.*

effingo, -nxī, -ictum, -ere. *ab* ex *et* fingere. *de scriptura*: ecf-: Cic. Tim. 34 (*v. app. crit.*). Arnob. nat. 7, 46 p. 280, 23 (et f- *trad.*). *v. et l. 10.* *de notione*: Gloss.^{L} I Ansil. ef 105 -ere formare. Gloss. -o *ἀποτυπῶ.* *legitur inde a* Catone, Lvcil., Rhet. Her. [*trad.* effectus: Cic. Phil. 11, 6 ac. 1, 27. 2, 18. 2, 77 Tim. 8 Stat. Theb. 6, 243 Lact. inst. 2, 16, 3 V^2 (et f- *BH*). *ex coni.*: Cic. rep. 3 frg. 5 Athonem pro monumento vult funditus -ere (*Bergk*, efferri, efficere *codd.*).]

I *fere i. q. tergere*: **A** *mundandi causa* (*vigente praepos.* ex): Cato agr. 67, 2 fiscinas spongia -at (Cic. Sest. 77 meministis ... cloacas refarciri, e foro spongiis -i [effundi *codd., corr. ex Serv. Aen. 8, 634*] sanguinem). *translate*: *de homine lauto*: Lvcil. 1140 deliciis luci -ctae atque cinaedo (*cf. Marx ad l.*). **B** *fere i. q. mulcere, palpare*: Ov. epist. 19, 134 -o ... manus (19, 137 Epiced. Drusi 138).

II *in formam quandam redigere sive re vera sub oculos cadentem, sive mente ac cogitatione perceptam (res formanda aut certa quadam imitatione eius rei, ad quam formatur, aut non adhibito exemplari efficitur)*: **A** *praevalente notione efficiendi, procreandi*: **1** *sensu strictiore: de artifice et artificio* (*in pass. c. nom. c. inf.: infra l. 50*): Verg. Aen. 6, 32 bis conatus erat *Daedalus Icari* casus -ere in auro. Prop. 3, 9, 9 gloria Lysippo est animosa -ere signa. Fest. p. 186 *Saturnus* nominatus a satu tenensque falcem -itur. Sen. epist. 90, 31 vitrearium ... qui spiritu vitrum in habitus ... format, qui vix diligenti manu -rentur. Sil. 6, 712 flagrantem -es facibus, Carthago, Libyssis Romam et deiectum Tarpeia rupe Tonantem. Stat. silv. 1, 1, 6 an te Palladiae talem, Germanice, nobis -xere manus. Theb. 2, 733 hic (*sc. in templo*) ego maiorum pugnas vultusque ... magnanimum -am regum (Lact. inst. 2, 16, 3 qui ... -ctos mortuorum regum vultus ... statui ... fecerunt. *v. infra l. 52*). 4, 427. 6, 243 rerum ... -ctus in illa ordo docet casus. Mart. 10, 32, 5 ars utinam mores animumque -ere posset (*aliter p. 186, 2. 38*). Tac. hist. 5, 5 profanos qui deum imagines mortalibus materiis in species hominum -ant. ann. 6, 28 qui formam eius (*sc. avis Phoenicis*) -xere (-nere *codd.; vix pertinet ad B, p. 186, 21 sqq.*). 11, 14 primi per figuras animalium (*hieroglyphicas litteras*) Aegyptii sensus mentis -bant. Plin. epist. 4, 7, 1 placuit statuas eius (*filii*) et imagines ... facere ... illum coloribus, ... auro, ebore, marmore -it. 4, 28, 3 cum est arduum *pictori* similitudinem -ere ex vero. 5, 15, 1 pictores pulchram absolutamque faciem raro nisi in peius -unt. 7, 9, 11 v. 4 *cera* nunc Venerem -at, nunc Veneris puerum (*syn.* informet). Tert. idol. 3 p. 32, 24 neque ... interest an plastes -at, an caelator exculpat *eqs.* Arnob. nat. 2, 76 p. 110, 3 simulacra ... ex auro (Cod. Theod. 9, 40, 17 [*a. 399*] -endis *simulacris*). 6, 10 p. 221, 15 potest ... fieri ut barbatus in caelo sit, qui esse a vobis -itur (-igitur *trad.*) levis (*v. supra l. 25*). Lact. inst. 2, 5, 19 astrorum figuras in ... aere pictas -ctasque. Amm. 25, 4, 3 ut egregius pictor vultum speciosum -it. Avg. civ. 12, 26 p. 552, 1 D. Boeth. in Porph. comm. pr. 2, 6 p. 94, 24 forma illa ex qua aes -ctum est. *ibid.* 25 ex aliqua figura quae ex aeris materia -cta est. *in imagine*: Don. vita Verg. v. 82 Br. *Vergilius dixit* carmen se more ursae parere ... et lambendo demum -ere (*Gell. 17, 10, 3* conformaret et fingeret *in eadem historiola*).

2 *sensu liberiore: de quolibet et corporea et incorporea generante* (*c. dupl. acc.: p. 186, 8.* *de falsis figmentis p. 186, 16*): Cic. de orat. 2, 23 quemadmodum volucres videmus ... -ere et construere nidos. ac. 1, 27 materiam ... ex qua omnia expressa atque -cta sint. nat. deor. 1, 65 hinc (*sc. ex atomorum licentia*) quodcumque in solum venit, ... -is atque efficis. 3, 23 nec ullam vim esse naturae, ut sui dissimilia posset -ere. Tim. 34 cetera ... usque ad temporis ortum impressa ab illis quae imitabatur, -xerat (*gr. p. 39^{e} ἀπείργαστο εἰς ὁμοιότητα ᾧπερ ἀπεικάζετο*). *ibid.* quot ... et quales animalium formas mens ... poterat cernere, totidem et talis in hoc mundo secum cogitavit -ere (*gr. aliter*). 46 dis ... iunioribus permisit ut corpora mortalia -rent (*gr. p. 42^{e} πλάττειν*). Verg. Aen. 10, 640 *Iuno umbrae hominis* dat sine mente sonum, gressusque -it euntis *Aeneae*. Manil. 2, 295 (*de figuris in zodiaco*) terna ... bis senis quadrata -ere signis (2, 333 quadrati ... formam). 5, 250 talis *homines* -et Crater. 5, 263 varios nectet flores sertisque locabit -etque suum sidus (*sc. sub Corona natus*). 5, 315 sollertis animos ... -it *Haedus*. Colvm. 3, 10, 10 ut ... rerum aeternus opifex ... elementa ... misceret atque hoc animantis machinae speciem -ret. Mela 1, 52 *Nilus* glebis ... infundat animas ex ipsaque humo vitalia -at. Lvcan. 5, 713 grues ... volatu -unt varias ... figuras. Plin. nat. 7, 52 cogitatio ... utriuslibet *gignentis* animum subito transvolans -ere similitudinem ... existimatur. Sil. 1, 404 frontem Chremes ... saeptus et horrentis -ens crine galeros. Plin. epist. 1, 3, 4 -e aliquid et excude, quod sit perpetuo tuum. 5, 6, 7 imaginare amphitheatrum aliquod immensum et quale sola rerum natura possit -ere (*cf.* Amm. 27, 4, 5 eadem loca formata in cornuti sideris modum -unt theatri faciem speciosam). Tert. anim. 5 p. 304, 12 qui eam (*animam*) de manifestis corporalibus -unt, ut Hipparchus et Heraclitus ex igni *eqs.* 36 p. 362, 27 masculus temperius -itur, prior enim Adam *eqs.* 57 p. 393, 1 nec enim Pythonico tunc spiritui minus licuit animam Samuelis -ere ... mortuos consulente Saule (*cf. I reg. 28, 6 sqq.*). resurr. 6 p. 33, 9 dum *limus a manu dei* tangitur ... deducitur ... -itur. adv. Val. 19 p. 198, 4 *ut Soter* Demiurgum Nun filium -ret. Arnob. nat. 7, 46 p. 280, 23 si quod aliud nobis usus vocamen obtulerit aut ampliatio sermonis -xerit. Lact. inst. 2, 11, 19 deus ... ipse corpus -xit. Amm. 20, 11, 15 (*de fronte arietis machinae*) formam -it arietis. Mart. Cap. 9, 970 rhythmopoeia, id est quemadmodum procreatio numeri possit -i. Sidon. epist. 2, 10, 4 epigrammata ... imaginarie tantum et ... umbratiliter ... -imus. Evg. Tolet. satisf. 10 tu ... -is ... bonis candida corda viris. Boeth. mus. 1, 2 p. 187, 6 motum ... corpus -at. 2, 15 p. 246, 15. 5, 10 p. 360, 8 sonum. *i. q. falsa fingere*: Tert. adv. Marc. 5, 3 p. 574, 22 interpolatione scripturae (*sc. pervertentes euangelium*), qua Christum creatoris -rent. Mar. Victorin. verb. script. 5 p. 1012^{A} si subterfugit te sensus falsa -ere. Ps. Rvfin. in Os. 1, 2, 5 p. 974^{C} *meretrix* quasi honestiores causas, quibus illiciat, -it.

B *praevalente notione imitandi (v. et p. 185, 40)*: **1** *ad exemplar quoddam verbis aliquid exprimere*: Rhet. Her. 4, 49, 63 effictio est, cum exprimitur atque -itur verbis corporis cuiuspiam forma, quoad satis sit ad intellegendum. Cic. nat. deor. 1, 47 cum artificium -itis fabricamque divinam (*syn.* describere). Petron. 4, 5 quod sentio, et ipse carmine -am. Qvint. inst. 6, 1, 28 citius evanescat necesse est illa quam dicendo -ximus imago. Gell. 8, 8 interpretari et quasi -ere volenti locos quosdam Platonicos latina oratione. 9, 9, 3 Vergilius cum aut Homeri ... aut Theocriti aut quorundam aliorum locos -ret, partim reliquit, alia expressit. 17, 20, 8 ipsum hoc est, quod ex isdem illis verbis eius (*sc. Platonis*) -ximus (*seq. verba Pl. latine reddita*). Macr. somn. 1, 17, 5 totius mundi ... collecta descriptio est et integrum quoddam universitatis corpus -itur.

2 *varia imitatione varia exprimere (tam de assequenda inter utramque rem similitudine quam de ipsa excolendi ratione), i. q. imitari, aemulari (fere i. q. excolere e. g. l. 52. 53), repraesentare*: Cic. S. Rosc. 47 haec conficta arbitror esse a poetis, ut -ctos nostros mores in alienis personis expressamque imaginem ... vitae ... videremus (de orat. 2, 184 mores oratoris. 2, 243 facetiarum in quibus describuntur hominum mores et ita -untur, ut *eqs.* leg. 1, 26 *natura* speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores -ret. *cf.* div. 2, 94 quis ... non videt et formas et mores et ... status ac motus -ere a parentibus liberos. Amm. 16, 1, 4). Phil. 11, 6 imaginem M. Antoni crudelitatis in Dolabella cernitis, ex hoc illa -cta est. de orat. 2, 90 illum quem delegerit imitando (*sc. oratorem*) -at atque exprimat (Qvint. inst. 5, 12, 21 nos qui oratorem studemus -ere). Tusc. 1, 61 (*de memoria*) magnitudo quae illa tam multa possit -ere *in animo*. Tim. 8 cum ... ingressa est *oratio* imitata et -cta simulacra, bene agi putat *eqs.* (*gr. ἀπεικασθέντος ... εἰκόνος*). Sen. contr. 1, 1, 12 quisquis est qui me ulla calamitate similem (*codd.*, simili *Schulting*) -it. Sen. dial. 7, 16, 1 ut, qua fas est, deum -as. 10, 15, 2 ad *philosophorum* se similitudinem -at (epist. 65, 7 humanitas, ad quam homo -itur). Qvint. inst. 1, 1, 5 puer harum (*nutricum*) verba -ere imitando conabitur. 1, 2, 26 -endae ... eloquentiae. 1, 3, 1 ut ea quae discit -at. 1, 11, 2 vitia ebrietatis. 6, 2, 17 (*syn.* imitamur). 10, 1, 69 Menander ... diligenter lectus ad cuncta, quae praecipimus, -enda sufficiat. 10, 1, 108 vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. 10, 1, 127. 10, 2, 13 quae legerunt -i. 10, 2, 15 imaginem virtutis. 11, 3, 62 *affectus* imitatione. 11, 3, 89 status quosdam. 11, 3, 90 non ... inclinatio incumbentis in mulierculam Verris -enda est. Plin. epist. 1, 10, 5 Platonicam illam sublimitatem et latitudinem. 3, 6, 2 (*de signo*) -it senem stantem. 9, 22, 2 *Passennus* ad lyrica deflexit, in quibus ... Horatium ... -it. Svet. Cal. 54, 1 gestum histrionis. Apvl. flor. p. 40 omnis virtutes tuas ita -it ac repraesentat, ut *eqs.* Lampr. Diad. 7, 7 ut et ille *Diadumenus* Antonini meritum -at. Aqvila rhet. 18 p. 27, 16. Ambr. virg. 2, 2, 6 p. 208^{C} ubi (*sc. in imagine castitatis Mariae*) ..., quid -ere (diff-, effugere *var. lect.*) ... debeatis, ostendunt. Mart. Cap. 9, 988 semanticus *trochaeus nominatus* ... quia, cum sit tardior tempore, significationem ipsam productae et remanentis cessationis -it. Vincent. Ler. 14, 20 sicut in theatris fieri solet, ubi unus plures -it repente personas. *ibid.* cum actor tragicus sacerdotem -it aut regem.

3 *imaginatione exprimere, fere i. q. imaginari*: Cic. de orat. 2, 354 ea quae memoria tenere vellent, -enda animo (Sen. amic. frg. 94 imago -atur animo notabilis et e vivo petita). ac. 2, 18 visum ... impressum -ctumque ex eo, unde esset (*cf. Diog. Laert. 7, 50* [*Zeno frg. 59*] *ἡ φαντασία ἐναπομαγμένη καὶ ἐναποτετυπωμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη.* 2, 77 visum ... impressum et signatum et -ctum). *singulariter in sermone alleg.*: -i in exemplar *alcis. fere i. q. typum, figuram esse alcis.*: Tert. anim. 43 p. 372, 7 somnus (*sc. Adam*) tam salutaris ... etiam in publicae et communis iam mortis -itur exemplar.

syn. et coniunct.: ad II A: construere: *p. 185, 62.* efficere: *p. 185, 64.* excudere: *p. 185, 82.* exsculpere: *p. 185, 48.*

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

formare: *p. 185, 29.* *ad II B*: describere: *p. 186, 25. 40.* exprimere: *p. 186, 23. 30. 38. 46.* imitari: *p. 186, 48. 55.* imprimere: *p. 186, 76. 78.* interpretari: *p. 186, 27.* repraesentare: *p. 186, 64.* signare: *p. 186, 78.*

deriv.: effictio.

effīnītus, (-a, -um). [*a Varrone ad instar adiectivi* infinitus *contraria significatione formatum. W.*] VARRO ling. 8, 45 primum genus (*sc. provocabula, ut 'quis', 'quae'*) est infinitum, secundum (*sc. vocabula, ut 'scutum', 'gladium'*) ut infinitum, tertium (*sc. nomina, ut 'Romulus', 'Remus'*) ut -um, quartum (*sc. pronomina, ut 'hic', 'haec'*) finitum.

effĭo, *v. sub* efficio.

?effīrmo, -āre. [*ab* ex *et* firmare. *W.*] ACC. trag. 372 si ... ad te res tardat, socium ... est copia, quae subsistat: modo tute ipse te (tete *Bentley*) -a (of- *probabiliter Lipsius*) et compara.

[ef[f]isematis specularibus GLOSS.^{L} III Abol. EF 5 (*i.* episematis, *cf.* III Abstr. PI 19 ⟨e⟩pisema specular). *v.* epi-.]

effĭteor, -ērī. NOT. Tir. 54, 44^{a} -etur.

efflāgĭtātĭo, -ōnis *f.* *ab* efflagitare. *i. q. actio vehementer postulandi, expostulatio sim.*: CIC. epist. 5, 19, 2 communicatio consilii ... quasi quaedam admonitio videtur esse officii vel potius -o ad coeundam societatem vel periculi vel laboris. PLANC. CIC. epist. 10, 24, 6 quae mens eum ... ad cogitationem consulatus ... summo cum terrore hominum et insulsa cum -e transtulerit. BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16 (9, 24), 11 neminem magis decet ... libertatis ... defensorem esse ... vel rebus gestis vel studio atque -e omnium. TAC. ann. 2, 38 non preces sunt istud, sed -o, intempestiva quidem et inprovisa. AVSON. 396, 1 de cessatione tua ... et mea -e. SYMM. epist. 4, 49 *gratiam* mihi non mea -o, sed tua adfectio pollicetur. 9, 70 superest nunc mihi solemnis illa -o litterarum.

efflāgĭtātus, -ūs *m.* *ab* efflagitare. *i. q. efflagitatio*: CIC. Verr. II 5, 75 in iudicio coactu atque -u meo producere ... eum.

efflāgĭto, -āvī, -ātum, -āre. [ex *et* flagitare. *W.*] CHAR. gramm. p. 472, 21 B. (*inter verba act. coniugat. primae*). *de formis: perfecti formae breviores*: CIC. Verr. II 1, 63 (-asset). ad Q. fr. 2, 9, 1 (-arunt). QVINT. inst. praef. 1 (-asti). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 1 (-asse). NOT. Tir. 42, 65. *de notione*: GLOSS.^{L} I Ansil. EF 113 -at expostulat. GLOSS. -o ἀπαιτῶ βιαίως. *legitur inde a* CIC. [*suppletur*: LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 7 *v. p. 188, 52. dub. trad.*: AVG. dialect. 10 (° flagitet *D*, flagitet *rell.*).]

-āre *significat vehementer et instanter postulare aut orare, i. q. exposcere, exorare sim.* (*apud posteriores tamen vi praepos. debilitata idem fere sonat atque simplex* flagitare; *v. ex. gr. eos locos, quibus ad augendam postulandi notionem adverb. apponitur*: ardenter *l. 69*, suppliciter *p. 188, 31*, studiose *p. 188, 43*; *cf. etiam* blande et quiete *infra l. 73.* *audacius i. q. studiose requirere p. 188, 46*):

A *c. obiecto*: **1** *c. simplici accus.*: **a** *aliquid*: *α de hominibus*: CIC. div. in Caec. 8 iudiciorum desiderio tribunicia potestas -ta est (*seq.* postulatur, poscitur). leg. agr. 2, 3 ut vester honos ... *non* diuturnis precibus -tus, sed dignitate impetratus esse videatur (PANEG. 8 [5], 9, 2 beneficia ... non precibus -ta). Mur. 47 poena gravior in plebem tua voce -ta est (IVLIAN. epit. novell. 45, 179, *syn.* exigat). Mil. 92 eorum ... nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt quam qui illam -ant (SVLP. SEV. chron. 2, 11, 2 misericordiam divinam -ans). or. frg. A VII 53 (= 52 M.) cum *plebs* legem Aureliam, cum Rosciam non modo accepit, sed etiam -vit. ad Q. fr. 3, 1, 11 orationes -tas ... absolvi. BELL. Afr. 22, 5 nonne ... proficisceris ad paternas clientelas auxilium tibi ... -tum? 56, 2 conspectum. BELL. Hisp. 25, 2 locum. VERG. Aen. 12, 759 *Turnus* notum ... ensem. LIV. 4, 60, 2 quod ultro sibi oblatum esset ... non suis sermonibus -tum. GRATT. 398 *canis* Cererem ... -at ore. SEN. nat. 2, 59, 1 intellego quid ... desideres, quid -es. STAT. Theb. 10, 612 Martius inferias et saeva -at anguis sacra. QVINT. inst. praef. 3 tanto opere -antur *libri*. TAC. ann. 6, 13 multa ... licentius -ta quam *eqs.* SVET. Iul. 7, 1 missionem. Nero 38, 3 conlationibus ... non receptis modo, verum et -tis. AVIEN. Arat. 375 *Pollux Castore occiso* sortem lacrimis -at aequam. ora 25 rem. SYMM. epist. 2, 68 vicissitudinem. 4, 33, 1 *epistulas* et saepe et ardenter. 9, 149. 10, 30, 4 ad -anda inlationum documenta. HIER. epist. 15, 3, 2 non sufficit sensus, ipsum nomen -ant ([*anteced.*: a me ... nomen exigitur]. *cf.* MACR. Sat. 1, 6, 5 originem *nominis* -at. *v. et p. 188, 46*). PRVD. perist. 2, 63 (*verba praefecti ad Laurentium*) blande et quiete -o, quod sponte obire debeas. SVLP. SEV. epist. app. 2, 5 p. 230, 1 *virtus* -atur. COD. Theod. 2, 4, 6 (= COD. Iust. 8, 1, 4; *a. 406*) quodlibet interdictum. 2, 8, 18 (= 8, 8, 3 = 11, 7, 13; *a. 386*) debitum publicum privatumque nullus -et. 7, 5, 1 (= COD. Iust. 12, 38, 1 pr.; *a. 399*) excoctionem panis. SIDON. epist. 2, 7, 1 id ipsum. 5, 17, 6 bipertitis ... acclamationibus -ta ... pila. BOETH. top. Arist. 8, 2 p. 996^{D} instantiam. IORD. Get. 204 sera paenitudine in campos monitiones -ant. COD. Iust. 4, 66, 3, 4 (*a. 530*) magnam molem pecuniarum. GREG. TVR. Thom. p. 105, 4 mulier ... procidit ad pedes apostoli signum salutis -ans.

β de rebus: CIC. ad Q. fr. 2, 9, 1 epistulam hanc convicio -arunt codicilli tui. PANEG. 11 (3), 2, 3 haec urbs atque hoc ... consilii publici templum officium huius orationis -ant. SYMM. epist. 8, 46, 1 hoc (*sc. ut redeam*) animus meus vestri expetitor -at. 9, 141 crocodillos functio theatralis -at. 10, 14, 4 quidquid castrensis usus -at. COD. Theod. 2, 19, 4 (*a. 361*) minus ... quam modus quartae ... -at. 5, 13, 4 devotione ... quam ... canon sollemnis efflagit⟨at⟩. 8, 4, 13 (*a. 382*) variis ... quas tempus -at, ... expensis. CAPREOL. epist. 1, 1 p. 845^{A} *litterae* Augustini praesentiam peculiari ratione -bant (*gr.* ἀπῄτει).

b *aliquem* (*cf. et infra l. 24. 28*): CIC. Verr. II 1, 92 cum saepius mater et avia pueri postularent ... a multis -tus ... dixit *eqs.* Lig. 4 *Ligarius* -tus a provincia praepositus Africae est. QVINT. inst. 4, 5, 10 *iudex patronum* cum convicio -at (*opp.* appellat). SVET. Tib. 12, 3 certior ab Augusto factus non cessavit *Tiberius* -are aliquem ... custodem factis atque dictis suis. APVL. met. 4, 34 parendi necessitas misellam Psychen ad destinatam poenam -bat.

2 *c. dupl. accus.*: CYPR. GALL. gen. 1304 conclamat populus regemque -at escas (*cf. Vulg. gen. 41, 55* clamavit populus ... alimenta petens). COD. Iust. 8, 13 (14), 27 pr. (*a. 528*) liceat creditoribus ... creditum ab his qui militarunt exigere vel tantum eos -are, quanti *eqs.*

B *pendet enuntiatum*: **1** *finale*: **a** ut, ne: CIC. Verr. II 1, 63 cum iste a Cn. Dolabella (*v. infra l. 37*) -asset, ut se ad regem Nicomedem ... mitteret. RVT. LVP. 1, 17 magno clamore -bat, ut senatus haberetur. BELL. Hisp. 29, 7 aequitas loci adversarios -bat, ut tali condicione contenderent ad victoriam. QVINT. inst. praef. 1 -asti cotidiano convicio, ut libros ... iam emittere inciperem. TAC. ann. 13, 26 -tum, ut ... ius daretur. SVET. vita Verg. 105 Br. VINCENT. LER. 11, 16 ut ... demonstrentur. VITA Desider. 22 p. 637, 20 cunctos -antes (-ans *codd.*), ne ... velint accipere.

b *coniunct. fin. solus*: TAC. ann. 4, 74 crebris precibus -bant, visendi sui copiam facerent. SVET. Tit. 5, 2 suppliciter ... et minaciter -antes, aut remaneret aut secum omnis ... abduceret.

2 *pendet acc. c. inf.*: PRVD. perist. 2, 168 furebat ... iudex avarus ... promissa (*i. argentum*) solvi -ans. VINCENT. LER. 1, 3 cum ... divini iudicii ... exspectatio augeri -et studia religionis.

C *acced. nomen (pron.) c. praep. eum (id) indicans, a quo quid postulatur*: **1** ab: LIV. 3, 60, 9 ipsi -tum ab ducibus signum pugnae accepere. TAC. ann. 14, 21 populo -andi Graeca certamina ⟨a⟩ (*add. Rhenan.*) magistratibus causam fore. PLIN. epist. 2, 5, 1 actionem et a te frequenter -tam et a me saepe promissam. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 1 Florum ... -asse ab Horatio carmina. SYMM. epist. 9, 134 solutio ab obnoxiis -ta. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 1 multis id a me et studiose -antibus. COD. Theod. 11, 30, 40 (*a. 383*) ab ea *sententia* provocationis auxilia quisquis -at. *cf. et supra l. 22.*

2 de, *i. q. studiose requirere* (*v. p. 187, 46*): TERT. nat. 2, 11 p. 114, 19 *Romani* umbras ... inanimales et nomina de rebus -ant ⟨deosque⟩ sanciunt.

3 apud: ROMVL. fab. Aesop. Thiele 73, 12 (rec. v) oculis tuis fallacibus magnam caecitatem apud deos -o (*rec. g et Phaedr. app. 26, 14* opto).

D *ponitur absolute*: LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527, *a. 8—2*) 1, 7 m⟨unere es p⟩ietatis perfuncta ef⟨flagitando et⟩ vindicando. SVET. Dom. 3, 1 *uxorem* impatiens discidii quasi -ante populo reduxit.

deriv.: efflagitatio, efflagitatus. *Brandt.*

[1. efflagrāre, *i.* '*ardere*' *trad. ab omnibus fere codd.* CIC. dom. 107 cum aedium cupiditate -ret (*M*, -asset *G*, -ta *V*; et flagra P^{1}, flagraret *P corr. et edd.*).] *K.-M.*

2. efflagro, -āre. *ab* ex *et* flagrare *pro* fragrare (*cf. vol. VI 1237, 68 sqq.*). *i. q. graviter et suaviter olere: proprie*: ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 29 spinarum densa concretio, de qua ... delectabilis tam odore quam specie florum decor -at. GREG. TVR. glor. conf. 18 p. 758, 8 de cereis guttas in modo libani odore nectareo -are (Mart. 1, 2 p. 588, 10 oleum redundavit, ut vestimenta sacerdotis nectareo -ans odore oleagina unda perfunderet). vit. patr. 10, 4 p. 709, 3 *angelica virtus* cellulam divinis faceret aromatibus -are (*cf.* PASS. Thom. p. 101, 6 de cuius vestimentis diversorum aromatum suavitates -ant). *allegorice*: VEN. FORT. vita Germ. 73, 197 cum abrasis maculis sinceritate dogmatis pectora plebis cogeret divinis -are pigmentis.

efflammo, -āre. *ab* ex *et* flammare. *fere i. q. emicare*: MART. CAP. 2, 207 quidam candores lactei fluminis tractu stellis -antibus defluebant.

efflātĭo, -ōnis *f.* *ab* efflare. HIER. epist. 65, 5, 1 ructus ... proprie dicitur digestio cibi et concoctarum escarum in ventum -o. adv. Iovin. 2, 12 p. 302^{B} plenus venter ... in ructus vel in crepitus ventorum -e respirans.

efflātus, -ūs *m.* [*ab* efflare. *W.*] **1** *i. q. emissio per flatum*: SEN. nat. 5, 14, 3 *subterranei flatus* aliquod apertum ad hos -us iter occupent et per hanc cavernam in nostras sedes efferantur.

2 *fere i. q. flatus*: PLIN. nat. 33, 73 mons fractus cadit ... fragore, qui concipi humana mente non possit, aeque -u (*sic B*; et flatu *rell. codd., vulg.*) incredibili. NON. p. 308, 4 fuga vehemens -us (est flatus *B*): Verg. georg. lib. III (*201*) 'ille volat, simul arva fuga, simul aequora verrens' (*sc. aquilo*).

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

effleo, -ēvī, -ēre. [ex *et* fleo. *W.*] Ps. Qvint. decl. 6, 4 p. 114, 11 mater totos -vit oculos, fontemque ... lacrimarum tantum caecitas clusit. [*falso traditur*: Catvll. 64, 263 (*v. sub* efflo *p. 190, 5. 67*). Liv. 45, 8, 7 (-ret *V*, *lege* efferet).]

[**effletu** et tenebris obstinatus speciem amisi luminis Acc. trag. 275 (et fletu *corr. Scriverius*).]

efflīcte, efflīctim *v. sub* effligo.

efflīcto, -āre. *frequent. ab* effligere. Plavt. Stich. 606 non tu scis, quam ecflictentur homines noctu hic in via?

efflīctus *v.* effligo.

efflīgo, -īxī, -īctum, -ere (*de* ī *in* -flīctus *cf.* afflīctus. *v. vol. I 1232, 61 sq.*). [ex *et* fligo. *W.*] Gloss.^{L} Ansil. I ef 119 -it adlidit. Gloss. elidit. *legitur inde a* Plavto (*adv.* efflictim *inde a* Naevio, *v. infra l. 61*). [*corrupte*: Tert. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 4 (*ad Luc. 6, 1*) spicas decerptas manibus -xerant (*M, Rhen.;* effrixerant *ab* effricare *Pamelius* [*cf. Luc. l. c.* ψώχοντες ταῖς χερσίν, Vvlg. confricantes manibus], *de qua tamen forma iure dubites* [*v.* effrico *p. 202, 42*]). *non plane perspicitur*: Com. pall. inc. 74^{a} usque donicum -atur (Char. gramm. p. 257, 31 B. [*allato Naevii com. 37* nolo ... hanc adeo efflictim amare, *v. infra l. 61*] ubi Probus: 'usque ... -atur'. *quae non grammatici, immo poetae esse verba monuit Ritschl, opusc. II 241. fort. ad A 1 pertinet, v. infra l. 26*).]

A *proprie*: **1** *i. q. feriendo occidere* (*syn. v. infra l. 25. 30*): Plavt. Asin. 818 *uxorem* tu propediem ...-es scio, luxuriae sumptus suppeditare ut possies. Cist. 526 nisi ambo occidero et ... nisi ... omnis -xero. Com. pall. inc. 74^{a}*? v. supra l. 18.* Varro rust. 3, 16, 37 imbris guttis ... *apes* offensae iacent prostratae, ut -ctae. Cic. Att. 9, 19, 2 filium misit ad -endum Cn. Pompeium aut certe capiendum. Sen. dial. 3, 15, 2 rabidos -imus canes et ... inmansuetum bovem occidimus. 4, 31, 8 viperas ... et natrices. epist. 57, 8 quemadmodum aer verbere atque ictu non laeditur ... sic animus ... deprehendi non potest nec intra corpus -i. Apvl. met. 3, 6 *me* -ere lapide gestit. Tert. apol. 14, 8 cum paenitet sententiae Athenienses, ut criminatores Socratis postea -xerint (aff- *P. cf.* nat. 1, 10 p. 79, 20 ut criminatores ... impenderint). **2** *notione attenuata i. q. feriendo laedere, vexare sim.*: Epist. procur. de salt. Bur. I (Corp. VIII 10570, *a. 180—183*) 2, 15 ut missis militib(us) ... ali⟨os nos⟩trum adprehendi et vexari, ali⟨os vinc⟩iri, nonnullos, cives etiam Ro⟨manos⟩ virgis et fustibus -i iusse⟨rit⟩ (*v. Mommsen, Ges. Schr. III 167*). Capitol. Ver. 4, 6 *saepe Verum* -ctum livida facie redisse *e rixa.* Avien. Arat. 240 *ophiuchum* superhaerentem plantarum mole duarum Scorpios, in geminas effusus viscera partes, -ctusque oculos maculosaque pectora pressus, sustinet (*cf. Arat. 84 sq.* [ὁ Ὀφιοῦχος] ποσσὶν ἐπιθλίβει ... Σκορπίον, ὀφθαλμοῖς τε καὶ ἐν θώρηκι βεβηκώς).

B *translate de animo cruciando*: Apvl. met. 5, 7 quid, inquit *Psyche*, vos miseri⟨s⟩ lamentationibus nequiquam -itis? quam lugetis, adsum (*cf. vol. I 1236, 71 sqq.*).

part. perf. pass. **efflīctus,** -a, -um *pro adi., i. q. corruptus, perditus*: Gell. 2, 6, 9 (= Macr. Sat. 6, 7, 12) nemo quisquam tam -is (*codd. Macr.,* effictis *codd. Gell.*) est moribus, quin faciat aut dicat nonnumquam aliquid, quod laudari queat.

adv. **efflīctim** *et* **efflīctē.** [*ab* effligere. *W.*] -e: Apvl. met. 5, 28 Symm. epist. 1, 90, 1 (*P*^{1}, afflicte *VF*). *v. et l. 54.* -em *pro* -im: Ennod. epist. 6, 1, 1 p. 148, 3 (*BLTV*, -e *P, v. l. 52*). *de notione*: Non. p. 104, 21 -im vehementer. Ps. Plac. Gloss.^{L} IV e 29 -im de plorando dictum. *inde a* Naevio.

i. q. vehementer, impense (sc. quasi se perdendo), non nisi de amore (*adhibetur inprimis de marium in feminas amore; de feminis*: Laber. *l. 66 et* Apvl. [*fort. etiam* Naev. *l. 61*]; *cf. Funck, Archiv 7, 1892, 498 sq.*): **1** *sensu stricto: de amore venerio*: Naev. com. 37 (*verba fort. lenonis*) nolo ego hanc adeo -im amare: diu vivat volo, ut mihi prodesse possit ([*v. et supra l. 18*]. Plavt. Amph. 517 numquam ... quemquam mortalem credo ... uxorem suam sic -im [af- *B*^{1}] amare, ... ut hic te [*Alcumenam*] -im deperit [*v. infra l. 72*]. Cas. 49 puellam ... senex. Pompon. Atell. 43 illam. Laber. mim. 12 domina nostra privignum suum amat -im. Apvl. apol. 79 *Prudentilla* -im te amabat. 100 maritum. met. 1, 8 ut se [*sc. Meroën*] ament -im ... incolae, ... Indi vel Aethiopes ... vel Anticthones. *v. etiam infra l. 74*). Plavt. Merc. 444 adulescens ille ...-im perit eius amore (Poen. 96 earum ... adulescens alteram -im perit [1095]). Argvm. Plaut. Pseud. 2 Calidorus ... m⟨eretricem Phoenicium⟩ -im deperibat (Apvl. met. 3, 16 *Pamphile* adulescentem quendam Boeotium. *v. supra l. 65*). Apvl. met. 5, 6 (*Psyche ad Cupidinem*) amo (*v. l. 62 sqq.*) ... et -im te, quicumque es, diligo (*v. infra l. 79*). 5, 23 *Psyche* cupidine fraglans Cupidinis, prona in eum -im inhians. 5, 28 puto puellam *Psychen* ... ⟨eum⟩ (*add. Helm*) -e cupere. **2** *sensu latiore: de amore eos complectente, qui arta quadam necessitudine coniuncti sunt*: Symm. epist. 1, 90, 1 per eum quem sancte et -e diligis (Ennod. epist. 6, 1, 1 p. 148, 3 nisi te -em diligerem et pii amoris soliditas ... constaret. *cf. et supra l. 75*).

✖**efflo,** -āvī, -ātum, -āre. [ex *et* flo. *W.*] *de scriptura*: ecfl-: Plavt. Persa 638 *A* (et fl- *rell.*). *de notione*: Gloss.^{L} I Ansil. ef 117 -anti⟨a⟩ ora spirantia. II Abav. ef 17 -⟨a⟩vit ex⟨h⟩al⟨a⟩vit. Gloss. -bant mortui sunt. -o ἐκφυσῶ. *legitur inde a* Plavto *infra l. 36*, Ennio *p. 191, 15*, Graccho *infra l. 38. exempla omnia dedimus, excepto eo usu, qui est sub I A 1 a β* Ⓘ, *infra l. 34 sqq.* [*falso pro* inflare: Ov. fast. 6, 704 (*WDG*, inflatam *B*). *ex coni.*: Catvll. 64, 263 *infra l. 68*].

1 *transitive*: **A** *proprie*: **1** *i. q. flando emittere*: **a** *de animantibus*: *α generatim*: Verg. Aen. 7, 786 galea alta Chimaeram sustinet Aetnaeos -antem faucibus ignes (Sil. 12, 10 *serpens* saniem sublatis faucibus -at. *v. p. 191, 7*). 12, 115 solis equi lucem ... elatis naribus -ant (Ov. met. 2, 85 quadrupedes ... *ignes* ore [*v. infra l. 15*] et naribus. 3, 686 *delphini* patulis mare naribus -ant. 7, 104 Vulcanum ... tauri. Anth. 205, 12 si taceas, vissis secessum naribus -a⟨n⟩s [*cf. Heraeus, Rhein. Mus. 74, 1925, 332*]. Clavd. carm. min. 53, 48 equi ... e naribus tenebras). Ov. fast. 5, 194 *Flora* dum loquitur, vernas -at ab ore rosas (*v. l. 11. 33 et p. 191, 20*). Sen. Herc. f. 948 *Leo sidus* ignes -at. dial. 6, 18, 7 animalia ... quaedam haurientia undas et magno praenavigantium periculo -antia. Plin. nat. 9, 16 balaenae ... nimbos. Sil. 14, 602 per anhela igneus -atur sitientum spiritus ora (*sc. eorum, qui peste affecti sunt*). Stat. Theb. 5, 209 Helymum ...-antem somno crescentia vina. Qvint. inst. 12, 10, 29 *f littera* inter discrimina dentium -anda est. Prvd. perist. 1, 101 furens homo spumeas -ans salivas. Clavd. 1, 5 iugales -antes roseum frenis spumantibus ignem. *inde in similitudine*: Stat. Theb. 3, 227 *Martem* ubi Sarmaticos ... -are labores Iuppiter ... videt. 11, 254 iuvencus ... stat fervidus ira ante gregem spumisque animos ardentibus -at (*PN*^{2}, offert *rell.*). Amm. 28, 1, 12 *Leonem notarium* -antem ferino rictu crudelitatem. Clavd. Don. Aen. 9, 325 p. 232, 3 toto pectore -ans somnum (*Verg.*: proflabat).

apud Christianos de afflatu dei (*sc. animam creantis*): Tert. anim. 27 p. 346, 7 inde (*sc. ex afflatu dei*) erit, quod per virus illud -amus (*i. animam*). Prvd. apoth. 852 *animam* quia condens -vit fuditque *deus*. Avg. civ. 13, 24 p. 597, 21 D. non ... dixit sapientia ore dei -tam se fuisse, sed ex eius ore prodisse.

β speciatim: Ⓘ animam, vitam *sim., i. q. exspirare, mori* (*inde iocose de spe hominem in discrimen vocante infra l. 37. cf. et p. 191, 16*): Plavt. Persa 638 hominem quando animam -vit (Truc. 876 [*v. l. 35*] a milite omnis [tum] mihi spes animam -verit. Gracch. or. frg. Gell. 10, 3, 5 usque adeo verberari ..., dum animam -vit. Varro rust. 1, 69, 3. Cic. Mil. 48 -antem. Tusc. 1, 19 et agere animam et -are dicimus. Nep. Paus. 5, 4. Sen. epist. 24, 9 -andae animae. Stat. Theb. 8, 324 pugnaces ... animas. 10, 444 egregias. Svet. Aug. 99, 2 ante -tam animam. Capitol. Aur. 28, 9. Arnob. nat. 1, 46 p. 30, 16 redire in corpora ... animas ... -tas. Lact. inst. 7, 12, 22 Amm. 23, 1, 6 *al.* Rvfin. hist. 3, 6, 12 p. 205, 2 aliquanti ... animas emisere, multi ... -bant [*gr.* πολλοὶ ... προῆλθον]. Svlp. Sev. chron. 1, 29, 3. *et al.*). Cic. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 20), 36 vestrone pressu ... Nemeaeus leo frendens -vit graviter extremum halitum (*Soph. Trach. 1091 sqq. aliter*). Sil. 17, 556 *cornipes* -vit anhelo pectore ... in nubila vitam (Clavd. 20, 455 vitam nocentem integer ... -at. *similiter de anima*: Avg. serm. 161, 6, 6 p. 381$^{med.}$ si non -vit vitam suam, id est deum suum, in illo [*sc. deo*] erit *eqs.*). Stat. silv. 2, 1, 150 *Glaucias* in te omnes vacui ... pectoris -at reliquias. Apvl. met. 2, 32 perforati vulneribus spiritus -verint (Lact. mort. pers. 49, 7 nocentem spiritum. Amm. 19, 2, 15 spiritus reluctantes. 14, 7, 18 spiritum -turus. 21, 6, 3 -asse. Clavd. Don. Aen. 4, 695 p. 421, 2. *cf.* Avg. conf. 9, 12, 29 ubi -vit extremum [spiritum *add. BPQV*]). Oros. hist. 3, 17, 6 *Darium* extrema vitae per vulnera -antem.

supplendo obiecto: Cic. carm. frg. 19 (7 M.), 7 *Iovis aquila* anguem ... abicit -antem et laceratum adfligit in unda. Manil. 5, 603. Stat. Theb. 9, 899 tu ... quae vultus -antiaque ora teneres. Clavd. 28, 188 Phaethon qui fulmine (*Birt,* fulmina *codd.*) praeceps in nostris -vit aquis.

Ⓘⓘ *spectat ad verba proferenda, i. q. dicere*: Petron. 49, 1 nondum -verat omnia, cum repositorium cum sue ... mensam occupavit. Flor. epit. 4, 7, 11 quam verum est, quod moriens -vit non in re, sed in verbo ... esse virtutem.

b *de instrumento musico*: Catvll. 64, 263 multis raucisonos -bant (efflebant *codd.*) cornua bombos barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

2 *i. q. flando auferre* (*de vento praeter l. 73*): Varro rust. 1, 12, 3 quod ... bestiolae, si quae prope nascuntur et inferuntur, aut -antur aut aritudine ... pereunt. Plin. nat. 29, 138 venantur eum (*sc. gryllum*) formica ... capillo in cavernam eius coniecta, -to prius pulvere, ne *eqs.* Apvl. met. 5, 10 propelli et -ari exsibilarique nos iusserit. 5, 26 Zephyro praecipit, ultra terminos me domus eius -ret.

B *translate: notione flandi fere evanida, i. q. exhalare* (*i. q. dimittere e. g. l. 80; i. q. exhalando amittere l. 79. p. 191, 8. 9; audacius fere i. q. diffundere p. 191, 2 sqq.*): Lvcr. 2, 832 noscere ... prius omnem -are colorem particulas, quam discedant ad semina rerum. 5, 652 ubi de longo cursu sol ... suos -vit languidus ignes. 6, 699 *v. p. 191, 19.* Sen. nat. 2, 30, 3 utriusque naturae corpora -are terras (2, 54, 1 e terra terrenisque omnibus pars umida -atur, pars sicca et fumida. 3, 9, 3 quicquid. 5, 9, 2 corpuscula, emanare solita et -ari, terra ex se ... mittit. 7, 8, 1). 5, 10, 3 concus-

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sas calore magno nives plus umidi -are. LVCAN. 9, 795 super omnia membra (*eius qui a prestere morsus est*) -atur sanies (*cf.* TERT. adv. Val. 9 p. 187, 14 solent vitia in corpore alibi connata in aliud membrum perniciem suam -are. *v. p. 190, 78*). STAT. Theb. 7, 327 gurges ... Aetnaeos in caelum ... vapores. SOL. 23, 21 per quas (*sc. nares*) ... anhelitus ... modo -ent maria, modo revocent. PRVD. apoth. 840 calor exhalatus anhelat rorantes nebulas udis de faucibus -ans. VINDIC. med. 6 p. 212, 5 -to ... fervore suo (*sc. seminis*) aquosa remansit qualitas. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 30 vetustate medicaminum -ta virtute. *omisso obiecto*: AETNA 451 circa latera atque imis radicibus Aetnae candentes -ant lapides (*sc. calorem*). STAT. Theb. 8, 168 vix magna lavare vulnera et -antes libet internectere plagas (*sc. sanguinem. vix cum scholiasta*: exspirantes animam, *v. p. 190, 34 sqq. cf. et l. 17*).

II *intrans.*: *fere i. q. emicare, evolare*: ENN. scaen. 20 Aiax misso sanguine tepido tullii -antes volant (*i. prosilientes.* animam *pro* Aiax *coni. Hermann, cf. p. 190, 34 sqq. aliter, vix recte Vahlen*). LVCR. 6, 681 quibus irritata ... flamma foras vastis Aetnae fornacibus -et (6, 699, *an transit.? cf. Diels ad l.*). STAT. Theb. 10, 109 supra ... torum niger -at anhelo ore vapor. VEN. FORT. carm. 4, 26, 128 super haec (*sc. germina*) domini suavior -at odor.

Brandt.

efflōrātus, -a, -um. *cf. c.* defloratus. *fere i. q. maturus*: COD. Iust. 10, 26, 2 pr. (*a. 364*) horrea inspicere te volumus, ut devotissimis militibus -ae et incorruptae species praebeantur.

efflōreo, -ēre. [*ex perf.* efflorui *ad instar vocis gr.* ἐξανθέω *formatum. L.*] *formae stirpis perfectae sub* efflorescere *afferuntur.* ecf- *v. l. 30. Christiani inde ab* ITALA.

fere i. q. florere: proprie: ITALA Is. 35, 2 (Hil. in psalm. 65, 11 p. 256, 8) ecfloreant et exsultent deserta Iordanis (ἐξανθήσει. VVLG. *aliter*). HIER. hom. orig. in Ezech. 11, 2 p. 425, 20 B. (*ad Ezech. 17, 9*) neque radices teneritudinis eius (*sc. vitis*) -eant. VVLG. psalm. 102, 15 tamquam flos agri sic -bit. *in imagine et translate*: AMBR. epist. 2, 8 p. 881^{C} in hac dumosa quondam passionum fragilitate insitiva virtutum -eant. VVLG. psalm. 131, 18 super ipsum ... -bit (florebit *Amiat.*) sanctificatio mea. RVFIN. Orig. in lev. 8, 5 p. 400, 20 B. (*ad lev. 13, 12, v. infra l. 58*) -ens -bit lepra et conteget omnem cutem contagio. HESYCH. in lev. 13, 29—34 p. 944^{B} hoc ... subtilem esse pilum et neque -ere (*potius* -⟨esc⟩ere*?*), sed flavescere ostendit.

efflōrēsco, -uī, -ere. [*cf. c.* floresco *et c.* effloreo. *W.*] *de scriptura*: et fl- (*i.* ecfl-): CIC. Cael. 76 (*pars codd.*). de orat. 2, 319. PLIN. nat. 23, 71 *d* (exfl- *D*). LAMPR. Alex. 59, 6 *P*^{1}*AB*. exfl-: HIL. in psalm. 143, 23 p. 827, 14 *G*. *part. praes.* -ēns, -entis *pro subst. infra l. 80. legitur inde a* CIC. [CIC. de orat. 3, 11 eloquentiae florescenti *codd.*, effl- *Ernesti.*]

fere i. q. florescere (*inest notio ubertatis e. g. infra l. 63*): **1** *proprie*: PLIN. nat. 23, 71 uruntur (*edd.*, utuntur *codd.*) cauliculi -entes. HIL. in Matth. 5, 11 p. 948^{B} hoc (*germen*)...-ens (*ibid.*). AMBR. epist. 41, 2 p. 1113^{C} virga nucina Aaron sacerdotis, cum diu reposita fuisset, -uit (*cf. num. 17, 8* eruperant flores). *in similitudine et allegoria*: STAT. Theb. 10, 807 Martius anguis quaeque novis proavum tellus -uit armis. ITALA Os. 7, 9 (Hesych. in lev. 27, 20 p. 1170^{B}) cani -uerunt ei (*gr. πολιαὶ ἐξήνθησαν αὐτῷ*. VVLG. effusi sunt in eo. *cf.* HIER. in Os. 7, 8—10 p. 877^{D} cani effusi sunt in eo, immo -uerunt). HIER. in Is. 54, 2—3 p. 517^{B} qui ... plantati in domo sunt domini, prius in atriis illius -uerunt, ut de floribus ad frugem veniant. VVLG. lev. 13, 12 sin autem -uerit discurrens lepra (*cf. supra l. 37*). eccles. 51, 19 et -uit tamquam praecox uva.

2 *translate (fere i. q. clarescere p. 192, 1 sqq. acced. abl. causae infra l. 76. 83; abl. instr. infra l. 77, p. 192, 7. pendet* ex: *infra l. 64. 65. 67. 68. 70)*: CIC. Cael. 76 amputanda plura sunt illi aetati, si quidem -it ingenii laudibus, quam inserenda. de orat. 1, 20 ex rerum cognitione -at et redundet oportet oratio. 2, 319 apparebit ea (*principia*) ... penitus ex ea causa quae tum agitur -uisse. 3, 185 anapaestus procerior quidam numerus -uit. part. 139 partitiones quae ... e media illa nostra academia -uerunt. rep. 1, 45 genus aliquod -ere ex illis *eqs.* (Tusc. 5, 71 -unt genera partesque virtutum). fin. 1, 69 amorem -ere tantum, ut *eqs.* Lael. 100 ipsa *utilitas* -it ex amicitia. SEN. contr. 1 praef. 6 quidquid Romana facundia habet, quod insolenti Graeciae ... opponat, ... circa Ciceronem -uit. PLIN. nat. 30, 10 pariter utrasque -uisse, medicinam dico magicenque. 34, 35 (*de arte*). QVINT. inst. 12, 10, 11 tum ... -at non multum inter se distantium tempore oratorum ingens proventus. PANEG. 10 (4), 8, 5 -entia bona. 10 (4), 12, 4 *vultus Constantini non* pigmentorum fucis renitet, sed desiderio -it animorum. LAMPR. Alex. 59, 6 qui Heliogabali praemiis -uerant. SPART. Hel. 2, 5 tam clarum et duraturum cum aeternitate mundi nomen -uit. VOPISC. Car. 3, 2 *Roma* apud exteras gentes -uit. HIL. in psalm. 133, 3 p. 692, 6 maior fructus est -uisse. p. 692, 7 praecellit tamen -entium (*v. supra l. 45*) honor. 143, 23 p. 827, 14 liberis quorum -entes (*v. supra l. 44*) anni novellae exsultationis firmitate confidant. c. Aux. 3 p. 611^{A} quorum (*sc. imperatorum*) in nos odiis confessio divinae praedicationis -uit. VVLG. Is. 18, 5. RVFIN. hist. 4, 15, 5 p. 397, 19 in his ... designatur vir fortissimus -uisse Germanicus nomine (*gr. διαπρέψαι. cf.* 5, 11, 1 p. 453, 7 in huius divinarum eruditionum scholis ... -uit ... Clemens [*gr.* ἐγνωρίζετο]. 6, 23, 2 p. 571, 20 in praedicatione verbi dei satis clare -uerat *Origenes* [*gr.* ἀκμάζων]. ISID. orig. 8, 9, 2 Hippocrates in medicinae disciplina). AVG. c. Faust. 22, 76 p. 675, 4 quorum (*sc. martyrum*) numerus ... -uit. SACR. Leon. 406 p. 105, 24 sancti spiritus fervore ... Eufymiae ... sanguis -uit. GREG. TVR. Mart. 3, 27 p. 639, 18 iuxta nominis sui proprietatem quasi novus -uit Floridus.

sistit **effluctiones** (*?*) veteres PLIN. nat. 20, 49 (*sic d T*, e flu- *FE*, efflux- *S*; [e]flu- *Mayh.*). *K.-M.*

effluctus, *aut subst. aut part., v. infra l. 26. ab* ex *et* fluo *sive* fluctus. NOT. Tir. 73, (79. 80.) 81 (effluit. effluxit.) -us.

effluentia, -ae *f.*, *ab* effluo. *i. q. effluxio*: CANDID. epist. 2 *Christus* sicuti pars *Domini* ... aut ex -a substantiae. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 1 neque pars neque -a, inquit *Eusebius*, est Christus. *ibid.* -a quae manando inde minus fecerit, unde manarit. 1, 19 umbra *est* ... per ... lumen corporalis -ae per reflexionem figura.

effluentum, -ī *n.*, *ab* effluo *ad exemplum vocis* fluentum. *i. q. effluentia*· CANDID. gen. div. 9 ut -um an ut emissio an ut refulgentia.

effluesco (-ēsco*?*), -ere. *ab* effluo. *i. q. effluo* (*cf. p. 193, 81*): AMBR. off. 2, 1, 191 sumptuosis -ere conviviis.

✖**effluo**, -xī (-ū-*?*), -ere. [*ab* ex *et* fluo. *W.*] *de formis*: exfluit: VARRO ling. 5, 29. ecfluit: ARNOB. nat. 5, 25 (et fluit *cod.*; *item* 7, 42). HIL. in psalm. 65, 7 (*R*; effl- *PE*). *part. perf.* effluxus (ISID. orig. 9, 7, 26 *legendum*: et fluxae) *non legitur*; effluctus *fortasse* NOT. Tir. 73, 81 (*v. supra l. 11*); GLOSS. IV 60, 26 effętha largiter fluens (*vix pro* effluens*? cf.* GLOSS.^{L} III Abstr. EF 11 -it largiter fluit). *huius part. locum obtinet part. praes.* -ens, *v. p. 194, 40. de notione*: CHALC. comm. 24 in -endo id est extra fluendo. GLOSS. II 292, 31 ἐκρέω (IV 60, 26 *v. supra l. 27*). *semel apud* CATONEM *et* TER., *paulo saepius inde a* CIC. *et* VARRONE. *deest historicis praeter* CVRT. 8, 14, 36 MELAM (9^{ies}) SVET. Aug. 97, 2. *ex poetis non habent* HOR. TIB. PROP. *locos dedi omnes praeter eos qui pertinent ad IC 6.* [*ex coni.* CIC. de orat. 3, 200, *v. p. 194, 29*]. [*loc. dub.*: LVCR. 6, 800].

I *intrans. i. q.* ἐκρέω, *effundor*: **A** *de liquoribus* (*de vasis sim. l. 44. p. 193, 52.; de homine quasi vase p. 193, 74. 194, 5*): **1** *in universum*: CATO agr. 111 *vinum* si habebit aquam, vinum -et (*sc. per vasculum hederacium*), aqua manebit (SCRIB. LARG. 271 ut vinum omne -ere possit [*Marcell. med. 35, 9; deest in R*]. VLP. dig. 19, 2, 19, 1. *cf.* VARRO rust. 1, 61 *amurca* cum expressa -xit [PALLAD. 11, 19, 2 passum est, quidquid -xerit *sc. ex uvis pressis*]. SEN. epist. 108, 26 ex amphora primum, quod est sincerissimum, -it. *nota tropice*: VAL. CEM. hom. 1, 7 inter -entes vino calices). VARRO rust. 1, 41, 3 *in vite* paulo infra ... incidunt, [in] qua umor adventicius -ere possit (*anteced.* defluat. *sim. de umore arborum*: PLIN. nat. 24, 47 umor e cavis [24, 49 e medulla] populi nigrae -ens. PALLAD. 4, 10, 28. 12, 7, 5 modicus. *cf.* VITR. 2, 9, 3 inutilis liquor -ens. PALLAD. 11, 12, 6 desinit gummen -ere). LVCR. 6, 512 copia nimborum ... facit -ere imbris. VITR. 9 praef. 10 tantum aquae extra solium -ere (11. COLVM. 9, 7, 4 [*antea*: ne influant imbres] per aditum *cavearum* -ant [VEG. mil. 4, 10 p. 136, 3 aquis pluvialibus, quae de tectis -unt]. SEN. nat. 3, 24, 2 *in fistulas igni superpositas aqua* frigida ... intrat, -it calida [PLIN. epist. 5, 6, 36 ex stibadio aqua ... sipunculis -it]. VAL. FL. 4, 665 -it imber spumeus *i. aqua marina* [4, 688 scopulos super -it aequor]. FRONTIN. aq. 111 ex castellis aliquam partem aquae -ere [PALLAD. 1, 34, 7 inter areas, si umor consuevit -ere *eqs.*]. *cf. tropice*: AVG. in psalm. 103 serm. 3, 7 *montem* rigari de superioribus et -ere in inferioribus). PLIN. nat. 37, 35 *electrum* petris -ere. PS. RVFIN. in Am. 9, 13 vina de rupibus, mella de montibus.

2 *de fluviis, fontibus, mari*: VERG. georg. 4, 373 *Eridano* non alius ... in mare ... violentior -it amnis (*item de fluviis in mare exeuntibus*: MELA 1, 31. 2, 4 duo flumina ... uno ostio [2, 8 totidem ... ostiis. 3, 78 nusquam manifesto exitu]. 3, 8. 24. 75. PLIN. nat. 3, 217 Histro in Hadriam -ente e Danuvio amne [37, 38 Crathin ... in oceanum -entem e lacu]. HIL. myst. 2, 7 *cum Iordanis pars* altera ... in mare omnis -xerit. AVIEN. ora 579 orb. terr. 434 IVL. HON. cosmogr. B 9 *bis*. B 45 per octo bracchia exiens -it). MELA 3, 5 *Baetis e lacu geminis alveis* -it (SEN. nat. 4, 2, 23 *Nilus* ex mari purus ... -ret, non ut nunc turbidus veniret. PLIN. nat. 37, 38 *v. l. 65*. AVIEN. ora 574 stagno hoc ab ipso Sordus amnis -it. 575. AMM. 23, 6, 19 stagno -ens fons. MACR. Sat. 7, 12, 34 in Pontum influere maris aquam, non -ere de Ponto). SEN. benef. 3, 29, 4 illic unde -unt (*i. oriuntur*) *amnes incluti* (VLP. dig. 43, 20, 1, 8 si aqua ... in aliquem primum locum -ere atque ibi apparere incipit, eius hoc caput dicimus, ubi *eqs.* HIL. in Matth. 12, 22 fontes ruptis saxis -entes. 12, 23 fons vivus -xit. in psalm. 65, 7 aquas, quia indefessae ecfluant. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 3 aqua -xit *sc. e petra. cf. tropice*: VICTORIN. PETAV. in apoc. 21, 1 [*ed. Victorin.*] flumen vitae per medium -ens [HIL. in Matth. 12, 21 loca in quibus nullus fons vitae -bat]. CHALC. comm. 39 ut ... tamquam e sinu fontis perennis, providae intelligentiae quasi quidam largus amnis -at. GREG. M. in euang. 25, 7 ab ipso mundi initio torrens mortis -xerat). SEN. nat. 3, 28, 5 *mare*, ut -at, non magna mole se tollit *sc. per aestum*

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(AVSON. 407, 5 maria ut -ant. *cf.* CLAVD. carm. min. 28, 38 *Nilus* -it Aegaeo stagnantior, acrior ... Ionio). PLIN. nat. 31, 108 lacum neque augeri neque -ere (*sic cod. E*, fluere *cett.* PLIN. epist. 10, 42 ne ... *lacus* totus -at. 10, 61, 1). AVIEN. ora 205 Ana amnis illic per Cynetas -it (466. orb. terr. 31 Tanais ... -it in Scythiam). OROS. hist. 4, 13, 12 in Piceno flumen sanguine -xit.

3 *de umoribus corporis*: CIC. Tusc. 2, 59 una cum sanguine vitam (*v. infra l. 64*) -ere (*cf.* NEMES. cyn. 285 *equi* venam ... feri, veteresque labores -ere aspecta nigri cum labe cruoris). CELS. 8, 4, 1 num per nares auresve sanguis -xerit (*M V*; ei -xerit *J* [*cf.* 9, 30, 3 A]; ei fluxerit *Marx.* SEN. nat. 3, 15, 5 sanguis ... tam diu manat, donec omnis -xit. APVL. met. 8, 5 VIR. ill. 66, 9 AVG. in euang. Ioh. 120, 2 PASS. Paul. 16). SEN. dial. 12, 2, 1 inveniam ... per hos exhaustos ... fletibus ... oculos quod -at. epist. 15, 3 quod -xit (*sc. umoris per sudorem*). LVCAN. 5, 191 *v. infra l. 67.* 8, 690 putris ... -xit ab alto umor (*i. e. Pompei capite reciso.* 9, 775 *v. infra l. 49*). PLIN. nat. 9, 160 umorem *ostreis* ... fetificum lactis modo -ere (*ita de semine virili*: 20, 75 genitura quibus ... -at [20, 77]. TERT. anim. 27 p. 346, 13 ut et nunc duo ... diversa [*sc. genitale virus et vapor spiritus*] ... -ant. HIL. trin. 7, 28 elementa ... inanima ac turpia ... in hominem alterum -ant). 23, 77 si pus -at. 30, 124 ex utriculo mustelino per genitale -entes aquas. 32, 75 suco *ranarum* ..., qui ita -xerit. GELL. 19, 4 tit. quamobrem venter repentino timore -at. CHIRON 169 cui de naribus muccitudo umoris -it (*at* defluit *Veg. mulom. 1, 3*). VINDIC. med. 9 urina ... -ens *in vesicam* (*sc. de ventre*). SVLP. SEV. dial. 2, 2, 6 ut solet ex uberibus caprarum ... longa linea copiosi lactis -ere.

B *de rebus corporatis* (*de divitiis l. 38 sqq.; de homine procumbente infra l. 48 sqq.*): CIC. Tim. 47 in eo *corpore* influente et -ente (*gr. εἰς ἐπίῤῥυτον σῶμα καὶ ἀπόῤῥυτον*) animi divini ambitus illigabant (CHALC. comm. 192 corpus terrenum ... et ipsum -it et ab -entibus inundatur. *cf.* 24 interitus partium non in fluxu est, sed in -endo id est extra fluendo. *ibid.* quod secundum naturam corporis fluit, quo -at non habet; influit ergo, non -it). CIC. epist. 6, 19, 2 tanta est ... intumorum multitudo, ut ex eis aliquis potius -at, quam novo sit aditus. LVCR. 6, 795 manibus nitidum ... opus -at (*i. excidat*) ei (OV. met. 3, 39 -xere urnae manibus. Ib. 424 [*in imagine*] ut ... unda labente ... subtrahitur ... harena pedi, sic tua ... semper fortuna liquescat lapsaque per medias -at usque manus [*item sim. de divitiis, pecunia*: SEN. Thy. 537 quam facile -ant *dona fortunae.* benef. 7, 19, 3 licet accipientis manibus -at *beneficium redditum.* dial. 7, 22, 5 mihi divitiae si -xerint]. SEN. benef. 2, 6, 1 utrum excusso lacerto torqueantur *tela*, an remissa manu -ant [CVRT. 8, 14, 36 telum quod unum forte non -xerat]. PLIN. nat. 27, 138 *herba trichomanis* cohibet capillos fluentes [*cf.* 20, 89] aut si -xerint reparat. SVET. Aug. 97, 2 ictu fulminis ex inscriptione ... prima nominis littera -xit. AVR. VICT. Caes. 33, 20 litteras [*i. epistulam*] ... -xisse incuria ministrorum). AETNA 524 seu *lapis molaris* ... madentes -it (*i. liquescit*) in flammas, sive est securus ab illis. SEN. dial. 7, 25, 2 si super Circense tomentum per sarturas veteris lintei -ens incubabo. LVCAN. 9, 775 nec quantus toto de corpore debet, -it in terras (VVLG. II Macc. 9, 9 *ut* carnes eius -rent). TERT. resurr. 63 p. 124, 15 caro ... velut in vasa transfunditur (*sc. in corpora*); si ... vasa defecerint, cum de illis quoque -xerit in suam matricem terram ..., resorbetur. CLAVD. 8, 208 simili chlamys -it auro. SEDVL. op. pasch. 5, 20 ne ... praeceps in chaos mundus -ret.

C *de incorporeis*: **1** *de aëre, odore, ardore*: CIC. nat. deor. 2, 101 *aer* -ens huc et illuc ventos efficit (SEN. nat. 6, 14, 4 si ne rimam quidem, per quam -ret, invenit *spiritus in terra. aliter*: OV. met. 6, 233 carbasa [*i. vela*] deducit, ne qua levis -at [*sc. irrita*] aura). PLIN. nat. 22, 87 *graveolentiam* ex alis per urinam -ere. AVIEN. Arat. 732 *Canis* (*i. Sirii*) mento gravis -it ardor.

2 *de spiritu et vita (de gemitu v. infra l. 67), animo et affectibus eorumque signis* (*de homine ipso affectibus effluente l. 74. 78 sqq.*): CIC. Tusc. 2, 59 una cum sanguine (*v. supra l. 7*) vitam -ere (SEN. Tro. 396 spiritus [*i. vita*] -et. HIL. trin. 10, 11 spiritus *in moriendo* ... erumpat aut -at). SEN. contr. 10, 1, 6 (*ex verbis Latronis*) dolor per lacrimas -it (LVCAN. 5, 191 spumea ... rabies vesana per ora -it et gemitus et anhelo clara meatu murmura [*v. p. 194, 4*]. PS. RVFIN. in Os 11, 8 *dei* benevolentiam ... venis undantibus -entem. ENNOD. epist. 7, 16, 1 p. 185, 8 hilaritatem mentis opibus scriptionis -ere). SEN. dial. 4, 36, 2 deformitas *animi irati* ... per ossa carnesque et tot impedimenta -entis *i. se diffundentis* (CLAVD. MAM. anim. p. 110, 3 *animus* magnus in parvo *animali* non -it, *i. redundat*). LVCAN. 9, 106 *anima* -et in lacrimas. PERS. 3, 20 -is, amens (*sc. sicut aqua e vase fracto, inutiliter; de interpretatione ambigitur*). SIL. 6, 245 viso mens aegra -xit hiatu *serpentis* (*cf. p. 194, 30*). NEMES. cyn. 285 labores *i. lassitudo* (*v. supra l. 9*). VVLG. II Macc. 2, 33 *v. p. 194, 4.* AVG. util. cred. 18 p. 22, 13 Catamitum bucolicorum (*cogita de Alexide Maecenatis puero ap. Verg. ecl. 1, 2*), cui pastor durus -xit (*sc. amore; voce 'zerfließt' interpretatur verbum Stroux, Philologus 86 [1931] 365 sq.*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916 C luxuriantes -ere, id est ... ostentatione vivere (*gr. [proverbialiter] ὑλομανεῖν, τουτέστι ... ἐπιδεικτικῶς πολιτεύεσθαι*). *addo*: PANEG. 10 (4), 8, 2 magnitudo male crediti muneris extra animi angustias -bat (*i. vires eius transcendebat*).

3 *de verbis conceptis* (*de homine tamquam vasculo sermonum l. 5*): **a** *de oratione*: SEN. epist. 114, 15 disturbant, ... si quid placidius -xit (QVINT. inst. 10, 3, 20 fit, ut ... rudia ... fortuita ... impropria -ant). LVCAN. 5, 191 *v. p. 193, 67.* VVLG. II Macc. 2, 33 stultum ... est ante historiam -ere (*i. copiose narrare*), in ipsa ... historia succingi. ENNOD. dict. 12, 2 p. 461, 20 qualibet -at ubertate dictorum *laus litterarum.* opusc. 1, 4 p. 262, 11 *e pectore* laudatio debet principalis -ere. **b** *de secretis, i. q. diffundi, innotescere*: TER. Eun. 121 utrumque hoc (*sc. dictum*) falsumst; -et (*anteced.*: plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo). CIC. dom. 121 -unt multa ex vestra (*sc. pontificum*) disciplina; *seq.* permanant (MELA 3, 19 unum ex his quae praecipiunt *druides*, in vulgus -xit). ANTH. 476, 3.

4 *ad enotandam causam vel originem, i. q. provenire, emanare*: VARRO ling. 5, 29 Tiberis quod caput extra Latium *est*, si inde nomen quoque exfluit in linguam nostram. QVINT. inst. 10, 2, 15 illas Epicuri figuras, quas e summis corporibus dicit -ere. ARNOB. nat. 1, 29 p. 19, 31 nonne ab hoc *deo* -unt causae per quas *eqs.* (5, 39 p. 209, 13 si e rebus actis mysteriorum causae atque origines -unt). 5, 6 p. 178, 20 inde Attis nomen ut sortiretur, -xit. 5, 25 p. 196, 9 Eumolpus, a quo gens -it (et fluit *cod.*) Eumolpidarum (PRVD. apoth. 999 Christum ... de carne parentum -xisse hominum). 6, 26 p. 237, 11 *timor* ab signis. 7, 42 p. 274, 26 quid ex hoc facto labis potuit et foeditatis -ere (et fl- *cod.*). LACT. inst. 1, 22, 27 a Melisseo ... *ille* ritus -xit. COD. Iust. 8, 39, 4, 3 cum ex una stirpe unoque fonte unus -xit contractus.

5 *de factis et cogitationibus, i. q. excidere e memoria*: CIC. Verr. II 4, 57 me commonuit ... anulus (*sc. illud*), quod totum -xerat (*cf.* QVINT. inst. 9, 2, 61). de orat. 2, 300 nihil ex illius animo, quod semel esset infusum, unquam -ere (efficere *vel* effugere *codd.*) potuisse. Brut. 219 ex tempore dicenti -ere mentem (*cf. p. 193, 75*). fin. 1, 41 nec praeteritas voluptates -ere patiatur; *seq.* recordatione (2, 104 bona praeterita non -ere sapienti; *seq.* mala meminisse). epist. 7, 14, 1 antequam plane ex animo tuo -o (-am *alii*). CATVLL. 65, 18 tua dicta ... meo ... animo. OV. rem. 646 ut desideriis -at illa tuis. SEN. benef. 3, 5, 1 beneficia ... minora ... -unt (*antea syn.* excidere). SIL. 2, 628 dulces ... marito -xere tori, et subiere oblivia taedae. 3, 188 divum praecepta ... -xere viro. QVINT. inst. 11, 2, 44 illa *memoria* praevelox fere cito -it. VVLG. prov. 3, 21 ne -ant haec ab oculis tuis: 'custodi legem'.

6 *de tempore, i. q. praeterire* (*part. praes. pro perf.* COD. Iust., *v. l. 47. 51. 59. 60 al.*): CIC. Cato 4 praeterita ... aetas quamvis longa cum -xisset (69 *cum mors* advenit, tum illud, quod praeteriit, -xit. SEN. epist. 22, 17 non ... apud nos pars *vitae* ... ulla subsedit: transmissa est et -xit. PS. PROSP. carm. de prov. 173 aetas). Att. 12, 43, 2 ne aestas -at. SEN. Phaedr. 451 optimos vitae dies -ere prohibe (PAVL. NOL. carm. 19, 496 -xere dies frustra ... octo. COD. Iust. 4, 20, 19, 3 his ... diebus -entibus. *cf.* 7, 63, 5, 1 c post quinque dies, ex quo ortus fatalis -xerit. *sim.*: PAVL. dig. 23, 2, 10 si triennium -xerit [COD. Iust. 3, 1, 13, 5 *al.*]. SEDVL. op. pasch. 2, 4 p. 199, 14 nonus ... mensis [EVGIPP. Sev. 44, 6 annus sextus depositionis eius]. COD. Iust. 8, 40, 27, 1 duobus mensibus -entibus). SEN. epist. 1, 1 (*anteced. syn.*: auferebatur; subripiebatur; excidebat) quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam -unt (AVIEN. Arat. 1337 -xisse sibi medii iam tempora mensis. SYMM. epist. 4, 8, 1 tempus. PELAG. in Gal. 5, 1 p. 332, 4 S. legis. AVG. c. Cresc. 3, 56, 62 p. 468, 27 trium fere mensum. EVSTATH. Bas. hex. 1, 5 p. 872 C decursio temporis ... semper urgetur et -it [*gr. ἐπειγομένη ἀεὶ καὶ παραῤῥέουσα*]. PS. PRIMAS. in Gal. p. 598 B saeculi tempus. EVGIPP. Sev. 13, 1 COD. Iust. 3, 41, 4. 7, 63, 5, 4 annale tempus ... quo -ente. 8, 40, 26 pr. tempore statuto iam -ente. *al.*). PAVL. NOL. carm. 31, 355 vetera -xere peractis temporibus (*vertens II Cor. 5, 17* vetera transierunt). COD. Iust. 7, 4, 17, 2 duorum mensum spatium (7, 39, 9 pr.).

II *trans., i. q. effundo* (*cf. C. F. W. Müller, Synt. d. Nom. u. Akk. p. 40*): LVCR. 6, 971 (*loc. dub.*) oleaster eo iuvat ... capellas, -at ambrosias quasi vero *eqs.* PETRON. 71, 11 amphoras ... gypsatas, ne -ant vinum. FLOR. anth. 245, 2 Bacche, ... -as dulcem liquorem. CLAVD. 1, 52 quantum stagna Tagi ... -xere decus. HIST. Apoll. rec. B 38 in undis -ere spiritum (*at* rec. A efflare). CARM. epigr. 1562 (= INSCR. christ. Diehl 2425), 5 o deus, ... profluе rorem ..., -e astrigeros de caeli conclave nimbos.

opp.: influo *v. p. 192, 51. 73. 193, 28. 33.*

deriv.: effluctus, effluentia, effluentum, effluesco, effluvium, effluus, effluxio. *comp.*: pereffluo, supereffluo.

effluvium, -ī *n.* [*ab* effluo, *cf. c.* confluvium *aliisque. W.*]

1 *i. q. effusio*: VELL. 2, 120, 6 ut ... sanguinis cerebrique -o (in fluvio *codd.; corr. Lipsius*) exspiraret. PLIN. nat. 7, 171 praefandi umoris (*i. urinae et excrementorum*) e corpore -um. **2** *i. q. flumen effluens*: TAC. ann. 12, 57 convivium -o lacus appositum.

effluus, -a, -um. [*ab* effluo, *cf. c.* refluus *aliisque. W.*] *innovatum ab* AVIENO. *i. q. se effundens*: *aqua*: Arat. 834 -a se species liquidarum fundit aquarum. *fluvius*: ora 684 Rhodanus ... (*sc. e stagno*) -us ... *in mare* evolvitur. orb. terr. 1162 Euphrates ... in pontum ... sparso cadit -us amni. *cf. de astro*: Arat. 776 -a ... Fluminis astra. *mare*: orb. terr. 37 donec in alti ora procul Nili

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

late Thetis -a serpit (*an coniungendum* ora...-a*?*). 58 nunquam ruit -us umor. 156 -a... Siculi moles evolvitur alti. *imber*: Arat. 1730 nusquam... ruet -us imber. *ignis*: Arat. 1720 si flammis emicet ignis -us (*i. scintillans*). *capillus*: orb. terr. 1310 -a semper... *Indis* coma. *ntr. pl. pro subst.*: Arat. 1120 Eridanus *astrum* ponti procul -a tinguit. 1555 -a Phoebus igne inhibet, ... radiis densata relaxat.

effluxio, -ōnis *f.* [*ab* effluo. *W.*] *i. q. effusio*: SERV. auct. Aen. 11, 51 (*de origine animarum*) de -e fontium... ipsarum stellarum. AVG. in psalm. 140, 4 de toto corpore sanguinis -o. CASSIOD. hist. 1, 14 p. 911^{D} *Christus natus est* non incisionibus aut divisionum -bus. *Leumann.*

effōco, -āre. [*ab* ex *et* faux. *cf. c.* offocare. *W.*] [*dub.*: SEN. dial. 10, 2, 4 bonis suis -antur (*A*, of- *ex codd. dett. Georges*, suf- *Gruter*). FLOR. epit. 2, 11, 6 -andas ... fauces *B* (of- *Jord., Roßbach*). SEN. dial. 6, 24, 5 -atur *Haase* (effugatur *trad.*, suf- *Madv.*, of- *Georges, Hermes*)].

i. q. suffocare: proprie: ITALA Matth. 18, 28 (Orig. in Matth. 14, 13 p. 1218) invenit unum de conservis suis, qui debebat ei denarios centum et -bat eum dicens (κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, VVLG. tenens suffocabat eum. *ad quem l.* ORIG. in Matth. 14, 13 p. 1218 ideo, arbitror, -bat eum, quoniam *eqs. ibid.* non ...-ret conservum suum, nisi *eqs.* [*gr. p. 1220*^{A} ἔπνιγεν ... ἔπνιγε]. *cf.* 14, 6 p. 1198 quid est -are et dicere 'redde quid debes' [*gr. p. 1196*^{C} τί δὲ τὸ 'ἔπνιγε λέγων']). *translate*: AVG. in epist. Ioh. 2, 9 p. 1994$^{med.}$ magnum semen posituri estis; non sit in agro quod -et semen (serm. 5, 1 p. 53$^{med.}$ lectiones dei... repetantur, ne... spinae nascantur in cordibus vestris et -ent semen, quod ibi seminatum est [of- *legi vult Hauler, Archiv 5, 1888, 143*]. *cf.* epist. Ioh. 5, 13 p. 2019$^{init.}$ exstirpate spinas ne -etur in vobis, quod seminatur, sed potius crescat seges). 5, 12 p. 2018$^{med.}$ forte nata est *caritas*, sed nondum perfecta est, nutri eam, ne -etur. serm. 10, 6 p. 96$^{init.}$ quasi dormiens -at indulgentiam. *v.* offoco. *K.-M.*

✖**effodio,** -fōdī, -fossum, -ere. [ex *et* fodio. *W.*] *de scriptura*: exf-: PLAVT. Aul. 709 Mil. 315. 374 (*A*, fodiri *P*). CATO agr. 31, 2 (*cod. Plin. nat. 16, 193*, eff- *cod. Catonis*). 49, 2 MARCELL. med. 25, 45. LEX Sal. 55, 2 (*pars codd.*). ecf-: PLAVT. Aul. 53 Aul. frg. 3 Cas. 455 Men. 156 Trin. 463 (*A*) CIC. rep. 2, 61. *et al.* et f- (*i.* ecf-): COLVM. 3, 13, 13 *v. p. 197, 50.* PLIN. nat. 24, 176 (*pars codd.*). 25, 148 ITALA psalm. 21, 17 (Cypr. testim. 2, 20 p. 87, 21) *cod. L.* PANEG. 12 (2), 28, 2 (*A*). *et al.* ef-: ITALA Ezech. 12, 5 (Weing.). NOT. Tir. 56, 53. 56 (*pars codd.*). GRAMM. suppl. 293, 6 -ssa ... per duas f scribendum. *de formis*: CHAR. gramm. p. 477, 5 B. *inter verba coniug. tertiae. formae coniug. quartae: inf. praes. pass.* -iri: PLAVT. Mil. 315. 374. *imperat.* -i: ITALA Ezech. 12, 5 (Weing.) *v. et p. 197, 24. perf.*: -divi: GLOSS.^{L} II Philox. EF 19. -diit: ITALA psalm. 7, 16 (Veron.). -dieris: VVLG. prov. 2, 4 (*Amiat.*). -dierit (*vel* -diret): LEX Sal. 55, 2 (*pars codd.*). *formae singulares: part. praes.* -dentes: GREG. TVR. glor. conf. 21 p. 761, 6. *perf.* -fosit: NOT. Tir. 56, 56. *part. perf. pass. pro subst.: p. 197, 15. 71. de notione*: GLOSS.^{L} I Ansil. EF 125 -ere fod⟨i⟩endo eruere. III Abstr. EF 9 -ssa subversa. II Philox. EF 19 -divi ἐξώρυξα. GLOSS. -o ἐξορύττω, ὑπορύσσω. *legitur inde a* PLAVTO, TER., CATONE *per totam latinitatem.* [*falso trad.*: CAES. Gall. 7, 73, 9 (*lege* infodiebantur).]

I *fodiendo foras vehere vel eximere, i. q. eruere*: **A** *aliquid terra inclusum aut infixum* (SERV. auct. Aen. 1, 443 fodere est tantum sollicitare terram, -ere hoc ipsum faciendo aliquid eruere vel invenire. *item* ISID. diff. 1, 228, *add.* cui contrarium est infodere): **1** *generatim*: PLAVT. Aul. 709 exfodio aulam auri plenam. Pseud. 413 (*in imagine*) ex hoc sepulcro vetere viginti minas -am. Trin. 783 ubi thensaurum -eris (1100 PETRON. 88, 8 POMPON. dig. 10, 4, 15 VLP. dig. 10, 2, 22 pr. VVLG. Matth. 6, 19 fures *thesauros* [διορύσσουσιν]. *et al.*). CIC. rep. 2, 61 cuius (*L. Sestii*) in cubiculo -ssum esse... mortuum. VERG. Aen. 1, 443 quo... Poeni -ēre loco... caput... equi. LIV. 22, 3, 13 -ant signum, si ad convellendum manus... obtorpuerit (VAL. MAX. 1, 6, 6). PHAEDR. 1, 27, 3 humana -ens ossa... canis (VLP. dig. 11, 7, 8 pr. ossa... vel corpus [*v. infra l. 77*] -ere vel eruere). SEN. nat. 3, 17, 3 piscem vivere posse sub terra et -i, non capi (PLIN. nat. 9, 176. 9, 178 -i pisces... altis scrobibus). COLVM. 2, 2, 20 ex agro... -ssae glebae. 7, 9, 7 lumbricos. PLIN. nat. 8, 140 *cocleae* obrutae terra... -ssae (*syn.* erui). 10 186 murem... in agro. 13, 84 agrum... repastinantem -isse arcam. 30, 54 vermem terrenum... defodere, unde -eris (MARCELL. med. 25, 45 exfoditur). *al.* SIL. 2, 607 condita bello -unt penitus terrae. IVV. 16, 38 sacrum -dit medio de limite saxum. SVET. Vesp. 7, 3 sacrato loco vasa. FLOR. epit. 4, 12, 38 consulis corpus... -ssum (LEX Sal. 55, 2 si quis corpus iam sepultum -erit [*v. supra l. 68*]). PAVL. sent. 5, 22, 2 qui terminos -unt vel exarant arboresve terminales evertunt. PALLAD. 2, 15, 10 -ssi... lapides summoventur. HIER. epist. 60, 16, 3 martyrum -ssae reliquiae. COD. Theod. 15, 1, 19 (*a. 376*) -ssis nobilium operum substructionibus. 16, 10, 12, 2 (*a. 392*) erecta -ssis ara cespitibus. MARCELL. chron. II p. 97, 12 (*a. 509*) portus... prius exhaustus caenoque -sso purgatus est. *et al.* *in similitudine de hominibus*: PLAVT. Cas. 114 (*in convicio*) ex sterculino -sse. SEN. dial. 12, 13, 3 quae (*sc. misericordia Caesaris*) cum ex ipso [hoc] angulo... complures multorum iam annorum ruina obrutos -erit et in lucem reduxerit.

2 *speciatim*: **a** *massas, lapides sim. e metallis latomiisve* (*simili ratione* glaciem *infra l. 22*): PLAVT. Capt. 724 *in latomiis lapidariis* lapides -unt (PLIN. nat. 36, 174). CIC. off. 2, 13 nec lapides ex terra exciderentur..., nec ferrum, aes, aurum, argentum -retur ([SEN. epist. 92, 31]. *cf.* PAVL. FEST. p. 331 argentum. PLIN. nat. 33, 66 *aurum* puteorum scrobibus -atur [33, 69 SIL. 1, 233. PORPH. Hor. carm. 3, 3, 49 *aurum* de metallis -atur. *in imagine*: PANEG. 12 (2), 28, 2 *aurum* nec e terrenis specubus egestum, sed e cervicibus iugulisque caesorum... -ssum]). OV. ars 3, 125 decrescunt -sso marmore montes. met. 1, 140 quas... recondiderat *terra*... -untur opes. SEN. nat. 1, 17, 6 populus ipsas subit terras -ssurus obruenda. epist. 110, 9. PLIN. nat. 31, 77 *sal* -itur et e terra. 33, 5 murrina ex eadem tellure et crystallina -imus. 33, 159 *sil* -itur... in montibus. 35, 31 *sinopis terra* -ssa e speluncis. 35, 37 *melinum* -unt... inter saxa venam scrutantes. 35, 174 *sulpur* e cuniculis -ssum. 36, 161 *specularis lapis* puteis... -itur e profunda altitudine. *al.* TAC. Germ. 43 ferrum (*v. supra l. 8*). PALLAD. 1, 10, 2 *harenae fossiles* cum -ssae sunt. *notā* (*v. supra l. 6*): OV. trist. 3, 10, 26 de... lacu fragiles -antur aquae. SEN. nat. 4, 13, 8 *glacies* ex abdito -itur.

b *herbas, arbores, radices*: CATO agr. 28, 1 caveto, cum ventus siet..., -as aut seras *arbores* (51 -to seritoque [133, 1]). 31, 2 materiem... cum -es. 37, 4. 49, 2 *vineam* ex radicibus bene -to. 50, 1 herbas... malas... radicitus -to. VARRO rust. 1, 2, 9 -bat circum arbores *stolones*. 1, 27, 3 radices. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129; *a. 9*) 41 arbores vites vepres sentes... tollantur excidantur -antur excodicentur. COLVM. 6, 5, 3 *radicula* laeva manu -itur (*cf. Heraeus, Wochenschr. f. klass. Philol. 1917, p. 705*). 11, 3, 7. arb. 17, 3 quercus -ssa est. PLIN. nat. 17, 85 -antur arbores. 19, 97 bulbi. 24, 176 lappa... -ssa sine ferro. *ibid.* -entem dicere oportere *eqs.* 25, 107 *verbenacam*·-i sinistra manu. 25, 145 praecipiunt aliqui -ssuris *anagallida* ante sōlis ortum *eqs. saepius.* VAL. FL. 7, 365 Hecate Stygiis... fontibus harpen intulit et... scopulis -dit aristas. ANON. med. ed. Piechotta 90. PS. APVL. herb. 79, 3 H.-S. herbam gladiolum. 131, 3. *in allegoria*: AVG. de duab. anim. 1 p. 51, 8 ne religionis... semina mihi... insita... fraude... hominum -ssa ex animo pellerentur.

B *partes corporis*: **1** oculos, lumina (*per iocum de re personata: infra l. 44; allegorice: infra l. 59; de acie mentis: infra l. 65*): PLAVT. Aul. 53 oculos... istos, improba, -am tibi. 189 cui ego... linguam praecidam atque oculos -am domi. Capt. 464 (*v. supra l. 41*) huic die si liceat oculos -am libens. Curc. 396 catapulta hoc ictum est mihi (*sc. unoculo*) apud Sicyonem. :: nam quid id refert mea, an aulā quassā cum cinere -ssus siet? Men. 156 oculum -to per solum mihi. Mil. 315 iuben tibi oculos -iri (*v. p. 195, 35*). 374 non possunt mihi minaciis tuis... oculi -iri (*v. p. 195, 35*). Trin. 463 oculum ego -am tibi. TER. Eun. 740 oculi ilico -entur. CIC. rep. 3, 27 ALF. dig. 9, 2, 52, 1 *bis.* CATVLL. 108, 5 -ssos oculos voret atro gutture corvus. CAES. Gall. 7, 4, 10. SALL. hist. frg. 1, 44 M. Mario... oculi -ssi. 1, 88. VERG. Aen. 3, 663 *Polyphemus* luminis -ssi... lavit... cruorem. SEN. contr. 10, 5, 6 oculo -sso (off- *var. lect.*). SEN. Oed. 973 benef. 5, 24, 3. LVCAN. 2, 185 -dit (Ω, -fudit *ZM*)... lumina *Marii* (*syn.* evolvit... orbes). 6, 542 -isse orbes (fudisse *O*). PLIN. nat. 30, 99. STAT. Theb. 11, 504 di quos -sso (effesso *P*)... ore rogavit Oedipodes. 11, 585 -ssae (offensae *P*) squalent vestigia lucis. SVET. Aug. 27, 4 *al.* FLORENT. dig. 18, 1, 43, 1 luminibus. TERT. adv. Marc. 4, 16 p. 470, 17 *iniquitas* utrumque oculum -ssura et omnem dentem excitatura. ITALA iud. 16, 21 (Lugd.) -erunt (off- *cod.*) oculos eius (ἐξέκοψαν, VVLG. eruerunt). AMM. 18, 7, 5 *leones* amissis oculis, quos unguibus crebro lacerantes -unt, *eqs. al.* SCHOL. Cic. Bob. p. 104, 12 St. (*proverb.*) si cornici oculos -as. VVLG. IV reg. 25, 7 (עִוֵּר). prov. 30, 17 (נִקְּרוּ). PS. RVFIN. in Am. 1, 1 p. 1058^{C} omnino quasi discernendi luminibus -ssis (*v. supra l. 42*) tenebras, quibus se induerat, populus diligebat. *et al.* *locutione translata: aliquid insigne exstinguere*: CIC. nat. 3, 91 hi duo illos oculos orae maritumae (*sc. Corinthum et Carthaginem*) -erunt. VELL. 2, 52, 3 -ssum... alterum Romani imperii lumen (*sc. Pompeium*). PS. LACT. mort. pers. 8, 4 ut -rentur... lumina senatus (*sc. necarentur senatores locupletissimi*). OROS. hist. 1, 13, 2 *Minotaurum* -ssis Graeciae luminibus (*sc. nobilium Atheniensium filiis*) saginabant.

fere i. q. obcaecare: LABER. mim. 74 oculos -ere ut posset splendore aereo (*i. clipei contra solem positi*). 75 radiis solis aciem -dit luminis. *in imag. de philosophis*: SEN. epist. 88, 45 illi non praeferunt lumen, per quod acies derigatur ad verum, hi oculos mihi -unt.

2 *partes interiores*: PLAVT. Cas. 455 -ere hercle hic volt, credo, vesicam vilico (*sc. deosculando*). OV. am. 2, 14, 27 (*de mulieribus fetus removentibus*) vestra quid -itis subiectis viscera telis (SEN. Thy. 10 visceribus... pascit -ssis aves). SEN. Herc. O. 947 -at avidus hinc et hinc vultur fibras.

3 *dentes*: RVFIN. hist. 6, 41, 7 p. 603, 5 dentes primo... ei (*sc. Apolloniae*) omnes -erunt (*gr.* τοὺς μὲν ὀδόντας... κόπτοντες τὰς σιαγόνας ἐξήλασαν).

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *fodiendo aperire vel sursum deorsum versare*: **A** *proprie*: **1** *plana velut terram, solum sim., i. q. suffodere* (*absolute v. l. 24*): VERG. georg. 1, 497 *agricola* -ssis mirabitur ossa sepulchris. OV. met. 11, 186 *famulus Midae* secedit humumque -dit (TAC. ann. 2, 61. 13, 35. SVET. Nero 19, 2 rastello). LIV. 22, 51, 8 inventi . . . *saucii* mersis in -ssam terram capitibus (PAVL. FEST. p. 29. COLVM. 2, 2, 10 superiecta terra, quae fuerat -ssa [PLIN. nat. 10, 202 *feles* excrementa sua -ssa terra obruunt]. LVCAN. 3, 346 PLIN. nat. 17, 47. PALLAD. 2, 13, 7 [*syn.* pastinetur]. *et al.*). SEN. Oed. 550 -ssa tellus (PETRON. 128, 6 v. 2 -ssa . . . protulit aurum in lucem tellus. SIL. 2, 410. GREG. TVR. glor. conf. 21 p. 761, 6 -ere tellurem ungulis nitebantur. *ibid.* accepto sarculo -dentes [*v. p. 195, 49*] aperuerunt criptam. *et al.*). COLVM. 3, 11, 3 quod superest . . . soli, rastris licet -ere (11, 3, 13 PALLAD. 14, 168). MELA 3, 106 ubi aliqua pars *collis* eruta est, solent imbres spargi . . ., donec -ssa repleantur. STAT. Theb. 4, 245 *equorum ungulis* -ssas . . . harenas (6, 526 -ssae [effusae *P*] longe sparguntur harenae). Ach. 1, 477 *Achilles* -ssa reptans nive. TAC. ann. 16, 3 -sso agro (*v. infra l. 75*). PLIN. epist. 7, 27, 11 locum -i iubeant (SERV. Aen. 1, 443). IMP. AVRELIAN. epist. Vopisc. Aurelian. 47, 3 Tiberinas exstruxi ripas, vadum alvei tumentis -di. PALLAD. 1, 34, 7. CLAVD. rapt. Pros. 2, 164 -ssi . . . campi. COD. Theod. 10, 18, 2, 1 (*a. 380*) nec tamen . . . aliena -at, aut in locis non sui iuris . . . rimetur. GREG. TVR. glor. mart. 62 p. 530, 27 hic -e (-i *cod. 3*) et invenies corpus sancti. *t. t. agric., i. q. oblaqueare*: PALLAD. 3, 24, 10 *beta* amat frequenter -i (*cf.* 3, 25, 14 neque exarari neque -i desiderant *mela*). 4, 1, 4 aliqui infra terram semipedis spatio -ssae viti surculos inserunt (8, 1. 13, 2 vites . . . pastina . . . -ere).

2 *erecta velut montes, parietes sim., i. q. perfodere*: TAC. ann. 15, 42 *Nero* -ere . . . iuga conisus est. SVET. Claud. 20, 2 partim -sso monte, partim exciso (CYPR. Demetr. 3 p. 353, 3 de -ssis et fatigatis montibus eruuntur marmorum crustae. ARNOB. nat. 2, 40 p. 80, 27 altos montes). ITALA Ezech. 12, 5 (Weing.) efodi (*v. p. 195, 45*) tibi parietem (*διόρυξον*, VVLG. perfode. AVG. serm. ed. Mai 61, 4 furem qui dormienti -at parietem).

B *corpus hominis, membra sim.* (*i. q. perforare v. infra l. 38. 41; i. q. confodere infra l. 44. 45*): ITALA psalm. 21, 17 (Cypr. testim. 2, 20 p. 87, 21 *al.* Comm. apol. 270) -erunt manus meas et pedes (*ὤρυξαν*, VVLG. foderunt). CYPR. ad Donat. 10 p. 11, 25 ungula *martyrem* -ens, eculeus extendens *eqs.* (laps. 13 p. 246, 18). ARNOB. nat. 4, 7 p. 146, 23 *Pertunda* praesto est virginalem scrobem -entibus maritis. HIL. trin. 10, 14 p. 352[B] compuncta aut -ssa corpora dolent. AMBR. Iac. 2, 11, 50 -ssis ulceribus sanguis effusus. DRAC. Romul. 5, 241 cicatrices . . . pectoris -ssi. IORD. Rom. 236 filius hostilibus telis -ssus. 361 quem XVI vulneribus . . . -ssum perimit.

III *i. q. fodiendo efficere*: PLAVT. Amph. frg. 12 scrobes -to plus sexagenos in die (Aul. frg. 3 COLVM. arb. 4, 3 PLIN. nat. 9, 166. *et al.*). VERG. georg. 4, 43 *apes* -ssis . . . latebris sub terra fovere larem. Aen. 1, 427 portus alii -unt. SEN. nat. 1, 14, 1 caeli recessus est similis -ssae in orbem specus (TAC. ann. 12, 57). COLVM. 3, 13, 13 -ssus (et fusus *trad.*) sulcus (arb. 4, 3). 11, 3, 8 puteus . . . -endus est (VEG. mil. 4, 10 p. 135, 12 PALLAD. hist. mon. I 27 p. 313[B] [*gr. p. 124, 16 B. ὠρύξαμεν*]. *al.*). COLVM. 11, 3, 10 gradum -ere tribus pedibus. LVCAN. 10, 19 -ssum tumulis . . . antrum (MART. 13, 60, 1 gaudet in -ssis habitare cuniculus antris). TAC. ann. 11, 20 rivos. SVET. Nero 48, 4 -ssae cavernae. Dom. 4, 2 -sso et circumstructo . . . lacu (ITALA Ier. 2, 13 [Cypr. testim. 1, 3 p. 41, 8 *al.*] -erunt sibi lacus detritos [*ὤρυξαν*, VVLG. foderunt]. VVLG. psalm. 7, 16). CLAVD. DON. Aen. 1, 445 p. 90, 28 cum fundamenta -rent (*aliter infra l. 64*). VVLG. II par. 26, 10 -it cisternas (יַחְצֹב). *et al.* *per allegoriam*: AMBR. hex. 1, 8, 30 p. 30, 11 non tibi ipse foveam pravus interpres -as.

IV *i. q. fodiendo delere, evertere*: TERT. pudic. 17 p. 258, 17 (*alleg.*) fundamenta (*v. supra l. 59*) eius (*sc. moechiae*) ab apostolo -ssa (*Gel.*, effusa *cod.*). ITALA deut. 12, 3 (Tert. scorp. 2 p. 148, 11) -etis aras eorum, evertetis . . . staticula . . . et excidetis lucos (*κατασκάψατε*, VVLG. dissipate). VVLG. Sirach 28, 17 domos (*aliter l. 74*) magnatorum -dit (*LXX 28, 14 κατέστρεψε*). II Macc. 14, 32 altare -am (*κατασκάψω*). PSALT. Rom. 79, 17 *vinea* (*sim.*) incensa igni et -ssa manu . . . peribunt (*ἀνεσκαμμένη*, VVLG. suffossa). AVG. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 537, 23 deserta et exterminata -ssa (*v. p. 195, 50*).

V *singularia: sensu fodiendi evanido, i. q. perquirere* (*cf. supra l. 2 sqq.*): CAES. civ. 3, 42, 5 frumentum . . . omne conquisitum, spoliatis -ssisque eorum domibus (*aliter supra l. 67*) per equites comportarat. TAC. ann. 16, 3 *v. supra l. 18.* *i. q. expungere?* (*cf. supra l. 63 sqq.*): PETRON. 4, 3 ut studiosi iuvenes lectione severa irrigarentur, ut verba atroci stilo -rent (*vix quasi fodiendo in ceram* '*litteras exarare*'). *in arte sculpendi*: ARNOB. nat. 6, 14 p. 226, 16 *simulacra* serris, furfuraculis, asciis secta, dolata, -ssa.

compos.: pereffodio. *deriv.*: effossio. *Brandt.*

effoedo, -āre. [ex *et* foedo. *W.*] *i. q. graviter foedare*: AVG. serm. ed. Mai 150, 2 dum ille (*sc. satelles Herodis*) lacteos artus *infantium* furibundus elideret atque inter ipsas preces sanguine natorum maternos oculos -ret. *K.-M.*

***(effor),** -ātus sum, -ārī. [ex *et* for. *W.*] *de originatione*: VARRO ling. 6, 53 *v. p. 199, 25.* PAVL. FEST. p. 81 -ari et -ta a fando, quod ipsum ex Graeco *ὡς φάτο.* *de scriptura*: SCAVR. gramm. VII 26, 13 in semivocalibus geminant praepositiones primam sequentis verbi litteram, ut effatus, non exfatus, nec ecfatus, ut quidam putaverunt. et f- (*i.* ecf-): ENN. ann. 59 PACVV. trag. 292 VARRO Men. 494 VERG. georg. 4, 450 (*M*). ecf-: ENN. scaen. 170 (*Vat. manu pr., ut vid.*, haec f- *rell.*). *de formis*: CHAR. gramm. p. 464, 30 B. (*inter depon.*). p. 479, 14 (*inter verba media*). *formae usitatae*: -atur, -are, -ari, -tus. *part. praes.*: APVL. mund. 17 PAVL. NOL. epist. 45, 6 p. 385, 1 MART. CAP. 6, 587 *al.* *rariores*: DIOM. gramm. I 379, 25 ut apud Cavium reperimus -or dictum. GLOSS. *v. infra l. 26.* -aris: APVL. met. 7, 25. -amur: CASSIOD. var. 1, 5, 2. -amini: ARNOB. nat. 7, 44 p. 278, 17. -antur: VARRO ling. 6, 53. -arier: AVSON. rhop. p. 19, 15 P. -bor: LVCR. 5, 104 STAT. Theb. 11, 92. -bere: LVCAN. 8, 347. -bitur: HIER. epist. 106, 75, 8 VVLG. prov. 18, 23. -bimur: CIC. ac. 2, 97. -buntur: VVLG. psalm. 93, 4. *gerund.*: CIC. Att. 13, 42, 3 LIV. 5, 15, 10. *de notione*: PAVL. FEST. p. 80 -ta elocuta. p. 121 liberata ponebant pro -ta, hoc est locuta. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 422, 33 B. prodidit, elocutus est, -tus est, orsus est. HIER. epist. 106, 75, 8 pro 'pronuntiabit' in Graeco *φθέγξεται* vos legisse dixistis, quod verbum, sive dicas 'pronuntiabit' sive '-bitur' sive 'loquetur', id ipsum significat. GLOSS.[L] III Abstr. EF 20 -ta locuta. III Abol. EF 13 -tus elocutus. II Philox. EF 1 -atur *ἐκλαλεῖ.* GLOSS. -or *ἐκφθέγγομαι.* -tus sum *ἐξεῖπον. ἐξέφηνα.* *legitur inde ab* ENNIO, PACVVIO, VARRONE. *vox imprimis poetarum et augurum est.* [*dub.*: CIC. de orat. 3, 153 nec prolem aut subolem aut -ari (fari *L, vulg., Quint. inst. 8, 3, 27*) aut nuncupare].

I *i. q. eloqui, loqui, dicere* (*fere i. q. pronuntiare, exclamare: l. 44. 45. 52. 54. 62. 64. 72*): **A** *aliquid vel absolute* (*aliquem: p. 199, 3.* *passive l. 80 sqq.* *de rebus: l. 57. 75. 78*): ENN. ann. 47 haec -tus pater . . . repente recessit (59 [*v. supra l. 6*]. VERG. Aen. 4, 499. 5, 653. 7, 274. 9, 641 simul haec -tus [LVCAN. 6, 246 simul haec -atur]. *al.* GERM. 131 SIL. 9, 484. HIST. Apoll. 48 p. 107, 2 coepit in conspectu Dianae haec -ari. *al.*). ann. 176 tum cum corde suo divum pater atque hominum rex -atur. scaen. 170 non potest -ari tantum dictis, quantum factis suppetit ([*an pass.? v. infra l. 80*]. VERG. georg. 4, 450 tantum -tus. Aen. 6, 262. 547. 10, 256 *al.* VAL. FL. 6, 600). VARRO Men. 494 vix -tus erat (APVL. met. 2, 26 vix -tum me . . . insequuntur). CIC. dom. 141 neque *iste* verbum ullum solemne potuit -ari. rep. 5, 1 quem . . . ille (*Ennius*) versum . . . tamquam ex oraculo mihi quodam esse -tus videtur (div. 1, 81 ferunt ex oraclo -tam esse Pythiam: 'ego' *eqs.*). ac. 2, 97 non impetrent, ut verum esse concedat *Epicurus*, quod ita -bimur: 'aut vivet' *eqs.* LVCR. 5, 104 sed tamen -bor. VERG. Aen. 2, 524 sic ore -ta *Hecuba Priamum* recepit ad sese ([3, 463 sic ore -tus. SIL. 17, 343]. 4, 30 sic -ta *Dido.* 6, 197. 7, 135 sic deinde -tus. 9, 22 et sic -tus. 9, 293 tum sic -atur. *al.* STAT. Theb. 9, 668 APVL. met. 4, 31 *al.* DRAC. Romul. 8, 556 *al.*). Aen. 4, 76 incipit -ari (DRAC. Orest. 163 *cf. l. 36*). 4, 456 hoc visum nulli, non ipsi -ta sorori est *Dido.* 8, 443 nec plura -tus (11, 98. 12, 896 SIL. 2, 242. 11, 257). 9, 734 fervidus ira -atur: 'non' *eqs.* 10, 298 quae talia postquam -tus Tarchon (10, 522 -atur talia supplex: 'per' *eqs.* VAL. FL. 4, 740. CLAVD. 3, 85 Megaera . . . horrisonis -atur talia dictis). 12, 601 multa (SEN. Phaedr. 1004 multa secum. APVL. met. 2, 13). LIV. 5, 15, 10 celanda -ando. SEN. Herc. O. 1607 *v. p. 199, 11.* Oed. 849. Phaedr. 606 animusne cupiens aliquid -ari nequit. 640 -are aperte. 875. 999 mortis . . . ordinem. Phoen. 265 facinus ignotum, efferum, inusitatum -are. Thy. 633 -are et istud pande . . . malum. 640 LVCAN. 3, 435. 8, 347 nil animis fatisque tuis -bere dignum. PETRON. 119 vers. 19 pudet -ari perituraque prodere fata. SIL. 6, 118. 15, 274 Laelius -atur: 'macte' *eqs.* HOMER. 54 -ari . . . verens *Calchas* . . . haec ait. STAT. Theb. 11, 92. SVET. Nero 49, 3 *Nero* trepidanter -tus: '*ἵππων*' *eqs.* APVL. met. 2, 20 instantia Byrrhaenae, quae eum . . . ingratis cogebat -ari, perfecit, ut vellet. mund. praef. quidam deorum maiestate completi -antur ceteris, quae . . . vident. 17 -antes futura. 37 Orpheus . . . hanc -ari potestatem volens his de eo (*Saturno*) verbis canit *eqs.* CYPR. GALL. gen. 159 cui deus -atur. PANEG. 9 (12), 1, 3. ARNOB. nat. 4, 34 p. 168, 22 *Iovis* vos nomen -ari non sine metu decuit. *ibid.* p. 169, 6. 7, 44 p. 278, 17 qui, -amini, dii quaeso. PS. AVR. VICT. epit. 13, 10 cornicem e fastigio Capitolii Atticis sermonibus -tam esse: '*καλῶς ἔσται*'. AVSON. 406, 43 *al.* VVLG. psalm. 93, 4 -buntur et loquentur iniquitatem. prov. 18, 23 (*syn.* loquetur). PRVD. perist. 10, 924 -are quidvis ac perora et dissere. PAVL. NOL. epist. 45, 6 p. 385, 1 linguis -antibus dabunt voces. AVG. civ. 15, 25 p. 114, 12 D. *al.* serm. 215, 3 p. 1073[extr.] (*seq.* enarrandam). MART. CAP. 6, 587. PROSP. in psalm. 109, 1 p. 318[B] hoc . . . David ipse . . . -tus est dicens *eqs.* CASSIOD. inst. div. 30 p. 1145[A] quod virtus sanctae trinitatis -atur. VIRG. gramm. epitom. 4 p. 14, 18 Lupi . . . ita -antis: *seq. versus. al.* *passive*: ENN. scaen. 170*?* *v. l. 38* (*cf. J. B. Hofmann, De verb. depon. p. 33*). LIV. 1, 24, 6 multis . . . verbis quae longo -ta carmine non operae est referre. AVG. epist. 242, 2 p. 564, 22 quamquam . . . maiestas illa . . . cogitari possit, a nullo autem possit -ari (APON. 1 p. 3 satis et ultra quam -ari potest. GREG.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Tvr. vit. patr. 19 praef. p. 736, 3 beneficiorum carismata ... nec verbis -ari ... poterunt). Greg. Tvr. Franc. 10, 24 p. 436, 26 quae viro ... sunt -ta. *aliquem*: Avson. rhop. 15 omnipotentem.

B *pendet interrogatio indirecta (dir.: infra l. 7 et 8?)*: Pacvv. trag. 292 -are quae cor tuum timiditas territet. Verg. Aen. 6, 560 quae scelerum facies, o virgo, -are, quibusve *eqs.* Hor. epod. 17, 37 quae finis aut quod me manet stipendium? -are. Sen. Ag. 414 -are, casus quis rates hausit meas aut quae maris fortuna dispulerit duces. Herc. f. 427 -are, quod ... thalamis parem regale munus. Herc. O. 748 -are, quis me casus insontem premat. 1607 -are casus ... Herculeos (*v. p. 198, 56*) ... voltuque quonam tulerit Alcides necem. Oed. 328 quid sit, parens, -are. 798. Phaedr. 859 -are aperte, quis gravet mentem dolor. Tro. 167. 359. Apvl. met. 7, 25 quin potius -aris, ubi puerum ... occultaris. Carm. epigr. 492, 8 (*s. III*) qualis fuerit vita *Aeliae* ... si possem -ari. Cypr. Gall. gen. 1493 fratribus -atur venturus quis foret ordo. Avg. grat. Christ. 1, 1 p. 125, 7. Cassiod. var. 1, 5, 2 spectabilitati tuae praesentibus -amur oraculis quatenus *eqs.*

C *acced.* de: Colvm. 10 praef. 4 membra, de quibus aliquid possumus -ari. Apvl. met. 11, 24 -ari de eo ... prohibeor. Hier. epist. 22, 41, 3 parvuli, de quibus in Esaia salvator -atur: *seq. 8, 18.* Virg. gramm. epitom. 9 p. 70, 21 de quibus (*sc. nomine et verbo*) in superioribus ... sufficienter -ti sumus.

II *technice in rebus sacris (passive semper): de auguribus, qui sanctum locum fando consignant eximuntque (cf. Wissowa, Relig. u. Kultus d. Römer², p. 472 adnot. 3)*: Varro ling. 6, 53 hinc (*sc. a fando*) -ta dicuntur qui augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agri⟨s⟩ sunt -ti ut esset. hinc -ari templa dicuntur; ab auguribus -antur qui in his fines sunt. Pavl. Fest. p. 157 itaque templum est locus ita -tus aut ita saeptus, ut *eqs.* Serv. auct. Aen. 1, 13 Ostiam ... veteres consecratam esse voluerunt ... ut si quid bello navali ageretur, id auspicato fieret ex maritima et -ta urbe. 1, 446 ita templa faciebant, ut prius per augures locus liberaretur -returque. 2, 692 augurum -ta. 3, 463 '-tus' ... verbo augurali usus est, quia scit loca sacra, id est ab auguribus inaugurata -ta dici. 4, 200. Serv. Aen. 6, 197 proprie -ta sunt augurum preces, unde ager post pomeria, ubi captabantur auguria, dicebatur -tus. Messalla gramm. frg. dub. 8 p. 429, 3 F. (Gell. 13, 14, 1) pomerium est locus intra agrum -tum. Cic. leg. 2, 21 urbem ... et agros et templa liberata et -ta *augures* habento. Att. 13, 42, 3 opinor augures nihil habere ad templum -andum (afflandum *trad.*). Liv. 10, 37, 15 fanum ... id est locus templo -tus. Gell. 13, 14, 4 intra -tos urbi fines. *adde p. 198, 20; cf. l. 32. 38.* *per imaginem*: Macr. Sat. 1, 24, 12 sibi belli isti homines (*i. litteratores*) certos scientiae fines et velut quaedam pomeria et -ta posuerunt.

part. perf. **effātum,** -ī *n. pro subst. (v. et l. 33. 44)*: **1** *apud philosophos fere i. q. enuntiatum, placitum* (Gloss.ᴸ II Philox. Av 12 auctoritas -um ἀξίωμα): Cic. ac. 2, 95 quidquid enuntietur (id autem appellant axioma, quod est quasi -um). *ibid.* ubi est illa definitio, -um esse id, quod aut verum aut falsum sit. Sen. epist. 117, 13 non corpus ... est, quod nunc loquor, sed enuntiativom quiddam de corpore, quod alii -um vocant, alii enuntiatum, alii dictum. Ps. Apvl. herm. 1 p. 265 quam (*sc. speciem orationis pronuntiabilem*) vocat Sergius -um, Varro proloquium, Cicero enuntiatum *eqs.* **2** *fere i. q. vaticinium, oraculum*: Cic. leg. 2, 20 quod (*sc. genus sacerdotum*) interpretetur fatidicorum et vatium -a incognita. Amm. 19, 12, 15 -a Delphorum. 28, 1, 7 recolebant in auribus eius parentis -a.

syn. et coniunct.: ait: *p. 198, 63.* dicere: *p. 198, 78.* disserere: *p. 198, 74.* enarrare: *p. 198, 76.* liberare: *supra l. 32.* loqui: *p. 198, 73 bis.* pandere: *p. 198, 59.* perorare: *p. 198, 74.* prodere: *p. 198, 61.*

deriv.: effabilis, effamen, effatio, effatus. *Bannier.*

effora. *dub. signif.*: Ven. Fort. Mart. 3, 467 quanto zona ... lapidum radiabat honore? cycladis (*nomin.*) aut qualis cataclyzis -a rasis?

efforēs *nomin. et acc. adi.* *ab* ex *et* foris. *i. q. qui prociderunt (sc. oculi morbo)*: Oribas. syn. 8, 14 p. 218 sequitur ... in ipso tumore cerebri ab inflammatione robur nimius et oculi -es efficiuntur (*desunt La, gr.*). 8, 61 tit. p. 259 ad oculos si foris -es fiunt (*περὶ ἐκπιεσμοῦ*). *ibid.* exprimuntur oculi interdum ita, ut permaneant -es (*gr. 8, 52 p. 456, 3 ἐκπιέζονται οἱ ὀφθαλμοὶ ... ὥστε διαμένειν ἐξέχοντας*). *adv.* eforis *v. sub voce.*

efformo, -āvī, -āre. *ab* ex *et* formo. *i. q. formare*: Epist. pontif. 319 (*Innoc. I*) Migne 20 p. 612ᴬ *deus* ipse corpus suum in virginis utero -vit.

efforo, -āre. [ex *et* foro. *W.*] *i. q. perforare*: Colvm. 9, 1, 3 sive ... arboris truncus, sive ut crassitudo postulavit, fissilis stipes compluribus locis per latus -atur et ... erigitur. *K.-M.*

effossio, -ōnis *f.* [*ab* effodio. *W.*] Gloss. ἐξόρυξις. *i. q. actio effodiendi*: Rvfin. hist. 8, 14, 13 p. 785, 9 obtruncationes membrorum, -es oculorum et ... specialia inferre supplicia gestiebat (*κεντήσεις τε καὶ ἐξορύξεις*). Cod. Theod. 10, 19, 10 (= Iust. 11, 7 [6], 3; *a. 382*) saxorum venam laboriosis -bus persequuntur. Greg. M. moral. 5, 7 p. 683ᴮ in -e *thesauri.* 31, 53 p. 603ᴬ (*ad Vulg. Iob 39, 21* terram ungula fodit *equus*) de huius ungulae -e. *i. q. eversio (v. p. 197, 63 sqq.)*: Avg. c. Pelag. 4, 6, 15 p. 537, 25 numquid haec (*sc. deserta, exterminata, effossa, v. p. 197, 71*) pro meritis desertionis, exterminationis, -is suae.

Gloss.ᴸ II Philox. ef 18 **effo[t]ui** ἐξέθαλψα.

Gloss. II 578, 8 **effractabilis** hus brycil (*anglos.*).

effrāctārius, -iī *m.* *ab* effractus, effringere. *i. q. effractor*: Sen. epist. 68, 4 vile videtur, quicquid patet, aperta -us praeterit. *cf.* Not. Tir. 81, 30 enfractarius.

effrāctor, -ōris *m.* [*ab* effringere. *W.*] *i. q. fur, qui loca clausa effringit* (Arnob. confl. 2, 27 p. 310ᴮ -r est homo aliena rapiens [sapiens *trad.*] habenti. Isid. orig. 10, 92 -r quod sit expugnator claustrorum. Gloss.ᴸ II Philox. ef 13 -es ἀνρεπαννυται [*i. -οῖνται*]. Gloss. fur domus frangens): Satvrn. dig. 48, 19, 16, 5 tempus discernit ... -em ... diurnum a nocturno (Pavl. dig. 47, 18, 2). Vlp. dig. 47, 17, 1 (= coll. Mos. 7, 4, 2) fures ... vel -es vel ceteri his similes. 47, 18, 1, 2 sacculatii ... derectarii ... -es. *ibid.* -em ..., qui effracto perforatoque pariete pecuniam abstulerat. *ibid.* Pavl. dig. 1, 15, 3, 1 cognoscit praefectus vigilum de incendiariis, -bus, furibus, raptoribus, receptatoribus. Dig. 47, 18 tit. de -bus et expilatoribus. Firm. math. 3, 11, 13 p. 179, 4 fures aut -es *eqs.* 4, 7, 3 p. 206, 27. 4, 14, 7 p. 226, 13 -es, fures ... latrones, homicidae *eqs.* 4, 14, 10 p. 227, 7. 5, 6, 9 p. 63, 14. 6, 31, 6 p. 150, 26 famosos domorum -es. Prisc. rhet. 6, 19 p. 555, 43 furem atque -em (*cf. Rhet. gr. ed. Spengel II p. 11 τοιχωρύχον*). Avg. de mend. 9, 14 p. 498ᵐᵉᵈ· frangimus ianuam cum -bus. op. monach. 13, 14 p. 560ⁱⁿⁱᵗ· nec furtum faciebat nec -r aut latro erat. in psalm. 145, 15 p. 1894ᵐᵉᵈ· malefici, -es, adulteri, corruptores. serm. 62, 10, 15. 125, 5 ex -e erit metallicus. *ibid.* 259, 5. 357, 5 times, ne fur obrepat, ne -r invadat. serm. ed. Mai 37, 2. 53, 1 invenit *Christus* occasionem quasi subtilis fur -r. Salv. gub. 7, 91 -es claustrorum et ostiorum. Sidon. epist. 9, 7, 5 scrinia tua ... -um manus ... populabitur. Lex Burg. extr. 19, 1 caballorum fures et -es domuum (*item ibid.*). lib. const. 29 tit. (= Rom. 18 tit.) de superventoribus et -bus. 29, 3 -es omnes, qui aut domos aut scrinia exspoliant. *translate*: Greg. Tvr. Franc. 4, 51 p. 187, 5 *Charigyselus* conpetitor rerum alienarum testamentorumque -or.

Gloss.ᴸ II Philox. ef 14 **effractorius** ἀνρεπαννυτης (*i. -οἰκτης*). *v.* effractarius.

effrāctūra, -ae *f.* *ab* effringere. *i. q. actio effringendi claustra, sc. ad furtum faciendum*: Scaev. dig. 38, 2, 48 qui libertum -ae crimine accusavit *eqs.* Pavl. dig. 1, 15, 3, 2 -ae fiunt plerumque in insulis in horreisque, ubi *eqs.* coll. Mos. 10, 9, 1 (= Cod. Iust. 4, 65, 1, *a. 213*) dominus horreorum periculum vis maioris -ae (-am *Iust. VC*, ex fractura *PR*) latronum, ⌊conductori⌋ (*Iust.*) praestare non cogitur. Avg. catech. rud. 16, 25 ab egestate ... in furta et -as et ... in latrocinia prosiliunt. serm. ed. Mai 21, 2 detestabilibus operibus ... homicidiis, -is, adulteriis. Lex Sal. 11 tit. de furtis ingenuorum vel -is (inf- *var. lect.* 12 tit. servorum). 11, 3. 27, 23 (*Ea*). *Brandt.*

effragro *v.* efflagro. **effrēnātē** *v.* effreno.

effrēnātio, -ōnis *f.* *ab* effrenare. *nonnisi translate: i. q. immoderatio, libertas sim.* *tam hominum quam rerum:* Cic. Phil. 5, 22 quae -o 'impotentis animi! de orat. 3, 205 vox quaedam libera, atque etiam -o (*M*, effrenatior *O, Quint. inst. 9, 1, 32 v. p. 201, 20*) augendi causa. Pavl. Med. bened. 1, 9 p. 717ᶜ (*ad gen. 49, 4* 'effusus es sicut aqua') *Iacob* -em illius populi mente considerans, qui nequaquam ... coercitus est. Boeth. arithm. 1, 32 p. 66, 16 nimiam cupiditatem iraeque immodicam -em quasi quidam rector animus ... astringit. Ennod. epist. 7, 25, 1 p. 192, 16 per -em sortitur genium plus placendi *diligentia*. Greg. M. moral. 2, 40 p. 575ᴬ *diabolus* a sua pestifera -e corripitur. *acced. genet. obiect.*: Greg. M. moral. 6, 36 p. 749ᶜ lingua infidelium ab -e suae loquacitatis obmutescet. 7, 36 p. 787ᴬ mentem ad libidinum -em trahit *luxuria*. 23, 19 p. 263ᴮ appetitae ostensionis vis ad -em locutionis impellit.

effrēnātus *v.* effreno.

effrēnis -e. [*ab* ex *et* frenum. *W.*] *compar. v. sub* effrenus. Not. Tir. 93, 89 frenum, -is. [Clavd. carm. min. 28, 20 infrenis (*VG*, eff- *codd. dett.*). Isid. eccl. off. 2, 2, 2 infreni lingua (eff- *var. lect.*).] *i. q. freno liberatus, immoderatus sim.* (Gloss.ᴸ III Abol. ef 20 sine freno, praeceps): **1** *proprie de bestiis*: Plin. nat. 8, 171 gignitur ... mula ... equo et asina, sed -is et tarditatis indomitae. Ivl. Val. 1, 9 p. 20, 4 tergum quadrupedis insultat -emque eum ... Alexander circumducit. Prvd. psych. 179 per effusas ... Superbia turmas -i volitabat equo (Cassian. conl. 24, 5, 1 velut equi -es per diversa pervolitant). **2** *translate de hominibus et rebus (acced. abl. l. 78)*: Paneg. 10 (4), 35, 3 populi Romani vis ... non licentia -is exultat. Prvd. c. Symm. 1, 518 *urbem Romam* paenitet ... dicionis *in Christianos* -is. Cypr. Gall. gen. 434 turbae. Greg. Tvr. Franc. 2, 42 p. 104, 21 Ragnacharius rex ... -is in luxuria. Mart. 2, 53 p. 627, 15 civis quidam -is factus conabatur fugire. *v.* effrenus.

effrēno, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* frenum. *W.* (*sed potius ab* effrenatus *per retrogradam q. v. derivationem formatum*)]. Not. Tir. *[Bannier]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

93, 88ª. *scripturam* exfr- *v. l. 10.* *i. q. freno liberare*: SIL. 9, 496 ventis positus custos *Aeolus* ... Volturnum in proelia ... -at. *translate de affectu*: IREN. 1, 25, 4 *quidam* in tantam insaniam -ti sunt, uti et omnia ... in potestate habere ... dicant (GREG. M. moral. 3, 41 p. 621ᴬ *maledicus* in sui salutem iniuria persecutoris -atur). GREG. M. moral. 10, 25 p. 935ᴬ contra catholicos haeretici semper -antur (14, 27 p. 1053ᶜ contra iustos iniquitate *diabolus* -bitur). *? intransitive, fere i. q. effrenatum esse, insanire*: CHIRON 258 *freneticus equus* subito persaliet, praesepium exilit vel parietibus et exfrenat (ut exfrenat⟨us⟩ *Heraeus, cf. Veg. mulom. 2, 3. nota popularem etymologiam*) et inregibilis impingit.

part. perf. pass. ✖**effrēnātus**, -a, -um; *fere pro adi. scribitur* ecf-: CIC. rep. 1, 53. 6, 1 (*codd. Non.*). Tusc. 3, 11 (*GV*). off. 1, 90 (*V*). *de formis: compar.* -ior: LIV. 3, 50, 7 QVINT. inst. 9, 2, 3. *v. et infra l. 19.* *superl.* -issimus: SEN. epist. 85, 4. 88, 19. *de notione*: ISID. orig. 10, 92 -us ab eo quod sit praeceps et pronus et sine freno rationis. GLOSS.ᴸ III Abol. EF 8 inmoderatus arreptus. I Ansil. EF 143 (*an* efferus?) f⟨e⟩rinus factus, hoc est mente ferus. GLOSS. -us, -a ἀχαλίνωτος. [CIC. de orat. 3, 205 -ior *O, Quint. inst. 9, 1, 32, et legit et ipse repetit 9, 2, 3; v. l. 61*; effrenatio *recte M, v. p. 200, 55*)].

i. q. frenis solutus, indomitus, immoderatus sim.:

A *proprie de equis*: LIV. 37, 41, 10 ut *equi* repente velut -i passim incerto cursu ferrentur. 40, 40, 5. SPART. Sept. Sev. 11, 8 equum ... ipse residens *Septimius* supra cadaver Albini egit expavescentemque admonuit et -um.

B *translate*: 1 *de hominibus*: CIC. har. resp. 41 Saturninus ita fuit -us et paene demens, ut *eqs.* de orat. 2, 35 eiusdem *oratoris* et languentis populi incitatio et -i moderatio (rep. 1, 53 TAC. dial. 40). Brut. 269 *T. Postumius* de re publica ... non minus vehemens orator quam bellator fuit, -us et acer nimis. rep. 1, 65 -am insolentia multitudinem (FIRM. math. 6, 20 p. 113, 10). Tusc. 3, 11 qui -i feruntur aut libidine aut iracundia. off. 1, 90 homines secundis rebus -os. LIV. 3, 9, 4 *domini* soluti atque -i. 21, 9, 3 gentium (efferatarum *codd. dett.*). SEN. epist. 85, 4 *sapiens* -issimis moderatior. LACT. inst. 3, 26, 4 *vir* iracundus, maledicus, -us. OPT. PORF. 15, 4 nationum. SERM. dom. 2, 2 Migne 13, 646ᴬ. VVLG. II Macc. 11, 4 mente -us (13, 9). RVRIC. epist. 2, 65 p. 442, 3 domina procax nimium et -a. POMER. 3, 8, 2 p. 485ᴬ.

2 *de rebus incorporeis* (*maxime de iis quae ad hominum mores, affectus sim. spectant*): ACC. trag. 133 qui me aperte (a parte *codd.*) -a impudentia ... dictis mertare institit. CIC. Verr. II 1, 62 cupiditates (Catil. 1, 25. dom. 115 cum proiecta quadam et -a. fin. 3, 36 Tusc. 4, 12 QVINT. inst. 8, 6, 41 FIRM. math. 1, 7, 30 p. 26, 22. *et al. cf.* ARNOB. nat. 2, 30 p. 73, 10 -um ... cupiditatis ardorem). II 5, 139 animum (FIRM. math. 8, 10, 1 p. 303, 6). Cluent. 15 o libidinem -am et indomitam (leg. agr. 2, 55 [refrenandam *codd.*]. Mil. 76 LIV. 3, 50, 7 SPART. Pesc. 1, 4. EDICT. imp. Diocl. [*a. 301*] II 20 -a livido rapiendi. *et al.*). Catil. 1, 1 audacia (PS. RVFIN. in Am. 8, 7 p. 1094ᴮ OROS. hist. 7, 33, 1). Sest. 82 furor (har. resp. 2 -o et praecipiti. 52 indomitos atque -os). Cael. 35 mente -a atque praecipiti. Phil. 12, 26 violentiam. rep. 6, 1 ferociam. Tusc. 4, 15 appetentiam. phil. frg. V 85 eculeorum ... -a vis. LIV. 5, 29, 9 licentiam (AMM. 30, 4, 16 COD. Iust. 9, 9, 21, 2; *a. 290*). 34, 49, 8 libertatem praecipitem et -am esse (*opp.* temperatam. NOVATIAN. trin. 1 p. 888ᴬ). SEN. contr. 2, 2, 9 amore. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 *Theseus* -am Thebarum insolentiam domuit. 6, 2, 8 temeritatis (FIRM. err. 23, 3 p. 60, 1). SEN. dial. 3, 9, 3 iram -am indomitamque. 5, 3, 6 rabies eius (*sc. irae*) -a et attonita (FIRM. math. 1, 10, 12 p. 37, 14). 9, 9, 2 spes. epist. 88, 19 affectibus. 92, 8. QVINT. inst. 9, 2, 3 voce libera ⟨et⟩ -iore (*v. supra l. 20*). PLIN. epist. 4, 25, 5 petulantia. CHAR. dig. 22, 5, 1, 2 potestate. GELL. 12, 5, 3 doloris. CYPR. zel. 8 p. 424, 9 convicia. FIRM. math. 1, 7, 24 p. 25, 9 levitatis. 8, 17, 4 p. 313, 3 animositate. HIL. trin. 11, 9 p. 404ᶜ cum iam *falsitas* -o pudore sit. AVG. pecc. orig. 36, 41 p. 199, 17 caloris *libidinosi*. MAR. MERC. Conc.ˢ I 5 p. 7, 13 linguae (PHYSIOGN. 32 p. 49, 14). CHROMAT. in Matth. 10, 1 p. 351ᴬ voluptas. OROS. hist. 7, 7, 3 luxuriae. EPIST. pontif. 345 (*Zosim.*) Migne 20 p. 679ᴮ facto consilioque. OP. imperf. in Matth. 18 p. 734 -ae superbiae licentia dilatatus *diabolus*. CASSIOD. in psalm. 118, 121 p. 879ᴬ. CAES. AREL. epist. de hum. 5 -o ore et erecta cervice. *et al.*

syn. vel coniuncta: ad B: acer: *supra l. 31.* attonitus: *supra l. 59.* caecus: LACT. mort. pers. 38. demens: *supra l. 28.* furiosus: CIC. Catil. 1, 25. indomitus: CIC. Verr. II 1, 62. *et supra l. 47. 51. 58.* iracundus: *supra l. 36.* maledicus: *supra l. 36.* praeceps: *supra l. 51. 52. 55.* procax: *supra l. 38.* proiectus: *supra l. 43.* solutus: CIC. rep. 1, 53. *et supra l. 34.*

opp.: iners: PLIN. epist. 4, 25, 1. moderatus: *supra l. 35.* temperatus: *supra l. 55.*

adv. **effrēnātē.** *scribitur* ecf-: CIC. Tusc. 4, 50 (*V*¹). Cato 39 (*P*¹*V*²). *compar.* -ius *ubique legitur praeter* CIC. Cato 39 AMM. 19, 12, 18 GREG. M. moral. 3, 23.

i. q. indomite, immoderate sim. (*nonnisi translate*): CIC. Phil. 14, 26 cum ... legio -ius in aciem hostium irrupisset. Tusc. 4, 50 an *Brutus* ... -ius in Arruntem invaserit. Cato 39 cuius voluptatis avidae libidines temere et -e ad potiendum incitarentur (*affert* CHAR. gramm. p. 258, 17 B.). AMM. 19, 12, 18 exultare maestis casibus -e (26, 10, 12 -ius). 22, 3, 11 *Apodemium* in Silvani necem et Galli -ius arsisse (*cf.* 28, 4, 5 probra ... -ius exarserunt). RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 4, 5 p. 198, 22 ut ... neque ... successus prosperi perpetuitate -ius agant (*cf.* OROS. hist. 6, 18, 10 ne latius atque -ius ... caedes ageretur). GREG. M. moral. 3, 23 p. 610ᶜ sunt ... qui ... loqui praecipitanter incipiunt, et -e coepta -ius exequuntur. 34, 28 p. 734ᴮ quanto ... hoc quod appetit, -ius perpetrat *antiquus hostis*. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 7 -ius evagantem.

effrēnus, -a, -um. [*cf. c.* effrenatus *et c.* effrenis. *W.*] *compar. v. infra l. 25.*

i. q. freno liber, cf. effrenis. 1 *proprie de bestiis* (*acced. abl. causae infra l. 18*): LIV. 4, 33, 7 *magister equitum* frenos ut detrahant equis imperat et ipse princeps ... -o equo in medios ignes infertur. STAT. Theb. 4, 657 -ae dextra laevaque secuntur lynces *Liberum*. PANEG. 10 (4), 24, 4 equitem *equi* -i dolore fundebant. *per enallagen*: STAT. Theb. 4, 716 Kl. cum lux -a per orbem rapta ruit Phaëthontis equos.

2 *translate*: a *de hominibus*: VERG. georg. 3, 382 talis ... gens -a virum Riphaeo tunditur euro (PANEG. 3 [11], 17, 1 Maurorum). SEN. Ag. 588 *Iliades* super ... -a Phoebas entheas laurus quatit. Med. 103 coniugis *Medeae*. ANIAN. Chrysost. hom. 1, 1 siquidem adhuc illis ferocioribus et -ioribus humano quodam terrore opus erat. b *de rebus incorporeis*: OV. met. 6, 465 -o (*codd., Prisc. gramm. II 482, 21*) captus amore. MANIL. 5, 220 animos. SEN. Ag. 944 currus *Strophii* -o impetu effugit aciem. Phaedr. 255 mentis (PRVD. perist. 10, 966). dial. 5, 16, 2 *affectus* rabidi atque -i. SIL. 14, 687 furorem. STAT. Theb. 3, 621 clamore. 7, 30 -i laxentur in otia mores. silv. 5, 2, 68 pubes. 5, 3, 103 profatu. Ach. 1, 277 -ae tumidum ... igne iuventae si quis equum primis submittere temptet habenis. PANEG. 11 (3), 29, 3 gaudia. CLAVD. 8, 263 licentia (26, 369). *in similitudine de mari aestuante*: CLAVD. 5, 210 prorumpat in arva libertas -a maris. *Bannier.*

effreto, -āre. *ab* ex *et* fretum. NOT. Tir. 93, 84ᵇ -at, *ex* GLOSS.ᴸ III Abstr. EX 109 exfretat navigat. *cf. Heraeus Archiv 12, 1902, 46.* *K.-M.*

effrico, -ātum, -āre. [ex *et* frico. *W.*] exf-: APVL. met. 1, 2. 4, 7. [*loco mutilo*: PAPYR. Herc. 1475 frg. 5 (*Zangemeister-Wattenbach, excmpla cod. lat., tab. I*) effrican⟨...⟩. *ex coni. dub.*: TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 4 -xerant *Pamelius*, efflixerant *codd. v. sub* effligo *p. 189, 14.*] [*ital.* sfregare, *portug.* esfregar. *M.-L.*]

i. q. fricando detergere, cf. defricare: SEN. epist. 95, 36 (*in imag.*) mala consuetudine obsessis diu robigo animorum -anda est. APVL. met. 1, 2 equi [sudorem] frontem curiose -o. 1, 7 sordium enormem eluviem operose -o. 4, 7 vinum probe calicibus -tis ... inmissum.

effrīgo, -ere. [ex *et* frigo. *W.*] *fere i. q. torrere*: PLIN. VAL. 2, 30 fervefacies, donec ruta (*viridis in vino*) exfrigi incipiat.

✖**effringo**, -ēgī, -āctum, -ere. [ex *et* frango. *W.*] *de scriptura*: exf-: PLAVT. Bacch. 586 Mil. 1250 CAEL. AVR. acut. exc. 4 p. 497. -frang-: CAEL. AVR. acut. exc. 4 p. 497 PS. VEN. FORT. vita Med. 4, 12 NOT. Tir. 81, 13. *de formis*: CHAR. gramm. p. 477, 6 B. *inter verba coniug. tertiae.* PRISC. gramm. II 439, 9 -ens, -ctus. *fut. II* -igerit: LEX Sal. 11, 5. *sec. quartam coniug.*: PS. VEN. FORT. vita Med. 4, 12 -frangire. NOT. Tir. 81, 13. 14. 15. *de notione*: GLOSS.ᴸ II Philox. EF 15 -it ἐξηλοῖ, ἐπαννγει (*i.* -οίγει). *legitur inde a* PLAVTO, TER., LVCIL. [*var. lect.*: LVCR. 1, 70 confringere *codd., quod metro vetatur* (ef- *recte Prisc. gramm. II 499, 8;* per- *falso Non. p. 506, 37*). *correct.*: LIV. 29, 22, 10 (*Weissenborn*, fringendi *trad.*). *corcupte*: MART. 1, 49, 5.]

I *transitive: vi vel impetu frangendo aliquid aperire*:

A *res clausas, ita ut aditus pateat (huc rettulimus etiam ea exempla, quibus imagine adhibita de rebus incorporeis agitur, v. e. g. infra l. 75. 77. 83. p. 203, 8. 36), cf.* perfringere, refringere: PLAVT. Amph. 1026 paene -isti, fatue, foribus cardines (Asin. 388 haud periclum est cardines ne foribus -antur. LVCIL. 839. 840). Bacch. 586 fores paene -isti (Mil. 1250 occlusae sunt foris. :: -am. Stich. 327 TER. Ad. 88. 103. 120 CIC. Verr. II 4, 52. II 4, 96 Cael. 38. NEP. Dion 9, 6 foribus -ctis. PS. QVINT. decl. 2, 19 VLP. dig. 47, 2, 39. *al.* VVLG. gen. 19, 9. *et al.*). CIC. Verr. II 4, 94 convulsis repagulis -ctisque valvis. Mur. 33 cum ... urbem *Cyzicenorum* sibi Mithridates Asiae ianuam fore putasset, qua -cta et revulsa tota pateret provincia (PETRON. 78, 7 -erunt ianuam. 79, 7 PAVL. dig. 42, 2, 54 pr. HIER. epist. 39, 4, 2 quia necdum paradisi ianuam Christus -erat). LVCR. 1, 70 -ere (*v. supra l. 60*) ut arta naturae primus portarum claustra cupiret *Epicurus* (LIV. 6, 33, 12 SEN. nat. 6, 12, 2 ITIN. Alex. 52. *et al.*). SALL. Iug. 12, 5 scrutari loca abdita, clausa -ere. HOR. epist. 1, 17, 54 cistam -ctam (*cf.* MART. 5, 42, 1 callidus -cta nummos fur auferet arca). OV. trist. 5, 2, 40 subtrahis -cto tu (*uxor*) quoque colla iugo (*i. matrimonio*). LIV. 1, 29, 2 -ctis portis stratisque ariete muris (24, 32, 6 *bis.* CVRT. 4, 5, 17 ORAC. Sibyll. Aug. civ.

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18, 23 p. 285, 30 D. portas . . . Averni. *et al.*). 25, 24, 7 sub lucem Hexapylo -cto Marcellus . . . urbem ingressus. 29, 22, 10 ut -endi (*v. p. 202, 62*) carceris fugiendique haberet occasionem (SEN. clem. 2, 5, 1 Ps. QVINT. decl. 5, 21 TAC. ann. 1, 21 CALL. dig. 48, 3, 13 VLP. dig. 47, 18, 1 pr. *et al.*). SEN. contr. 2, 3, 7 -isti domum civis (exc. contr. 10, 6 ARNOB. nat. 2, 42 p. 82, 4 VVLG. exod. 22, 2). SEN. Herc. f. 47 -egit ecce limen inferni Iovis *Hercules*. Herc. O. 1450 (*in imag.*) utinam liceret stipite ingesto impiam -ere animam (*cf. infra l. 43 sqq.*). benef. 7, 7, 2 cum -i (*N*[1]) templa et expilari . . . Capitolium iubet. 7, 27, 2 hic ex sacro rapit, hic -it, hic transsilit. nat. 4 praef. 6. epist. 91, 12 obstantia. LVCAN. 6, 574 -ctos . . . tumulos (DIONYS. EXIG. inv. cap. Ioh. prol. p. 420[A] -cto beatissimi tumulo). PETRON. 98, 2 quia -ctum ostium cellae neminem poterat excludere (GAIVS dig. 42, 2, 55, 4 ad -endum ostium vel armarium. VLP. dig. 43, 24, 11, 2 INST. Iust. 4, 1, 11). LAVS Pis. 203 (*de ludo latrunculorum*) ut . . . -ctā prorumpat in agmina mandrā. PLIN. nat. 15, 60 *Varro* . . . servari iubet *mala Punica* . . . in ollis fundo -cto. 34, 37 cum thesaurum -isset heres. STAT. Theb. 9, 556 -ctam . . . aperit victoribus urbem. QVINT. inst. 2, 12, 1 ut -ere quam aperire, rumpere quam solvere putant robustius. Ps. QVINT. decl. 8, 20 mulier infelix clausis advoluta foribus cruentumque secretum (*i.* '*ostium*') toto corpore -ens. SVET. Nero 26, 1 tabernas . . . -ere et expilare. FLOR. epit. 3, 20, 3 Spartacus Crixus Oenomaus -cto Lentuli ludo . . . erupere Capua (PANEG. 12 [2], 23, 2 EVTR. 6, 7, 2). 4, 2, 21 aerarium . . . sanctum. VLP. dig. 47, 18, 1, 2 -cto perforatoque pariete. PAVL. dig. 1, 15, 3, 2 cum vel cella -itur vel armarium vel arca (*v. p. 202, 82*). *ibid.* horreis -ctis (19, 2, 55 pr. COD. Iust. 4, 65, 4 *a. 222*). 48, 6, 11 pr. (= sent. 5, 3, 3) aedes alienas villasque. sent. 1, 21, 6 sepulchrum alienum. 31, 35 conclave. AMM. 21, 12, 13 ferratas portarum obices. VVLG. Iudith 2, 13 civitatem (CHRON. Gall. chron. I p. 654, 71 rec. A Valentia . . . civitas a Gothis -itur. HYD. chron. II p. 26, 150 plurimae civitates -ctae. *ibid.*). Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 7, 20 p. 610, 11 -cto . . . ex parte sua muro (*gr. Ios. 1, 189 τὸ . . . μέρος τοῦ τείχους διαρρήξας*). AVG. epist. 185, 27 p. 25, 24 lignis . . . altaris -ctis. soliloq. 1, 14, 24. PETR. CHRYS. serm. 167 p. 637[D] *latro in cruce* invasit vitam, -egit paradisum, penetravit ad regnum (*cf. p. 202, 77*). SIDON. epist. 3, 1, 5 veterum finium limitibus -ctis. LEX Sal. 11, 5 si vero clavem (*i.* '*scram*') -frigerit (*v. p. 202, 56*) aut adulteravit. Ps. VEN. FORT. vita Med. 4, 12 *latro* magis praedatus intra patentia saepta constringetur et quod -frangire violentus voluit, nequaquam evasit. *translate: rem incorpoream*: AVG. c. acad. 1, 5, 14 p. 15, 2 stulte prorsus istam descriptionem tuam conor -ere.

B *partes corporis, sc. aut ossa (l. 51 sq.) aut ea, quae ossibus circumcluduntur, i. q. elidere, frangere sim.*: VERG. Aen. 5, 480 -cto . . . inlisit in ossa cerebro (STAT. Theb. 6, 811. 8, 760 illum -cti perfusum tabe cerebri). SEN. Phoen. 159 -e pectus (*Heinsius*, corpus *codd.*) corque tot scelerum capax evelle (Ps. QVINT. decl. 8, 15. 19, 7. *cf.* 10, 17 quotiens *anima* humani pectoris carcerem -erit. *aliter de ardore febris*: CAEL. AVR. acut. exc. 4 p. 497 ut flamma pectus exfrangat). FLOR. epit. 3, 21, 26 *Marii* oculis effossis, manibus cruribusque -ctis. CLAVD. DON. Aen. 5, 480 p. 478, 12 -ctis ossibus (DRAC. Orest. 727).

II *intransitive: fere i. q. erumpere*: PLIN. nat. 2, 131 sin vero depresso sinu (*sc. nubis*) artius rotati *venti* -erunt. SIL. 1, 647 fluctus (*i. impetus Hannibalis*) . . . vestras -et in urbes. APVL. mund. 11 euronotus ille, qui inter notum atque eurum medius -it.

singulariter: fere i. q. extrahere (*ex falsa versus Verg. interpretatione*): CLAVD. DON. Aen. 12, 385 p. 597, 23 manu . . . propria harundinem cupiebat -ere ferrumque ipsum eripere (*Verg.*: infractā luctatur arundine telum eripere, *sc. Aeneas e vulnere*). ISID. Goth. 22 chron. II p. 276, 23 *Vallia rex* in freto Gaditani maris vi gravissimae tempestatis -ctus (interceptus *POL*) Hispaniam redire coactus est (*fere: navium armamentis confractis*).

deriv. effractabilis, effractarius, effractor, effractorius, effractura.

Brandt.

effrondēsco, -uī, -ere. [ex *et* frondesco. *W.*] *i. q. virescere*: VOPISC. Prob. 19, 3 (*in spectaculo*) arbores . . . vulsae . . . trabibus adfixae sunt, terra deinde superiecta totusque circus ad silvae consitus speciem gratia novi[s] viroris -uit.

[**effrōns,** -ntis. *ab* ex *et* frons. *fere i. q. impudens* (*cf.* infrontatus *et Petron. 39, 5* frontem expudoratam): ANTH. 902, 9 (*medii aevi, ut vid.*) non *laudo* frontem: -s est. non ventrem: gurgulionis. lumbos: elumbos. *dub.*: VOPISC. Car. 13, 2 consilii alti, nonnumquam tamen -is (*sic vulg.*, efrontis *Σ*, frontis *P*; ⟨ferae⟩ f. *Helm*, ⟨ferreae⟩ f. *Hohl*).]

effruor, -ī. *ab* ex *et* fruor. *i. q. frui*: THEOD. MOPS. in I Tim. 6, 8 p. 180, 1 sufficit illa habere, quae ad usum nobis sunt necessaria. haec . . . -emur sola, cetera vero . . . aliis relinquemus in mundo.

effrutico, -āre. [ex *et* frutico. *W.*] *i. q. germinare* (*tropice*): TERT. nat. 1, 5 p. 65, 16 uti naevus aliqui -et aut verrucula exsurgat aut lentigo sordescat. *transitive*: TERT. anim. 27 p. 346, 14 ut . . . nunc duo (*sc. limus, flatus*) . . . unita pariter effluant pariterque insinuata sulco et arvo suo pariter hominem ex utraque substantia -ent. *v. etiam vol. VI 1447, 27 sqq.*

K.-M.

effugātio, -ōnis *f. ab* effugo. exf- *l. 5.* **1** *i. q. expulsio*: RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 11 p. 154, 24 -o daemonum ex hominibus (OP. imperf. in Matth. 5 p. 671 daemonum. 21 p. 748 immundi spiritus). GREG. M. epist. 9, 205 p. 192, 30 in rusticorum . . . depraedationibus atque per hoc exfugationibus . . . deprehensi. **2** *i. q. ἀποφυγή*: GLOSS. II 242, 34; *cf. Compernass, Glotta 6 (1914), 168, qui tamen huic glossae nimiam auctoritatem tribuit.*

✖**effugio,** -fūgī, -itūrus, -ere. *ab* ex *et* fugio. *de formis*: exf-: COMM. instr. 1, 7, 3 *C.* exfociont: INSCR. column. rostr., *v. infra l. 59.* ecf- *restituendum*: VERG. Aen. 9, 632 (SERV. *ad l.* 'et fugit': melius 'effugit' [*variant codd.* VERG. *inter utrumque*] legitur). GERM. 468 eff-; et f- *var. lect. perf.* -iit: LIB. iubil. 38, 5. CASSIOD., *v. p. 208, 35.* sis -itūrus LVCIF., *v. p. 207, 29 sqq. inf.* -īre: HIST. Apoll. 7 p. 11, 14 (*cod. A teste Klebsio p. 19, adnot.*). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 414, 13 B. abiit. excessit. evasit. erupit. aufugit. -it. GLOSS. *ἀποδιδράσκω. ἀποφεύγω. ἐκφεύγω.* excedere. *proprie et translate, intrans. et transit. inde ab* (INSCR. column. rostr.) NAEV. *v. p. 209, 8*, PLAVTO. *deest* CATONI, VITR., VELL., MELAE; CATVLLO, TIB., PERS. *adamatur* LIVIO *et* SEN. min. [efficio *in codd. pro* -o: *p. 205, 72. 206, 81. 209, 10.* effudit *pro* -it: *p. 206, 36.* et f- *pro* eff- *p. 205, 30.*]

I ***intransitive: i. q. ἐκφεύγω, fugio, abeo; indicatur locus, unde -itur, per adverbia velut*** inde, *per praepositiones* ex, a, de, *per abl. loci nudum infra l. 30. 51. p. 205, 45. 54. 55, per dat. rei vel personae ut vid. l. 82. p. 205, 18. 36. 53; locus, quo -itur, per* huc, quo, *per* ad *infra l. 79. p. 205, 16. 24*, in *c. acc. infra l. 39. 66 sq. p. 205, 20. 46*, in *c. abl. infra l. 82.* **A** ***proprie de motu locali:*** **1** *de hominibus fugientibus* (*de animo et anima l. 51. 57; de immundo spiritu p. 205, 9*): PLAVT. Curc. 598 vix foras me abripui atque -i. Merc. 660 patria hac. Most. 315 inde -i foras (CIC. Att. 8, 4, 3 HIRT. Gall. 8, 35, 6 LIV. 31, 21, 17 VITR. 8, 6, 12). Trin. 597 ex urbe (701 *per coni.*). TER. Eun. 945 huc -i foras. TRAG. inc. 170 *ut Medea* ipsa interea -ret. CIC. inv. 2, 72 imperator, cum *obsessus non* . . . -ere ullo modo posset (Verr. II 5, 91). 2, 149 -endi potestas (LIV. 22, 15, 9 spem. SEN. benef. 3, 19, 2 tempus). S. Rosc. 34 de manibus vestris (151. Manil. 22 e manibus. Mil. 20 quotiens . . . ex P. Clodi telis et ex cruentis eius manibus -i! VVLG. Ier. 32, 4 de manu Chaldaeorum [34, 3. 38, 18]). Tull. 22 graviter saucius e caede (LIV. 23, 29, 15 e media caede [23, 30, 7 in quam *arcem*]. 25, 39, 7. *cf.* CIC. Phil. 2, 71 e proelio [BELL. Alex. 64, 1 ex. LIV. 29, 2, 18 ex]. LIV. 25, 30, 11 e medio certamine). Verr. II 5, 91 mari -ere. Caecin. 26 viam . . . qua -ere possent. 44 locum . . . qua -rent (*opp.* ut fugerent). 45 qui abierit quam qui -erit. Sest. 116 a quibus *ludis* vix vivus -it (ad Q. fr. 1, 2, 15). or. frg. A XIII 6 quo ex iudicio velut ex incendio nudus -it (phil. frg. IX 9 *v. p. 205, 69.* CORP. XIII 2027, 5 seminudus. *cf. p. 205, 6. 65. 208, 59*). Att. 7, 24 non dubito quin Gnaeus in fuga sit; modo -at. epist. 2, 11, 1 *quia bellum provinciae* impendet . . . videmur -ere, si ad constitutam diem decedimus. DOLAB. Cic. epist. 9, 9, 2 ut honeste -ere possit *Pompeius*. LENT. Cic. epist. 12, 14, 2 milites ducesque -erunt. LVCR. 4, 38 *animae* Acherunte. CAES. Gall. 5, 58, 4. BELL. Alex. 76, 2 velocitate. BELL. Hisp. 6, 4 vix in ea caede pauci (*sim.*: 21, 3 *tot.* LIV. 23, 24, 9 vix decem homines. 35, 51, 4 perpauci. *al.*). NEP. Con. 5, 4. Eum. 2, 5 clam noctu ex praesidiis eius. Paus. 2, 2 ex vinclis publicis (QVINT. decl. 272 tit. p. 113, 20 de vinculis. *cf.* FRONTIN. strat. 3, 6, 4 ex custodia. *sim.* LIV. 37, 46, 5 e carcere noctu. SEN. epist. 88, 34 *animus* ex hac . . . cavea). INSCR. column. rostr. (Corp. I[2] 25) 4 lecione⟨s . . . ma⟩ximosque macistr⟨a⟩tos (*nom. sing.*) . . . castreis exfociont (SIL. 17, 131 crematis). PAPYR. Wessely p. 5 n. 1, 2, 13 (*aet. Aug.*) ex nauf⟨r⟩agio. VERG. Aen. 5, 151 -it (*i. fere: praecurrit*) ante alios primisque elabitur undis . . . Gyas *in certamine remorum*. 11, 825 -e (OV. epist. 14, 77 dum nox sinit, -e. met. 9, 578; *seq.* fugit. VAL. FL. 8, 105). OV. met. 11, 632. 13, 660 -unt quo quaeque potest, *sc. navibus*. fast. 2, 803. 4, 234. 6, 344 per infestas . . . manus (CORIPP. Ioh. 4, 858 socium . . . per agmen). LIV. 4, 19, 6 Fidenatium plurimi . . . -ere in montes (23, 30, 7. 25, 10, 3 in portum. *cf.* 31, 45, 14 tempestate . . . dispersi . . . in terram. VITAE patr. 3, 99 in vicum alterum [*at 5, 15, 25* fugi ad alium locum. *gr. ἔφυγον εἰς. de* fugio *et* effugio *v. J. B. Hofmann, Indog. Forsch. 43, 1923, 95*]). 8, 26, 4 Nolani . . . via Nolam ferente. 24, 32, 8 inter tumultum (30, 36, 9. *cf.* 27, 49, 8 inter caedem). 24, 33, 2 legati *in navi* aegre -erunt (SVET. Aug. 16, 3 uno . . . navigio aegerrime). 25, 21, 9. 28, 2, 11. 28, 30, 2. 39, 49, 2. 40, 28, 5. *al.* SEN. contr. 1, 4 tit. adulter -it (QVINT. inst. 3, 11, 7). 1, 6, 9. SEN. Herc. f. 564 -it tenui vulnere saucius. rem. fort. 14, 2 gaude, quod -eris; *antea* in latrones incidi. CVRT. 7, 7, 37. VAL. FL. 2, 237 pars ignibus acti (atris *VP*) -unt (*i. -ere temptant*). STAT. Theb. 10, 735 sic imperfecta locutus -it (*i.* '*discessit*', *praes. hist.*). QVINT. decl. 339 p. 341, 12 in patriam . . . redire, et si vincere non detur, -ere. TAC. ann. 2, 68 ad Armenios. 12, 39 -ere hostes tenui damno. GRAN. LIC. p. 16, 11. FLOR. epit. 3, 20, 3 *Spartaci* homines modo -isse contenti (*sc. ex servitio*). VLP. dig. 47, 2, 7, 2 (*ex verbis Celsi*) abiecto furto *fur.* MEN. dig. 43, 16, 4, 2 -ens militiae. APVL. met. 9, 19 occlusis auribus -it protinus. PORPH. Hor. carm. 1, 37, 12 qua *navi*. Ps. CYPR. mont. 15 viator diabolus . . . -it in locis . . . desertis. COMM. instr. 1, 7, 3 Satur-

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nus ... -it expulsus a Iove. PANEG. 9 (12), 8, 4 ne respirare clausis (*obsessis*) aut -ere ... liceret. VEG. mil. 3, 6 p. 78, 21 non tam redire quam -ere. ITALA Ios. 8, 22 (Lugd.) quisquam salvus -ens (10, 30 salvus vel -ens, *at 10, 28. 33* fugiens; *gr. ubique σεσωσμένον καὶ διαπεφευγότα*). VVLG. Sirach 16, 14 in rapina peccator. Ier. 42, 17 a facie mali. I Macc. 7, 19 a se (*i. ab illo*). act. 19, 16 nudi (*cf. p. 204, 46*) et vulnerati de domo illa. MACR. Sat. 1, 1, 3 elabendi prope atque -endi locum. SACR. Greg. 207, 3 *in exorcizatione*: si quid est quod ... incolumitati habitantium invidet, aspersione huius aquae -at. MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 3 p. 393$^{med.}$ statim exsiliret et -ret (*ἀπεπήδησε*). CORIPP. Ioh. 1, 64. 4, 1138. 6, 15 -unt pavidi. 8, 18 sq. -ere inde parans; fugiat licet improbus astu, non tamen -et (*sim.* fugere *et* -ere: HIST. Apoll. 7).

2 *de bestiis* (*cf. infra l. 75 et transit. p. 206, 56 sqq.*): PLAVT. Truc. 37 si inierit (*Buecheler,* iniecit *codd.*) rete piscis, ne -at cavet *piscator*. VERG. Aen. 2, 226 gemini lapsu delubra ad summa dracones -unt. HOR. sat. 2, 3, 315 absentis ranae pullis vituli pede pressis unus ubi -it *eqs.* 2, 7, 71 quae belua, ruptis cum semel -it, reddit se prava catenis? epist. 1, 7, 32 cui *volpeculae* mustela ...: si vis, ait, -ere istinc *eqs.* LIV. 44, 40, 7 iumentum ... in ulteriorem ripam -it (*cf.* PAVL. FEST. p. 244 hostia ab ara [LAMPR. Alex. 60, 3 cruenta]. SERV. auct. Aen. 2, 140 *v. p. 211, 53*). OV. ars 1, 391 non avis utiliter viscatis -it alis (VAL. FL. 1, 160 *aquila* Aegaei super -it alta profundi. POMPON. dig. 42, 2, 37 de domo mea). VAL. FL. 6, 218 ad socias sonipes citus -it alas. LAMPR. Diad. 5, 6 leo. PALLAD. 7, 7, 4 novellae apes ... nisi serventur, -unt. VVLG. Sirach 27, 22 quasi caprea de laqueo.

3 *de rebus concretis*: PLAVT. Cas. 396 sors e sitella. LVCR. 2, 305 *nihil est*, quo possit genus ullum materiai -ere. VERG. Aen. 9, 629 -it (*M*, et fugit *PR, cf. p. 204, 20*) ... adducta sagitta (STAT. Theb. 2, 543 *hasta* per ... terga super laevos umeros. 9, 283 concita tractu ... -ens [*i. properans*] ... hasta). AETNA 112 liber spiritus intra (*sc. terram*) -ens molitus (*est*) iter (142 aer tantum -it ultra. SEN. nat. 2, 55, 2 *ignis demissi in aquam* spiritus per exstinguentia -ens. epist. 57, 8 flamma ... circa id -it [diff- *dett.*], quo urgetur). OV. met. 4, 459 tibi, Tantale, ... quae ... imminet, -it arbor. 14, 242 una *navis* ... -it (LIV. 37, 11, 13 quinque). GERM. 468 -it at *stella* Virgo (709 Plias ab undis). CELS. 7, 26, 2^{G} calculus *e vesica curiose* ... deducitur, ne -at (*ibid.* 2^{L}. 3^{B}). SEN. nat. 2, 52, 1 *fulmen viam* facit, qua -at (VAL. FL. 4, 662 multifidus ruptis e nubibus horror [*i. fulmen*] -it). 6, 25, 2 *terrae motu monte fisso* -isse Peneon (*ita de fluviis*: STAT. Theb. 7, 801 ripis ... apertis. 10, 96 profundis vallibus. TER. MAVR. 2147 tortis errans qui flexibus -it amnis. EVSTATH. Bas. hex. 4, 2 p. 903^{C} reliqua multitudo *aquae* consequitur properanter -ens). LVCAN. 3, 623 volnere multo (*sing. pro plur.*) -entem animam (*cf.* SIL. 16, 545 dirus in invitas -it spiritus auras). ENNOD. epist. 2, 3, 1 p. 42, 6 de area fructus -it (*i. evanuit*). CORIPP. Ioh. 1, 313 -unt celeres ... nubes.

4 *de non corporalibus* (*de anima v. supra l. 45. p. 204, 51. 57; de cogitationibus mente elapsis v. p. 206, 66 sqq.*): CIC. orat. 222 -isse senarium (Att. 4, 8^{B}, 3 quid, si cupiat -ere *poema*?). leg. 2, 7 at ego -isse arbitrabar (*sc. sermonem ex mente tua*. COLVM. 11, 1, 13 somniculoso [-om *A*^{2}, *v. p. 206, 68*] plurima -unt [*sic pars R,* officiunt *rell., fort. recte*]). LVCR. 2, 45 his ... rebus timefactae religiones -unt animo pavide. OV. fast. 4, 748 -at stabulis noxa repulsa meis. MART. 5, 20, 12 bonos ... soles -ere atque abire (TAC. hist. 1, 39 tempus. AVSON. 13, 1 -it aetas). STAT. silv. 1, 6, 52 spectandi levis -it voluptas (MAXIM. eleg. 1, 128 cantandi summa). VVLG. Sirach 6, 35 proverbia laudis ... a te. CORIPP. Ioh. 2, 447 somnus. VITA Radeg. 2, 11 dolor -it (fugit *var. lect.*).

2 *i. q. apparere, conspici*: PS. QVINT. decl. 9, 7 his cogitationibus attonito ... inopinata subito amici mei species -sit. HIL. euang. 4 -sit ... novus terris gaudentibus infans.

effulgenter *adv. a part. praes.* effulgēns: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 64 p. 1088^{A} sicuti divinior trinitas unali, secundum quod -r fecit animam in mundo.

deriv.: effulsio.

effulgēsco, -ere. *ab* ex *et* fulgesco. *i. q. fulgescere*: IREN. 2, 18, 5 sic si fuisset luminis emissio, non pateretur nec periclitaretur *Aeon* in simili lumine, sed magis -ret et augesceret, quemadmodum dies a sole.

effulgo, -ĕre *v.* effulgeo *p. 213, 21.*

effulguro, -āre. *ab* ex *et* fulguro. -orat: *v. infra l. 51. 52. occurrit non nisi tert. pers. praes. indic.* -at. *i. q. fulguris instar splendere: proprie*: STAT. Ach. 1, 231 monstrat iter totoque -at (-fulserat *M*) orbe Cynthia. ENNOD. opusc. 3, 98 p. 356, 8 tota civitas quasi rogus -at. 3, 137 p. 366, 16 quis quaerat noctis lampadam, ubi solis iubar -at. *translate*: ALC. AVIT. epist. 46 p. 75, 19 illustrat tuum ... orbem claritas sua et occiduis partibus in rege non novi iubaris lumen -at. ENNOD. epist. 1, 8, 1 p. 17, 12 in quibus (*litterarum commerciis*) ad unguem politi sermonis splendor -orat. dict. 22, 10 p. 496, 15 non latet caelestis illa permixtio et ... -orat.

effulsio, -ōnis *f.* *ab* effulgēre. *i. q. actus emicandi*: CHALC. comm. 70 p. 138, 3 *planetes quidam* solis peragrationibus -busque et obscurationibus ... minime concurrunt (71 p. 139, 2 stellarum et solis -o. 248 p. 282, 11). 71 p. 139, 11 ortuum et occasuum ... hoc est -um et occultationum. 87 p. 158, 8. 109 p. 176, 16 -es et obumbrationes ... patiantur *Mercurius et Lucifer*. 124 p. 188, 22.

effultus *v.* effulcio *p. 212, 76.*

effūmigo (-āvī), -ātum, -āre. [*ab* ex *et* fumigo. *W.*] **1** *i. q. fumo expellere*: TERT. mart. 1 p. 5 Oe. fugiat conspectum vestrum ... tamquam coluber excantatus aut -tus. **2** *i. q. suffumigare*: PLAC. med. 6 rec. α 5 H.-S. *lana arietis* superimposita locis dolorem tollit et -ta prolapsam vulvam reprimit (*rec.* β subfumigata).

effūmo, -āre. *ab* ex *et* fumo. AETNA 500 tum prima ut quaeque rigescit -at moles (*i. vaporem suum perdit*). GLOSS. V 618, 50 evaporo -o *eqs.*

effuncare *v.* eruncare.

effūnctus, -a, -um. *ab* ex *et* functus. *i. q. defunctus, mortuus*: ARNOB. nat. 3, 41 p. 139, 10 Lares quasi quosdam genios -orum (*P recte*, et f- *Stewechius, Reifferscheid*; def- *Sabaeus; v. Löfstedt, Eranos 10, 1910, 14, qui recte monet verba post* genios -orum *tradita*: animas mortuorum *pro gloss. esse delenda. cf. et Brakman, Arnobiana p. 35*). CORP. III 3166^{a} L. Crepereio Celeri nepoti exfuncto (*v. Löfstedt, Beitr. z. Kenntn. d. spät. Latin. p. 72*). *K.-M.*

1. effundo, -āre *v.* exfundare.

2. ✖**effundo,** -ūdī, -ūsum, -ere. *ab* ex *et* fundere. *de formis*: *perf.* (*in libris*) -underunt PSALT. Veron. 105, 38. -undero HIER. in Mal. 3, 7 p. 978. *part. perf. pass.*: PAVL. FEST. p. 81 exfuti: -si; *cf.* effuticius *et v. Sommer, Formenl.*^{2} *p. 606. forma periphr.* -sura fuerit: LIV. 26, 10, 7, *v. p. 220, 24.* GRAMM. suppl. 293, 6 -udit ... per duas f scribendum. *de sensu*: GLOSS. -o ἐχχέω. ἐχχύνω. -sus ἐκκεχυμένος. NOT. Tir. 37, 60—62 -it. -udit. -sum. *vox rara apud priscos*: ENN. ann. 513. 530. 540 PLAVT. Curc. 123

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TER. Ad. 911 CATO agr. 20. *deinde frequentatur et in prosa oratione et in versionibus. ex* LIVIO *(fere 225ies) et e Christianis paucos locos non attuli.* [*var. lect.*: LVCAN. 1, 648 -sis ... venenis *ZM*, infusis *recte Ω c. lemm. schol. (v. Housman ad l.).* 2, 185 -udit *ZM*, effodit *rell. recte v. p. 196, 54.* 9, 808 solet ... se -ere (*U*, effundere *Ω*; se fundere *recte GLa [v. Fraenkel, Gnomon 2, 1926, 501], Housm.*) signis ... pressura croci; *syn.* emisere. SIL. 6, 260 *lege* effugisset *pro* -isset.]

i. q. ἐκχέειν emittere. non e re visum est segregare refl. se -ere *et mediopass.* -i, *utrumque fere i. q. effluere; itemque part. pro adi.* -sus *suis locis sub verbo inserui. commoditati lectoris autem subveni indiculo huius usus in calce articuli compositi. praeterea liceat monere omnia huius verbi imperfecta exscripta esse. interdum* -ere *sensu verbi causativi adhibetur, i. q.* '*efficere*' *sive* '*sinere, ut aliquid -atur*', *ita praeter usum sollemnem qui est* sanguinem alienum -ere (*p. 216, 29 sqq.*) *etiam l. 63. p. 217, 43. 47. 222, 21. 67. 224, 81. 226, 52 sq. 57. 66.*

I ***i. q. ἐκχέειν, fundere, emittere*: A *res liquidas*:** **1** ***liquores*: a** *act. et pass.*: ***α vinum***: PLAVT. Curc. 123 -e hoc (*vinum*) cito in barathrum (*i. in guttur*). CIC. Pis. 22 utrum iste plus biberit [an vomuerit] an -erit. PROP. 2, 33, 39 largius -so madeat tibi mensa Falerno. PETRON. 28, 3 cum plurimum *Falernum* rixantes -rent. 38, 15 *v. infra l. 57.* PLIN. nat. 14, 139 tamquam *vina* -i ... non possint nisi per corpus humanum. 18, 319 vina -i priora (*in nova vindemia*). MART. 12, 70, 5 frangendos calices -endumque Falernum. POMPON. dig. 33, 6, 8 si id vinum -et (*quod in doliis est*). VLP. dig. 9, 2, 27, 15. 10, 4, 9 pr. si vinum vel oleum vel aliud quid -erit. 18, 6, 1, 4. PAVL. dig. 47, 2, 21, 5 in quas *naves vinarias* vinum -itur. PORPH. Hor. carm. 2, 14, 26. VOPISC. Car. 17, 3 vini plurimum -udit. ***β aquam***: VARRO frg. Non. p. 547, 8 quod *urceolo* aqua in trulleum -atur. Men. 532. LIV. 41, 15, 2 ex olla. PLIN. nat. 20, 90 aquam decoctae *brassicae* ... humi -sam. 27, 118 FRONTIN. strat. 1, 7, 7 PAVL. dig. 8, 2, 19 pr. ITALA num. 19, 17 (Aug. quaest. hept. 4, 33 p. 348, 1) -ent super *cinerem* ... aquam vivam in vase (*gr. ἐκχεοῦσιν.* VVLG. mittent ... in vas). VVLG. exod. 4, 9. Is. 44, 3 -am aquas ... super sitientem. RVFIN. hist. mon. 31 p. 458B in terram (*opp.* haurire. *item* Adamant. 5, 18). VITA Caes. Arel. 2, 17 in quo *vasculo* benedictio ... Christi (*i. aqua vel oleum benedictum*) -sa fuerat. ***γ varios liquores***: CATO agr. 20 columellam ... in miliario ... cuneis ... circumfigi; ... eo plumbum -ere (*exspectes* infundere. *similiter* APIC. exc. Vinid. 16 *et* 17 *pro* -es *emendatur* infundes *ed. V.-G.*). VITR. 10, 16, 7 quod quisque habuisset aquae, stercoris, luti, per eam fenestram ... -ere. COLVM. 12, 48, 4 -sā muriā. PLIN. nat. 2, 132 aceti in advenientem *ventum Typhonem* -si. 29, 50 ovo -so in fictile. 33, 99 *argentum vivum* in pelles ... -itur. 33, 103 *stibi* quidquid innatet, -itur spongeave tollitur. MART. 5, 25, 8 -so permaduisse croco. EDICT. perpet. Vlp. dig. 9, 3, 1 pr. de his qui deiecerint vel -erint (GAIVS dig. 44, 7, 5, 5). VLP. dig. 13, 1, 10 pr. furem ... -isse id quod interceperat. 43, 24, 11 pr. qui in puteum vicini aliquid -erit. ITALA iud. 6, 20 (Lugd.) ius -e (*ἔχεε.* VVLG. funde). VVLG. II reg. 13, 9 quod coxerat, -udit. CHIRON 550 *crocum contritum* ex vino ... -ito (*antea* infunde). HEGES. 1, 43, 6 venenum ... -e. CLAVD. carm. min. 25, 122 balsama ... -ere cadis. AVG. civ. 1, 23 p. 24, 3 D. unguentum pretiosum super membra *Christi* (16, 2 p. 122, 4). ENNOD. dict. 15, 3 p. 470, 3 perniciosus -batur humor (*i. venenum*) in poculum.

δ notabilia: *in libationibus sim.*: VITR. 7, 4, 5 quod poculis et pytismatis -itur. PETRON. 38, 15 plus vini sub mensa -batur quam *eqs.* (74, 1). 65, 11 dimidias potiones super ossucula eius -ere. MART. 9, 61, 16 -so laetior umbra mero. VVLG. gen. 35, 14 -ens oleum. IV reg. 16, 15 sanguinem victimae super illud *altare* -es. Is. 57, 6 ipsis -isti libamen. *al.* *subi. vasa sim.*: COLVM. 6, 23, 1 *stabula* devexa sint, ut umorem -ant (MART. 7, 36, 3 *tegula* quae posset subitos -ere nimbos. PLIN. epist. 5, 6, 11 devexa terra quidquid liquoris accepit nec absorbuit, -it in Tiberim). PETRON. 60, 6 placentae ... coeperunt -ere crocum. PLIN. epist. 4, 30, 6 ampullae sistunt, quod -unt. CORP. VIII 26568 nymfium ... quod aquas ... -n⟨deret⟩.

vasa -ere (*pro ipsis liquoribus*): PLIN. nat. 14, 142 tremulae manus -entes plena vasa. FRONTO p. 196, 9 N. poculum. VVLG. gen. 24, 20 -ens ... hydriam in canalibus. I reg. 10, 1 tulit lenticulam olei, et -udit super caput eius (Matth. 26, 7 alabastrum unguenti pretiosi. ACT. Petr. 14 vasa stercoribus plena). *tropice*: VVLG. apoc. 16, 1 -ite septem phialas irae dei in terram.

b *mediopass.* -i: *i. q. diffundi (refl.? v. supra l. 5)*: OV. met. 1, 344 -so per vulnera ... veneno *telorum.* LVCAN. 2, 215 sanguinis alti vis ... campum ... -sa per omnem. *i. q. effluere, defluere*: FRONTIN. aq. 67 -untur ... *tot* quinariae (72). GAIVS inst. 3, 217 usta rupta fracta scissa collisa -sa vitiata perempta deteriora facta. dig. 13, 6, 18, 4 *si in vasa vitiosa* infusum vinum vel oleum corruptum -sumve est. VLP. dig. 18, 6, 1 pr. *et* 3. VEG. mil. 4, 3, 4 per foramina -sa aqua. VVLG. gen. 30, 38 in canalibus, ubi -batur aqua. Matth. 9, 17 rumpuntur utres, et vinum -itur, *gr. ἐκχεῖται* (Marc. 2, 22 Luc. 5, 37). BACHIAR. *v. p. 226, 69.* *in imaginibus*: HIER. quaest. hebr. in gen. p. 67, 4 quasi aqua, quae vasculo non tenetur, voluptatis -sus es impetu. AVG. conf. 1 3, 3 *de deo*: vasa quae te plena sunt ... etsi frangantur, non -eris. et cum -eris super nos *eqs.* FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 38, 3 ipsum atque idem vas (*sc. cor*) ... -sa iniquitate permaneat.

2 *umores corporis*: **a** sanguinem, cruorem: ***α fere i. q. mittere, sinere ut fluat***: CELS. 2, 10, 17 *sanguis crassus* utiliter -itur. 7, 12, 3A uva *faucium* ... solet ... multum sanguinem -ere. LVCAN. 2, 129 parvum ... sanguinis -udit. SIL. 10, 183 vomit ille calentem sanguinis -ens per hiantia viscera rivum. 10, 246 leo ... -it spumantem ex ore cruorem (PS. AVR. VICT. epit. 42, 6 naribus et ore). TAC. ann. 16, 15 venae quamquam interruptae parum sanguinis -bant. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 270D *culex* moriens plurimum cruoris -udit. *plerumque mediopass.*: OV. met. 6, 253 cum ... anima cruor est -sus in auras. CELS. 5, 26, 21C satis multo sanguine -so (7, 7, 15F CVRT. 4, 15, 17. 6, 1, 4 SCRIB. LARG. 16 PS. AVR. VICT. epit. 36, 2). SEN. Oed. 348 -sus amnis *cruoris.* PS. QVINT. decl. 1, 12 ex omni vulnere cruor profluit et -itur. AMM. 16, 12, 46. 31, 16, 6 VINDIC. gyn. 11 p. 438 g. ***nota***: STAT. Theb. 6, 841 luxuriant artus, -saque (*i. fere suffusa*) sanguine laxo membra (*i. tumentia*) natant (*haud dissimiliter*: MVTIAN. Chrysost. hom. 29, 4 p. 425mcd. cum *corpus* exundans deliciis fuerit factum, ... subintrans humorum redundantia totum dissolvet ... et -it; *gr. διαχεῖ*). QVINT. inst. 11, 3, 78 sanguis *verecundiā* ... -itur in ruborem *faciei* (*sim.* BOETH. categ. 3 p. 247C). ***β suum pro patria sim.***: CIC. Mil. 101 multum pro re publica sanguinem -istis. TIB. 1, 6, 48 *sacerdos* sanguine ... -so spargit ... deam. SEN. epist. 81, 27 STAT. Theb. 1, 446. BACHIAR. repar. laps. 23 sucum tui cruoris -as. *aliter de suicidio*: TAC. ann. 6, 29 Labeo ... per abruptas venas sanguinem -udit. ***nota***: HIER. tract. p. 402, 16 vult libido *iuvenis* -ere sanguinem animae suae (*i. se corrumpere*). ***γ alienum, i. q. necare***: VERG. Aen. 7, 788 -so ... sanguine. OV. ars 1, 650 piari hospitis -so (adfuso *R*) sanguine ... Iovem. SEN. Thy. 44 -sus omnes terras irriget cruor (LVCAN. 4, 354 campis. PORPH. Hor. epod. 7, 20. LVCIF. Athan. 2, 2 p. 149, 10 servorum. moriend. 6 p. 297, 12 DRAC. satisf. 211). ARNOB. nat. 7, 50 p. 284, 12 *belli* plagae, quibus omnis -retur sanguis (*pass.*: LACT. mort. pers. 7, 7 multus [LIB. iubil. 23, 20]. HIER. epist. 21, 35, 1 tantus [VVLG. I par. 22, 8 AVG. civ. 1, 30 p. 47, 25 D. 3, 23 p. 135, 9]). FIRM. err. 27, 8 agni ... venerandus sanguis -itur. HIL. c. Const. 11 -erunt ... Zachariae sanguinem (HEGES. 4, 7, 1 p. 252, 22 civium. VVLG. gen. 9, 6 humanum [*seq. syn.* fundetur]. 37, 22 *Iosephi.* III reg. 2, 5 belli in pace. IV reg. 24, 1 innoxium. psalm. 105, 38 innocentem. thren. 4, 13 iustorum [PASS. Paul. 18 multum]. apoc. 4, 13 sanctorum [*ἐξέχεαν*]. APRING. in apoc. 18, 20 martyrum). HIER. epist. 21, 35, 1 gloriosus sanguis -sus est. 22, 32, 2 (*de colapho anui dato*) tanti (*i. minimi*) criminis reus sanguis -itur *sc. ictu pugni.* 60, 16, 2. VVLG. num. 26, 1 noxiorum. psalm. 78, 10. Matth. 23, 35 iustus (*ἐκχυννόμενον*). Luc. 11, 50 prophetarum (*ἐκκεχυμένον*). AVG. civ. 17, 18 p. 245, 19 D. *Christi.* 20, 15 p. 442, 11 -so illo pretio *sanguinis Christi.* 22, 8 p. 581, 29 INSCR. christ. Diehl 57, 4.

b *i. q. vomere, urinari, semen emittere*: CELS. 1, 3, 11 si ... bilem evomuit ... si pituitam acidam -udit (SEN. dial. 4, 26, 3 bilem in homines collectam in res -ere [*cf. p. 225, 17*]. epist. 53, 3 nausea ... bilem movet nec -it. IVV. 5, 159 per lacrimas -ere bilem. MART. CAP. 2, 138 quae [*sc. libros*] ex ore virgo -erat [*antea* evomeret]. *adiungo*: PLIN. nat. 23, 43 quorum stomachus in vomitiones -itur). 4, 18, 4 quoties ... aliquid aut stomachus aut venter -udit. 4, 26, 1 *fluente alvo* quod intus laesurum erat, utiliter -itur (ARNOB. nat. 2, 16 quod natura ... respuit, per eosdem *ac bestiae* -imus tramites *posticos*). 7, 7, 1B vesica ... -it ... umorem (7, 27, 8 torquentibus ... -sis, *seq.* pura urina. SEN. dial. 2, 13, 2 reliquias et -sa *aegroti*). THEOD. PRISC. log. 37. 38. PLIN. nat. 23, 49 si per somnos genitura -etur. ARNOB. nat. 5, 10 *Iovis* semina frustra ... -sa (LACT. epit. 9, 2 *omisso per euphemismum obiecto*: num in terram Vulcanus -udit [inst. 1, 17, 13 profudisse *libri; cf.* AVG. civ. 18, 12 p. 271, 13 D. Vulcanum ... -isse ... semen in terram]. AVG. civ. 7, 2 p. 274, 23 -so semine [BACHIAR. repar. laps. 17]. VINDIC. med. 2 foras -sum). SVLP. SEV. chron. 1, 11, 1 spermata in terram -ret.

c ***pus, sudorem, venenum sim.***: CELS. 2, 8, 4. 2, 8, 27 *pus* omne -isse (6, 6, 9B -so pure [7, 2, 7. 7, 3, 2]. 8, 9, 16). 3, 7, 2D *per somnum* ingens sudor -itur (PETRON. 101, 2 -sus sudor. *translate*: ANNIAN. Chrysost. hom. 3, 4 noli ... sudores tuos in vacuum -ere; *gr. μηδὲ ὑποτέμνῃ τοὺς ἱδρῶτας. cf. refl.*: CAEL. AVR. acut. 1, 15, 151 cum se plurimi ac per totum corpus sudores -erint). 7, 6, 3 ut -atur, quidquid *umoris* intus coiit *in tubere* (7, 14, 2 umorem ... inciso ... tumore -unt. 7, 15, 2. 7, 21, 2. *cf.* CHIRON 107 flemen -ere, *sc. umorem fleminis*). 7, 19, 8 eximendum ... aut -endum, quidquid est noxium *ex inguine.* SEN. Herc. O. 919 *Hydrae* -so obrutus artūs veneno (TERT. scorp. 1 p. 144, 13 *scorpii spiculum* virus, qua figit, -it. CLAVD. 3, 67 *Allecto* -udit concusso crine venena *serpentium.* LEO M. epist. 109, 1 *in imagine.* PAVL. PETRIC. Mart. 3, 159 *daemon* -ens cassas ... iras *i. venena*). PLIN. nat. 9, 84 -so atramento, quod pro sanguine *sepiis est.* DRAC. Romul. 5, 128 putres -ant ossa medullas. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 275A aquam ex omni parte membrorum ... -udit *puer.*

d *lacrimas, fletus*: CIC. Planc. 101 lacrimas ... plurimas -isti (LVCR. 1, 91. 1, 125 salsas. VERG. Aen. 3, 312. 10, 464 inanis.

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LVCAN. 8, 727 in omne volnus. 9, 1039 non sponte cadentis. PETRON. 18, 1. 105, 11 SIL. 13, 235. 17, 183 TAC. ann. 4, 68 AVG. civ. 1, 6 p. 11, 3 D. CARM. epigr. 403, 1 puero lacrimas -e, viator). VERG. Aen. 6, 686 -sae ... genis lacrimae (EPICED. Drusi 116. LIV. 27, 19, 12 gaudio. VAL. FL. 4, 51 -sisque genas lacrimis rigat. SIL. 9, 257 TAC. hist. 1, 69. PS. QVINT. decl. 9, 7 in pectus meum). SEN. epist. 99, 27 cum aliquid lacrimarum affectus -erit. RVFIN. hist. 5, 2, 6 deo -entes pro ipsis fontes ac flumina lacrimarum. *nota*: VERG. Aen. 2, 651 nos ... -si lacrimis, *cf. l. 12.* VERG. Aen. 2, 271 largos ... -ere fletus. SEN. Tro. 410 -so genas fletu rigatis. VAL. FL. 7, 410 -sis ... fletibus. INSCR. christ. Rossi II p. 292 adn. 2 v. 3 -ant ... fletus. *nota*: SALV. gub. 2, 19 reus fletu -itur (*i. coactus fletum -it; cf. l. 9*).

3 *sucos herbarum*: PLIN. nat. 24, 157 (*dub. interpr.*) *magicae herbae sucum* -sum (-sam *codd.*) in herba. 37, 33 arbores ... cummim. PALLAD. 1, 37, 3 *optima* mella thymi sucus -it.

4 *latices naturales*: **a** *imbrem sim.*: VERG. georg. 2, 352 -sos ... imbres (Aen. 5, 693 LVCAN. 3, 70. AMM. 31, 15, 5 nubibus atris). 4, 312 -sus nubibus imber (LIV. 21, 58, 6. 23, 44, 4 ingentibus procellis. 40, 58, 4 APVL. mund. 10). LIV. 42, 63, 8 tantus repente -sus est imber (FLOR. epit. 2, 6, 45 vis imbrium. PS. AVR. VICT. orig. 14, 2 tantum imbrium). CVRT. 8, 4, 6 imber grandinem incutiens ... -itur. 8, 13, 23 procella ... imbrem -it (APVL. mund. 9 nubes. AVIEN. Arat. 862 nubila. VVLG. Iob 36, 27 *deus.* eccles. 11, 3 nubes). VERG. Aen. 10, 802 -sa ... grandine (PHAEDR. app. 14, 19 vis grandinis; *cf. p. 218, 55.* TAC. ann. 2, 23 nubium globo). OV. fast. 2, 494 -sis decidit imber aquis (3, 286. SEN. nat. 2, 26, 1, *opp.* colligi). LIV. 33, 6, 12 primo nimbus -sus, dein caligo nocti simillima (SEN. nat. 6, 1, 6 nimborum vis. *cf. p. 218, 58 et* VERG. Aen. 5, 317 *cursores* -si nimbo similes). CVRT. 3, 13, 7 procella ... nivem -erat. IVV. 13, 67 lapides, *v. p. 218, 24.* AVSON. 417, 102 -sa ... unda. HIER. in Mal. 3, 7 p. 978 tantas pluvias -undero.

b *flumen, fontes, mare*: *α act.* (*iisdem tribus notionibus, quae sub γ* Ⓘ *discreta sunt*): OV. am. 2, 16, 24 Charybdis fundit et -sas ore receptat aquas. MANIL. 4, 283 et frenare ratem fluctusque -ere (*G L M*, -findere *L*^{2}, *edd. praeter Housman*) rector (*i. 'facit ut effundantur'*). SEN. Phaedr. 957 *Neptune*, -e pontum (LVCAN. 4, 119 *Neptune*, stagna lacusque ... et -e paludes *i. inunda terram.* VVLG. Am. 5, 8 aquas maris). benef. 7, 1, 5 (*de aestu*) quae ratio oceanum -at ac revocet. nat. 3, 12, 3 *aqua elementum* potest aliquid (*i. flumina*) ex se semper -ere. 6, 8, 2 Alpheon (*subi.*) ... -ere ... fontem Arethusam (HIL. trin. 9, 37 rivum fons ... ab origine. AVSON. 4, 3 *Danuvius* fontem *suum*). 6, 25, 2 *Ladonem* terrarum motus -udit. CVRT. 5, 1, 16 fons ingentem bituminis vim -udit. MELA 1, 7 ubi iterum (*sc. in latum*) -udit *mare quod antea Propontis*, Pontus Euxinus *vocatur.* 2, 78 Fossa Mariana partem *Rhodani* ... navigabili alveo -it. SIL. 14, 349 oceanus qua lege -ret aestus. TAC. hist. 5, 19 *Civilis mole diruta* Rhenum ... -udit. PLIN. epist. 10, 61, 3 flumen ... tantum aquae ... -et; *antea syn.* emittit. *omisso obiecto*: PLIN. nat. 3, 121 Padus ... per haec *ostia* -it. IVL. HON. cosmogr. B 8. *cf. l. 44.* *β refl.*: LIV. 38, 18, 8 *Sangarius* in Propontidem sese -it. MANIL. 4, 608 mare ... in laevam se -ens. MELA 2, 62 *Padus* per septem ... ostia. PLIN. nat. 2, 243. 3, 121 *dub.* *γ pass., plerumque pro mediopass.*: Ⓘ *fluvii: de fluviorum ortu*: OV. met. 1, 570 Peneus ab imo -sus Pindo (PLIN. nat. 6, 71 in iugo Caucasi ... adversus solis ortum. TAC. Germ. 1 OROS. hist. 1, 2, 38). SEN. nat. 3, 15, 5 ita ... rivus aut flumen -itur (*sc. ut vena percussa*). CVRT. 6, 4, 4 ex *loco.* *de ostio*: SEN. nat. 3, 26, 2 si ... ventis ostium ... reverberatur, ... amnis ... non -itur. MELA 1, 98 *in Propontidem* Granicus -itur (PLIN. nat. 3, 6. 128 TAC. ann. 2, 6). PLIN. nat. 4, 101 ostia in quae -sus Rhenus *eqs.* TAC. ann. 1, 79 Velinum lacum, qua in Narem -itur. *in latitudinem, super ripas sim.*: CIC. nat. deor. 2, 116 mare ... neque redundat neque -itur (PORPH. Hor. carm. 1, 2, 14 Tiberim redundare solitum ⟨et⟩ -i super ripas. *transl.*: QVINT. inst. 10, 1, 62 *Stesichorus* redundat atque -itur). VERG. georg. 4, 288 -so stagnantem flumine Nilum. OV. am. 3, 6, 19 ripis -sĕ capacibus amnis. LIV. 1, 4, 4 super ripas Tiberis -sus (4, 49, 2. PORPH. *l. 63*). 24, 10, 7 stagnum -sum Mincio amni. SIL. 12, 185 *in imagine, v. p. 221, 30.* PROB. Verg. georg. 3, 151 Tanagrus torrens ... cum pluviae sint, -sior est. SERV. Aen. 1, 246 proruptum id est -sum fluens. Ⓘⓘ *mare in aliquam regionem* (*hinc pendet usus sub B 1 a η p. 219, 9 allatus*): HOR. epist. 1, 11, 26 -si late maris. MANIL. 2, 225 -so gaudentes aequore Pisces (*sic de mari accipit Housman ad l.; sed vide, ne poeta alluserit ad aequor i. aquam -sam ex amphora Aquarii, Piscium in zodiaco vicini*). 4, 608 *refl. v. l. 51.* VELL. 2, 43, 1 -sissimum (*i. latissimum*) Adriatici maris ... sinum. MELA 1, 32 -si olim usque *eo* ... pelagi. 3, 1 *pelagus* in omnia litora. PLIN. nat. 16, 2 vasto ibi meatu ... -sus in immensum agitur oceanus. VAL. FL. 4, 714 -sis ... undis. PRISC. periheg. 89 Sicaniae gurges ... procul -sus. *aliter*: CVRT. 6, 4, 19 mare *Caspium* ... eodem impetu quo -sum est relabens.

B ***res corporeas*: 1** *multitudinem quandam*: **a** *proprie*: *α generatim: varias res (grandinem, nivem v. s. A 4 a supra l. 25. 30), plerumque fere i. q. abicere, humi sternere, dissipare*: CIC. leg. agr. 2, 89 -sis ac dissipatis fructibus. div. 1, 69 ex horreis direptum -sumque frumentum (VLP. dig. 9, 2, 27, 19 in flumen. VVLG. gen. 42, 35). VARRO rust. 3, 13, 1 cum ... apris -retur gla(n)s, capr⟨e⟩is vicia. HOR. carm. 4, 7, 11 pomifer autumnus fruges (*cf. p. 222, 43 sqq.*). OV. met. 15, 45 *urna* -udit ... versa lapillos *i. sortes* (VOPISC. Prob. 8, 6). LIV. 23, 12, 1 -i in vestibulo ... anulos aureos. SEN. contr. 7, 3, 1 venenum *tritum* ... -udit (7, 3, 8 mortem meam. PS. QVINT. decl. 17 argum. medicamentum. *fluidum venenum v. p. 215, 52. 55*). VAL. MAX. 3, 7 ext. 6 *v. p. 224, 47.* SEN. Med. 677 totas opes -it (*i. venena promit*). dial. 7, 11, 3 munera, *v. p. 219, 52.* nat. 2, 31, 1 Aetna ... ingentem vim harenae urentis -udit (APVL. mund. 34 *ex Aetna* -sis crateribus. *inde* AVG. civ. 4, 2). epist. 81, 8 *in lusu verborum: stultus* id quod referendum est (*sc. gratia*) -it atque abicit. LVCAN. 7, 875 tumuli ... -udere suas ... urnas. 9, 491 *ventus* saxa ... -udit procul. PETRON. 49, 10 (*mediopass.?*) ex plagis ... tomacula -sa sunt. 71, 9 nummos ... de sacculo ... -entem (VVLG. IV reg. 12, 10 -bant ... pecuniam. II par. 24, 11. *aliter* Ioh. 2, 15 nummulariorum -udit aes; *gr.* ἐξέχεεν). 135, 5 partem *fabarum* ... super mensam -udit. 136, 7 passim ... -sam ... fabam. PLIN. nat. 8, 14 stipes *ab elephante* ... in sinum *feminae* -sae. 22, 145 per cribrum -so furfure *lentium.* SIL. 2, 131 -si versa calami fluxere pharetra. 2, 387 bellum se gestare sinu ... profatus ... ceu ... acies gremioque -ret arma, ... (389) laxos -it amictus (*cf. l. 33.* FLOR. epit. 2, 6, 7 quasi ... sinu bellum ferret, -udit. *similiter de verbis p. 224, 47*). IVV. 8, 205 *retiarius* retia dextrā nequiquam -udit (*cf. etiam l. 37*). 13, 67 tamquam lapides -erit imber. TAC. hist. 4, 30 *machinamento* singuli ... sublime rapto ... in castra -bantur. PS. TERT. haer. 2 p. 218, 20 (*mediopass.*) semen malitiae ... -retur et ... orbem ... occuparet. NEMES. ecl. 4, 64 cineres ... -udit in amnem (VVLG. lev. 4, 12 III reg. 13, 3). LAMPR. Heliog. 23, 3 serpentes. CET. FAV. p. 294, 25 *arena de vestimento* -sa (*Vitr.* excussa). VVLG. Ezech. 10, 2 *prunos ignis* -e super civitatem. Sirach 43, 21 gelu (*i. pruinam*) -et super terram. *tropice vasa, i. q. evacuare*: HOR. sat. 2, 3, 149 -i saccos nummorum (COMM. instr. 1, 9, 5 sacculum). SIL. 2, 389 amictus, *v. l. 22.* *singulariter i. q. -endo coacervare*: PAVL. NOL. carm. 21, 614 *bestiae* solent terram rostris fodere ... et foveas circum (*i. circum foveas*) cumulos -ere nigros. *de vento vela inflante*: TIB. 1, 3, 38 -sum ventis ... sinum. *paulo aliter* 1, 6, 40 et fluit (effluit *codd.*) -so cui toga laxa sinu. *cf. l. 22 et 24.* *unice*: PERS. 1, 65 ut per lēve severos -at (*i. sinat labi*) iunctura *marmoris exaequati* ungues (*sc. ne offendant*).

β praegnanter rem unam ita -ere, ut in partes varias diffracta corruat, i. q. evertere, spec. currum, muros, mensam: VERG. Aen. 7, 780 equi ... currum ... -udere, *v. p. 222, 59* (PLIN. nat. 8, 160 *equi* -entes, *sc. aemulorum currus.* SIL. 16, 360 Pelorus *nunquam* ... -sum sinuabat devius axem). LVCAN. 1, 383 in planum -ere (*i. subruere*) muros (*sim.* STAT. Theb. 3, 250 sŏlo ... turres. *mediopass.* TAC. ann. 4, 62 *moles amphitheatri* in exteriora -itur. *cf.* DICT. 3, 10 -si ruinae modo barbari). ITALA psalm. 40, 4 (Cas.) omnem stratum eius -isti (ἔστρεψας). Luc. 19, 45 (cod. e) mensas nummulariorum -bat.

γ tela, i. q. mittere spissa: VERG. Aen. 9, 508 telorum -ere contra omne genus (AMM. 20, 11, 8. *ad Vergili versum pertinet* GLOSS.^{L} I Ansil. EF 181—182 -ere: emittere aut spargere). LIV. 2, 65, 4 -sis ... missilibus telis (LVCAN. 3, 285. SIL. 14, 378. 441 certa -ere tela). 27, 18, 11 telorum ... vis ingens -sa in eos est (CVRT. 8, 10, 31 e *machinis.* SIL. 15, 764). 28, 37, 7 tanta vis lapidum ... grandinis modo (*cf. p. 217, 25*) in ... classem -sa est. SEN. Phaedr. 284 spargit -sas ... sagittas (SIL. 16, 481 ocius -sis nervo exturbante sagittis). SIL. 1, 335 -it ... ballista molaris. 9, 312 nimbus (*cf. p. 217, 28*) telorum ... -sus (PANEG. 12 [2], 35, 4 iaculorum sagittarumque). 16, 578 hastas ... -unt. VVLG. psalm. 34, 3 -e frameam. *cf.* ITALA Ezech. 12, 14 (Weing.) gladium -am post eos (φομφαίαν ἐκκενώσω; VVLG. gladium evaginabo).

δ currus sive equos (leones l. 68, naves? l. 70) e carceribus emittere (e carcere *etiam p. 220, 1; de cursoribus p. 217, 29*): ENN. ann. 513 irarum -e quadrigas. VERG. georg. 1, 512 *refl.*: cum carceribus sese -udere quadrigae. 3, 104 ruunt ... -si carcere currus (Aen. 5, 145. *cf.* CAPER gramm. VII 104, 20). VAL. FL. 7, 553 -sis ... tauris. *addatur*: STAT. Theb. 9, 742 *leo* adultus (*sc. ex specu*) -sus apertos ... amat campos. *fort. huc etiam* SIL. 3, 174 iam maria -sas cernes turbare carinas (*nisi potius i. q. 'sparsas' sc. per mare, v. sub ζ, p. 219, 7*). *respicitur potius celeritas*: LIV. 25, 41, 2 decem -sis equis (SIDON. epist. 3, 12, 2 me ... equo -so ... proripiens). MANIL. 3, 372 *Sol simul* dabit in pronum laxas -sus habenas (*coniunge*: in pronum -sus). CVRT. 4, 15, 3 falcatos currus ... in hostem -udit. LAVS Pis. 54 -sos in gyrum ... cursus *equi.* LACT. Phoen. 51 *de curru Phoebi*: equos in aperta -udit. *addatur* PROP. 4, 4, 18 -sis ... rotis (*melius sub 2 d β p. 221, 48 subiungitur*).

ε habenas i. laxare: VERG. Aen. 5, 818 manibus ... omnīs -it habenas *equorum currulium.* 12, 499 irarum. SEN. Phaedr. 450 *de libidinibus.* SIL. 8, 280 cum carcere rupto auriga indocilis totas -udit habenas (*sc. e manibus?*). IVV. 14, 230 totas -it habenas curriculo. STAT. Theb. 9, 182 sive gradus (*sc. ut pedĕs, cf. p. 221, 49*) seu frena (*ut eques*) -ret. *part.* -sae habenae: PANEG. in Mess. 92 -sas tardo *equo* permittere h. LIV. 37, 20, 10 quam potest -sissimis h.

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VAL. MAX. 4, 6 ext. 2 caritatis. CVRT. 7, 7, 35. 7, 9, 13. 8, 14, 6 *de aurigae equis.* SIL. 1, 161. 7, 696 -să largus habenă. 10, 261. 12, 223 -sis ... frenis. FRONTIN. strat. 2, 5, 31.

ζ *part.* -sus *i. q. sparsus*: LVCAN. 7, 305 -sa ... membra. 10, 116 (*de strato pavimento*) tota ... -sus in aula ... onyx. ANTH. 466, 5 *stellarum* signa -sa per orbem. COD. Iust. 7, 6, 1, 1[c] per totum textum -sas ... *sui nominis* litteras supponentes. SIL. 3, 174 *v. p. 218, 69.*

η campos, terram, muros sim. fere i. q. dilatare (plerumque pass.; refl. l. 13. 17 bis); hoc sensu primitus de mari adhibetur, v. p. 217, 70: VERG. Aen. 12, 204 non si tellurem -at in undas diluvio miscens *vis divina.* MELA 2, 38 Peloponnesos ... tenui tramite in latus -itur (in latum *aptius videtur, cf. refl.* 1, 9 *Asia* ibi se in latitudinem -it; *at* AVIEN. orb. terr. 1046 quattuor ... in latera -sa⟨m⟩ *Asiam*). LVCAN. 8, 369 -sa ... plano ... arva solo. SIL. 3, 241 proxima Sidoniis Vtica est -sa maniplis. STAT. Theb. 1, 200 -să sub omni terră atque undă die. AVIEN. orb. terr. 483 se ... glaeba Ausonis -it (*sim.* 1228). *part.* -sus *fere pro adi. i. q. vastus, amplus*: VAL. MAX. 8, 7 ext. 3 ripas ... campos, -sam barbariam ... Aegyptiorum. VELL. 2, 43, 1 *v. p. 217, 75.* SEN. contr. 1, 6, 4 -sa moenia *Romae.* LVCAN. 1, 605 -sam ... urbem *Romam.* 4, 19 explicat hic tellus campos -sa patentis. 6, 270 *campus.* STAT. silv. 4, 2, 23 *aula.* PLIN. epist. 2, 17, 11 cella frigidaria spatiosa et -sa. CALP. decl. 2 -siora corpora. AVIEN. Arat. 804 -si ... gurgitis. AMM. 24, 8, 2 *planities.* AVIAN. fab. 41, 3 per -sas ... terras. MART. CAP. 8, 853 latitudinem orbis -si, *sc. itineris planetae Saturni.* PRISC. gramm. III 418, 21 ab angusto in -sum licentiae spatium.

ϑ *usu speciali: i. q. onera imposita sui liberandi causa abicere, humi prosternere*: equus equitem -it *v. p. 222, 61 sqq. praeterea*: SEN. dial. 5, 6, 6 quae alienis in nos manibus imposita aegre sustinemus, victi in proxumo -imus. epist. 81, 8 *v. p. 218, 11.* 117, 25 *in imagine*: qua ratione hoc secretarum cupiditatium pondus -am. IVV. 10, 78 -udit curas (*cf. Slater, Class. Review 34, 1920, 33*).

ι terra herbas -it *sim. v. p. 222, 42 sqq.*

b *translate: opes, patrimonium, pecuniam publicam sim.* (*proprie* nummos *p. 218, 15*): α *i. q. consumere, dissipare, prodigere*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 415, 5 B. adversis rebus, ... adflictis, -sis, attritis, perditis, insumptis (*cf. l. 58*). TER. Ad. 991 -ite, emite (SCHOL. *ad l.* p. 162, 13 prodigē [*v. l. 53*] expendite. *item sine obi.*: CIC. Phil. 2, 50 LACT. inst. 6, 17, 18 mort. pers. 37, 5 PANEG. 12 [2], 26, 3 BOETH. cons. 2, 5, 8). CIC. S. Rosc. 6 id (*sc. patrimonium*) per luxuriam -ere atque consumere. Cael. 42 patrimonium (Phil. 3, 3 *opp.* in rei publicae salute collocavit. off. 2, 54. ASCON. in Mil. p. 30, 21 St. tria. LACT. inst. 6, 11, 21 AVG. epist. 91, 5. COD. Theod. 9, 43, 1, 2 *syn.* corrumpere. COD. Iust. 3, 29, 2 in filium). 68 sumptūs -si cum probro. leg. agr. 1, 15 -amus aerarium (Tusc. 3, 48). Pis. 48 -să ... praedă. Phil. 1, 17 *pecunia publica* sit -sa (6, 3 dissipata atque -sa). 2, 50. 2, 66 tam multa. 11, 13 sua *bona.* Att. 2, 9, 2 omnia remedia rei publicae. MANIL. 4, 11 censum *i. divitias.* SEN. contr. 1, 1, 1 (*ex verbis Latronis*) quidquid ... immodesta largitione -udimus. 2, 7, 1 tantum in istam ... amator. 10, 1, 7 totam regiam suam. SEN. dial. 7, 11, 3 in quos fortuna omnia munera sua -udit. 10, 10, 4 multa ... prodige. benef. 1, 2, 1 beneficia ... *non* in vulgum -enda sunt. PLIN. nat. 7, 94 opes (QVINT. decl. 260 p. 63, 12 splendidas). TAC. ann. 14, 31 omnis fortunas. hist. 1, 20 *tot* sestertium. PAVL. dig. 22, 3, 25 pr. pecunias ... indebitas (HIER. c. Vigil. 13 ARNOB. ad Greg. 12). IVST. 6, 9, 3 in dies festos ... reditus publicos. AMM. 14, 11, 1 -endis rebus ... incumberet (*cf. l. 38*). HEGES. 4, 7 p. 252, 6 male parta nequius dissipant, deterius -unt. 5, 29 virtutis viaticum. HIER. epist. 58, 7, 1 Christi substantiam. AVG. serm. ed. Mai 25, 3 omnia. *nota*: PETRON. serm. 1, 9 Revue bénéd. 14 p. 4 convivia paene largiora -ere. *refl.*: SEN. dial. 9, 9, 6 hoc (*i. huc*) se (te *trad.*) impensae quam in ... pictas ... tabulas -erint. HEGES. 1, 44, 8 cui tantum bonorum se -erat.

β *part. pro adi.* -sus *i. q. largus, prodigiosus: de sumptibus sim.*: NEP. Att. 6, 2 tam -sis (-si *A*) ambitūs largitionibus (ASCON. Mil. p. 30, 20 St. FLOR. epit. 3, 12, 10). LIV. 40, 44, 12 -sos sumptus factos in ludos. ASCON. Scaur. p. 23, 28 St. aedilitatis -sae (-sa *codd.*) memoria. QVINT. inst. 3, 8, 58 in verbis -siorem, ut ipsi vocant, cultum. GELL. 6, 11, 7 luxum vitae ... prodigum -sumque. *de hominibus ipsis*: CIC. Cael. 13 quis in largitione -sior? SEN. contr. 9, 3, 2 quam -sa esset indulgentia *illorum.* VELL. 2, 41, 1 *Caesar* munificentia -sissimus (CAPITOL. Opil. 13, 5 in cena; *opp.* parcissimus). QVINT. inst. 2, 2, 6 in laudandis discipulorum dictionibus nec malignus nec -sus. 2, 12, 4 -sus *in bonam partem* pro copioso accipitur. AMM. 17, 6, 2 ignavus, sed verbis -sior. 31, 10, 3 ut erat in loquendo -sior. HEGES. 1, 30, 1 benevolentiă ... -sior. SCHOL. Hor. carm. 4, 1, 19 -siorem ad amoris expensas. DON. Ter. Ad. 985 non largi ⟨et⟩ liberales, sed -si prodigique redduntur. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 2 ne sic sit misericors *vita sanctorum* (*sc. erga pauperes*), ut -sa sit.

2 *multitudinem hominum* (*animalium p. 220, 16 sq.; de singulis hominibus v. sub 3 b β, de bestiis sub 1 a δ*): α *act. i. q. emittere* (*pass. verum p. 220, 3, fort. p. 220, 55*): CIC. Sest. 95 carcerem totum

in forum -udit (Pis. 16 in mę). har. resp. 34 indices ... e carcere (*cf. p. 218, 64*). Planc. 40 -as repente, *sc. iudices.* VERG. Aen. 7, 522 Ascanio auxilium castris -it (LIV. 30, 32, 3 *pass.* supremo auxilio -so). LIV. 30, 11, 8 equitatum certaminis studium -udit. 38, 17, 7 impetum *v. p. 224, 79.* SEN. suas. 2, 7 quantas gentes in orbem nostrum Oriens -erit. SEN. dial. 11, 7, 2 Miletus ... *tot* urbium populum in diversa -udit (*sim.* AVSON. 296, 7 *Tolosa* ex se ... urbes). CVRT. 4, 15, 3 *dux* currus ... in hostem *v. p. 218, 74.* MELA 1, 60 *de centum aulis Thebarum*: armatorum milia. LVCAN. 6, 292 acies ... in hostem. 7, 714 *Larisa* -udit totas per moenia vires. 8, 309 -am populos. PETRON. 89 v. 57 Danai relaxant claustra et -unt viros. VAL. FL. 6, 120 hastatas -udit Hiberia turmas. SIL. 2, 151 agmen (12, 576 agmina. *cf. p. 221, 11. 38*). 7, 238 una reclusis omnes iam portis in campum -erit hora, *sc. milites.* TAC. hist. 2, 23 gladiatores in *locum.* ann. 6, 33 Hiberi ... Sarmatam in Armenios raptim -unt. PANEG. 12 (2), 33, 4 hos ... Caucasus ... -erat. *adiungo*: IVV. 4, 43 *rhombos* Maeotica -it ... ad ostia Ponti. PS. QVINT. decl. 13, 4 solis tepor ... *apium* agmen -erat.

b *refl.* se -ere (*nota* se -urus *l. 24. 27. 28. 32, ubi forma passiva deficit*): CIC. ad Brut. 1, 3, 2 civitas tota ad te se ... -bat. CAES. Gall. 5, 19, 2 cum equitatus ... praedandi causa se in agros -ret (β; eiecerat α). civ. 2, 7, 3 omnis sese multitudo ad cognoscendum -udit. LIV. 7, 33, 18 quo se omnis Campanorum multitudo gratulabunda -udit. 26, 5, 5 portis omnibus sese -rent. 26, 10, 7 ut, nisi *eqs.*, -sura se omnis pavida multitudo fuerit. 26, 19, 12. 28, 15, 9 in fugam sese omnes -erunt (AMM. 17, 12, 4 semet). 29, 34, 8. 33, 12, 10 gentes feras ... in Macedoniam se ... -suras (*cf.* 40, 17, 8 in quam regionem Italiae -sura se multitudo esset. VELL. 1, 4, 3 vis Graecae iuventutis ... in Asiam se -udit. 2, 110, 4 SVET. Iul. 44, 3 IVST. 24, 6, 1. 29, 3, 2. AVSON. 294, 6 centum ... in urbes). LIV. 33, 14, 12 quam in partem hostes -rent sese. 34, 8, 1 maior frequentia mulierum ... sese in publicum -udit. 35, 39, 5 eo. VAL. MAX. 7, 6, 6 -surus se in nostras provincias ... Phraates (AMM. 26, 8, 14 Procopius. HEGES. 4, 29, 2 *Antonius. aliter p. 222, 77*). VELL. 2, 112, 4 pars quae obviam se -erat exercitui. SIL. 10, 626 omne -it longo ... se agmine vulgus. FRONTIN. strat. 1, 4, 9[a]. SVET. Cal. 4 sexum aetatem ordinem omnem ... -isse se. PS. QVINT. decl. 12, 21 se in obsidionem ... populus -et. PANEG. 5 (8), 19, 1 obvius sese ... triumphus -udit. 8 (5), 8, 1. HEGES. 5, 46 p. 400, 5 Vespasianus ... potuit ... in imparatos se -ere.

c *mediopass.* -i *eodem fere sensu quo* se -ere; *saepius fere i. q. magno numero prodire*: CIC. Deiot. 11 consules ex Italia profugisse, ... cunctum senatum, totam Italiam esse -sam. SALL. Iug. 69, 2 volgum -sum oppido. VERG. Aen. 7, 812 (*unde* AVSON. 353, 6) tectis agrisque -sa iuventus (CARM. epigr. 271, 13 incola quo plebes tectis -itur). 12, 131 (*unde* AVSON. 356, 1) -sae matres (LIV. 26, 9, 7 matronae in publicum). LIV. 1, 14, 8 plenis repente portis -si hostes (24, 1, 3. 29, 34, 12 portā. 38, 6, 3 omnibus portis ad opem ferendam -untur [38, 16, 6 -sus repente ... equitatus. 43, 22, 2]. AMM. 20, 11, 16. 21, 12, 19 reclusis). LIV. 5, 23, 4 omnibus ordinibus obviam -sis *in adventu dictatoris* (*similia*: 7, 36, 7. 28, 9, 5 omni multitudine o. -sa [45, 26, 3 cum infulis. 45, 35, 3]. 29, 14, 13 omni ... civitate [31, 14, 12. 37, 37, 1 VELL. 2, 45, 5. TAC. ann. 16, 24 ad ... spectandum ... regem]. 36, 6, 3 IVST. 32, 1, 7. *aliter*: 37, 34, 6 -so o. equitatu. 44, 46, 11 -sa omnis o. turba). LIV. 5, 40, 5 plebis turba ... ex urbe -sa. 6, 24, 11 in veram fugam -si (27, 1, 12. 28, 13, 9 -untur. 32, 12, 5. 33, 18, 18 praecipitem. 35, 5, 12 passim -bantur. *al.* CVRT. 4, 15, 29 *al.*). 7, 26, 7 legionibus utrimque -sis (AMM. 14, 2, 10). 21, 52, 10 *castra*, unde multitudine -sa (38, 20, 3 equites ... -si e castris. 39, 31, 1 castris. 40, 31, 4 omnis equitatus -itur castris). 24, 40, 14 eodem et alia turba -sa est. 27, 33, 1 Dardanos in Macedoniam -sos (44, 26, 2 Gallorum -sorum per Illyricum. SEN. suas. 5, 2 quantumcumque Oriens valuit, ... in Graeciam ... -sum est *sub Xerxe.* 5, 6 *de Xerxe.* VELL. 2, 12, 2 -sa ... immanis vis Germanarum gentium. LVCAN. 2, 535 Gallica ... rabies -itur [perf- *MB*] *per* Alpes). LIV. 27, 45, 7 virorum mulierumque undique ex agris -sorum. 30, 5, 8 ad restinguendum incendium -si. 30, 13, 1 omnis velut ad spectaculum triumphi multitudo -sa est (39, 49, 8 omnes ... -untur. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 -sam ad officium et sp. eius *Dionysii* turbam. HIER. epist. 1, 7, 1. *cf.* PS. QVINT. decl. 6, 3 totus in sp. populus -sus est. PLIN. nat. 8, 145 ad spectandam ... *canis* fidem. APVL. met. 7, 13 ad votivum conspectum). 30, 25, 7 multitudo a castris in litora -sa. 30, 45, 2 -sis ... urbibus. 37, 16, 10 iam omnis multitudo -batur. SEN. dial. 6, 3, 1 -sis in officium lugubre municipiis coloniisque. PLIN. nat. 9, 36 *testudines ibi* ultro ... veniunt -sa multitudine. VAL. FL. 3, 267 -si ... ad litora vulgus. SIL. 3, 543 -sa ... antris ... manus. STAT. Theb. 3, 115 parentes moenibus -si. 12, 471 omnis ... -sa penatibus aetas (AMM. 22, 2, 4 quo ... comperto -batur aetas omnis et sexus). FRONTIN. strat. 2, 5, 21 Hannibal ... in tergum Romanorum -sus. 2, 5, 31 *milites* in palantes -untur. 3, 2, 5. TAC. hist. 1, 72 populus in circum ac theatra -si. 2, 88. 4, 62 procurrentes ... et undique -si (ann. 2, 11. 4, 25). ann. 1, 23 *cum* ad quaerendum corpus -rentur. 15, 23 omni senatu ... Antium -so. APVL. met. 3, 2 civitas omnis in publicum -sa (PANEG. 12 [2], 37, 4). IVST. 5, 4, 9 DICT. 3, 10 *v. p. 218, 47.* HEGES. 4, 9, 3 in populum -rentur.

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

d *part.* -sus *pertinens ad* se -ere *et ad* -i, *i. q. late dispersus sim., saepe etiam pro adi. vigente notione motus celeris i. q. rapidus; praecipue in re militari:* *α homines:* CIC. Sest. 42 -sam illam ac superatam Catilinae ... manum. SALL. Iug. 55, 4 -so exercitu praedari (LIV. 9, 31, 6. 36, 31, 5. 38, 45, 5 si Gallorum exercitus -si vagarentur. *sim. in praedando:* 2, 11, 4 multos simul et -sos adoriendi. 22, 57, 3 -sos passim ad praedandum ... equites. 22, 12, 9 -sis hostium populatoribus [*cf. infra l. 35*]. 22, 31, 3. 26, 39, 22 vage -sos per agros palatosque. 31, 26, 3. 31, 36, 8. 42, 55, 5 vagari Macedonas -sos per Thessaliam. TAC. ann. 12, 31). Iug. 87, 4 -sos hostes *sc. in itinere* (*sim.* LIV. 21, 25, 8 -sum agmen ... ducit. *cf. p. 220, 12. 18 et l. 38*). 98, 5 -si consedere *hostes* (*sim.* VVLG. iud. 15, 9 ubi eorum -sus est exercitus). hist. frg. 5, 2 patentis et pacis modo -sas (*sc. urbes?* TAC. hist. 4, 15 vagos et p. m. -sos lixas). VERG. Aen. 6, 305 turba ad ripas -sa ruebat (LIV. 24, 16, 16. SEN. Ag. 253 circa [*ad* -si ruunt: *cf.* LIV. 9, 41, 16 SIL. 12, 185]). LIV. 1, 12, 8 -sos egerat Romanos, *sc. fugientes* (*sim.* 4, 29, 2 -sos ... persecutus. 4, 33, 10 Tiberim -si petunt. 10, 19, 19. 25, 39, 11. 26, 44, 4. 28, 16, 3 fugientium modo -si. 30, 18, 12. 37, 20, 14. 39, 2, 3 -si ... fugerunt. SIL. 12, 416. DICT. 2, 43 palantes -sique). LIV. 2, 30, 11 -si et contemptim pugnam iniere (*sim. in pugna:* 6, 12, 9. 27, 41, 9 *antea syn.* palati. 28, 13, 6. 28, 36, 8. 31, 26, 3. 31, 37, 4 conferti praeparatique in dispersos et -sos pugnantes. 35, 29, 5 in hostes inordinatos -sos). 38, 48, 5. 40, 33, 4 per neglegentiam -si ... accesserunt. 43, 10, 4 incompositi, longo agmine -si, infrequentes. MELA 1, 11 Indi et Scythae ... late patentes neque in hoc tantum pelagus -si (FLOR. epit. 2, 5, 1 Illyrii ... per totum ... maris litus -si. OROS. hist. 7, 33, 6 -sas Maurorum gentes). SEN. nat. 4, 2, 6 *in navigiis per angustias Nili* toto flumine -si. LVCAN. 4, 743 -sam ... aciem *i. diductam* (6, 72 militem). SIL. 12, 185 -saeque ruunt inopino flumine turmae, ... ut ... exundat ... amnis. STAT. Theb. 2, 75 -si passim per tecta, per agros (PS. QVINT. decl. 12, 7 per ... campos. 12, 16 per gradus templorum). FRONTIN. strat. 2, 3, 22 -sum ... equitatum. 2, 5, 1 -sos et incautos. TAC. hist. 3, 17 temere -sos. 4, 78 FLOR. epit. 4, 2, 48 PRVD. psych. 178.

β inde cum substantivis abstractis: -sa populatio (*cf. supra l. 8*): LIV. 10, 2, 9. 23, 40, 8. 31, 41, 7. 32, 31, 1. *sim.* 42, 65, 5 revocato ab -sa caede equite. PS. RVFIN. in Os. 11, 8 p. 1018^{C} internecione. -so agmine (*cf. supra l. 11*): LIV. 2, 59, 8 evasere. 5, 44, 3 adventat. 10, 14, 5 populabundus ... incedit. 37, 34, 2 ituros. 42, 65, 2. 44, 39, 8 abeuntis. -sā fugā (*cf. supra l. 17*): LIV. 1, 27, 10. 7, 27, 7. 21, 46, 9. 38, 2, 10 *opp.* itineris ordinati. *al. cf.* 3, 5, 10 fuga -sior Aequorum ... fuit. -so cursu: LIV. 1, 37, 4 montes ... petebant. 2, 65, 6 paene agmine uno fugientes. 6, 24, 4. 22, 15, 10 perfugerunt. 34, 15, 3 -so per agros cursu. *al.* CVRT. 5, 13, 12 FRONTIN. strat. 2, 5, 38 PLIN. epist. 6, 20, 11 AMM. 19, 11, 11. 29, 6, 7. *non in fuga:* LIV. 2, 50, 6. 9, 41, 17 CVRT. 5, 13, 12 PANEG. 7 (6), 18, 6. *transl.* SEN. contr. 7 praef. 2 dicebat ... citato et -so cursu. *v. et p. 218, 75. addo:* PROP. 4, 4, 18 -sis ... rotis (*cf. p. 218, 76*). LVCAN. 4, 271 -so ... decurrere passu (*cf.* gradum -ere *p. 218, 82*). PS. RVFIN. in Am. 9, 9 non -sa pernicitate grassabitur.

3 *hominis corpus eiusque partes* (*animalium l. 66 sqq. 69*; ramos *l. 66*; herbas *p. 222, 43*): **a** *corpus, membra, viscera:* *α de corpore prostrato:* LVCR. 3, 113 -sum ... iacet corpus *dormientis* (VVLG. Soph. 1, 17 *-entur* corpora eorum sicut stercora. VEN. FORT. vita Hil. 12, 43 *mortui* corpus -udit *sc. ad pedes Hilarii. acc. gr.:* SEN. Ag. 786 *Cassandra* corpus -sa *i. prostrata. aliter:* LVCAN. 8, 737 *arca* corpus ... -at in ignes). CELS. 7, 7, 4^{A} in gremium *medici* ... caput resupinus -at (*cf.* STAT. Theb. 4, 433 -sam pharetrā cervicem). SIL. 1, 308 *interfectus* concidit ... -sis ... membris *i. prostratus* (*aliter p. 219, 4*). STAT. silv. 5, 1, 111 -so dum pectore prona ... volveris (*cf. Vollmer ad l.*).

β de membris extensis: MANIL. 1, 335 *Ophiuchus* -sis per ... *Serpentis* volumina palmis (LVCAN. 4, 176 in amplexus -sas tendere palmas. VAL. FL. 4, 375 -sis ... lacertis. *acc. gr.:* VAL. FL. 1, 762 -sa manūs ... coniunx. *sim.* LVCAN. 1, 140 quercus ... nudos ... per aëra ramos -ens). LVCAN. 4, 727 serpentis in auras -sae (9, 653 retrorsus -si ... Gorgonos angues [*cf. γ, l. 73 sqq.*]. *acc. gr.:* AVIEN. Arat. 142 *draconem* artūs longius -sum. 239 Scorpios in geminas -sus viscera partis). PLIN. nat. 9, 102 margine *conchae* ... foris -so, intus replicato. *audacius:* MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 4 p. 340, 43 rides et -is faciem tuam (*διαχεῖς*). *cf. refl.:* PALLAD. 3, 26 1 *scrofis* magnus se venter -at.

γ crines -ere i. q. spargere: CATVLL. 64, 391 Thyiadas -sis .. crinibus (*sic nudus abl. qual. etiam* LVCAN. 7, 370 IVV. 6, 164. *praeterea:* SEN. Herc. f. 472 Bacchus -sos ... *spargit* crines [Oed. 416]. LVCAN. 1, 188 canos -ens vertice crines [*cf.* VVLG. Os. 7, 9]. 1, 443 per colla decore crinibus -sis [SIL. 13, 780]. VAL. FL. 2, 42 *Cometarum. cf. sg.:* SEN. nat. 1, 17, 7 *crinem* -ere olim mos viris fuit. SIL. 1, 93 crine -so. APVL. met. 2, 16 in -sum [*i. ita ut -sus sit*] laxa crinem). VERG. georg. 3, 92 iubam cervice -it equina (OV. am. 3, 4, 16 in -sa ... iuba. SIL. 5, 134 triplex crista iubas -it. 16, 442). TIB. 1, 8, 8 soror ... -sis ... comis (OV. am. 1, 9, 38 epist. 7, 70 ars 3, 784 fast. 1, 405. 6, 514 Thyiades -sis per sua colla comis. LVCAN. 2, 335 AVIEN. orb. terr. 1129. *cf. sg.:* PROP. 2, 13, 56 -sā ... comā *Venus.*

SEN. Oed. 403 -sam redimite comam). OV. am. 1, 7, 39 -so ... capillo (SEN. epist. 124, 22 cum *capillum* ... -uderis more Parthorum; *opp.* vinxeris. PS. AVR. VICT. epit. 9, 18 *regi Persarum sicut cometae* capillus -sior. *cf. plur.:* OV. epist. 15, 121 -sis ... capillis. MANIL. 5, 557. LACT. opif. 7, 10; *sim.* 7, 9. *adde* QVEROL. p. 39, 26 puellae -sa capillorum ... volumina). SEN. Thy. 227 per omne corpus -so coma *arietis* dependet auro. *acc. gr.:* VERG. georg. 4, 337 nymphae ... caesariem -sae ... per ... colla. Aen. 4, 509 crinīs -sa sacerdos. OV. met. 13, 688 -sae ... comas (LVCAN. 9, 172 solutas in voltus). *refl.* PETRON. 126, 15 crines ... per totos se umeros -erant.

δ de visceribus vulneratorum: VELL. 2, 7, 2 -so ... cerebro exspiravit. VAL. FL. 6, 555 -sa ... viscera gestat. QVINT. decl. 314 p. 237, 6 ostendebat -sa vitalia *i. inguina.* PS. QVINT. decl. 12, 9 -sa praecordia. VVLG. II reg. 20, 10 -udit intestina eius in terram. Iob 16, 14. thren. 2, 11 -sum est in terra iecur meum. I Macc. 7, 17 carnes sanctorum ... -erunt. THEOD. PRISC. eup. faen. 86 intestinum -sum *sc. ex ano.* *adde:* VLP. dig. 19, 2, 13, 4 ut ei oculus -retur.

ε fetum de utero, i. q. ēdere, parere; primitus de bestiis videtur usurpatum fuisse, inde per contemptionem de hominibus (*ita etiam de abortu l. 22. 40*): CIC. Pis. frg. 9 te ... mater pecudem ex alvo, non hominem -erit. MANIL. 2, 239 -it Aquarius ortus *abortivos.* PHAEDR. 3, 15, 6 *capra* prolapsam -it sarcinam. SEN. epist. 121, 18 animalia ... utero vel ovo (quo *codd.*) -sa (LACT. inst. 3, 19, 23 *homo* ex utero. SPART. Hel. 2, 4 AMBR. obit. Theod. 26). LVCAN. 6, 387 illic ... Centauros feta ... nubes -udit. SIL. 16, 365 *Pelorum* -erat Harpe. IVV. 2, 33 Iulia ... patruo similes -ret offas. PS. QVINT. decl. 6, 10 *mater crudelis* non genuit filium, sed -udit. APVL. met. 5, 9 *Psychen* postremus partus -udit (PRVD. cath. 7, 59 partu de senili -sus est). TERT. anim. 25 p. 340, 18 -so iam partu, nondum vivo infanti extrinsecus *animam* imprimi (CYPR. GALL. exod. 39 maturos ... -ere partus. SIRICIVS epist. 9, 3 p. 1177^{B}. PACIAN. epist. 2, 3. 3, 6 utero calce percusso partuque -so. PRVD. ham. 194 MACR. Sat. 1, 17, 52). adv. Marc. 1, 5 p. 296, 16 *Valentinus haereticus* usque ad triginta Aeonum fetus, tamquam Aeneiae scrofae, examen divinitatis -udit. 4, 21 p. 491, 5 per corporis cloacam -sus ad terram. ARNOB. nat. 4, 21 Iovem ... ex feminae -sum ... alvo. LACT. inst. 2, 11, 11. opif. 3, 1. 3, 2 naturam non matrem ... sed novercam, quae ... hominem sic -erit, ut *eqs.* PRVD. cath. 12, 111 -sa nuper corpora, *i. pueri.* AVG. civ. 22, 12 p. 588, 12 D. *fetus* nec nati ... sed -si, *i. abortivi.* serm. 186, 1, 1 *Christum* visceribus fecundis ... Virgo mater -it. VEN. FORT. carm. 8, 3, 369. PASS. Petr. 13 sic ... nascimur, ut proni videamur in terram -i. *translate de terra, seminibus al., fere i. q. gignere:* CIC. orat. 48 segetes fecundae ... fruges ... *et* herbas -unt (EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911^{B} quae ... conceperat, -bat tellus. *cf.* SEN. Oed. 731 feta tellus impio partu -udit arma). Brut. 36 *Hyperidis* aetas -udit hanc copiam *orationis. singulariter:* FAV. EVL. p. 9, 20 septimus *numerus in septenario ... non* alium geminatus -it. BOETH. Porph. comm. pr. 2, 2 p. 88, 14 *differentiae inseparabiles* quae per accidens *veniunt*, a solis propriis -untur. *liceat addere refl.:* QVINT. inst. 1, 3, 5 quae summo solo sparsa sunt semina, celerius se -unt *eqs.* HEGES. 3, 26, 2 *illae herbae* multipliciter sese -unt. *mediopass.:* COLVM. 4, 21, 2 vitis ... in materiam frondemque -itur. PLIN. nat. 17, 48 *marga* in herbas non -itur.

b *hominem i. corpus hominis:* *α i. q. prosternere, mediopass. i. q. concidere, procumbere:* VERG. Aen. 6, 339 Palinurus ... exciderat puppi mediis -sus in undis (*sim. de nave:* SIL. 6, 686 -sos fluitare in gurgite Poenos. VAL. FL. 8, 358 puppis labefacta ... solvitur -itque viros. TAC. ann. 14, 3 *navis* pars ... soluta -ret ... Agrippinam). Aen. 7, 780 equi ... currum (*v. p. 218, 42*) et iuvenem ... -udere (*item aurigam:* 10, 573. PLIN. nat. 8, 161 -so Ratumenna. SOL. 45, 14). Aen. 10, 891 *ab equo* -sum equitem (*item:* LIV. 10, 11, 1. 22, 3, 12 consulem ... lapsum super caput -udit *equus* [27, 32, 5]. 27, 19, 10 -sum in praeceps. 30, 12, 1. CVRT. 8, 14, 34 posito magis rege quam -so. LVCAN. 7, 529 SIL. 10, 255). Aen. 11, 485 *hostem* sterne solo portisque -e sub altis (*similia:* 12, 276 fulvā ... arenā. 12, 380 solo [532. AVIEN. orb. terr. 1378 -sam ... solo gentem]. SIL. 4, 254 *illum* pronum -it in armos *mortifera hasta* [CARM. poet. min. V 80, 2 *Pallantem* lancea Turni ... -udit]. STAT. Theb. 6, 803 -itur ille in caput. CORIPP. Ioh. 4, 940 harenis. 8, 645 infensas telis -ere turmas. *cf.* GLOSS. interficere). AETNA 225 *hominibus* pecudum ... more ... -sis in humum grave pascere corpus. LIV. 4, 40, 3 matres ... in suos quaeque simul corpore atque animo -sae. LVCAN. 9, 56 *uxor* -sa per artus *viri mortui.* TAC. ann. 12, 47 in amplexus eius -sus (FLOR. Verg. p. 183, 18 -itur). PALLAD. hist. mon. II 20, 14 ante pedes senis -sus. *cf. refl.:* APVL. met. 6, 8 totam se super corpus *mariti mortui* -udit. VVLG. Sirach 37, 22 super ... escam. *β refl. et pass. i. q. proruere:* VAL. FL. 1, 700 qua se ardens -ere possit (AMM. 25, 3, 6 semet in pugnam). 4, 304 *Pollux* -sum *Amycum* ... secutus. *aliter p. 220, 34.*

C *res maxime caelestes, aëreas: ventos, nebulam, flammas, calorem, odorem:* VERG. Aen. 7, 222 (*in imagine de exercitu Graeco*) quanta per Idaeos saevis -sa Mycenis tempestas ierit campos (OROS. hist. 3, 1, 10). LIV. 8, 6, 3 procellam -sam (SIL. 11, 224 irarum, *v. p. 225, 9.* QVINT. inst. 11, 358 eloquentiae pro-

[Leumann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B ***significantius*** *i. q. opum, divitiarum expers*: **1** *de rebus i. q. tenuis, exilis*: VERG. Aen. 8, 365 aude, hospes, contemnere opes ... rebusque veni non asper -is (COLVM. 2, 9, 14 nec aliud in -is rebus magis inopiam defendit. *cf. supra l. 32 et 45*). AVIEN. ora 271 opulens civitas aevo vetusto, nunc -a, nunc brevis. PAVL. NOL. carm. 16, 287 de caespite dives -o (*i. macro. cf.* COD. Iust. 11, 59, 17 [*a. 444*] fundos inopes atque -os [NOVELL. Theod. 26, 1, 4 ieiunos] magno labore impenso ... meliorare [*cf. ibid.* de fundis patrimonialibus steriles]). epist. 23, 34 -ae stipis cupidum (OROS. hist. 4, 16, 19). *tropice*: ITALA I Cor. 15, 10 (Pelag. in I Cor. 15, 10 p. 215, 1 S.) gratia in me -a (*κενή*. VVLG. vacua) non fuit. ZACCH. 1, 5 non est tam inops fidei nostrae aut -a defensio. COD. Iust. 1, 17, 2, 17 (*a. 533*) ut -a quidem antiqua multitudo *legum* inveniatur, opulentissima autem brevitas nostra efficiatur. *magis pertinet ad desiderium*: AVG. gen. ad litt. 1, 7 p. 11, 1 -us (*i. rerum amatarum desiderans*) atque indigus amor ita diligit, ut rebus, quas diligit, subiciatur. *nota neutr. pro substantivo* (*cf. supra l. 50*): COLVM. 3, 10, 4 largioribus satiatur alimentis surculus, quam prius, cum esset in -o. 4, 31, 1 maiorem operam, sed in -o tamen necessariam. *plur.*: AVG. vera relig. 20, 38 expulsus a copiosis ad -a.

2 *de hominibus i. q. pauper, inops, mendicus, egens*: SIL. 13, 777 *Croesus* dives apud superos; sed mors aequarat -is. QVINT. decl. 336 p. 325, 7 tu locuples ..., ego nudus, ego -us. TAC. ann. 13, 56 *Ampsivarii* errore longo hospites, -i, hostes. VLP. dig. 27, 2, 3, 6 si -i sint pupilli. 27, 3, 1, 4 ut et mater -a sit et filius in facultatibus positus. 36, 4, 3, 3 fideiussores. 38, 17, 2, 26 penitus -is filiis. 47, 2, 52, 21 subiecisti mihi ... Titium -um, quasi ille esset locuples. APVL. met. 7, 5 nec me putetis -um vel abiectum. TERT. idol. 12 p. 43, 7 felices -os dominus appellat (*cf.* ITALA Luc. 6, 20 [cod. e] beati -i [*πτωχοί*. VVLG. pauperes] *et v.* OP. imperf. in Matth. 9 p. 680). adv. Marc. 4, 14 p. 460, 14 vexatores -orum. 4, 36 p. 545, 1 praeceptum largitionis in -os. 5, 3 p. 576, 10 pauperes et -os (5, 14 p. 625, 9 *de deo. cf.* PSALT. Rom. 39, 19 -us [VVLG. mendicus] et pauper [*πτωχὸς καὶ πένης*]. 85, 1. VVLG. deut. 15, 11 [*τῷ πένητι καὶ τῷ ἐπιδεομένῳ*]. I reg. 2, 8 Iob 5, 15. 21, 14. 34, 28. psalm. 34, 10 [*cf.* CASSIOD. in psalm. 34, 12]. 40, 2. 69, 6 *al.* Soph. 3, 12 populum pauperem et -um [*πραΰν καὶ ταπεινόν*]. PAVL. NOL. epist. 13, 22 *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 18, 9 SALV. eccl. 3, 4. 90. MAXIM. eleg. 6, 8 par divitibus pauper -us erit. *al. cf. l. 19 et 21*). ITALA deut. 15, 7 (Aug. loc. hept. 5, 41 p. 607, 15) si ... fuerit ... -us (*ἐνδεής*. VVLG. si ... ad paupertatem venerit) in fratribus tuis. 15, 9 (Aug. quaest. hept. 5, 21) in fratrem tuum -um (*ἐπιδεομένῳ*. VVLG. pauperi). Iob 29, 12 (Cypr. testim. 3, 113) conservavi -um (*πτωχόν*. VVLG. pauperem). Is. 41, 17 (Cypr. testim. 2, 4) inopes et -i ([*οἱ πτωχοὶ καὶ οἱ ἐνδεεῖς*. VVLG. -i et pauperes]. *cf.* psalm. 73, 21 [Aug. in psalm. 73, 24], VVLG. pauper et inops. PS. HIL. libell. 9 *v. infra l. 46.* AVG. in psalm. 85, 3 pauperibus atque inopibus et -is. DRAC. Romul. 6, 88. CASSIOD. Ios. antiq. 18, 4 p. 516 suscepit ... quotquot ... veniebant inopes et -os [*18, 37 ἀπόρους*]). Is. 58, 7 (Barnab. 3, 3) -os sine tecto (*πτωχοὺς ἀστέγους*. VVLG. -os vagosque). Marc. 14, 7 (cod. k) semper ... habetis -os (*πτωχοὺς*. VVLG. pauperes). Luc. 18, 22 (cod. e). Ioh. 9, 8 (cod. e) caecus et -us (*προσαίτης*. VVLG. mendicus) fuit. II Cor. 6, 10 (Aug. civ. 11, 18) vivimus ... sicut -i (*πτωχοί*. VVLG. egentes) multos autem ditantes. *al.* COMM. instr. 2, 24, 11 *al.* EXVP. 3 naufragus atque -us erravit *Marius.* GAVDENT. serm. 13 p. 939[B] benefaciamus -is (egentibus *Migne*) ac miseris. AMM. 17, 3, 5 -is ... hominibus. HIER. in Matth. 11, 5 divites et -os (VVLG. pauperes). VVLG. Tob. 4, 17 panem tuum cum esurientibus et -is comede. psalm. 81, 3 iudicate -o et pupillo. eccles. 5, 7 calumnias -orum (*πένητος*). Sirach 4, 4 (*πτωχοῦ*). II Cor. 8, 9 -us factus est (*ἐπτώχευσε*), cum esset dives. PAVL. NOL. carm. 20, 319 (*cf.* 20, 320 paupere). AVG. civ. 5, 21 -um reliquit exercitum. *al.* DRAC. Romul. 5, 173 debilis est pauper nudus mendicus -us. ENNOD. opusc. 2, 133 p. 328, 15 -a agmina. VITAE patr. 3, 24 -is et infirmis. IVNIL. 2, 10 quilibet monachus vel -us. COD. Iust. 1, 3, 34 (35) pr. (*a. 472*) orphanis atque -is. *al.* INSCR. christ. Diehl 1011, 5 solacia semper -is. 1024, 15 (*a. 529*). CARM. epigr. 1621, 3 (*a. 601*) fuit ... portus -is. *accedit abl. causae*: APVL. apol. 20 si est avaritia -us. *methaphorice i. q. bonorum animi inops*: HIL. in Matth. 29, 2 hanc gentium fidem emi potius ad salutem -i huius populi debuisse (*cf. ibid.* pauperes [*alludit ad Vulg. Matth. 26, 9* potuit ... istud ... dari pauperibus] fidei indigos ... nuncupaverunt). PS. HIL. libell. 9 si trepidi et steriles et infideles fuerimus in bonis operibus, -i atque inopes iudicemur (*cf.* APRING. in apoc. 3, 17 reprehendit eos esse -os nec misericordia dignos, hac bonorum operum paupertate depressos). AVG. civ. 7, 12 dicuntur ... divites pecuniosi; sed interius -i, si cupidi. epist. 127, 6 benignus ... exactor est *deus*, non -us (*i. postulans ut redditione indigens*).

II ***additur, quid desit*:** **A** ***genetivo*** (ARVS. gramm. VII 469, 17 -us illius rei. PRISC. gramm. III 218, 9 *genetivo adiunguntur* deesse aliquid significantia *ut* -us): **1** *generatim i. q. expers, exsors*: **a** *alicuius rei*: *de personis*: VERG. Aen. 1, 599 omnium -os (QVINT. decl. 250 p. 67, 3 *anteced.* nudos). SIL. 8, 12 miles -us cunctarum ut rerum Tyrius foret. TAC. ann. 1, 53 *Iuliam* extorrem, infamem et ... omnis spei -am. AVSON. 159, 9 telluris -is (*i. insepultis*). PRVD. cath. 10, 82 rationis -is (DRAC. laud. dei 2, 100. 3, 155). c. Symm. 1, 377 numina lucis -a (*i. noctem amantia*). DRAC. Orest. 894 Orestem sanguinis oblitum, humani iuris -um. *de rebus*: LIV. 9, 6, 4 omnium -a corpora (*cf.* SIL. 6, 304 decorisque et frontis -um corpus). STAT. Theb. 12, 247 -a sepulcri busta (SCHOL. *ad l.* cadavera sepulturā carentia). TAC. ann. 4, 30 -am aquae ... insulam (*cf.* 15, 3 -a aquarum regio est). 12, 20 solum frugum -um (*Agricola*; egentum *codd.*). AVIEN. Arat. 830 flammae sterilis ac lucis -ae. 1338 pleni cum rursus -a oris eat *Cynthia* (*i. luna*). PRVD. c. Symm. 1, 81 animum diae rationis -um (*cf. supra l. 59*). **b** *alicuius personae*: STAT. Theb. 7, 277 hos regis -os. AVSON. 362, 45 captatoris praeda est heredis -us. DRAC. laud. dei 2, 627 prolis -us ... erat *Abraham.*

2 *strictiore sensu; accedit quaedam necessitas habendi i. q. indigus, egens*: **a** *de personis: genet. personae*: VAL. FL. 5, 24 adhuc genitoris -is *liberis. genet. rei*: TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 21 -is solacii. OROS. hist. 1, 1, 9 pie gubernari -um opis oportet. HIL. gen. 19 non mortis -us (*i. mori non eget*), qui natalis (*sc. diei*) inops. *per enallagen*: STAT. Theb. 4, 788 lactis -o nutricem clangore ciens *puer.* **b** *de rebus*: PACIAN. sim. carn. p. 131, 25 -a sanctificationum *similitudo carnis.* FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 2 cum ... se iuvaminis -am ... testetur *angelica natura.*

B ***ablativo*** *i. q. nudus, orbus, spoliatus, privatus aliqua re*: **1** *de rebus*: TAC. ann. 12, 46 castellum commeatu -um (*cf.* 15, 12 qua proximum et commeatibus non -um, regionem Commagenam ... petivit). AVG. serm. ed. Mai 75, 4 -ae roribus (*Mai,*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rosibus *cod.*) margines. CASSIAN. c. Nest. 7, 12 -am etiam legitimis incunabulorum ministeriis infantiam *Christi.* **2** *de personis*: APVL. flor. 3 p. 14 *Marsyas* fortuna -us ... *Apollo* fortuna opulentus. CASSIOD. in psalm. 101, 18 pauperes appellat fideles Christi, qui ... mundo -i, ipso (*sc. Christo*) solo sunt divites.

C in *aliqua re*: MAXIMIN. c. Ambr. 86 p. 33, 21 in pollicendo dives, in solvendo -us. RVFIN. hist. 3, 27, 2 vere ... pauperes sunt et -i in scientia gloriae *Christi* (*πτωχῶς καὶ ταπεινῶς ... δοξάζοντες*).

deriv.: egenulus. *cf.* egestas.

***egeo,** -uī (-itūrus *v. l. 18*), -ēre. [*cf. c. osc.* egmo '*χρῆμα*' *et isl.* ekla '*Mangel*'*? W.*] *scribitur* aeg-: PLIN. nat. 17, 89 (*in parte codd.*). ITALA I Cor. 8, 8 (Cypr. testim. 3, 60 [*A*]). PRISCILL. tract. 6, 102 p. 76, 15 DIDASC. apost. 49, 29 *al.* *de formis: rarius formae stirpis perf. leguntur, omnino non ante* CIC. (*ex. gr.* Phil. 3, 19 nat. deor. 2, 115 *al.*). *fut.* egemus: ITALA I Cor. 8, 8 (cod. d). *gerund.* -endi, -endo: GELL. *l. 34.* APVL. apol. 20. *de part. fut.*: PHOC. gramm. V 437, 17 sunt ... quae in participiis futuri temporis deficiunt ut -o. *at legitur* egiturus *apud* TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 7. *de part. praes. v. p. 238, 65.* CAPER gramm. VII 93, 11 *reprobat formas depon.* -or, -eris. *at inf. depon.* -eri *traditur* ITALA Luc. 15, 14 (cod. a *et* d). [EXPOS. mundi 36 *vice* regi *dubitanter coni. Hcraeus.*] *passive impersonaliter*: PLAVT. Pseud. 273 amatur atque -etur acriter. NOT. Tir. 40, 43 -ens. 40, 45 -et. *priorem correptam in stirpe praes. et perf. statuit* PRISC. gramm. II 460, 27. *de notionibus*: AVG. beat. vit. 27 -ere est ... in non habendo. GLOSS. *δέομαι. χρήζω. ἐνδέο[ν]μαι. ἐπιδέομαι.* -ent indigent, necesse habent. *nota*: RHET. Her. 4, 17, 24 -ens aeque est is, qui non satis habet et is cui satis nihil potest esse (*cf.* CIC. parad. 43). *scriptores de diversis significationibus varie ludunt, ex. gr.* CATO or. inc. frg. 10 vitio vertunt, quia multa -o (*i. non habeo*); at ego illis, quia nequeunt -ere (*i. carentes satis habere*). *cf.* GELL. 13, 24, 2 *Cato ait* -ere se multis rebus et nihil tamen cupere ... *Graecorum philosophantium quidam* se nihil habere et nihil tamen -ere ac nihil cupere ... cum et habendo et -endo [et] cupiendo ardeant. AVSON. epigr. 134, 3 sq. dives -et gemmis, cereali munere pauper: sic cum -ant ambo, pauper -ens minus est (*cf. p. 235, 56*). *sim.*: SEN. epist. 9, 14 sapientem nulla re -ere et tamen multis illi rebus opus esse *eqs.* *de structuris*: SERV. ecl. 2, 71 et '-et illa re' dicimus ... et '-et illius rei' (ARVS. gramm. VII 469, 14). Aen. 1, 599 -o honestius genetivo iungitur quam ablativo. auct. Aen. 4, 373 tribus modis haec elocutio profertur: -o hanc rem ... huius rei ... hac re. *cf.* 9, 87. 11, 27. 343 PRISC. gramm. III 177, 3. 350, 10. 366, 14. GRAMM. suppl. 60, 29 -o pane et panibus, non panem et panes. *apud scriptores prius coniungitur c. gen. (v. p. 234, 80 sqq. et p. 235, 80 sqq.), c. abl. inde a* CIC. *(v. p. 235, 13 sqq. et p. 236, 30 sqq.). quotiens apud singulos scriptores voces* -ere, indigere, carere *legantur, ex hac tabula apparet:*

	carere	egere	egens (*adi.*)	indigere
ENN.	—	—	2	—
PLAVT.	23	19	10	4
TER.	5	1	4	1
LVCIL.	1	—	—	2
VARRO	4	—	1	5
RHET. Her.	—	5	3	5
CIC.	269	117	54	61
CATVLL.	2	1	—	—
LVCR.	9	4	1	—
CAES.	2	2	2	1
SALL.	2	6	10	1
NEP.	6	—	—	7
VERG.	10	2	7	1
HOR.	26	11	4	—
TIB.	1	—	—	—
PROP.	1	1	2	—
OV.	129	17	10	—
LIV.	7	29	19	3
MANIL.	5	4	1	—
VITR.	—	1	—	3
SEN. contr.	15	16	15	—
VELL.	2	2	—	—
VAL. MAX.	25	—	2	9
CELS.	9	12	—	1
SEN. trag.	40	—	3	1
phil.	69	30	7	20
CVRT.	3	—	1	1
COLVM.	29	4	2	6
SCRIB. LARG.	3	—	—	—
PERS.	1	—	—	—
PLIN. nat.	95	5	1	9
VAL. FL.	3	—	4	—
STAT.	10	5	9	1?

	carere	egere	egens (*adi.*)	indigere
MART.	5	3	1	—
QVINT. inst.	65	32	—	—
decl.	10	4	6	—
IVV.	11	5	1	—
TAC.	7	7	9	8
APVL.	14	1	5	24
VVLG.	5	15	9	40
AVG. civ.	59	6	1	33

[*locis corruptis*: PLAVT. Cist. 450 CIC. Att. 7, 22, 2. *e coniectura legitur*: OV. fast. 3, 664 LIV. 5, 44, 1. 21, 52, 8 SEN. contr. 1, 1, 1 HIL. c. Const. 23. *falso traditur*: SEN. suas. 4, 3 TAC. ann. 4, 69 AMM. 18, 4, 3.]

I *i. q. carere, non habere* (*non accipere l. 50. p. 235, 18*): **A** ***absolute*:** **1** *de hominibus: i. q. divitiis, opibus, rebus ad victum necessariis carere, penuria laborare, in paupertate esse*: PLAVT. Trin. 256 ubi qui -et, quam preti sit parvi. 330 -etne? :: -et. :: habuitne rem? :: habuit. 336 rem confregit atque -et. 683 non convenit me ... in ditiis esse ... -ere illam autem. Curc. 142. Asin. 684 vides me amantem -ere. Aul. 381 festo die si quid prodegeris profesto -ere liceat, nisi peperceris (*cf.* Merc. 1020). Capt. 581 tute ipse -es in patria nec tibi qui vivas domist. Most. 230 -ere aut mendicare. Truc. 222. 745 qui invident, -ent; illis quibus invidetur, i rem habent. CAECIL. com. 241 si -bis, tibi dolebit. TER. Haut. 964 cepi rationem ut neque -res neque ut haec posses perdere (SCHOL. Ter. p. 125, 10 ad inopiam pervenires). CATO or. frg. 52, 1 siquis non invenerit pecuniam, -bit. or. inc. frg. 10 siquid est ... quod utar, utor; si non est, -o. CIC. Q. Rosc. 22 -bat? immo locuples erat. Verr. II 5, 127 nationes nunc omnes -ent. Pis. 12 -ere, foris esse (*cf. vol. VI 1040, 72*) Gabinium. 48. Scaur. 45ª pecunia superabat? at -bas. Rab. Post. 39. Phil. 2, 37 tu hodie -res, nos liberi essemus. rep. 3, 27 ille vir ... exterminetur, -at, ... contra ... ad eum ... omnes opes ... conferantur. parad. 44 hunc (*sc. cupiditatum plenum*) quando ego appellabo divitem, cum ipse -ere se sentiat. 49 uter ... est divitior, cui deest an cui superat, qui -et an qui abundat ...? fin. 2, 23 qui consumptis patrimoniis -ant. 3, 75 *sapiens* rectius dives *appellabitur* quam Crassus, qui nisi -uisset (*i. egenum se putavisset; cf. l. 44. 46. 48*) numquam Euphraten ... transire voluisset. off. 2, 54 dando -ere coeperunt. 2, 81 Att. 13, 47a, 1. epist. 14, 1, 5 si aliquid erit, ne -at. *al.* CATVLL. 114, 6 sit dives, dum omnia desint, saltum laudemus, dummodo ipse -at (*cf. l. 40*). HOR. sat. 2, 2, 103 cur -et (PORPH. *ad l.* pauper est) indignus quisquam, te divite? epist. 1, 2, 56 semper avarus -et (*cf. l. 40 et* ROMVL. fab. Aesop. [rec. vet.] 67 pr. dives semper -et). 2, 1, 228 -ere vetes. RVT. LVP. 1, 4 quo plus habes, magis -es (*cf. l. 40*). 2, 9 quo magis -et, ad sumptum ambitionis audacius facit rapinam. OV. Ib. 179 poma *Tantalus* ... quaerit et idem semper -et (*i. non accipit*). SEN. contr. 1, 1 thema. *al.* SEN. benef. 2, 15, 1 dabo -enti, sed ut ipse non -am. dial. 7, 18, 3 MELA 1, 57. LVCAN. 4, 95 miles -et (*i. fame laborat*). QVINT. decl. 260 p. 65, 19 quo locuplete nemo pauper est, nemo -et. 275 p. 126, 11. PS. QVINT. decl. 9 (thema) si -ret pauper pater. FRONTO p. 235, 16 N. -ere quam poscere malui. VLP. dig. 25, 3, 5, 13 patrem -ere, cum filius sit in facultatibus. PAVL. dig. 42, 1, 19, 1 ipsius (*sc. debitoris*) ratio habenda est, ne -at (50, 17, 173 pr.). MIN. FEL. 12, 2 -etis, algetis. TERT. idol. 12 p. 43, 6. ITALA prov. 28, 27 (Cypr. testim. 3, 1 *al.*) qui dat pauperibus, non -bit (*ἐνδεηθήσεται.* VVLG. indigebit. *syn.* in inopia erit). psalm. 33, 11 (Firm. err. 18, 5) *et* VVLG. divites -uerunt (*ἐπτώχευσαν*) et esurierunt, ... *hi* non indigebunt (VVLG. minuentur) omni bono. CYPR. eleem. 9 p. 380, 17 misericordes atque operantes -ere non posse, magis parcos et steriles ad inopiam postmodum devenire. LACT. inst. 5, 18, 1. VVLG. prov. 22, 16 dabit ipse ditiori et -bit. Luc. 15, 14 coepit -ere (*ὑστερεῖσθαι*). CLAVD. 20, 214 *opp.* ditatur. AVG. beat. vit. 23 omnes qui -ant miseros esse; sed utrum omnes etiam miseri -ant, nonnulla quaestio est. serm. 85, 6, 7 iste -et, ille habet. DRAC. laud. dei 2, 780 de nobile pauper *factus* iam modo dives -et. *al.* *de bonis animi*: ITALA I Cor. 8, 8 (cod. d Cypr. testim. 3, 60) neque si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, -emus (-bimus *Cypr. ὑστερούμεθα.* VVLG. deficiemus. *interpretatio spiritalis de manna cf.* HIL. myst. 1, 38, 2 p. 27, 21 plus colligens non abundat, minus recondens non -et). *nota*: DRAC. laud. dei 1, 359 consorte carens, cum quo conferret (*i. colloqueretur*), -bat.

2 *subi. res*: FLOR. epit. 2, 6, 24 -bat aerarium. TERT. adv. Marc. 4, 24 p. 500, 7 expeditionem ... abundaturam ... et -ituram (*cf. p. 233, 18*). *nota*: BOETH. arithm. 1, 19 p. 41, 12 *numerus perfectus* nec crassatur abundantia nec -et inopia.

B ***additur, quid desit*:** **1** *genetivo*: **a** *aliquis (bestia p. 235, 5) -et alicuius rei*: PLAVT. Amph. 819 tute si pudoris -as, sumas mutuom. RHET. Her. 4, 47, 60 si quis ... commodis omnibus abundabit, si virtutis et artium ... -bit. [CIC. Att. 7, 22, 2 *v. supra l. 13.*] CAES. Gall. 6, 11, 4 ne quis ... auxilii -ret. SALL. Catil.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

51, 37 maiores nostri ... neque consili neque audaciae umquam -uere. HOR. epist. 1, 6, 39 mancipiis locuples -et aeris. STAT. Theb. 2, 483 nec ... scelerum fraudisque nefandae rector -et. silv. 5, 1, 53 falsaeque potentes laudis -ent verae (*cf.* 5, 1, 52 caruere). IVV. 15, 147 cuius (*sc. sensus humani*) -ent prona (*i. animalia*). **b** *aliquis -et alicuius personae*: PLAVT. Mil. 1033 lamentari ait illam ... quia tis -at, quia te careat (*sed fortasse referendum ad II B; cf. infra l. 81*). **c** *aliquid -et alicuius personae*: LAVS Pis. 227 quid ... si ductoris -et, ratis efficit ...? (*cf.* 226 caret). **d** *aliquid -et alicuius rei*: MANIL. 2, 235 nec quicquam rationis -et frustrave creatum (*cf.* STAT. Theb. 3, 393 nobis dolor haut rationis -bit). AVIEN. Arat. 447 non -et ... sedes sacra nominis *Cephei*.

2 *ablativo*: **a** *aliquis -et aliqua re*: CIC. Catil. 2, 25 rebus, quibus nos suppeditamur, -et ille, senatu, equitibus *eqs.* Brut. 238 Macer auctoritate semper -uit. Tusc. 1, 88 carere hoc significat: -ere eo, quod habere velis (*cf.* BOETH. cons. 3, 3, 22). off. 2, 64 hominesexternos hoc liberalitatis genere (*i. hospitalitate*) in urbe nostra non -ere (*i. destitui*). 2, 71 malo virum, qui pecunia -at, quam pecuniam, quae viro (*cf. infra l. 40*). *al.* Att. 3, 15, 4 numquam esses passus me, quo tu abundabas, -ere consilio (4, 1, 8. 15, 1 a, 5. 15, 9, 2 LIV. 44, 4, 7). 4, 16, 2 rem ... plurimi otii, quo ego maxime -o. 9, 4, 1 -o (ego *M*) argumento epistularum. 11, 3, 3 -o rebus omnibus, quod is quoque in angustiis est, quicum fuimus (CAES. civ. 3, 32, 4). ad Q. fr. 3, 5 (6), 4 tempore. *al.* OV. epist. 17, 147 arte -o nulla. SIL. 8, 318 -et improbus arto iam victu Libys (*nisi sit abl. abs.*). STAT. silv. 5, 4, 2 donis ut solus -rem *Somni*. MART. 7, 71, 4 nec vilicus ulcere turpi ... -et (*i. liber est, cf. l. 35*). QVINT. inst. 12, 1, 2 -ere omni ratione satius fuisset. PAPIN. dig. 46, 3, 41 necessario sumptu -bunt. LACT. inst. 3, 15, 7 qua (*sc. virtute*) ipsi -ent (*cf.* 6, 9, 10 HIER. epist. 21, 10, 1). 7, 3, 11 tam ... ipsi -uerunt, quam haec indigent sensu. *al.* AMM. 14, 7, 5 victu. 26, 6, 4 hominum ... colloquiis. VVLG. Sirach 10, 30 melior est, qui ... abundat ... quam qui ... -et pane (panem *cod. Amiat.* [*cf. infra l. 58*], *ἀπορῶν ἄρτων*. *cf.* VVLG. prov. 12, 9 indigens). CLAVD. rapt. Pros. 1, 33 conubiis. PAVL. NOL. epist. 23, 35 -amus (*i. liberi simus, cf. l. 27*) avaritia auri, ut abundemus gratia. AVG. beat. vit. 25 nullus ... perfectus aliquo -et. 27 pecuniā ... sapientiā. in psalm. 51, 14 si -es facultate et ardes cupiditate. *al.*

b *aliquis -et aliquo*: CIC. Catil. 2, 25 *v. supra l. 13*. PAVL. NOL. carm. 16, 282 dives -bo deo, nam Christum pauper habebo.

c *aliquid -et aliquo*: CIC. off. 2, 71 *v. supra l. 19*. LIV. 26, 36, 12 nec remige ... nec stipendio res publica -uit. COLVM. 1 praef. 4 sola res rustica ... tam discentibus -at quam magistris. *ibid.* 6 si praedictarum artium professoribus -ret civitas. LACT. inst. 1, 1, 7 *veritas* idoneis assertoribus -et. **d** *aliquid -et aliqua re*: CIC. nat. deor. 2, 58 ut nulla re -at *mundus*. LVCR. 3, 134 proprio quae tum res nomine -bat. OV. fast. 6, 356 dolor ... voce ... -et (*i. destitutus est*). LIV. 26, 36, 12 *v. l. 40*. MANIL. 1, 123 natali ... -ere *mundum* ... semperque fuisse. COLVM. 3, 8, 4 nec nostram civitatem praedictis -ere stirpibus. LVCAN. 3, 323 ut gladiis -ant civilia bella (ADNOT. *ad l.* ut civilibus bellis desint, qui cupiant dimicare). PAPIN. dig. 19, 5, 1 pr. ne res exemplis -at, paucis agam. SPART. Sept. Sev. 23, 2 Italiae, quae oleo -et. PALLAD. 1, 21 stabula ... luminibus. CLAVD. 17, 311 nec molles -ant nostra dulcedine ludi. *al.*

3 *accusativo*: *neutr. pronom. vel adi.* (*cf. p. 233, 30*): PLAVT. Men. 121 tibi ancillas, penum ... praebeo nec quicquam -es. PVBLIL. I 56 is minimum (minimo *Sen. epist. 108, 11*) -et mortalis, qui minimum cupit. HIL. in Matth. 5, 15 cum difficile quemquam sit praestare, quod -at. *subst.* (*cf. supra l. 32*): ITALA Rom. 3, 23 (Cypr. testim. 2, 27, *cf.* cod. d) omnes ... -ent (*ὑστεροῦνται*) claritatem (gloriam VVLG. *cod. Amiat.*, gloria *cett.*) dei.

II *accedit necessitas (aut certe cupiditas, praecipue in iunctura*: non -ere, *v. ex. gr. p. 236, 19 sq.) quaedam id habendi, quod deest, i. q. aliquid necesse habere, indigere vel desiderare, postulare*: **A** *absolute*: **1** *desiderantur opes, divitiae sim. i. q. parum habere, contentum non esse, cupere*: APVL. apol. 20 pauper ... eris appetendi egestate, dives non -endi satietate. MIN. FEL. 36, 4 qui potest pauper esse, qui non -et, qui non inhiat alieno, qui deo dives est? AMBROSIAST. in Philem. 2, 10 sqq. qui ... -et, imperfectus est. **2** *quid opus sit, e contextu apparet*: SALL. Iug. 110, 3 aliis ultro egomet opem tuli, nullius indigui; id imminutum ... ego laetor. fuerit mihi -uisse aliquando pretium tuae amicitiae. SEN. benef. 6, 28, 2 quantum tormentum existimas, etiam si accepero (*sc. praesidium*), -uisse. AVSON. 318, 3 neque ... patrem meum laudo, quod ille non -et (*sc. laudari*). *nota propter subi.*: PS. AVG. quaest. test. I 123, 5 membra invicem -ent. DRAC. Romul. 6, 15 bellum si tempus -et (*i. postulat*), perferre valetis. **3** *additur* a b (*cf. p. 238, 10*): AVG. in psalm. 147, 13 da -enti fratri ... si ergo quia fratri ... deo, deus a te -ere voluit (*sequitur*: tu ... petis a deo ... erogari sibi vult deus ex illo, quod dedit).

B *additur, quid opus sit*: **1** *genetivo*: **a** *aliquis -et alicuius personae* (*cf. etiam supra l. 6*): PLAVT. Asin. 591 cur me retentas? :: quia tui amans abeuntis -o. RHET. Her. 4, 8, 12 vos mei non -etis. HOR. sat. 1, 4, 118 custodis. epist. 1, 1, 102 nec medici ... nec curatoris (*cf.* IVV. 14, 288). 1, 18, 67 monitoris. ars 154 plosoris. AVG. in psalm. 69, 7 nostri (*syn.* indiget). *ibid.* -ere tui servum tuum, ut des panem *eqs.* serm. 60, 11, 11 *al.* BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 32 si quid umquam mei -ueris. **b** *aliquid -et alicuius personae*: MIN. FEL. 17, 6 *v. infra l. 26*. TERT. adv. Hermog. 18 p. 146, 10 quod ut esset, nullius -uit auctoris. **c** *aliquis -et alicuius rei*: CIC. epist. 9, 3, 2 gravitas morbi facit, ut medicinae (medicina *l. v. cf. infra l. 45*) -amus. LVCR. 3, 44 nec prosum quicquam nostrae rationis -ere *homines*. SALL. Iug. 31, 29 si iniuriae non sint, haud saepe auxili -as (LIV. 3, 52, 9). VERG. Aen. 9, 87 classis. HOR. sat. 1, 1, 59 qui tantuli -et, quanto est opus. LIV. 3, 28, 10 sanguinis se Aequorum non -ere; licere abire. SIL. 9, 184 non verborum ... -etis. TAC. ann. 4, 20 neque ... temperamenti -bat (*v. Nipperdey ad l.*). 13, 3 alienae facundiae. TERT. adv. Hermog. 8 p. 135, 2 *deus materiae* substantiae (*cf.* 23 p. 152, 4 adv. Marc. 3, 10 p. 393, 1). ITALA psalm. 15, 2 (Aug. civ. 10, 5) *et* VVLG. bonorum meorum non -es (*οὐ χρείαν ἔχεις*). VVLG. apoc. 3, 17 nullius -o. AVG. civ. 19, 23 p. 399, 3 D. rei ... alicuius. *al.* **d** *aliquid -et alicuius rei*: RHET. Her. 4, 1, 2 ne, quod aliud confirmare debeat, -at ipsum confirmationis. 4, 42, 54 *hoc* non -et exempli (exemplis *H*). 4, 54, 67 res non -ent longae orationis. VERG. georg. 2, 28 nil radicis -ent *plantae* aliae. MANIL. 4, 245 *v. p. 238, 39*. 5, 214 peregrinos orbes animalia quaerunt atque -et alterius mundus. QVINT. inst. 2, 16, 13 *corpora animalium* minus *quam hominum* -ere acquisitae extrinsecus opis. 3, 8, 63 *iudicialis oratio* -ret artis vel ad fallendum, si ita poposcisset utilitas. 5, 14, 5 interim et propositio non -at rationis ... nonnumquam etiam complexione opus non sit (MIN. FEL. 17, 6 singula ... ut crearentur ..., summi opificis [*v. supra l. 4*] et perfectae rationis -uerunt). VVLG. I Cor. 12, 24 honesta *membra* ... nullius *honestatis* -ent (*χρείαν ἔχει*). *al.*

2 *ablativo*: **a** *aliquis -et aliquo*: CIC. top. 5 etsi admonitore non -es. Phil. 2, 109 qui senatu non -ret, nec desideravit quemquam. 11, 3 hortatore. div. 2, 115 ut interpres -at interprete. Lael. 30 ut nullo -at. off. 1, 49 iis. 2, 70 multis. Att. 9, 10, 10 consciis -o (*Bosius*; conscius ego *M*) aliis. epist. 15, 2, 7 exercitu p. R. PROP. 2, 4, 21 non -et hic medicis (CELS. 1, 1, 1). LIV. 35, 46, 11 vindice libertatis. LVCAN. 9, 393 qui sponsore salutis miles -et. 9, 581 sortilegis -ant dubii (ADNOT. *ad l.* vatum responsa desiderent). IVV. 13, 97 *v. infra l. 78*. PLIN. epist. 8, 24, 1 praeceptore. 9, 13, 5 facto, in quo ego comite non -o. paneg. 41, 3 magistris. TERT. adv. Hermog. 8 p. 135, 2 *v. p. 238, 6*. ITALA Marc. 2, 17 (Filastr. 138, 4 *al.*) non -ent sani medico (*cf. p. 237, 82*). HIER. epist. 40, 2, 2 rideo advocatum, qui patrono -at. VVLG. Matth. 26, 65 quid adhuc -emus (*χρείαν ἔχομεν*) testibus?

b *aliquis -et aliqua re*: CIC. p. red. in sen. 9 nec ... -uissem medicina consulari nisi consulari vulnere concidissem (*cf.* Lael. 10). de orat. 3, 215 *veritas* si satis in actione efficeret ipsa per sese, arte profecto non -remus. part. 89 haud ... consilio multum -remus (Lael. 51 Phil. 3, 19. 7, 27 non -es consilio, quo vales plurimum. Att. 11, 16, 5 epist. 9, 14, 2. 10, 16, 2 non -es vel abundas potius. CELS. 1 pr. 38. SVET. Tib. 50, 2 et -ere et uti solebat. IVST. 31, 5, 2 VVLG. Sirach 42, 22 [*προσεδεήθη*]). parad. 52 nihil ... appetunt, nulla re -ent, nihil sibi deesse sentiunt (fin. 3, 26 *al.* LIV. 4, 27, 1. 34, 34, 6 *al.*). fin. 2, 51 quibus (*verbis*) si philosophi non uterentur, philosophia omnino non -remus. ac. frg. 8 normis. Tusc. 2, 6 bibliothecis. 3, 77. 5, 91 pecunia (Phil. 5, 5 largiri ... pecuniam infinitam, qua nunc -et. LIV. 42, 50, 5. VIR. ill. 66, 5). phil. frg. V 50 quid opus esset eloquentia ...? nec ... fortitudine -remus. nat. deor. 1, 92 *al.* Phil. 9, 11 hoc statuae monumento non -et; habet alia. Att. 6, 1, 12 alter ... frenis -et, alter calcaribus (*cf.* QVINT. inst. 10, 1, 74 *et l. 80 et p. 237, 40*). 12, 19, 1 iam nihil -o vectigalibus et parvo contentus esse possum. epist. 2, 17, 6 auxilio (OV. met. 13, 71 -et auxilio, qui non tulit. LIV. 7, 25, 5. 7, 35, 4 QVINT. inst. 12, 3, 2 TAC. Agr. 26 LACT. inst. 6, 10, 22 *al.*). 9, 24, 1 commendatione (12, 26, 1. 13, 10, 1. 13, 16, 3. 13, 28[a], 1). 10, 3, 4 monitis et praeceptis (OV. rem. 296). 11, 5, 1 hortatione (11, 5, 3). ad Brut. 1, 9, 1 iis remediis, quibus meum dolorem tum levasses, te in tuo (*om. M*) non -ere. *al.* SALL. Iug. 14, 3 vellem ... deberi mihi beneficia ..., quibus non -rem. HOR. carm. 1, 22, 2 non -et Mauris iaculis. epist. 1, 10, 11 pane -o (PORPH. *et* SCHOL. panem tantum desiderat). OV. trist. 4, 5, 26 ope (Pont. 1, 2, 144. 1, 10, 41. fast. 2, 401 ferret opem certe si non ope mater -ret. LIV. 10, 18, 10 SEN. epist. 52, 3 *al.*). fast. 5, 232 officio ... suo. LIV. 35, 7, 8 Persas ... gleba terrae. 35, 38, 10 praesidio cuiusquam (35, 46, 11 SEN. clem. 1, 13, 5). *al.* CELS. 1, 3, 32 *cibo*. SEN. benef. 4, 9, 1 nec ille (*sc. deus*) collato -et. dial. 1, 6, 5 non -ere felicitate felicitas vestra est. 2, 13, 2 illi (*sc. mendici*) ... exiguo, hi (*sc. divites*) multo -ent. *al.* LVCAN. 8, 119 Caesar -et ratibus. 9, 575 nec vocibus ullis numen -et (*cf.* ADNOT. *ad l.* nec iam necessarium est, ut loquatur numen). QVINT. inst. 1, 1, 27 adiutorio. *al.* IVV. 13, 97 si non -et Anticyra (*i. elleboro*) nec Archigene (*sc. insaniam sanante*). TAC. hist. 3, 4 industria Flaviani. PLIN. epist. 3, 7, 15 stimulis. 8, 16, 4 solaciis. GELL. 9, 8, 1 multis -ere, qui multa habeat (*ibid.* multa ... desiderari. *cf. 9, 8 tit.* indigere). MIN. FEL. 38, 3 cum et beatus non -at et miser non gaudeat floribus. TERT. nat. 2, 3 p. 122, 8 *numen* opera ⟨vel adiu⟩mento quorundam. *al.* ITALA deut. 2, 7 (Lugd.) non -uisti (*ἐπε-*

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

δεήθης) aliquo verbo. LACT. inst. 1, 8, 5 progenie quid opus est, cum successione non -ant *dei*. HIL. ad Const. 1, 6 deus ... obsequio non -et necessario, non requirit coactam confessionem. *al.* PS. HIL. dedic. eccl. p. 882^{D} in hac vita lumine sanctarum scripturarum ... opus habemus: in futuro ... non -bimus subsidiis. VVLG. II Cor. 3, 1 numquid -emus (χρήζομεν) ... commendaticiis epistulis ...? AVG. gen. ad litt. 4, 17 p. 114, 26 nec perfectis -et *deus*, quo beatior esse possit. *al.* FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 28, 7 nemo magis -et salute, quam qui se non intellegit indigere. *al.*

c *aliquid -et aliqua re*: CIC. Brut. 7 non auctoritatis armis -ere rem publicam. orat. 120 ius civile teneat, quo -ent causae forenses cotidie. top. 70 quae se ipsis contenta sunt, meliora *sunt*, quam quae -ent aliis. rep. 2, 10 quo posset urbs et accipere a mari, quo -ret, et reddere, quo redundaret. Tusc. 1, 89 rem non magnopere philosophia -ere. 4, 53 *fortitudinem* stomacho non -ere. 5, 102 quam parvis rebus -at *natura*. nat. deor. 2, 4 oratione prima pars (2, 23. 3, 8, *cf. p. 236, 20*). 2, 115 *sidera* ut fierent ratione -uerunt. Tim. 18 nec ... oculis -bat (*Plat. Tim. p. 33^{C} ἐπεδεῖτο*) ... nec auribus *mundus. ibid.* ipsum se contentum esse mundum neque -ere (ἔσεσθαι ... προσδεές) altero. 19 *conversio* pedibus ... non -ret (δέον). *al.* Phil. 5, 7 illa auspicia non -ent interpretatione (*cf.* QVINT. inst. 1, 6, 29 decl. 275 p. 125, 9 PLIN. epist. 6, 29, 2 COD. Greg. 2, 6, 1. 3, 1, 1). Att. 16, 7, 3 defensione -et meum factum ...? (SVET. Iul. 52, 2 *al.*). epist. 6, 3, 1 neque ... confirmatione nostra -bat virtus tua. 16, 23, 1 pecunia ex eo genere est, ut professione non -at. LVCR. 1, 160 nil semine -ret. 5, 290 splendore novo res semper -ere. SALL. Catil. 1, 7 alterum alterius auxilio (auxilii *Schol. Bern. Verg. georg. 2, 28*) -et (VERG. Aen. 2, 522 *infra l. 65*. CELS. 7, 26, 1^{C} FRONTIN. aq. 12. 119 *al.*). Iug. 1, 3 *animus* neque fortuna -et. OV. epist. 20, 36 culpatum nulla corpus -ret ope (LIV. 4, 27, 7). met. 2, 67 via ...-et moderamine certo (*cf.* 13, 362). Pont. 4, 8, 56 tantaque maiestas ore canentis -et. fast. 2, 484 sanguinis officio *Roma*. LIV. 2, 31, 10 *dictaturā* res publica. 2, 48, 8 assiduo ... praesidio ... bellum Veiens -et. 4, 8, 4 rem ... proprio magistratu -ere. 32, 13, 9 res -bat mora. *al.* SEN. contr. 2, 2, 5 haec controversia non -et divisione (*cf.* QVINT. decl. 259 p. 60, 10). VELL. 2, 43, 4 eius acta ... minus -ent stilo (SVLP. SEV. chron. 1, 45, 3). CELS. 1, 3, 36 cibo saepius corpus -et. 4, 6, 2 corpus calore. *al.* SEN. clem. 1, 21, 1 *fortuna* solacio (*cf. infra l. 63*). benef. 3, 35, 5 quod *beneficium* nullius -ret adiutorio. dial. 2, 13, 2 obscena si remedio -ent. 3, 13, 4 quae (*sc. virtus*) nihil vitiis -et. 7, 25, 6 quaedam virtutes stimulis, quaedam frenis -ent (*cf. p. 236, 59*). epist. 80, 3 corpus ... multis -et rebus, ut valeat. *al.* COLVM. 1 praef. 20 quod (*sc. negotium*) nullius -at magisterio praeceptove (*SAR*, praeceptoris *ed. Schneid.*). ASCON. Corn. p. 62, 13 St. hoc -ere enarratione. LVCAN. 6, 232 *mors* non -et ingestis ... telis. 8, 829 steriles -ant hibernis imbribus agri (*cf. Housman ad l.*). PLIN. nat. 17, 89 protecta vinearum ratione -ent. 18, 64 quoniam multo -ret alimento *planta*. 18, 134 fimo *lupinum. al.* SIL. 16, 608 laude facta. STAT. Theb. 9, 20 feritas iam non -et armis. MART. 10, 48, 15 quae non -ant ferro structoris ofellae. QVINT. inst. 1, 6, 38 arte non -ent *verba dilucidae originationis. al.* FRONTIN. aq. 99 res ... certo iure. PS. FRONTIN. strat. 4, 4, 2 facinore ... victoriam. IVV. 7, 62 paupertas ... aeris inops, quo ... corpus -et. 7, 228 merces, quae cognitione tribuni non -at (*cf. l. 60*). TAC. ann. 12, 5 principis labores ...-ere adminiculis (*cf.* VLP. dig. 7, 6, 1, 1). 13, 49. 14, 43. PLIN. epist. 1, 8, 10 voluptates adeo non -ent commendatione (*cf.* VLP. dig. 4, 1, 1). 4, 3, 5 neque ... coniectura -et, quid ... exprimere possis. *al.* EDICT. imp. Nervae Plin. epist. 10, 58, 9 gratulatio ... precibus. TERT. anim. 58 p. 359, 19 in quibus *cogitationibus* carne non -uit *anima. al.* HIL. myst. 2, 14, 2 p. 37, 13 neque haec (*sc. scripturae*) ... cognitione posteritatis -uerunt, sed cognitione scripturarum posteritas indigebat. SIDON. carm. 22, 223 *fornix* cultu. BOETH. mus. 1, 34 p. 224, 12 *al.* COD. Iust. 10, 34 (33), 2, 1 (*a. 428*) muneribus quae solacio -ere constiterit (*cf. l. 38*). *al.*

d *aliquid -et aliquo*: CIC. epist. 2, 2 spero nostram amicitiam non -ere testibus. VERG. Aen. 2, 522 non tali auxilio (*v. l. 28*) nec defensoribus istis tempus -et (*cf.* LVCAN. 7, 88 *et l. 78*). LIV. 6, 27, 3 censoribus ...-uit annus. 22, 25, 6 quarum (*sc. provinciarum*) neutra hoc tempore provincia praetore -at. VELL. 2, 127, 2 magna negotia magnis adiutoribus -ent. CELS. 8, 10, 1^{D} valentius membrum duobus -et, qui in diversa contendant. SEN. benef. 4, 16, 3 alia ... interprete -ent (QVINT. inst. 1, 6, 41. *cf.* 1, 2, 12 lectio ... interpretante). epist. 58, 28 immortalia tutore non -rent (COD. Theod. 13, 10, 6 [*a. 370*] annos, qui iam tutoribus ... non -ant). MART. 2 praef. l. 6 epigrammata curione non -ent et contenta sunt sua lingua. QVINT. inst. 12, 2, 2 ea quidem quae manu fiunt ... -ere doctoribus; virtutem vero ... inlaboratam ... habeamus. TERT. adv. Hermog. 8 p. 135, 6 materia ... deo non -uit (*cf.* LACT. inst. 1, 5, 7). IVST. 41, 5, 3 ut tutela loci nullis defensoribus -at.

3 *accusativo*: **a** *neutr. pronom. vel adi.*: GELL. 9, 8, 3 ne quid -at neve quid desit. PRISCILL. tract. 6, 102 p. 76, 15 nihil ...-uit deus. AVG. epist. 211, 9 melius est ... minus -ere quam plus habere. **b** *subst.*: ITALA Luc. 5, 31 (cod. b) *et* Marc. 2, 17 (codd. a, b, i) non -ent (*οὐ χρείαν ἔχουσι*. VVLG. non necesse habent) sani medicos. apoc. 21, 23 (Primas. Apring.) civitas non -et (*χρείαν ἔχει*) solem neque lunam (VVLG. sole ... luna). *cf.* 22, 5 (codd. g). PORPH. Hor. epist. 1, 10, 10 rus -o et amo. DIDASC. apost. 49, 29 non ... sacrificia -bat dominus. HESYCH. in lev. 9, 7 p. 892^{A} propitiationem *Christus*. EPIST. pontif. 321 Migne 20, 586^{B} nos adiutorium dei nec debere quaerere nec -ere. VAL. CEM. hom. 15, 4 auxilium fortioris.

4 *praepp.*: [de?: TERT. adv. Hermog. 8 p. 135, 3 nemo ... non -et eo, de cuius utitur; nemo non subicitur ei, ⟨de⟩ (*add. Kroym., falso ut vid.*) cuius -et, ut possit uti.] ad *aliquem*: AVG. in psalm. 37, 24 -et ille (*sc. pauper*) ad te, -es et tu ad deum (a te ... a deo *habent duo codd.*): tu contemnis -entem tui, deus te non contemnet -entem sui. 67, 13 *animalia* ad te -entia, non sibi sufficientia. pat. 15, 12 qui abundant et -ere ad deum dedignantur. serm. 61, 11, 11 -et ad te alter, -es ad alterum.

5 *infinitivo* (*cf. p. 235, 74*): MELA 2, 41 clariores quam ut indicari -ant Athenae. 2, 58. HIL. trin. 2, 25 non ille -uit homo effici ..., sed nos -uimus, ut deus caro fieret (*v. l. 30*). hymn. 1, 39 nil natae (*sc. progeniei*) -uit dari. PELAG. in II Cor. 8, 8 p. 275, 11 S. PAVL. NOL. epist. 13, 28 non -et alienae manus digito refrigerari. HESYCH. in lev. 25, 38 p. 1129^{B} quid in praesenti loco hoc commemorare legislator -uit? 27, 26 p. 1173^{A}. PROSP. carm. de ingrat. 885 nec genus humanum generari rursus -ret. resp. ad Gall. 1, 8 resp. ad Gen. 1—3 p. 245 c. coll. 15, 1 *syn.* debuerit. SIDON. epist. 7, 16, 2 FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 1 p. 224^{D}. incarn. 40 levia *peccata*, quae temporali -ant correptione purgari. VEREC. in cant. 4, 27 CASSIOD. inst. div. 21 hist. 9, 14 p. 1130^{B} *al.* VEN. FORT. carm. 1, 21, 41 turbidus incedens *fluvius* undis -et ipse lavari (lavacri *AR*). virt. Hil. 6, 17. ACT. Archel. 4, 12 p. 61, 21 quod ultro non -ant solliciti esse homines. *nota discrepantiam subi.*: CASSIOD. in psalm. 23, 6 nullus ... est, qui sibi misereri non -at.

6 *enunt. finali*: HIL. trin. 2, 25 *v. l. 16*. AVG. serm. ed. Morin (Rev. Bénéd. 34) l. 139 -et, ut des.

C *additur, in qua re vel quem ad finem (cf. p. 236, 1. 5. 27. 237, 7. 17. 42) aliquid sit opus*: **1** in *c. abl.*: CIC. Tusc. 5, 113 quibus in studiis oculis non -bat. PLIN. epist. 9, 13, 5 *v. p. 236, 38*. TERT. anim. 58 *v. p. 237, 58*. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 23. INST. Iust. 1, 25, 13 qui alieno auxilio in rebus suis administrandis -ere noscuntur.
2 in *c. acc.*: OV. epist. 6, 12 inque necem dextra non -uisse tua *viros*. trist. 1, 2, 66 Caesar in hoc vestra non -uisset ope. LIV. 34, 34, 4 *mora* impensa quoque magna -et in opera. MANIL. 4, 245 quicquid in usus ignis -et (agit *l. v.*) poscitque novas ad munera flammas. SIL. 17, 289 in funera Poeni Aeneadas undis ...-uisse. IVST. 24, 4, 9 in vindictam finium Dardanis. **3** ad (*aliter supra l. 8*): CIC. Cato 31 ad suavitatem nullis -bat corporis viribus. nat. deor. 2, 64 quae (*sc. pars corporis*) coniunctione alterius -ret ad procreandum. 2, 143 somno coniventibus, cum oculis ad cernendum non -remus. QVINT. inst. 3, 8, 63 *v. p. 236, 24*. HIL. c. Const. 26 ad arguendam voluntatem -ere chartula deum. AMBR. epist. 63, 110 Iesus non -bat adiutore ad redemptionem omnium. PRVD. c. Symm. 2, 232 ministeriis ad tot moderamina mundi (*syn.* requiro). MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 1 nequaquam ad fabricam universitatis -uerat alicuius (*οὐκ ἂν δεηθείη τινός*).

syn.: *ad I*: in angustiis esse (*v. p. 235, 23*). carere (*v. p. 235, 4. 9*). dehabere (*v. p. 240, 15*). foris esse (*v. p. 234, 32*). mendicare (*v. p. 234, 26*). pauperem esse (*v. p. 234, 53. 235, 67*). *ad II*: appetere (*v. p. 235, 66. 236, 51*). desiderare (*v. p. 236, 31. 81*). indigere (*v. p. 235, 70. 236, 1. 82. 237, 9*). opus est (*v. p. 236, 56*). opus habere (*v. p. 237, 4*). poscere (*v. l. 40*). requirere (*v. l. 49 et p. 237, 3*).

opp.: *ad I*: abundare (*v. p. 234, 38. 70*). in divitiis (facultatibus) esse (*v. p. 234, 22. 56*). habere (*v. p. 234, 21. 68*). locupletem esse (*v. p. 234, 31*). redundare (*v. p. 237, 14*). suppeditari (*v. p. 235, 14*). *ad II*: contentum esse (*v. p. 236, 60. 237, 12. 19. 74*).

deriv.: egentia. *cf.* egenus egestas. *comp.*: (per)indigeo.

part. praes. pro adi. ✖egēns, -ntis. PAVL. FEST. p. 77 -s velut exgens, cui ne gens quidem sit reliqua (*cf. p. 239, 2 sq.*). *ad eandem originationem Landgraf (Archiv 7 [1892], 275 sqq.) locutiones velut* exul (extorris) -s *revocandas putat; cf. etiam Thielmann, Archiv 8 (1893), 539 de* VVLG. Sirach 36, 27 ubi non est mulier, ingemiscit (gemescit *A*) -s (*πλανώμενος*); *ego ne his quidem locis sensum carendi, indigendi afuisse ratus omnia huc referre malui (v. p. 239, 57).*

de formis: *abl. sing.*: CHAR. gramm. p. 126, 17 B. ab hoc -e homine; ab hac -i re. *forma in* -e *metro probatur*: STAT. Theb. 6, 717 PAVL. NOL. carm. 18, 41. *genet. plur. in* -um *metro postulatur ap.* SEDVL. carm. pasch. 3, 262 ENNOD. carm. 2, 98, 6 CARM. epigr. 1434, 3.

compar.: PLAVT. Vid. 81 CIC. Flacc. 53 Att. 6, 1, 4 APVL. Plat. 2, 18 AVG. serm. 50, 4, 6 epist. 28, 6 SALV. eccl. 1, 4 PALLAD. hist. mon. II 13 p. 366^{D}. *superl.*: CIC. S. Rosc. 23. 88 Flacc. 5 frg. Mediol. dom. 25 Sest. 111 Att. 9, 7, 5 epist. 3, 8, 2 BRVT. Cic. epist. 11, 19, 1 SALL. Iug. 86, 3 LIV. 1, 47, 12 TAC. hist. 3, 47. 4, 1 APVL. Plat. 2, 18 TERT. apol. 16, 2 AMM. 24, 3, 4 AVG. serm. 14, 6, 8. *adv.* egenter *v. p. 241, 54*. *de notione* (*cf. p. 233, 27 sqq.*): SYNON. Cic. Char. gramm. p. 424, 9 B. -s egestuosus nudus inops pauper. CLAVD. DON. Aen. 4, 375 p. 408, 2 -em, sine ope victus. AVG. beat. vit. 27 -em dice-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

remus, si egeret argento et pecunia; cum egeret sapientia, non diceremus? ISID. orig. 10, 88 -s et egenus sine gente et sine genere indigentes. GLOSS.^{L} I Ansil. EG 8 -es sine opibus sine gente indigentes. GLOSS. ἄπορος. ἐνδεής. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO. *ea quoque exempla hic attuli, quibus notio verbalis praevalet.* [*inc. signif.* (*in versione textus hebraici prave, ut videtur, intellecti*): VVLG. Iob 28, 4 eos, quos oblitus est pes -is (*i. mendicantis?*) hominis.]

I ***absolute*:** **A** *de* ***hominibus*:** *i. q. inops, pauper, mendicus; praecipue pertinet ad absentiam divitiarum, pecuniae, aliarum rerum ad victum necessariarum* (*sed cf. p. 240, 22*): **1** *attributive*: PLAVT. Stich. 331 relinque -em parasitum (*cf.* Persa 123). Vid. 89 defaenerare hominem -em hau decet (*cf.* CIC. Quinct. 62 *opp.* eques R. locuples. Verr. II 1, 123 homini proscripto -i ... quicquam dari. II 2, 94 homo -s et levis [II 3, 84 Flacc. 18 *opp.* locupletes]. Cluent. 66 *coni.* audacis [*cf. l. 28 al.*]. Catil. 2, 20 tenues atque -es. Flacc. 52 dom. 25 *coni.* facinorosissimo [*cf. l. 24 al.*]. dom. 116 *homo religiosus* posuit ... hominem sua virtute [*abl. causae; ironice*] -em. or. frg. A XV 3 *coni.* turbarum cupidi. Att. 1, 19, 5 *coni.* nequam. 9, 7, 5 ad Brut. 2, 7, 5 SALL. Catil. 37, 8 LIV. 34, 32, 9 SEN. contr. 10, 4, 15 *al.*). TER. Phorm. 751 anus deserta, -s, ignota. CIC. Cluent. 163 -s quidam calumniator. Flacc. 5 frg. Mediol. l. 38 per -issimos testes. dom. 58 perditi milites atque -es. Sest. 111 in furiosissimum atque -issimum ganeonem. Mil. 36 -ium civium et facinorosorum. Tusc. 3, 39 Telamonem pulsum patria, exulantem atque -em. Att. 10, 8, 6 -i ac perditae multitudini. BRVT. Cic. epist. 11, 19, 1 tironibus. OV. epist. 1, 95 Irus -s. LIV. 2, 25, 6 paulum recreatus -s miles. 10, 18, 8 seditiones a plebeis et -bus ducibus ortas (*cf.* 24, 23, 9 *coni.* audaces). 26, 33, 8 captivis. VAL. MAX. 6, 8, 7 *rogo* -em (ardenti *Paris*) ... senem superiecit. QVINT. decl. 330 p. 296, 27 matrem. 368 p. 403, 4 patrem (PAPIN. dig. 36, 1, 52 *al.*). TAC. hist. 2, 92 flebilis et -s nobilium turba. GAIVS dig. 39, 6, 31, 4 debitor. VLP. dig. 1, 12, 1, 2 patronos. *al.*

2 *substantive et praedicative*: PLAVT. Persa 1 qui amans -s ingressus est princeps in Amoris vias. Rud. 409 timidas, -es, uvidas ... accepit. Vid. 81 -iorem ... neminem ... esse credo. TER. Andr. 924 ille (*sc. eiectus*) -s. Phorm. 357 -s relictast misera (SCHOL. divitiis orba). Ad. 384 hinc -s profugiet aliquo militatum (SCHOL. id est pauper). TRAG. inc. 44 ego -s exortus sum. RHET. Her. 4, 40, 52 te ... inopem atque -em nunc videmus (SEN. Ag. 991 SVET. Nero 6, 3 gramm. 8 CLAVD. DON. Aen. 1, 600 *al.*). CIC. S. Rosc. 88 is qui antea tenuis fuerit an is qui postea factus sit -issimus. Verr. II 1, 25 ut -es inanesque discederent. Cluent. 70 cum esset -s, sumptuosus, audax (*cf.* dom. 46). leg. agr. 1, 22 cum omni -ium atque improborum manu. Catil. 4, 17 animos -ium atque imperitorum. Flacc. 23 fremitum -ium. 53 nihil ... illo homine levius, nihil -ius. 54 -ium contio. dom. 45 -īs et perditos (*cf. supra l. 22. 25, infra l. 54 et* CAES. Gall. 7, 4, 3 dilectum -ium ac perditorum). 79 operis non solum -ium, sed etiam servorum (*cf.* 89 Att. 14, 10, 1). Planc. 86 -es in locupletes ... armabantur (*cf.* CAES. civ. 3, 59, 2 locupletes ... ex -bus fecerat. GAIVS dig. 40, 4, 57 *al.*). Rab. Post. 4 -i et roganti ... pecuniam credidit. 39 nudus atque -s ... fugit (APVL. apol. 75. 92 AMM. 20, 8, 8 SVLP. SEV. Mart. 2, 8 *al.*). Phil. 2, 65 modo -s, repente dives (*cf.* OV. epist. 2, 109 SEN. contr. 1, 7, 7 APVL. mund. 19 MIN. FEL. 33, 3 DRAC. Romul. 5, 286 *al.*). 2, 78 perditum aere alieno -emque. *al.* parad. 43 haec utrum abundantis an -is signa sunt? fin. 2, 105 *Marius* expulsus, -s, in palude demersus (*cf. l. 24 et 64*). 5, 84 sit ... idem ... exul, orbus, -s (*cf.* DIRAE 84 exul ego indamnatus, -s [*proleptice*] mea rura reliqui. SEN. Ag. 991 Med. 20 clem. 2, 6, 2 OROS. hist. 4, 5, 5 *et l. 24 et 72 sq.*). Lael. 23 -es abundant. Att. 8, 2, 3 vagamur -es. Q. CIC. pet. 8 libidinosi, ... -es. PVBLIL. N 31 necessitas -em mendacem facit. SALL. Catil. 18, 4 erat ... -s, factiosus, quem ... inopia atque mali mores stimulabant. 33, 1 miseri, -es ... fortunis expertes sumus. Iug. 86, 3 -issimus quisque opportunissimus. VERG. Aen. 1, 384 ignotus, -s. 4, 373 eiectum litore, -em (*cum abl. inepte iungunt quidam apud* SERV.; *conferri possunt l. 36 et 56*). HOR. sat. 2, 2, 98 cum derit -i as. OV. rem. 748 alter -s, altera pauper erat (QVINT. decl. 260 p. 69, 2. ITALA deut. 24, 14 [Lugd.] pauperis et -is [πένητος καὶ ἐνδεοῦς]. CYPR. eleem. 15. 23 LACT. inst. 6, 9, 8 SCHOL. Cic. Bob. p. 98, 24 St. RVFIN. hist. mon. 18 COD. Theod. 9, 14, 3 pr. [*a. 397*] *al. cf. p. 240, 10*). trist. 4, 5, 7 cuius eram censu non me sensurus -em. LIV. 1, 47, 12 fortuna ..., unde ... -issimis largiretur. 2, 6, 2 ne se (*sc. Tarquinium*) ... extorrem, -em ... perire sinerent (*cf.* 2, 9, 1 -es exulare [OROS. hist. 7, 42, 5] *et 24 et 57*). 8, 19, 14 -ium atque humilium poena (*cf.* SEN. contr. 1, 6, 3 *et p. 240, 7*). 8, 26, 5 spoliati atque -es domos rediere. 22, 9, 3. 34, 31, 14. RVT. LVP. 2, 15 multum desiderare -is est signum. SEN. contr. 1, 6, 3 catenatus, -s, squalidus. *al.* VAL. MAX. 6, 9, 12. SEN. dial. 7, 25, 1 me ... inter -is abice: ... in illorum numero consedero, qui manum ad stipem porrigunt. *al.* QVINT. decl. 330 p. 299, 29 cibos cotidianos petit et ... -s est. IVV. 14, 137 -is vivere fato. TAC. ann. 1, 74 -s, ignotus, inquies. 2, 48 prodigos et ob flagitia -es (*cf.* 6, 7). *al.* SVET. Cal. 38, 1 exhaustus ... atque -s (*cf.* Nero 32, 1). GRAN. LIC. p. 29, 4 bea⟨tos⟩ -es faciebat. GAIVS dig. 4, 4, 27, 1 si -i minor crediderit. PAVL. dig. 18, 2, 14, 3 erit hic similis -i. *al.* APVL. Plat. 2, 18 quanto cupidior sit, tanto -ior ... videri potest. ITALA lev. 19, 10 (Monac.) -i (πτωχῷ. VVLG. pauperibus) et proselito. deut. 15, 4 (Lugd.) non erit in te -s (ἐνδεής. VVLG. indigens et mendicus. *cf.* 15, 7. 11). psalm. 67, 11 (Aug. in psalm. 67, 13) parasti in tua suavitate -i (πτωχῷ. VVLG. pauperi). 139, 13 (Aug. in psalm. 139, 17) facit dominus iudicium -is (πτωχοῦ. VVLG. inopis). *al.* PORPH. Hor. sat. 1, 1, 68 sq. *avari* -bus similes (*cf.* AVG. civ. 7, 12). IVVENC. 1, 102 humiles opibus ditavit -es (*cf.* DRAC. laud. dei 2, 737). AVSON. 319, 7 non opulens nec -s. AMM. 30, 8, 9 -s ... aut infimus. VVLG. prov. 14, 31 qui calumniatur -em (πένητα. *cf. 22, 16* pauperem). Sirach 34, 25 panis -ium (ἐπιδεομένων) vita pauperum (πτωχῶν) est. PSALT. Rom. 87, 16 -s (πτωχός. VVLG. pauper) sum ego. PELAG. in Eph. 4, 28 p. 370, 12 S. operando tribuat indigentibus, qui multos furando fecit -es. *al.* OROS. hist. 1, 11, 1 profugum -emque. SALV. eccl. 4, 36 miseris atque -bus. CASSIOD. var. 9, 3, 3 *opp.* opulenti. PALLAD. hist. mon. II 13 p. 366^{D} si dehabent et -iores sunt (*Butl. p. 22* εἴ γε λείπονται). CARM. epigr. 1434, 3 mater -um. *al.* ***additur abl. limit.*:** CIC. Flacc. 35 Asclepiades fortuna -s, vita turpis. **in** *c. abl.*: CIC. S. Rosc. 23 qui in sua re fuisset -issimus, erat ... insolens in aliena. APVL. Socr. 22 p. 171 in suis divitiis inops, -s, pauper. *metaphorice*: AVG. epist. 28, 6 ut ego ... -ior sim, ille copiosior. INSCR. christ. Diehl 3441 A, 8 vixit -s animo. *quid opus sit, e contextu apparet*: PLAVT. Stich. 282 eraeque -i (*Merula*, genti *AP*; *subintell.* '*subvenientis auxilio*') subveni, quae misera in expectatione est Epignomi adventum viri. *cf.* HIL. in Matth. 9, 2 aegrotis opem ferre et medicinam -bus praestare. *fort. similiter explicandum*: VVLG. Sirach 36, 27 -s (*sc. muliere. cf. p. 238, 69*).

B ***de rebus*:** CIC. epist. 3, 8, 2 sumptus -issimarum civitatum. AMM. 24, 3, 4 ex immensis opibus -issima est ... res publica. *audacius*: LVCAN. 4, 371 morbus -s (*i. q. aviditatis plenus,* '*sitis inextincta*', *Weise*) iam gurgite plenis visceribus sibi poscit aquas.

II *addito* ***quid desit*:** **A** ***latiore*** *sensu de statu non habendi, i. q. expers, orbus, privatus, destitutus aliqua re*: **1** *accedit genet.*: **a** *rei*: ***α*** *de personis* (*bestiis infra l. 46*): ENN. ann. 599 quem non virtutis -em (RHET. Her. 4, 20, 28 hominem laudem -em virtutis, abundantem felicitatis? VERG. Aen. 11, 27. VAL. FL. 4, 151 aequae virtutis -es. CARM. epigr. 813, 1). CIC. Brut. 263 paratus ad causas veniens, verborum non -s. LVCR. 4, 502 rationis -em reddere mendose causas (VERG. Aen. 8, 299 non te rationis -em [*ubi* SERV. litotes ... dicit: prudentissimum]. OV. met. 15, 150 MART. 6, 25, 7. *paulo aliter*: VAL. FL. 4, 303 [*i. animo destitutum*]). SALL. Iug. 14, 17 exul ... omnium honestarum rerum -s (rep. 2, 5, 3. *cf.* HEGES. 1, 29, 11 rerum omnium -s auxiliique inops). HOR. epod. 17, 66 -s benignae Tantalus semper dapis. OV. trist. 2, 395 -em mentis Orestem (PAVL. NOL. carm. 10, 196). COLVM. 9, 9, 1 cum rationabili generi mortalium, tum magis -bus consilii mutis animalibus (PETRON. 101, 7 PHYSIOGN. 120). MELA 2, 15 lignorum -es. VAL. FL. 4, 427 lucis (*sc. oculorum*) -em (*cf. l. 66 aliter*: STAT. silv. 5, 2, 16 priscae lucis [*i. nobilitatis*] -em). STAT. Theb. 1, 465 nec nos animi nec stirpis -es (egemus *BM*). 6, 673 non artis -s. 6, 921 laudis -s (SCHOL. inhonoratus). 11, 276 ignis -es (*i. honore rogi privatos*). silv. 1, 2, 172 nec formae nec stirpis -s (*cf. l. 50*). QVINT. decl. 260 p. 63, 27 infelicem ... et necessarii etiam victus -em. IVST. 23, 4, 7 humanae opis -em. AVR. VICT. Caes. 9, 1 Vespasianus ... facundiae haud -s. AMBR. Nab. 6, 30 -s omnium (*cf. l. 43*). PAVL. NOL. epist. 25^{a}, 2 admiratur ipse -s vitae illum divitem gaudii. ***β*** *de rebus*: SERV. Aen. 1, 22 dicta ... Libya ... ut Varro ait, quasi *Λιπυία* id est -s pluviae. SALL. Iug. 57, 1 oppidum ... nullius idoneae rei -s, armis virisque opulentum. 89, 5 omnia ... -ia aquae (*cf.* TERT. apol. 16, 2 in locis ... aquarum -issimis). OV. met. 1, 17 lucis -s aër (*interpretatur* GLOSS. V 546, 38 lucem opi [*sic*] habens, quasi dixisset obscurus. *cf. l. 67*). 11, 120 mensas ... exstructas dapibus nec tostae frugis -es. SEN. benef. 3, 31, 4 si vitam imputas mihi per se, nudam, -em consilii. STAT. Theb. 5, 237 -em sanguinis ensem (*sc. sanguine senum exsanguium imbutum*). 6, 717 lucis -e manu *Polyphemi* (*cf. l. 48*). PALLAD. 1, 5, 2 suci naturalis -ia. AVIEN. Arat. 1558 cedit vis inclita solis, lucis -s (*cf. l. 60*).

b *personae*: VAL. FL. 2, 153 tua matris -s ... proles. TAC. ann. 12, 66 nec ministrorum -s. AVSON. 191, 37 heredis -s. *nota de rebus*: LIV. 22, 31, 3 ⟨in⟩ insulis cultorum -bus.

2 *additur ablat.*: **a** *rei*: CIC. epist. 6, 22, 1 -s rebus omnibus. PROP. 3, 20, 30 semper amet, fructu semper amoris -s. LIV. 3, 56, 8 rapique in vincla -em iure libertatis. VITR. 2, 1, 5 propter inopiam silvarum -es materia. SEN. contr. 2, 1, 7 divitissimus *Crassus* ... nunc apud Parthos -s (*AB*, eges *edd.*) sepulchro quoque. OCTAVIA 631 destructus et cunctis -s. ITALA prov. 9, 4 (Cypr. testim. 2, 2) -bus sensu (ἐνδεέσι φρενῶν. VVLG. insipientibus). CASSIOD. in psalm. 101 div. pauper iste mundanis divitiis -s, sed supernis virtutibus abunde ditissimus. *de re corporea*: LIV. 4, 30, 7 terra ... ingenito umore -s. *de ecclesia*: SALV. eccl. 1, 4 quanto ditior multitudine, tanto -ior devotione. **b** *personae*: MELA 3, 71 regio cultoribus -s.

B ***artiore*** *sensu; accedit quaedam necessitas (vel cupiditas) habendi (accipiendi) id, quod deest, i. q.* ***indigens, nonnusquam fere***

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. cupidus, avidus: **1** *accedit genet.*: **a** *rei*: *α de personis* (*de bestia v. l. 11*): PLAVT. Rud. 274 nunc tibi amplectimur genua -es opum (*cf.* ENN. scaen. 85 ex opibus summis opis -s, Hector, tuae. SALL. or. Cottae 4 -s alienae opis. CVRT. 6, 3, 13 COD. Theod. 2, 10, 4 [*a. 326*]. AMBR. epist. 56, 3). Persa 256 argenti mutui ut ei -i (*A*, legenti *P*) opem adferam. Bacch. 651 -s consili servos. SALL. Iug. 14, 23 ipse auxili -s. HOR. epist. 1, 17, 22 tu poscis vilia ... quamvis fers te nullius -em (*cf.* PELAG. in Rom. 12, 4 p. 95, 22 S. Ps. AVG. quaest. test. I 1, 2 *saepius*). PROP. 4, 9, 35 fontis -s erro. LIV. 22, 61, 2 Hannibalem maxime huiusce rei ... -em locupletari. 32, 14, 8 virium. LVCAN. 9, 704 *serpens* caloris -s gelidum non transit in orbem. STAT. Theb. 4, 486 lucis -es ... umbras (SCHOL. *ad l.* ad superos ... venire cupientes). TAC. ann. 12, 49 praesidii -s. TERT. adv. Hermog. 9 p. 136, 9 -s eius (*sc. materiae*) *deus. al.*

β de rebus corporeis et incorporeis: SALL. Iug. 43, 3 quae in bello vario et multarum rerum -i usui esse solent. VERG. Aen. 5, 751 animos nil magnae laudis -es (SERV. qui nulla gloriae cupiditate tanguntur). 7, 197 rates ... cuius -es. 11, 343 rem nulli obscuram nostrae nec vocis -em. HOR. carm. 4, 8, 11 nec tibi talium ... est ... animus deliciarum -s: gaudes carminibus. OV. trist. 1, 5, 15 nullius -em fortunam. COLVM. 2, 16, 2 minimique sumptus -s (*edd.*, eroris *SA*) *cultus pratorum*. PLIN. nat. 2, 5 figura *orbis* ... nullarum compagium -s. HIER. hom. Orig. in Ier. 12 p. 862 locus est difficilis et ad interpretandum nimii sudoris -s (*i. exigens*). BOETH. Porph. isag. p. 25, 14 altissimum negotium et maioris -s (*δεομένης*) inquisitionis. cons. 3, 2, 55 copiosus bonorum omnium status nec alieni -s, sed sibi ipse sufficiens.

b *personae*: OV. fast. 6, 135 *striges* pueros ... petunt nutricis -es (*cf.* AVSON. 328, 5 matre carens, nutricis -s). HIL. in Matth. 7, 4 cuius (*sc. salvatoris*) tamen -s erat. AVG. in psalm. 37, 24 tui.

de re: MANIL. 4, 216 in ambiguo fuerit quodcumque locatum et rectoris (*i. interpretis*) -s.

2 *additur ablat.*: **a** *rei*: *α de personis*: CIC. nat. deor. 1, 122 *dei* nulla re -es. LIV. 5, 36, 3 Gallis -bus agro. 21, 52, 6 -es ope Galli. RVT. LVP. 1, 10 patrem -em auxilio tuo. VVLG. Sirach 11, 12 -s (*προσδεόμενος*) recuperatione. PSALT. Rom. 36, 25 -s pane (VVLG. quaerens panem. *LXX ζητοῦν ἄρτους*). COD. Iust. 1, 3, 48, 6 (*a. 531*) pauperibus, qui ... sunt vel penitus mendicantes vel alia sustentatione -es. *β de rebus*: CIC. Tusc. 1, 43 *animus* nulla re -s. TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 380, 2 *documenta* -ia experimentis fidei. 5, 15 p. 629, 17 habet .. anima suum vocabulum proprium, non -s communi vocabulo corporis. AMM. 26, 5, 12 ne ... provincias desereret -es adminiculis magnis. **b** *personae*: AVG. in psalm. 69, 7 homines ... -es deo.

3 *additur accus. subst.*: TERT. adv. Val. 26 p. 203, 4 -bus salutem (*MF*, salute *P*).

syn.: exhaustus (*v. p. 239, 82*). inanis (*v. p. 239, 42*). inops (*v. p. 239, 39. 240, 20*). mendicans (*v. l. 38*). nudus (*v. p. 239, 51*). pauper (*v. p. 239, 66 sqq. 240, 20*). tenuis (*v. p. 239, 41*).

opp.: abundans (*v. p. 239, 55. 240, 36*). beatus (*v. p. 239, 82*). copiosus (*v. l. 26. p. 240, 21*). dives (*v. p. 239, 53. 240, 74. 79. 80*). locuples (*v. p. 239, 13. 15. 49*). ops (TRAG. inc. 44*?*), *cf.* opulens, opulentus *p. 240, 8. 15. 59*.

deriv.: egentia.

adv. **egenter.** *i. q. cum paupertate*: PAVL. NOL. epist. 13, 15 vitamque nostram nec -r redimere curamus, qui pro vita mortem emimus sumptuose. DRAC. laud. dei 3, 71 non vixit -r.

egeor *v. p. 233, 20 sqq.*

ēgeriēs, -ēī *f.* [*ab* egero. *W.* (*cf.* congeries.)] *i. q. actus egerendi (cf. l. 62?), praecipue de rebus egestis: generatim*: SIDON. epist. 8, 11, 2 quem cotidie tam multiplicis bibliothecae ventilata lassat -es. *speciatim i. q. excretio, excrementum corporum*: [SEN. nat. 1 praef. 4 ut hoc corpus ... farcirem et viverem aegri (-ei *coni. Diels, 'non recte ad formam' Heraeus*) minister?] SOL. 2, 38 lynces ... egestum liquorem ... contegunt ..., ne talis -es transeat in nostrum usum. 40, 11 -e noxia submovet insequentes *bonacus*. PAVL. NOL. carm. 31, 283 per -em, qua sese animalia purgant, reddunt digestis membra vorata cibis.

ēgermino, -āvī, -āre. [*ab* ex *et* germino. *W.*] *i. q. germen emittere, pullulare*: COLVM. 4, 17, 4 decutienda sunt omnia, quae infra trunci caput -verint. 4, 27, 4 ut quidam oculi trigeminis palmis -ent (*cf.* 4, 32, 5). 4, 29, 6 plures oculos, quibus -et *sarmentum*, inesse. 5, 5, 17 qui (*sc. malleolus*) cum -vit. *transitive*: HIER. in Gal. 5, 22 p. 512 (*tropice*) *mansuetudo* de bona spiritus arbore bonos fructus -ans.

1. ēgero, -ssī, -stum, -ere. [*ab* ex *et* gero. *W.*] *depon.?*: IORD. Get. 167 ostia ... maris Tyrreni in Oceani aestu -itur *fretum Gaditanum (nisi sit* ostia [*pro sing.*] *subi., cf. Werner, Lat. d. Get. d. Jord. p. 27). passive vi mediali v. p. 242, 67. 243, 15. 72. de notionibus* (*cf. p. 243, 9*): GLOSS. II 270, 36 *διάγω ἀντὶ τοῦ διατρίβω* 'falsa inter gaudia noctem e[r]gerimus' Virgilius libro VI (*514, qui versus ad v.* agere *pertinet; afferri potuerunt loci p. 244, 62 allati*). GLOSS.^{L} III Abstr. EG 1 -imus tollimus. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, BELL. Alex., PROP., LIV., *solito saepius in* PS. QVINT. decl. NOT. Tir. 26, 61^{b} -it. 26, 68^{b} -ssit (*inter composita verbi 'gerere'*). [*dub.*: PLAVT. Truc. 111 eorum aggerimus (*P*, -imus *coni. Gesner; v. vol. I 1303, 74*) bona. VARRO Men. 70 Hercules ..., qui Augeae -ssit (*Mercier* [*cf. l. 26 et p. 243, 40*], agessit *Iun.*, qui augebes sed *codd.*) *κόπρον*. SEN. nat. 5, 10, 3 multum e frigidata caeli parte in hanc -stum (*Δ*; eiectum, coniectum, extensum *cett.*) est. PS. QVINT. decl. 9, 18 p. 184, 8 ⟨s⟩e gereret *coni. Lehnert pro trad.* -ret (*recte, ut vid., cf. vol. VI 1947, 67*). ANTHIM. 1, 72. 73 *legitur in partibus interpolatis codd. B et G. saepius confunditur c. v.* erigere. *dubiae interpretationis*: CORP. VI 960 (*a. 113*) *monumentum exstrui iusserunt* ad declarandum, quantae altitudinis mons et locus ... sit -stus (*plerique collato Cass. Dione 68, 16 κατέσκαψε τοσοῦτον ὅσον ὁ χίων ἀνίσχει interpretati sunt 'in planum sit deductus', sed cf. Lehmann-Hartleben, Die Trajanssäule, 1926 p. 6 sq., qui cogitat de notione vacuefaciendi [v. infra p. 243, 38]; fort. intell. [quod per litt. etiam A. von Gerkan probat] de monte Quirinali, cuius extrema e parte ad forum Traianum vergente tantae moles effossae sint, ut locus foro efficeretur*).]

I *proprie de amotione locali, i. q. efferre, amoliri, effundere, educere, amovere, tollere sim.*: **A** *generatim*: **1** *pro obi. sunt res (animantia), quae amoventur* (*additur* ex *l. 25. 27. 30. 63 al.*; ab *l. 29. p. 243, 47*; de *l. 28. 44. 50. p. 243, 20; nudus ablat. l. 31. 42. 44. 54. p. 243, 7. 32*; in *c. acc. l. 25. 52. 68. p. 243, 12 al.*; in *c. abl. p. 243, 30*): **a** *res ex aedificiis, urbe, civitate sim. auferre*: CATO agr. 37, 3 stercus -ito (39, 1 in stercilinum. COLVM. 2, 14, 1 ex columbariis. MIN. FEL. 23, 5. *cf.* VARRO Men. 70 *l. 4*. PLIN. nat. 28, 263 si fimi aliquid -atur e stabulis. LACT. inst. 1, 9, 5 non ... fortior putandus est qui ... fimum ⟨de⟩ stabulo quam qui vitia de corde suo -it). LIV. 5, 22, 3 cum iam humanae opes -stae a Veis essent, amoliri tum deum dona ... coepere. 6, 3, 5 victorem vagum praedam ex hostium tectis -entem (*cf.* 9, 31, 5 ex omni Samnio. SIL. 13, 352 templis *Campanis* ... -itur praeda. TAC. hist. 3, 33). 25, 25, 9 omnia ... bona. 30, 39, 7 pecuniam ex aerario (*cf.* CVRT. 5, 2, 11). CVRT. 10, 1, 33 aurum inde (*sc. ex sarcophago*) -stum (*cf.* TAC. ann. 15, 45). LVCAN. 3, 167 gaza ... -itur. VLP. dig. 47, 2, 39 fures ... meretricis res -sserunt. AMM. 25, 2, 2 quicquid ... postulabatur, ... -ssit (*i. egeri iussit*; di- *coni. Petschenig*) *imperator*. *subi. bestiae*: PLIN. nat. 9, 86 putamina -it *polypus*. 10, 92 *halcyones* -unt excrementa pullorum (11, 25). *poetice subi. ipse locus, unde res efferuntur*: MART. 1, 26, 8 -it et nigros Massica cella cados.

b *humum, res in terra conditas fodiendo*: OV. met. 7, 243 -sta scrobibus tellure duabus. LIV. 38, 7, 6 -entes ... humum fefellere hostem (VAL. MAX. 2, 4, 5 ad XX pedum altitudinem. CVRT. 7, 10, 14. COLVM. 2, 2, 19 scrobibus. 3, 11, 4 de vepribus. 4, 1, 3. 12, 46, 4 TAC. ann. 1, 65 HIER. in Hab. 2, 3 p. 657 [*in imag.*]. VVLG. deut. 23, 13 -sta humo operies [*ἐπαγαγὼν καλύψεις*], quo relevatus es). CVRT. 5, 1, 29 *limo* ad fundamenta *pontis* iacienda -sto. PLIN. nat. 33, 71 *silices*. FRONTIN. strat. 3, 7, 4 in usum eius (*sc. aggeris*) ... -i terram (3, 8, 1. VLP. dig. 47, 2, 52, 8 si ... inde aliquis terram -ssisset abstulissetque. PALLAD. 6, 3, 1. VEG. mil. 4, 2 p. 130, 16 de fossis. 4, 20 p. 142, 2). TAC. hist. 5, 7 litus ... -entibus (*sc. harenas*) inexhaustum (*cf.* SVET. Nero 48, 3 in specum -stae harenae). PANEG. 12 (2), 28, 2 *aurum* e terrenis specubus -stum (*ibid.* effossum). AMM. 24, 6, 1 -sto solo. *-unt bestiae*: MELA 2, 1 aurum terrā penitus -stum (3, 62 PLIN. nat. 11, 111). PLIN. nat. 10, 126 terra *ab avibus* ... -sta (*cf.* 30, 39). *subi. res: causative*: SEN. dial. 5, 33, 4 avaritia iterum sub terras referente, quae male -sserat (*cod. Laur.*, gess- *A*). *de terra, montibus ardentibus*: SEN. nat. 1 praef. 7 quod (*sc. aurum*) -ssit *terra* et signandum monetae dedit. PLIN. nat. 2, 237 -itque bitumen *mons ardens*. 2, 238 flammas (SIL. 7, 373 fuderit -stas ... flammas infelix tellus). *de aquis*: PLIN. nat. 31, 19 Marsyae fontem ... saxa -ere (1, 31, 16). 31, 55 fons ... purgamenta -it. SIL. 13, 838 fons ... ustas sub gurgite cautes -it. PS. QVINT. decl. 12, 16 p. 233, 4 -it ex fundo harenas mare. TAC. hist. 5, 6 *lacus* certo anni bitumen -it. PLIN. epist. 2, 17, 28 mare ... squillas optimas -it. ANTH. 474, 5 illic sinus -it algas. CARM. de Iona 47 pars maris interni putidum ...-it. *passive vi mediali i. q. erumpere, elabi, effluere*: LVCAN. 4, 644 quisquis inest terris, in fessos spiritus artus *Antaei* -itur. PLIN. nat. 2, 193 *terra* quatitur ... -stis molibus. 2, 236 Aetna ... -stum ... cinerem pruinis operiens. IVST. 4, 1, 6 harenarum moles -untur.

c *aliis ex locis res solidas eximere, auferre*: BELL. Alex. 21, 5 -stis ex mari lapidibus. LIV. 21, 37, 1 tantum nivis fodiendum atque -endum fuit. COLVM. 11, 2, 19 sarmenta ... vineis nondum fossis ... -ere. VLP. dig. 39, 2, 7, 2 si ... aedes deciderunt neque dominus rudera velit -ere eaque derelinquat. APVL. met. 7, 25 nemora, unde lignum puer solebat -ere. AMM. 29, 5, 18 favillarum -entes acervos. PLIN. nat. 6, 104 lintribusque adferuntur onera *navibus* et -untur. 16, 227 alterna inclinatione *dentium serrae* -unt scobem. 35, 44 -sto eo, *quod rudibus medicamentis inebriatur*. 36, 68 -stis laterculis. APVL. met. 3, 21 indidem -sta unguedine *e pyxide*. *subi. res*: PLIN. nat. 2, 82 quoniam contagium nimii umoris ... atque ardoris ... -at *Iovis stella fulminibus*. 34, 101 -sta flammis atque flatu tenuissima parte materiae *cadmeae*. *fructus, materiam germinando* (*de*

[*Rubenbauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plantis): COLVM. 3, 2, 11 materiam fructumque ... duplicem ... germana *vitis* -it. PLIN. nat. 17, 178 *vitis* perniciose luxuriat nec ampliat se, sed -it (*i. prodige se profundit; an* deperit, *quod dubitanter coni. Mayh.?*).

d *liquores i. q. effundere, haurire: sentinam e navibus*: OV. met. 11, 488 -it hic fluctus aequorque refundit in aequor (*cf.* STAT. Theb. 5, 383 pars aequora fundo *navis* -ere). SEN. dial. 4, 10, 7 aliam excludit undam, aliam -it. *aquam e rivis sim.*: AVG. civ. 7, 35 p. 318, 29 D. quod ... aquam -sserit, id est exportaverit, Numa Pompilius, unde hydromantian faceret. *canalibus ductis, machinis*: PLIN. nat. 3, 120 -sto amnis impetu per transversum in Atrianorum paludes. 33, 97 -unt aquas lucernarum mensura. 36, 124 montem perfossum ad lacum Fucinum emittendum ..., cum aut corrivatio aquarum ... -retur (*accedit notio 'in altum elevandi'*) in verticem machinis aut *eqs.* *pass. vi mediali, i. q. effluere* (*praesertim de origine et inundatione fluviorum*): SEN. nat. 3, 8 ex illa profunda copia isti amnes -untur. PLIN. epist. 4, 30, 7 umor vicibus alternis supprimitur vel -itur. 8, 20, 9 lacus in flumen -itur. IVL. HON. cosmogr. A *et* B 7 -itur in oceanum (*cf.* B 34 COSMOGR. 1, 8). IVVENC. 2, 148 -stas ... de fontibus undas. *ex vasis*: PALLAD. 11, 14, 18 primo amne musti spumantis -sto. *subi. res*: LVCAN. 3, 277 quaque, fretum torrens, Maeotidos -it undas Pontus. 5, 464 palus, leni quam fallens -it unda *Apsus amnis* (*nisi spectat ad 2*). SIL. 15, 225 pigram in planitiem stagnantis -it undas *urbs*. PLIN. epist. 5, 6, 37 fons -it aquam et recipit. AVIEN. ora 684 aquas stagni per aequor -it *Rhodanus*. CLAVD. 8, 631 barbaricos vix -it unda *amnis* cruores. carm. min. 26, 54 quod superat fluvius ... -it. *fortasse addendum*: IORD. Get. 167 *p. 241, 77* *omisso obi.* (*in modum verbi intransitivi*): IVL. HON. cosmogr. A 7 -it (effundit *rec. B*) in mare Caspium. 20. 34. 47 -it (infunditur *B*) in mari Tyrenno.

e *homines i. q. exire iubere, expellere* (*cf. p. 244, 34*): VAL. MAX. 6, 6 ext. 2 feminis omnique aetate imbelli urbe -sta. TAC. hist. 4, 39 -sto quidquid turbidum *erat*, rediit urbi sua forma. *subi. res*: SEN. epist. 91, 12 sive gravitas caeli -sserit populos. *per metonymiam*: OROS. hist. 5, 6, 5 *Sicilia* clausa undique mari -ere foras non facile potest intestinum malum (*i. homines rei publicae evertendae cupidos*).

2 *per enallagen de ipsis locis, unde res (vel homines) -untur, i. q. evacuare, exonerare, vacuefacere* (*cf. l. 23 et p. 242, 15*): VARRO rust. 1, 38, 3 stercilinum secundum villam facere oportet, ut quam paucissimis operis -atur (*nisi subaudiendum sit 'stercus', ut pertineat ad p. 242, 25*). PROP. 4, 6, 34 -ssitque avidis Dorica castra rogis *Apollo* (*an ad II E, p. 244, 68?*). LVCAN. 6, 295 cum tota cavernas -it (erigit *l. v.*) ... Aetna (COMMENT. exhaurit de se flammas). STAT. Theb. 1, 37 -stas (SCHOL. evacuatas, populis exspoliatas) alternis mortibus urbes. 4, 509 plenas antiquis ossibus urnas -ere. 4, 825 Kl. (818 Kohlm.) sordet aquis -stus ab imis alveus (*sc. ad bibendum*). LACT. inst. 1, 9, 2 stabulum -ssit *Hercules* (*cf.* ANTH. 627, 7). CAEL. AVR. acut. 3, 3, 20 -stus venter facilia facit spiramenta (*cf.* chron. 4, 6, 85 incessabili -endi ventris desiderio).

B *speciatim res ex partibus corporum animantium excutere, emittere, excernere sim.* (*additur* ex *p. 244, 30 al.*; de *p. 244, 30; abl. nudus l. 58*; in *c. acc. l. 68. 75 al.*): **1** *membra eximere*: VAL. MAX. 9, 2 ext. 11 mactatarum pecudum intestinis et visceribus -stis. PS. QVINT. decl. 8, 20 p. 164, 14 -sta saepe vitalia. FIRM. math. 1, 7, 31 oculi ... -untur.

2 *fetum, puerperium edere* (*passive i. q. nasci*): PAVL. FEST. p. 77 *Egeriam* facile conceptum alvo -ere. PLIN. nat. 7, 48 uno abortu duodecim puerperia -sta. PS. QVINT. decl. 8, 13 p. 157, 8 dum primum uteri pondus -itur. HIER. epist. 22, 39, 2 filius ... cruentus -itur (egreditur *l. v.*). ENNOD. carm. 1, 19, 23 (*de Maria*) fons membra clausus -it.

3 *animam, sanguinem, lacrimas sim. profundere*: SEN. epist. 54, 2 animam -ere (*supra scriptum V*, egere *p*, agere LV^1. *cf.* LVCAN. 3, 718 -e, quod superest animae ..., per omnis bellorum casus). *sim.*: AVG. anim. 3, 4, 4 *aura* -itur mox *exhalando* ut ingeritur. PLIN. nat. 11, 86 priusquam aliquo fortuito ictu ieiunum -ant venenum *scorpiones*. PS. QVINT. decl. 5, 22 p. 109, 12 sinus, in quos -am exhaustarum reliquias lacrimarum. HIER. in Nah. 3 p. 564 purulentias. PRVD. perist. 5, 204 *persecutor* insana torquens lumina spumas ... frendens -it. THEOD. PRISC. log. 20 tussiunt frequenter, sputa sanguinea ... -unt (di- *VB*). *passive i. q. effluere, exire*: OV. met. 10, 136 per immensos -sto sanguine fletus (*cf. p. 244, 5.* PLIN. nat. 31, 62. VINDIC. med. 2 a flebotomatis non solum sanguis -itur, verum etiam spiritus). SEN. dial. 4, 36, 4 in oculos vehementius umor -stus. QVINT. inst. 11, 3, 16 narium ..., per quas quod superest vocis -itur. TAC. ann. 15, 64 multum vitalis spiritus -stum. AMM. 22, 15, 23 cruor -stus (*cf.* PRVD. c. Symm. 1, 399 -stum per mystica tela cruorem). RVFIN. hist. mon. 20 humor in corpore ... suis necesse est ut meatibus -atur. THEOD. PRISC. log. 59 ut flegmata difficilius -antur. *subi. res*: SEN. epist. 78, 19 vim continuae tussis -entem viscerum partes (*cf.* PS. QVINT. decl. 5, 20 p. 106, 25). VAL. FL. 6, 186 thorax *percussus* -it imbres sanguineos (*i effluere sinit*). PS. QVINT. decl. 4, 23 p. 87, 29 si non cum sanguine totam animam properans ictus -sserit (*cf.* 5, 18 p. 105, 13 **plagas**, per quas animam largior sanguis -ret). THEOD. PRISC. eup. faen. 13 ceriones ... umorem pinguiorem emittunt, achor ... umorem -it aquatiorem. CASSIAN. conl. 22, 6, 5 *humores* -i atque ... propelli.

causative: SEN. dial. 4, 36, 4 sanguinem supra vires elatus clamor -ssit.

4 *res in ventrem ingestas (et concoctas) reddere evomendo vel alvum purgando* (*praesertim apud medicos; cf. etiam p. 243, 49*): OV. met. 6, 664 reserato pectore diras -ere inde dapes ... gestit. SEN. epist. 47, 2 ut maiore opera omnia -at, quam ingessit (*cf.* HIER. in Is. 19, 14 p. 206 AVG. anim. 3, 4, 4). CVRT. 7, 5, 8 *aquam* sine modo infusam vomitu ... -ere (*cf.* PLIN. nat. 28, 160). COLVM. 6, 5, 1 quod -it sus aegra (*in parte codd. deest*). PLIN. nat. 9, 145 interanea evomunt, donec hamum -ant. 28, 212 urina ... -sta (29, 102 qui in urinam canis suam -sserit. 30, 143. MARCELL. med. 25, 9 solio calido ... urinam -ere. CAEL. AVR. acut. 3, 6, 69 CASS. FEL. 46 p. 117, 2). APVL. met. 7, 28 liquida fimo strictim -sta (*cf.* SOL. 40, 11 THEOD. PRISC. log. 28 CAEL. AVR. chron. 4, 6, 87). TERT. resurr. 60 p. 121, 3 quo huiusmodi membra ... dividunt, digerunt, -unt? (*sc. esum et potum*). SOL. 2, 38 lynces ... -stum liquorem (*i. urinam*) ... contegunt. HEGES. 5, 24, 3 cum ... alvum purgarent, -sserant aliqui biniones aureos, quos absorbuerant. HIER. epist. 54, 4, 1 -ssisti acescentes et morbidos cibos. VVLG. deut. 28, 27 partem, per quam stercora -untur. RVFIN. Basil. hom. 3, 6 quae in secessum -untur. MACR. Sat. 7, 4, 15 ut non ... qualia accepta sunt -antur. THEOD. PRISC. log. 29 scybalorum ... -endorum causa. GREG. M. moral. 31, 54 abscondat, quae -sta fuerint. *bestiolas*: CAEL. AVR. chron. 4, 8, 114. 115. *huc pertinent*: VVLG. II par. 21, 19 ut -ret etiam viscera sua (ἐξῆλθεν ἡ κοιλία). CASS. FEL. 39 p. 86, 19 si ex renibus et vesica *fuerit sanguis*, mingitur, si ex intestinis, -itur (*cf.* VITAE patr. 5, 4, 65 ut de visceribus multum sanguinis -ret [*gr. Nau, Rev. Or. chr. 1908 p. 52 n. 156* ἐκβάλλειν]). THEOD. PRISC. eup. faen. 14 purgatione totius corporis uti conveniet, ut origo, quae haec (*sc. vitia*) effecerat, -atur (*i. secernatur*). SVLP. SEV. Mart. 17, 7 fluxu ventris -stus est *daemon e corpore obsessi.* *subst. vice (i. excrementa) ponuntur neutr. plur.: gerund.* ēgerenda, -ōrum: MACR. Sat. 7, 4, 17 inde (*sc. e stomacho*) via est -is. CAEL. AVR. acut. 3, 14, 117. *part. perf. pass.* ēgesta, -ōrum: CAEL. AVR. chron. 3, 4, 65 -orum constrictione.

II *metaphorice et translate*: **A** *affectus i. q. in lucem proferre*: PS. QVINT. decl. 17, 8 p. 307, 28 non -sseris totum dolorem (*huc referam*: THEOD. MOPS. in Gal. 4, 19 p. 69, 22 quod [*sc. adhibita vox q. e.* 'filioli'] maiorem -entis ostendere poterat dolorem [*sc. patris filios amissos maerentis*], *ubi Swete 'lacrimas' subaudiendum censet, ut pertineat ad p. 243, 63.* *nota*: OV. trist. 4, 3, 38 expletur lacrimis -iturque dolor [*inest notio tollendi, auferendi; item*: PS. QVINT. decl. 16, 11 p. 300, 14 iam satiavit dolorem mater, -ssit aestus, effudit impetum]). LVCAN. 2, 64 talis pietas peritura querellas -it. PANEG. 10 (4), 32, 9 ut fistulae ... intersaeptae ... crassiores aquas evomunt, sic vota hominum metu interclausa turbidi aliquid -unt, cum cumulata ruperunt.

B *sententiam, causam proferre, prodere, edere*: SEN. epist. 66, 4 sermones ..., quos subinde -am et ad te permittam. 102, 16 verba, quae conceptam laudem -unt et ... emittunt. 118, 5 haec invicem scribere et hanc integram -ere materiam. THEOD. MOPS in I Tim. 5, 10 p. 161, 18 illud per partes -it (*i. exponit, persequitur*). *alteri vocem, veritatem exprimere, extorquere*: PS. QVINT. decl 7, 3 p. 136, 11 totum de visceribus meis latronis -ite secretum.

C *opes, divitias profundere, dissipare*: PS. QVINT. decl. 9, 10 p. 176, 21 non -stum conviviis fenus. 14, 3 p. 267, 11 substantiam in huius (*sc. meretricis*) sinus ... amator. DIFF. ed. Beck p. 54, 2 egestas est, si qui opes suas sine ratione -sserunt.

D *tempus consumere, transigere, distrahere* (*cf. p. 241, 81*): VAL. FL. 5, 298 numquam tanto ... paventibus ulla nox Minyis -sta metu. 8, 454 tota querellis -itur questuque dies. *subi. res, quae est causa distrahendi*: PERS. 5, 69 iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras -it hos annos (SCHOL. annos eliquat et consumit vel praeterire facit).

E *quasi funere efferre* (*cf. p. 243, 42. 45*): PS. QVINT. decl. 10, 1 p. 189, 9 liberorum mortibus destituti cuncta vota et ... spes ... ante se -unt (*sunt qui putent ad v. q. e.* agere *pertinere*).

deriv.: egeries, egestio, egestivus, egestus.

? 2. ēgero, -ōnis *m. si recte conicitur, iocose fictum ab* egerere. PLAVT. Truc. 552 foras -es (*post Buggium edd. recc.*, gerronis *codd.*), bonorum exagogae (*Merula*, axagoce *codd.*). [CORP. XV 5930 *v.* egelo *p. 231, 12.*] *cf.* gerro, congerro.

egersimon, (-ī) *n.*, *ἐγέρσιμον*. MART. CAP. 9, 911 -on (*i. excitativum carmen*) ineffabile concludens (*cf.* 1, 2 *ubi litteris graecis scribitur*).

***egestās,** -ātis *f.* [*cf. c.* egeo, egenus. *W.*] GLOSS.^{L} III Abstr. EG 7 ab eo, quod egere compellat. *aliter p. 245, 9.* *scribitur* aeg-: EDICT. imp. Diocl. II 8 (*in exemplari Aeg.*), *in libris saepius. plur.*: CIC. Att. 9, 7, 5 Phil. 14, 10 FIRM. math. 5, 3, 46 AVG. serm. 9, 12, 19 ARNOB. ad Greg. 16 SALV. eccl. 4, 25 GLOSS. II 58, 21. *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 429, 5 B. inopia. fames.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-s. inedia. penuria. paupertas. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 199 pauperies: -s. SERV. auct. georg. 1, 446 peior est -s quam paupertas: paupertas enim honesta esse potest, -s etiam turpis est (*inde* ISID. diff. 1, 185 GLOSS.^{L} I Ansil. PA 955. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 8, 365 p. 167, 22; *apud scriptores interdum gradatione* -s *paupertati opponitur; cf. l. 49 et p. 246, 4. 61*). AVG. beat. vit. 23 nihil aliud esse miseriam quam -em. 29 -s . . . verbum est non habendi. 30 paupertas et -s unum atque idem accipi solent. *ibid.* plenitudo . . . recte opponi -i. epist. 104, 4 -e . . . ubi necessaria naturae desunt. DIFF. ed. Beck p. 54, 2 -s est, si qui opes suas sine ratione egesserunt et alienis coguntur degere (*distinguitur a* paupertate, miseria *sim.*). GLOSS. ἔνδεια. πτωχεία. ἀπορία. στέρησις. GLOSS.^{L} I Ansil. EG 21 indigentia paupertas. *legitur inde a* PLAVT. CAECIL. ENN. TER. RHET. Her. CIC. (*nonnisi rarius*).

I *de statu egendi, i. q.* ***inopia, paupertas, mendicitas***:

A ***hominum***: **1** *absolute (vel addito gen. subi. inde a* PLAVT.) *de inopia, penuria praesertim opum, pecuniae, divitiarum, interdum alimentorum, ciborum (cf. infra l. 77. p. 246, 16. 36. al.) aliarumque rerum ad victum necessariarum*: PLAVT. Trin. 338 tolerare (*i. sublevare*) eius -em volo (358. 371 AVSON. 419, 77. *aliter p. 246, 35*). 686 -em exsequi. 688 qui meam -em leves. 847 -s quid negoti dat homini misero mali. Pseud. 695 scis laborem, scis -em meam. Asin. 139 te redigam . . . ad -is terminos. 163 solitudine ego ted atque ab -e abstuli (*cf. infra l. 34. 52.* LIV. 27, 9, 5). 671 quidvis -s imperat (*cf.* ENN. scaen. 320 quibus [*sc. hariolis*] -s imperat). CAECIL. com. 45 postquam rem paternam amiserant, -e aliquantisper iactati forent. 170 pauper qui educit in -em liberos (*cf. p. 246, 2*). TER. Andr. 275 coactum -e ingenium mutarier (*cf.* CIC. p. red. in sen. 11. Phil. 2, 62 cogebat -s. SALL. hist. frg. 2, 87 *v. p. 246, 59.* 3, 74 *v. p. 247, 1* LIV. 39, 54, 5 LVCAN. 3, 132 MART. 11, 87, 3 *al.*). Phorm. 416 ne quid turpe civis in sese admitteret propter -em (*cf.* RHET. Her. 2, 30, 49 IAVOL. dig. 24, 3, 66, 4 *al.*). 733 quod ut facerem -s me impulit. Ad. 104 haec . . . non siit -s facere nos. 303 vis, -s, iniustitia, solitudo, infamia (*sic enumeratur inter alia mala*: PACVV. trag. 52. 301 metus, -s, maeror, senium, exiliumque et senectus. CIC. rep. 3, 34 -e, exilio, vinculis. fin. 4, 72 morbum, -em, dolorem non appello mala, sed . . . reiectanea. off. 2, 38. 3, 30 morbus aut -s. SALL. Iug. 14, 23 fugam, exilium, -em. SEN. Thy. 923 comes exilii tristis -s. benef. 6, 30, 1 sordes, servitutem, bellum, em. dial. 6, 9, 4. 7, 11, 1 epist. 65, 24. 85, 27. 41. 91, 21. APVL. Plat. 2, 10 aegritudinem, -em. EPIST. syn. Sardic. occ. [Hil. coll. antiar. B II 2] 3 fame, siti, nuditate et omni -e necarent. ARNOB. ad Greg. 16 DRAC. laud. dei 2, 438. 3, 598. *cf. l. 68. 70. 81 al.*). RHET. Her. 4, 38, 50 utrum . . . avaritiae an -is ⟨causa⟩ accessit ad maleficium? (*cf.* APVL. apol. 77 pari avaritia et -e). CIC. inv. 1, 88 cum dicebas: 'si indigetis pecuniae . . .', hoc intellegebam: 'si propter inopiam in -e estis'. Quinct. 49 facile consolatur honestas -em. S. Rosc. 13 cui . . . mors patris attulit . . . -em. 78 in -e . . . versatur. 128 facile -em suam se laturum (parad. 45 istam paupertatem vel potius -em ac mendicitatem tuam numquam obscure tulisti. QVINT. decl. 269 p. 99, 26 *al.*). 144 vitam in -e degere. Verr. II 1, 77 *liberos* in -e atque in solitudine reliquisti (SEN. exc. contr. 6, 3 IVST. 23, 2, 10). II 4, 11 num . . . tanta -s, tanta vis presserit, ut *eqs.* II 5, 100 reliquis *remigibus* -e et fame perditis (dom. 116 Sest. 2, 85). Cluent. 36 fuit . . . summa -e. leg. agr. 2, 97 ex . . . -e in . . . abundantiam traducti. Catil. 2, 24 copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis inopia atque -e conferre (*cf.* CAES. Gall. 6, 24, 4 LIV. 39, 54, 5. SEN. dial. 9, 8, 4 paupertatem, inopiam, -em). 2, 25 copia cum -e . . confligit. 4, 10 -s ac mendicitas (SEN. dial. 9, 11, 9. *nota*: FIRM. math. 6, 17, 1 -em mendicitatis). Flacc. 6 qua -e . . . praeditis *testibus*. p. red. in sen. 11 cum suam rem . . . confecisset, -em et luxuriem domestico lenocinio sustentavit (*cf.* Att. 9, 7, 5 libidines, audacias, sumptus, -es tot egentissimorum hominum . . . nec rem publicam sustinere; *spectat quodammodo etiam ad II; cf. l. 65 et p. 246, 24*). p. red. ad Quir. 13 -em, avaritiam, libidines suas . . . expleri non posse (Phil. 14, 10 ad explendas -es latrocini sui). Sest. 38 -s, . . . aeris alieni magnitudo (*cf.* Phil. 2, 36 *et l. 69. p. 246, 17*). prov. 43 consulum scelus, cupiditas, -s, audacia. Phil. 2, 24 flagitiis, -e, infamia concidisses (*cf.* SALL. Catil. 14, 3). 2, 50 id . . . -is, aeris alieni . . . perfugium esse (*audacter fere i. q. tui egestate laborantis; cf. p. 247, 47*). Att. 1, 16, 2 -s iudicum . . . et turpitudo. ad Q. fr. 2, 10, 5 iocum . . . de sua -e. Q. CIC. pet. 9 natus in patris -e (*cf.* QVINT. decl. 269 p. 99, 26). PVBLIL. P 11 perdendi finem nemo nisi -s facit. SALL. Catil. 20, 8 divitiae apud illos sunt . . ., nobis reliquere . . . -em. 20, 14. 21, 4 admonebat alium -is, alium cupiditatis suae. 28, 4. 37, 3 -s facile habetur sine damno (*cf.* 52, 22 habemus . . . publice -em, privatim opulentiam). or. Phil. 15. epist. Pomp. 6 -em et famem (OCTAVIA 833 SEN. dial. 9, 11, 9 CYPR. eleem. 17 p. 386, 20 AVG. in psalm. 30, 5. DRAC. laud. dei 3, 652 famem, quam maior traxit -s. *cf. l. 54. p. 246, 36. 247, 4*). VERG. georg. 1, 146 duris urgens in rebus -s (*cf.* CLAVD. 18, 227). LIV. 6, 11, 8 -em . . . atque ignominiam (SEN. benef. 2, 9, 2 VVLG. prov. 13, 18). 25, 1, 8 plebs . . . -e et metu in urbem compulsa. RVT. LVP. 1, 10. 2, 15 nihil parcere -is est initium. SEN. contr. 1, 1 (thema) in -em incidit. 2, 1, 1 ex summis opibus ad -em devolutos (*cf.* PAVL. dig. 48, 20, 7 pr. SCHOL. Cic. Bob. p. 91, 27 St.). SEN. benef. 2, 17, 2 pecuniam sub gloria -is adquirere. dial. 1, 3, 2 in -em deduci (VLP. dig. 25, 3, 5, 17. 26, 5, 12, 2). 11, 10, 10 cui centiens sestertium -s fuit. epist. 17, 6 non est quod nos paupertas a philosophia revocet, ne -s quidem (*cf. l. 32. p. 245, 49. 58.* FIRM. math. 6, 31, 13 -em et onus miserae paupertatis. err. 18, 6 CLAVD. DON. Aen. 5, 690 p. 503, 17. *nota*: DRAC. laud. dei 2, 736 paupertate . . . opulentos turpis -s vestiat). 81, 27 suscipienda -s. *al.* PS. SEN. mon. 3 quae est maxima -s? avaritia. LVCAN. 1, 173 quod suasisset -s vile nefas (*cf.* CLAVD. 20, 180). MART. 3, 10, 3 luxuriam premeret cum crastina semper -s (*cf.* AVSON. Mos. 52 laetaque iacturis ubi luxuriatur -s). QVINT. decl. 276 p. 129, 1 mortem potiorem quam -em. 360 p. 393, 5 ad -em perductum virum (VLP. dig. 27, 2, 3, 6 PAVL. sent. 3, 4^{a}, 7 [*in formula*]. SPART. Hadr. 15, 3 CLAVD. DON. Aen. 7, 115. *cf. l. 2*). TAC. hist. 1, 46 -e ac licentia corrupti. 1, 66 accensis -e longa cupidinibus. 4, 60 obsessos hinc fides, inde -s (*i. inopia alimentorum*) . . . distrahebant. ann. 3, 40 ob -em (*cf. ibid.* ob magnitudinem aeris alieni). 14, 14 -e venales. *al.* SVET. Claud. 16, 3 quibuscumque . . . -em obiceret . . . opulentos se probantibus. FLOR. epit. 3, 12, 12 opulentia paritura mox -em. CALP. decl. 18 p. 17, 19. FRONTO p. 143, 8 N. electio divitiarum atque -is. TRYPH. dig. 16, 3, 31 pr. -e laborare debet (VLP. dig. 5, 1, 18, 1 COD. Theod. 11, 27, 2 [*a. 322*]). VLP. dig. 47, 10, 35 ob infamiam suam et -em (*cf. p. 245, 34. 68*). PAVL. dig. 36, 1, 76 (74), 1 -em eius praetendebant. APVL. Plat. 2, 21 -em (*i. sensum paupertatis*) . . . non absentia (*Vulc.*, abstinentia *codd.*) pecuniae, sed praesentia immoderatarum cupidinum gignit (*pertinet quodammodo ad II*). TERT. adv. Marc. 1, 29 p. 332, 10 ambitionis repudiatio in -e. ITALA psalm. 30, 11 (cod. Veron. *al.*) infirmatus est in -e (πτωχείᾳ. VVLG. paupertate) vigor meus. EDICT. imp. Diocl. I 10 quos ad sensum miserrimae condicionis -is extrema traxerunt. CYPR. eleem. 15 p. 384, 24 inter ipsas pressuras et angustias -is (FIRM. math. 4, 17, 9. *al.* CLAVD. DON. Aen. 5, 690 *coni.* paupertatis). 23 p. 392, 24 in labore atque in -e. FIRM. math. 4, 14, 15 -is squalore. 6, 15, 11 incommoda. QVEROL. p. 41, 23 quicquid erat calamitatis -isque. AMM. 27, 7, 8 -e obstrictum. HIER. tract. in Luc. p. 385, 21 -s bene tolerata facit martyrium. VVLG. lev. 26, 16 visitabo vos velociter in -e (*cf.* deut. 28, 22). Iob 30, 3 -e et fame steriles. 41, 13 faciem eius praecedit -s. prov. 3, 33 -s a domino in domo impii. 6, 11 veniet tibi quasi viator -s et -s longe fugiet (*cf.* 24, 34). 10, 15 pavor pauperum -s eorum. *al.* CLAVD. 26, 94 assuetum spoliis affligit -s. rapt. Pros. 3, 31 ut . . . ingeniosa vias paulatim exploret -s utque artes pariat sollertia, nutriat usus. AVG. serm. 48, 6, 8 -s angit, premit difficultas. *al.* COD. Theod. 9, 42, 5 (*a. 362*) si per -em abiecti sunt. 9, 42, 8 (*a. 380*) non solum deportatione, sed -e (*i. confiscatione*) puniri. 9, 14, 2 (*a. 397*) perpetua -e sordentibus. EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 951^{B} -is occasione (διὰ πενίαν). SALV. eccl. 3, 46 erant in abundantia, sed ille in -e (*cf. l. 50 et* AVG. serm. 11, 2). 3, 49 pauper . . . emit aeternas divitias -e. DRAC. Romul. 5, 174. *al.* *apud Christianos tropice de inopia rerum spiritalium*: PS. HIL. libell. 9 nec in isto saeculo nec in futuro sentiat -em. AVG. vera relig. 21, 41 facta est abundantia laboriosa et . . . copiosa -s. conf. 13, 8, 9 omnis mihi copia, quae deus meus non est, -s est. VITAE patr. 5, 16, 18 panem cum -e (*gr. Nau, Rev. de l'Or. chr. 1912 p. 295 n. 340* μετὰ ἐνδείας) comedo. *al.* *nota*: CARM. epigr. 493, 11 sic pressit -s ('*datorum paucitas annorum*' *interpretatur Buecheler; sed fortasse ad II pertinet*).

2 *c. genet. rerum deficientium, i. q. inopia, absentia, defectus, penuria*: SALL. Catil. 58, 6 frumenti atque aliarum rerum -s prohibet (TAC. hist. 3, 8). Iug. 44, 4 pabuli -s (TAC. ann. 4, 49). hist. frg. 2, 87 -e aquae coacta deditio est. SEN. dial. 10, 18, 5 alimentorum -s. epist. 48, 12 temporis. 58, 1 quanta verborum nobis paupertas, immo -s sit. TAC. hist. 3, 8 stipendii. 4, 35 copiarum. ann. 1, 68 ciborum (6, 23). 12, 43 frugum . . . -s et orta ex eo fames in prodigium accipiebatur (PS. RVFIN. in Os. 4, 3 *syn.* defectus et inopia). SVET. Vit. 7, 2 rei familiaris (FLOR. epit. 4, 1, 1). APVL. Plat. 2, 11 si -em rerum victui necessariarum copiis praeferas, ineptire videaris. AVR. VICT. Caes. 4, 3 annonae -s composita. CLAVD. DON. Aen. 6, 280 victūs (COD. Theod. 11, 27, 2 [*a. 322*] atque alimoniae inopia). AMBROSIAST. in II Cor. 8, 4 boni operis. PS. RVFIN. in Am. 8, 11 doctrinae. SALV. eccl. 4, 23 Christus rerum omnium -e conficitur et a te . . . copiae congregantur? VITAE patr. 5, 1, 20 (= 7, 21, 3) victualium (5, 13, 15). CASSIOD. hist. 3, 2 p. 943^{D} pecuniarum. *hominum*: SEN. dial. 9, 7, 6 in tanta bonorum -e.

3 *genus -is adi. indicatur*: PLAVT. Vid. 32 laboriosa . . . vita est rustica. :: urbana -s edepol aliquanto magis. CIC. Cluent. 101 -s domestica, quaestus forensis. PANEG. 12 (2), 25, 7 coactae publica -e divitiae. AVSON. 71, 3 quam (*sc. vitiosam libidinem*) Lemnia suasit -s *Philocteti*.

B ***rerum***: **1** *temporum, quibus homines inopia rerum necessariarum laborant (spectat quodammodo etiam ad A)*: CIC. dom. 126 cuius impudicitiam pueritiae, libidines adulescentiae, dedecus et -em reliquae vitae . . . vidimus. IVV. 15, 96 longae dira obsidionis -s (*sc. alimentorum*). FIRM. err. 13, 1 septem annorum . . . servatis fructibus alterius septennii -em . . . mitigavit.

2 ***locorum, fere i. q. sterilitas***: SALL. hist. frg. 3, 74 loco-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rum -e rapto vivere coacti. Liv. 38, 14, 9 urbiumque ... -em querentis. Clavd. Don. Aen. 2, 25 insulae. *cf.* Amm. 17, 3, 3 ad ultimam -em provincias contrusisse. Hier. epist. 21, 10, 2 omnis locus ... famis, penuriae, -is est.

3 *tropice, i. q. angustia, exiguitas, inanitas, vilitas*: Cic. Pis. 24 *maiestatem consulis* non capiunt angustiae pectoris tui, non recipit ... -s animi (*cf.* Avg. doctr. christ. 3, 10, 16 cum exinaniverint animum et ad quandam -em perduxerint *flagitia*). Lvcr. 1, 139 difficile inlustrare ... propter -em linguae. 1, 832 patrii sermonis -s (3, 260. Plin. epist. 4, 18, 1 inopia ac potius ... -e p. s.). 5, 1211 rationis -s. Aetna 370 non est divinis tam sordida rebus -s nec parvas mendicat opes. Apvl. Plat. 2, 5 quod careant redundantia et -e *medietates*. Vvlg. prov. 10, 21 in cordis -e (ἐνδεία) morientur. Avg. conf. 12, 1, 1 in sermone copiosa est -s humanae intellegentiae. Rvric. epist. 1, 4 p. 357, 13 -em epistulae meae eloquentiae tuae ubertate ditasti.

4 *genetivo indicatur, quid desit*: Lvcr. 3, 1011 Cerberus et furiae ... et lucis -s (*sc. in Tartaro; cf. p. 240, 60*). Cassiod. in psalm. 87, 15 ecclesia, quae in -e mundi (*i. rerum terrestrium*) ... fatigatur.

epitheta ad A et B (*alia v. p. 246, 73. cf. infra l. 56 sqq.*): Cic. S. Rosc. 24 fili ... -s indignissima. Cluent. 36 summa (leg. agr. 2, 97 Sen. contr. 10 praef. 4 Vlp. dig. 25, 3, 5, 17 Vvlg. eccles. 5, 13). Lvcr. 3, 65 acris. Aetna 370 sordida (*v. supra l. 11*). Sen. Thy. 303 tristis (923 *v. p. 245, 39*). Octavia 833 turpis (Firm. err. 18, 6 Oros. hist. 2, 4, 8 Drac. laud. dei 2, 736 *cf. l. 56. 59*). Sen. dial. 12, 4, 2 laboriosa (*cf. p. 246, 73*). Val. Fl. 4, 459 crudelis. Ivv. 15, 96 dira. Firm. math. 4, 14, 3 miserae -is calamitate (6, 15, 11. *cf.* Cod. Theod. 11, 27, 2 [*a. 322*] in -e miserabili). Amm. 22, 4, 3 infima. Schol. Cic. Bob. p. 101, 2 St. ob -em nimiam. Clavd. carm. min. 22, 24 feralis. Avg. civ. 15, 4 p. 63, 21 D. infelici -e certantes (*cf. infra l. 57*). Cod. Theod. 9, 42, 12 (*a. 393*) in extrema positi -e (*cf. supra l. 2*).

II *de affectu indigendi, i. q.* ***indigentia***, *necessitas vel cupiditas habendi res necessarias*: **A** *c. genet.*: Verg. georg. 3, 319 quo minor est illis (*sc. capris*) curae mortalis -s (Serv. *ad l. interpretatur* necessitas). Apvl. apol. 20 pauper ... eris appetendi -e, dives non egendi satietate. Avg. civ. 13, 22 p. 587, 19 D. non ... potestas, sed -s edendi ac bibendi ... auferetur.

B *absolute* (*cf. p. 245, 64. 246, 26. 55*): Avg. serm. 50, 4, 6 tanto ... magis quisque ardebit -e, quanto magis eas (*sc. divitias*) diligens maiores habuerit. 242, 2, 2 (= serm. ed. Mai 153, 2) quod manducavit Iesus, potestatis fuit, non -is (*syn.* necessitatis. *sim.* 268, 4 in euang. Ioh. 64, 1). in psalm. 122, 12 ad hoc accesserunt divitiae, ut -s cresceret. epist. 104, 4 -em ... devitandam, quae ... *rebus terrenis* inhiando ... neque copia neque inopia minuitur (*ultima sunt sumpta ex Sall. Catil. 11, 3, ubi extat* avaritia).

III ***metonymice***, *fere i. q. egenus, pauper*: Cic. S. Rosc. 86 suspicionem potius ad praedam adiungerent quam ad -em (*notionem propriam audacius adhibitam agnoscere licet; cf. p. 245, 70. 246, 11*). Lvcan. 3, 152 non sibi, sed domino gravis est, quae servit, -s (*cf.* Adnot. *ad l.* cum hi, qui serviunt, inopes sunt). Drac. laud. dei 2, 774 caelis extorsit -s, quod voluit. 3, 57 divitis exstincti tormenta exspectat -s.

IV ***personate*** (*addi possint loci, quibus* -s *agere aliquid dicatur, ex. gr. p. 245, 47. 246, 7. 9. 38*): Verg. Aen. 6, 276 Metus et malesuada Fames ac turpis -s. Sil. 13, 585 sceleri proclivis -s. Lact. Phoen. 19 -s obsita pannis. Clavd. 3, 36 quem (*sc. Luxum*) ... infelix humili gressu comitatur -s (*cf. p. 245, 39*). Drac. Romul. 5, 88 turpis -s obsedit ieiuna fores.

syn. ad I: inopia (*v. l. 10. p. 245, 57. 246, 64*). mendicitas (*v. p. 245, 59*). paupertas (*v. p. 246, 4. at cf. p. 245, 5*). *ad II*: necessitas (*v. supra l. 42*).

opp. ad I: abundantia (*v. p. 245, 55. 246, 46. 50 al.*). copia (*v. p. 245, 56. 58. 246, 51. 65. 70*). divitiae (*v. p. 245, 73. 246, 20. 47. 76*). luxuries (*v. p. 245, 61. 246, 10*). opes (*v. p. 245, 84*). opulentia (*v. p. 245, 76. 246, 19*). plenitudo (*v. p. 245, 8*). redundantia (*v. l. 12*). ubertas (*v. l. 16*). *ad II*: potestas (*v. l. 42*). satietas (*v. l. 37*).

deriv.: egestosus. *cf.* egenus.

ēgestio, -ōnis *f.* *ab* egerere. Gloss. *v. p. 248, 10.*

i. q. actio egerendi: **A** ***proprie***: **1** *generatim de amotione rerum*: *de remotione rerum solidarum*: Svet. Nero 38, 3 pollicitus cadaverum et ruderum gratuitam -em nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit. Chalc. comm. 299 quod ex -e *omnium corporum* vacuatum est (*cf. ibid.* detractis omnibus singillatim corporibus). *de effossione terrae*: Pavl. Nol. epist. 31, 5 alta -e reseratis terrae sinibus. *de emissione aquarum, fluviorum in mare*: Ivl. Hon. cosmogr. A 7. 33. 45 oceani meridiani fluminum ortus et -o (*at 20* ortus et occasus). *cf.* Cassiod. hist. 7, 16 p. 1082[B] *aquam* cuniculorum -bus tradiderunt. *addi potest*: Mart. Cap. 2, 170 *Luna* licet cornigera et aspera crederetur, -bus (*cod. Bern.*, aggest- *cett.*) opportuna tamen (*de evaporatione roris*).

2 *speciatim de eruptione, emanatione rerum ex corporibus animantium* (*praesertim apud medicos*): Vindic. med. 4 post -em aquatum atque frigidum fiat *semen* (*cf.* 6 *et p. 248, 4*). 37 fellis -em atque exuberationem. Theod. Prisc eup. faen. 13 ceriones plures cavernas -is (di- *br*) habent. gyn. 3 ut *mamillae* sub una -e possint penitus percurari. 30 ex -bus *matricis*. Cassian. conl. 22, 2 ut ... expergefacti reperiamus nos humorum naturalium (*i. seminis*) -e respersos (*cf.* 22, 3, 2 fluxus istius -e. 22, 6, 5 immundas -es). Cael. Avr. chron. 2, 7, 97 multorum ... liquidorum -o. 4, 2, 15 cholerae rubeae -e. *de rebus egestis* (*cf. l. 37*): Cass. Fel. 29 p. 50, 8 -es sive pituitas oculorum, quas Graeci lemas vocant, ... detrahere. *praecipue rerum ex ventre exeuntium (de evomitione et alvi purgatione)*: *absolute* (Gloss.[L] V Abba eg 4 curatio digestio purgatio): Svet. Claud. 44, 3 ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere -is subveniretur. Chalc. comm. 192 adversus detrimenta -is ... vicem reparat *natura* ex ... cibatu (*cf.* 206 ne consumantur *corpora* damnis -is). 203 ob ... -is et exsaturationis vices. 206 effluente *immenso gurgite* iuxta necessitatem -is. Rvfin. hist. 8, 12, 6 loca pudenda, quibus naturalis -o procurari solet (*cf.* Avg. serm. 243, 7, 6 illa *membra*, quae pudenda appellantur, vel ad -em vel ad generationem). Macr. Sat. 7, 4, 18 officio quartae virtutis, cui ἀποχριτικὴ nomen est, procuratur -o. 7, 6, 18 vias praebeat humori in -is exitum confluenti. Theod. Prisc. log. 101 veluti desiderio -um (di- *b*) suavium. Mart. Cap. 2, 135 ni haec ... quibus plenum pectus geris, coactissima -e evomueris forasque diffuderis. Cael. Avr. chron. 4, 6, 87 ultimo -is tempore. 4, 7, 105 ob -em faciendam. 4, 8, 113 libro de -bus scripto. 5, 4, 61 -o *urinae* fit cum dolore intolerabili per singulos mictus. Cassiod. hist. 6, 32 p. 1052[C] os ... organum ... -is est factum. *additur gen. obi.* (*rerum e ventre egestarum*): Avg. op. imperf. c. Iul. 4, 37 -es reliquiarum ex alimentis. Hippocr. progn. 15 ad stercorum -es (*πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν. cf.* Cael. Avr. chron. 4, 3, 19. 4, 8, 116 stercorum vel urinae ... -o). Cael. Avr. chron. 3, 8, 104 humorum vomitus vel per ventrem -o. 5, 8, 87 -e corpusculorum, quae *ἐφελκίδας* Graeci vocaverunt. *nota*: Cael. Avr. chron. 4, 8, 112 de exclusione ... sive -e lumbricorum. *subi.* (*sc. ventris, accedit ad notionem evacuationis*): Cael. Avr. chron. 1, 6, 184 vomitus immodicus aut -o ventris. 4, 7, 92 ventris abstinentia aut cum dolore -o. Cass. Fel. 34 p. 74, 1 ventris -em ... clystere provocabis. *metonymice de rebus e ventre egestis, i. q. excrementum*: Cassian. conl. 7, 27 ut humanas -es ori suo ... ingereret (*cf.* Pallad. hist. mon. I 6 p. 269[D] edebat frequenter -em sui corporis ac bibebat, *gr. p. 47 κόπρον ... οὖρον*). Cael. Avr. acut. 2, 14, 94 ventris -o coagulatur (*cf.* chron. 3, 5, 68. 4, 6, 84. 5, 10, 108 Cass. Fel. 21 p. 34, 1. 49 p. 128, 11 Greg. M. moral. 31, 54). chron. 1, 4, 113 -um naturalium moderato exitu. 5, 10, 108 in -bus urinae sedimina purulenta.

B ***translate*** *i. q. effusio opum*: Plin. epist. 8, 6, 7 Pallantis facultates adiuvare publicarum opum -e.

ēgestīvus, -a, -um. *ab* egerere, egestus. *i. q. egerens*: Ps. Soran. quaest. med. 235 ani partium inferiora -a.

egest(u)ōsus, -a, -um. [*ab* egestas. *W.*] *forma* egestosus *tradi videtur, quantum e notis editionum concludi potest, in libris* Ps. Cypr. Avg.; egestuosus *in codd.* Schol. Pers. Rvfin. Salv.; *alibi scriptura variat.* *comp.: v. l. 73.* *de notione*: Synon. Cic. Char. gramm. p. 424, 9 B. egens. -us. nudus. inops. pauper. Gloss. ἐνδεής. Gloss.[L] III Abstr. eg 6 miseriis pressus. Not. Tir. 40, 47.

i. q. egestatis, paupertatis plenus, inops, pauperculus, angustus: **1** *de rebus*: Ps. Cypr. singul. cler. 26 p. 203, 13 -am habuit mansionem. Schol. Pers. 3, 111 catino algente ... misero, -o. Nectar. Aug. epist. 103, 3 -a vita aeternam pariat calamitatem (*cf.* Avg. epist. 104, 2. 3. 4 luxuriosam vitam time ... non -am). Val. Cem. hom. 19, 4 -a paupertas. Arnob. ad Greg. 18 p. 405, 14 -a calamitas. Salv. gub. 1, 11 -a ac mendicante re publica.

2 *de hominibus*: Ps. Avr. Vict. epit. 12, 4 natos parentibus -is. Ambrosiast. in I Thess. 5, 12 sq. Salomon nec nimis divitem se petit fieri nec -um. Salv. gub. 2, 23. 4, 74 homini misero et -o (7, 6 quis ferre possit in homine -o esse lasciviam). 5, 35 humiles et -os. 5, 38 tributarii pauperes et -i. eccl. 3, 90 non utique *diviti*, sed inopi, sed -o. 4, 22 omnis ... -us pro se tantum ... eget, ... Christus ... in omnium pauperum universitate mendicet. 4, 34 melius ... pauper fueras et -a quam dives. Vitae patr. 5, 15, 1 quidam -i sunt (*gr. Cot. p. 341 πένονται*), alii autem facultatibus ditantur. *translate*: Rvfin. Basil. hom. 3, 6 cum tibi desit misericordia, quid te -ius? quid te mendicius?

ēgestus, -ūs *m.* [*ab* egero. *W.*] *i. q. actus egerendi*: Stat. silv. 4, 3, 42 alto -u penitus cavare terras. *de alvi purgatione*: Sen. nat. 3, 30, 4 corpora nostra ad -um venter exhaurit. *cf.* Greg. Tvr. Franc. 2, 23 *Ario* in secessum fuerint interna deposita per partis inferioris -um. [Itin. Alex. 38 p. 20, 17 '*loco corrupto praeter alia latere videtur* -u intestini caloris (*trad.* vacuate gestu intestinu c.)'. *Heracus.*] *Rubenbauer.*

eggon *nomen herbae pastinacae.* Ps. Apvl. herb. 81, 8 H.-S. *pastinaca silvatica* a Graecis dicitur stafilin agrian, alii †giger, alii eggon (engon *Ca*). Gloss. III 561, 15 egon i. pastinaca agrestis.

egia *v.* hygia.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ēgigno, -genuī, -ere. *ab* ex *et* gignere. *i. q. gignendo foras dare*: LVCR. 2, 703 vulgo fieri portenta videres, semiferas hominum species existere et altos interdum ramos -i corpore vivo. [VARRO ling. 5, 60 quibus iuncti caelum et terra omnia exgenuerunt (ex ⟨se⟩ genuerunt *Laetus, Goetz-Schöll*).]

[**egero** (*i.* ἐγείρον) graece surge GLOSS. Werth. Gallée 339. egiro graece leva *ibid.*]

egittus, -ī *m. i.* aegithus (αἴγιθος) *avis*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 20 (*nomina volucrum*) trocibus (*i. trochilus*). lagopus. -us. caprimulgo. attagen *eqs.* *v. vol. I 949, 50 sqq.*

eglecopala. [*vocabulum gallicum. W.*] *nomen margae*: PLIN. nat. 17, 46 columbinam (*sc. margam*) Galliae suo nomine -am (gleco- *d*) appellant.

eglidriae *v.* eglutrum. **eglipsis** *v.* eclipsis.

egloga *v.* ecloga.

ēgloriosus superbus GLOSS. II 578, 12. *cf.* ingloriosus.

ἀλαζὼν iactatus **ēglorius** adrogans GLOSS. II 224, 35. *cf.* inglorius.

[**eglūtrum** *ab* ἔκλουτρον. *coniecit Schmitz, Beiträge z. lat. Sprach- u. Litt.-Kunde ad* NOT. Tir. 101, 62, *ubi inter nom. vasorum* aeglitrae *sim. trad. et* 102, 6 *trad.* eglidriae (*inter res ad illuminandum aptas, ut vid.*). *ex Not. Tir. hausisse Scaligerum* GLOSS. I 246 *monet Heraeus.* *v.* eclutrum *p. 49, 17.*] *K.-M.*

II *transitive* (*acced.*: ad *p. 320, 23*; ex *p. 320, 37*; in *c. abl. p. 320, 8. 49*): *i. q. cum studio et labore alqd. agere vel tractare; hic illic accedente notione conformandi, excolendi (e. g. p. 320, 14 sqq.), sed saepius significatur actio laborandi ad finem perducta, ita ut sit fere i. q. conficere vel efficere vel acquirere (de hominibus, praeter infra l. 73. saepissime passive)*: **A** *res maxime incorporeas*: **1** *usu generali*: **a** *cum mero obiecto*: CIC. Phil. 7, 7 omne curriculum industriae nostrae in foro ... -tum est. Att. 1, 8, 1 hoc si quanti tu aestimes sciam, tum quid mihi -andum sit scire possum. epist. 9, 16, 2 quicquid -ari aut effici potuerat ad istorum benevolentiam conciliandam ... me consecutum esse. ad Brut. 1, 14 (9, 22), 1 quod ego cum Ciceronis causa -vi, tum Domitii *eqs.* HOR. carm. 3, 1, 19 non Siculae dapes dulcem -bunt saporem. PETRON. 115, 6 hoc opere tandem -to. TERT. idol. 5 p. 34, 29 histriones ... non manibus solis sed totis membris victum -are. adv. Val. 30 p. 206, 2 ut salutem quam non de privilegio status possidemus, de suffragio actus -emus. CYPR. ad Don. 8 p. 10, 9 contra ... ius ... nascendi patientiam incertae turpitudinis -tam. 14 p. 15, 10 mole -ta. IVST. 1, 2, 11 Ninus contentus -to a parentibus imperio belli studia deposuit. MART. CAP. 2, 136 illa nausea ac vomitio -ta (*βA*, lab- *rell.*) in omnigenum copias convertitur litterarum.

b *seq. enunt. finale*: SVET. Aug. 64, 3 nihil aeque -vit quam ut *eqs.* CYPR. epist. 59, 8 p. 675, 20 id enitimur et -amus, ut *eqs. al.* PANEG. 11 (3), 32, 3 polliceor ... id ... summis opibus enisurum, -turum, effecturum, ut *eqs.* PRISCILL. can. praef. p. 112, 7 hoc ... me -asse ..., quo fideliter ... palam facerem. PS. AVG. quaest. test. I 102, 2 p. 200, 14 ut id -etur, ne quis *eqs.* SALV. eccl. 3, 60 hoc -ans, ne *eqs.*

2 *usu speciali: quae ingenio hominis vel arte perficiuntur (libros, orationes, doctrinas, locutiones, carmina, argumenta sim.; ipsas artes l. 15 sqq.)*: CIC. Verr. II 1, 2 quid ego in hac accusatione comparanda ... -assem. Manil. 1 nihil huc nisi perfectum ingenio, -tum industria adferri oportere (*cf.* BOETH. arithm. 1 praef. 5, 12 -tum ingenio, perfectum studio). Cael. 45 inerat (*in Caelii oratione*) ... ratio et bonis artibus instituta et cura et vigiliis -ta. 54 a me ipso -ta proferre. Brut. 26 omnes artes (*i. quinque partes rhetoricas*) ... multo ante non inventas solum sed etiam perfectas, quam haec est a Graecis -ta dicendi vis atque copia (*similiter -ta ars*: Brut. 214 *Sulpicius, Antonius* unum illud habebant dicendi opus -tum. PLIN. nat. 35, 157 -tam hanc artem [*plasticen*] Italiae [*dativ.*] et maxime Etruriae *esse*. SVET. Nero 41, 1 quod ... inscitia sibi tanto opere -tae [*Bernegger* (*Bentley*); lab- *codd.*] perfectaeque a se artis [*citharoedicae*] obiceretur). CIC. Brut. 312 multae (*sc. causae publicae*), quas nos diligenter -tas et tamquam elucubratas afferebamus. Att. 13, 4, 1 habes munus a te -tum decem legatorum (*sc. indicem eorum qui munere leg. functi erant*). HOR. epod. 14, 12 *Anacreon* persaepe cava testudine flevit amorem non -tum ad pedem (*i. 'versibus incultis'. cf. Wilamowitz, Sappho u. Sim. p. 308*). PLIN. nat. 25, 1 nos -ta iis (-ta his *codd., sc. a priscis*) abscondere ... cupimus. QVINT. inst. 4, 1, 54 etiam si reliqua scripta atque -ta sint (*opp.* extemporalis oratio). 9, 4, 1. 10, 4, 4 panegyricum Isocratis ... decem annis ... -tum. 12, 10, 43 nihil ultra verborum proprietatem -ret. TAC. dial. 6 in ingenio quoque sicut in agro quamquam alia (*?, v. app. crit.*) diu serantur atque -entur, gratiora tamen quae sua sponte nascuntur. 9 si modo dignum aliquid -are et efficere velint *poetae* (PLIN. epist. 4, 16, 3 auribus ..., chartis). PLIN. epist. 3, 5, 20 non tantum ad legendos eos (*libros*), verum etiam ad simile aliquid -andum ... excitare. HYG. mun. castr. 47 methodum metationis a me exquisitum ... intento ingenio -vi. FRONTO p. 111, 9 N. hac oratione fratri -anda mora intercedat (*cf. Hauler, Wien. Stud. 37, 1915, p. 187*). GELL. 14, 6, 1 quem *librum* sibi -tum esse ... ex multis et variis et remotis lectionibus (AVG. nupt. et concup. 1, 35, 40 p. 252, 12. *al.*). MIN. FEL. 23, 1 has fabulas et errores ... ipsis (*P*, ipsi *Meursius*) studiis et disciplinis -amus, carminibus praecipue poetarum. TERT. anim. 23 p. 336, 25 quae omnia ut fidei commendet, ... novum -vit argumentum (*cf.* adv. Marc. 4, 6 p. 432, 14 totum quod -vit *Marcion*. HIL. trin. 8, 3 p. 258C piis ... professionibus has ... contradictiones -verunt). PANEG. 9 (12), 1, 2 latine et diserte loqui illis ingeneratum est, nobis -tum. DON. Ter. Ad. 259 hanc sane locutionem scire debemus propter personam -tam. SYMM. epist. 3, 87 documentis -tum testimonium. *al.* HIER. vir. ill. 40 *volumen. al.* AVG. pecc. mer. 2, 36, 59 p. 128, 9 habes -tum ... pro meis viribus opus. ZACCH. 2 praef. institutio ... breviarii vicem dabit, non omnia in singulis -ans. MACR. Sat. 1 praef. 2 quidquid mihi ... in diversis ... voluminibus -tum est. *al.* SIDON. epist. 1, 9, 5 aliquid de ... petitionibus -amus. *et al.*

B *res corporeas*: **1** *artis opera, maxime sculptilia*: SEN. benef. 7, 9, 2 -tam scrupulosa distinctione testudinem. epist. 16, 8 accedant statuae et picturae et quidquid ars ulla luxuriae -vit. PLIN. nat. 7, 34 posuit effigies ... diligentius magnorum artificum ingeniis -tas. 34, 11 candelabrorum superficiem dumtaxat -vit. 36, 77 est autem saxo naturali -ta *sphinx*. QVINT. inst. 2, 3, 6 Iovem ... Phidias optime fecit, illa autem, quae in ornamentum operis eius accedunt, alius melius -asset. APVL. apol. 14 quod artificio -tum. 61 me ... invitatum eius artificio quaedam mechanica ut mihi -asset petisse. **2** *varias res: opera exstructa, classem*: PLIN. nat. 36, 184 pavimenta ... -ta arte, picturae ratione. PLIN. epist. 6, 31, 15 huius *portus* sinistrum bracchium firmissimo opere munitum est, dextrum -atur. IVL. VAL. 1, 21 classi ... -ta (*ναυπηγήσας Ps. Callisth. 1, 28*). 1, 26 -tis ... his cloacis. 3, 35 domus. *medicamen*: IVL. VAL. 3, 56 venenum Antipater -at curiosum admodum efficaxque (*ἐσκεύασε φάρμακον δηλητήριον Ps. Callisth. 3, 31*). *fructus*: ITIN. [Silv.] 3, 6 *fructus* manibus suis -asse videantur. ISID. orig. 15, 5, 8 reconditoria ... eo quod in iis homines -tas fruges reponunt. BOETH. arithm. 1 praef. p. 4, 8 lintea operosis -ta textrinis. CAES. AREL. serm. Rev. Bénéd. 23 p. 41, 21 facultates ... super usum -tae atque possessae.

accedunt adverbia: cupide: *p. 319, 44.* diligenter: *l. 20.* instanter: *p. 319, 32.* *non* segniter: *p. 318, 51.* vehementissime: *p. 318, 59* (magnopere, maxime, multum, paulum [*p. 318, 58*] *sim.*). *accedit abl. subst.*: arte: *supra l. 62.* artificio: *l. 59.* consilio: *v. l. 82.* contentione: *p. 319, 3.* cura: Q. CIC. pet. 29 (magna). c. et vigiliis: *supra l. 11.* distinctione: *supra l. 53.* industria: *supra l. 9.* ingenio: *supra l. 10. 35* (intento), *supra l. 55* (*plural.*). manibus: *supra l. 68.* modis: CYPR. Fort. 13 p. 346, 11 omnibus. opibus: CIC. Tusc. 3, 6. studio: *p. 318, 67* (nullo), *p. 318, 73* (fortiori), *p. 319, 35* (magno). consilio ac st.: *p. 319, 48.* st. et usu: *p. 319, 38.* textrinis: *l. 70* (operosis). viribus: CIC. Tusc. 3, 6 *p. 319, 50* (totis).

[Ranft]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

synonyma et iuxta posita: appetere: Q. Cic. pet. 29. curare: *p. 319,42.* contendere: *p. 319,41. 51.* desudare: *p. 319, 13.* efficere: *p. 319, 41. 43. 320, 1. 31.* eniti: *p. 319, 41. 46. 83. 84. al.* insistere: *p. 318, 55.* perficere: *p. 319, 42. 320, 18.* studere: *p. 318, 53. 83.* *opp.* ingeneratum esse: *p. 320, 44.* possidere: *p. 319, 76. 320, 72.*

part. perf. pass. **ēlabōrātus**, -a, -um *pro adi.* magis -us (*compar.*) *v. l. 25.*

i. q. cum labore et diligentia et subtilitate confectus (*conformatus infra l. 52*): **1** *de rebus*: **a** *corporeis* (*de statuis, cibis, vestibus*): Cic. Verr. II 4, 126 Silanionis opus tam perfectum, tam elegans, tam -um (*cf.* Qvint. inst. 2, 13, 10 quid tam distortum et -um quam est ille discobolos Myronis?). Hier. adv. Iovin. 1, 40 p. 268ᴬ *cum monachus* ad mulsum et -as carnes ... se conferat, manifestum est, quod terram coelo ... praeferat. Ennod. opusc. 1, 44 p. 273, 5 vos ...-as vestes et liciorum tormenta devehite.

b *de iis rebus, quae hominis ingenio, arte, consilio sim. effectae sunt* (*de versibus, orationibus, sermone* [*de homine -o, ut significetur eius dicendi genus l. 24*], *de doctrina sim. de habitu corporis affectato infra l. 43*): *α in bonam partem*: Cic. orat. 36 omnes apud hunc (*i. Pacuvium*) ornati -ique sunt versus (*opp.* neglegentius). Sen. contr. 2 praef. 2 deerat illi oratorium robur ..., splendor vero velut voluntarius non -ae orationi aderat. Tac. dial. 18 (*v. l. 19*) Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis magis -us. Qvint. inst. 1 pr. 8 in his ... libris erunt omnia ... compositiora et quantum poterimus -a. 8, 3, 12 quidquid erit ... verbis nitidum ..., translationibus magnificum, compositione -um. 11, 1, 2 verba ... et nitida, figuris etiam numerisque -a. Fronto p. 28, 14 N. facilius quis ... ipsum Demosthenem imitatus fuerit ... quam hoc tam effectum et -um opus (Apvl. Socr. prol. p. 104. *cf. et p. 320, 16*). Hil. trin. 5, 21 p. 143ᴮ saecularis doctrinae -a institutio. Clavd. Don. Aen. 1. 660 p. 129, 15 exquiruntur ... novae artes et consilia -a capiuntur. Veg. mil. 4 praef. p. 129, 7 murorum -a constructio.

β sensu peiorativo: fere i. q. quaesitus, nimis subtilis, artificiosus, affectatus sim.: Cic. orat. 84 (*de tenui genere dicendi*) ne -a concinnitas et quoddam aucupium delectationis ... appareat (*cf.* Qvint. inst. 12, 10, 40 *sermone cotidiano* nihil ... et arcessiti et -i requirente). Symm. epist. 9, 64 tarditatis tuae -a defensio. Maximin. c. Ambr. 87 relinque portenta, quorum -a inanis narratio fidei tibi generavit naufragium. Avg. c. Iul. 1, 1, 3 inanes argutias tuas et -a argumenta convincam. 2, 6, 16 frustravit ... tam -am disputationem ... nimisque sollicitam. Physiogn. 74 p. 96, 3 affectatum atque -um corporis motum (*cf.* 104 p. 127, 13 *suppl.*). Pomer. 3, 34, 2 p. 520ᴬ cum ... totam vim dictorum splendor -us evacuit.

c *de iis quae ad hominis speciem vel formam pertinent*: Tert. cult. fem. 2, 2 p. 717 Oe. confictae et -ae pulchritudinis suggestum recusandum (*opp.* naturalis speciositas). *de homine ipso* (*cf. supra l. 18*): Macr. Sat. 3, 13, 5 *Hortensius* ut bene amictus iret, ... togam corpori sic applicabat, ut *eqs.* ... is quondam cum incederet -us ad speciem *eqs.* *in allegoria*: Ps. Rvfin. in Os. 13, 7—8 p. 1028ᴮ cum ... populum ... multa sedulitate formarem (*tamquam ursa catulos*), ... isti me non solum optatis sed etiam -is (*v. supra l. 10*) foetibus orbaverunt.

2 *de homine: v. l. 24 et l. 47.*

neutr. **ēlabōrātum**, -ī *pro subst.* *i. q. res elaborata*: Qvint. inst. 10, 7, 32 ut revocet nos cogitatio ad illa -a.

deriv.: elaboratio, elaboratus (-ūs). *Ranft.*

ēlacata, -ae, *ἠλακάτη*. *nomen piscis.* Colvm. 8, 17, 12 scombri carcharique et -ae ventriculos *praeberi convenit.* **ēlacatēna** genus salsamenti quod appellatur vulgo melandrea Pavl. Fest. p. 76. *cf. gr. ἠλακατήν.*

[**elacesco** *v.* elactesco.]

ēlactāre a lacte tollere Gloss.ᴸ III Abstr. el 1 (I Ansil. el 16 elec-).

elacterium *v.* elaterium.

ēlactēsco, -ere. [*ab* ex *et* lac. *W.*]. *i. q. sucum amittere*: Plin. nat. 16, 98 in arboribus ... nimia germinatio -it (*sic D², Detlefsen*; elac- *rell.*; elass- *vulg.*).

eladin rotinon oleoroseto Gloss. III 562, 42 (*i. ἐλάδιον ῥόδινον.* III 582, 30. 632, 16). III 546, 3 elatin rodinon rosacio (589, 64. 611, 27. 623, 27).

elaea, *ἐλαία*. Varro ling. 5, 108 olea ab el⟨a⟩ea.

elaeemporia *v.* elemporia.

elaeomeli, *ἐλαιόμελι*. Plin. nat. 1, 23, 49 *medicinae ex* -i II. 15, 32 sponte nascitur in Syriae maritimis quod -i (eleo- *FG, vulg.*; oleo *rell.*) vocant ([*ex Diosc. 1, 31*]. 23, 96 -i quod in Syria ex ipsis oleis manare diximus). [Isid. orig. 17, 7, 11 *v. sub* oleomela].

1. elaeōn, -ōnis, *ἐλαιών*. Tert. adv. Marc. 4, 39 p. 558, 19 ad noctem vero in -em secedebat (*cf. Luc. 21, 37 ἐξερχόμενος ... εἰς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιών.* Vvlg. in monte ... oliveti). Itala Zach. 14, 4 (Tert. *ibid.* p. 558, 21) et stabunt pedes eius in monte -e (*sic M R*; elaeon *Engelbr. [cf. l. 82], vix recte. gr. ὄρος τῶν ἐλαιῶν.* Vvlg. montem olivarum). **2. elaeōn**, *a gen. plur. ἐλαιῶν* (*sed cf. l. 79*). Itala Marc. 11, 1 (cod. k) ad montem eleon (*ὄρος τῶν ἐλαιῶν.* Vvlg. montem olivarum). 13, 3. *cf.* Gloss.ᴸ I Ansil. el 94. 95.

elaeothesium, **ἐλαιοθέσιον*. Vitr. 5, 11, 2 ad sinistram ephebei -um *collocetur*, proxime autem -um frigidarium. *cf. Marquardt-Mau, Privatleben p. 281.*

elaf- *v.* elaph-.

ēlām, *ab hebr.* אֻלָם. *i. q. vestibulum*: Itala Ezech. 8, 16 (Ps. Tert. adv. Iud. 11 p. 731 Oe.) ecce in liminibus domus domini inter medium -m et inter medium altaris (*ἀνὰ μέσον τοῦ αὐλάμ*, Vvlg. vestibulum). *v. vol. I 963, 46 sqq.*

ēlambo, -ere. *i. q. lambere*: *proprie*: Mar. Victorin. gramm. VI 158, 28 *videmus animalia* ad alimonia vitae ... matris ubera mox, ut -ente matris lingua detersa sint, rictu oris adtrahere. *translate*: Iord. Get. 42, 219 *Aquileia* cuius muros Natissa amnis ...-it (elabitur *X*).

ēlāmentābilis, -e. [*ab* ex *et* lamentabilis. *W.*]. *i. q. valde lamentabilis*: Cic. Tusc. 2, 57 sin erit ille gemitus -is, si imbecillus, si abiectus, si flebilis, ei qui se dederit, vix eum virum dixerim.

ēlamōth *v.* aelam.

ēlangueo, -ēre. *ab* ex *et* langueo. Not. Tir. 112, 35 -et. *i. q. languidum fieri*: Tert. anim. 53 p. 385, 29 auriga corporis spiritus animalis deficientis vectaculi nomine, non suo deficit, opere decedens non vigore, actu -ens non statu. Fvlg. Rvsp. serm. dub. 46 p. 912ᴬ (*in allegoria*) de paucitate relictorum (*sc. palmitum*) camerae spiritalium -ent, non habentes umbraculum.

ēlanguēsco, -uī, -ēscere. *ab* ex *et* languescere. elangŭĭt: Val. Fl. 4, 527. Not. Tir. 112, 36. *de notione*: Synon. Cic. Char. gramm. p. 432, 6 B. ira resedit ..., consenuit, -uit, exspiravit. Gloss.ᴸ II Abav. el 1 -uit enervavit. Gloss. *ἐξασθενῶ.* -o languesco. *inde a* Varrone *l. 48.* Liv.

i. q. languidum fieri, remitti, decrescere sim. (*acced.: abl. instr. vel causae l. 35. 38 bis. 41. 42sq. 48. 50. 51. 57. 58sq. 73. 76*, in *c. abl. infra l. 62sq.*): **1** *de animantibus*: Liv. 1, 46, 7 se (*sc. Tulliam*) rectius viduam et illum (*Tarquinium*) caelibem futurum fuisse contendere quam cum impari iungi, ut -endum aliena ignavia esset. 35, 45, 7 non esse -endum, sed *eqs.* (*antea* relanguescat). Vell. 2, 111, 4 ne qua posset erumpere ... et intra se furens viribus hostis -ret. Val. Fl. 4, 527 haesit uterque (*sc. Calais, Zetes*) polo dubiisque -uit alis. Tac. hist. 1, 46 sumptibus exhaustus socordia insuper -uerat *miles.* 4, 12 -uimus, patres conscripti. Flor. epit. 2, 6, 21 *Hannibal* ipse et exercitus ardor (*v. infra l. 58*) -uit. Vir. ill. 42, 5 *Hannibal Campaniae* deliciis -uit. 54, 1 *Antiochus* in Euboea luxuria -uit (*cf.* Symm. frg. 1, 16 p. 322, 8 Lucullus ... in Pontico luxu paene ... -uit). Vvlg. Ios. 2, 9 et -uerunt omnes habitatores terrae. Is. 33, 24 nec dicet vicinus '-ui'. Greg. M. in Ezech. 1, 8, 19 p. 1862ᴮ Daniel ... per plurimos dies -uit et aegrotavit (*Dan. 8, 27* langui).

2 *de inanimis*: **a** *de rebus incorporeis, maxime de vigore, animo, mente sim.*: Varro frg. Non. p. 287, 16 distractione civium -it bonum proprium civitatis atque aegrotare incipit et consenescit. Liv. 5, 26, 3 differendo ... -uit res (*opp.* gloria ... crevit). 23, 23, 8 neque tamen -uit cura hominum eā morā. Sen. contr. 7, 1 (16), 15 dextra (*v. l. 68sq.*) simul ac mens -uit (*Bursian*, mese lang- *trad.*). Sen. epist. 114, 3 non vides, si animus -uit, trahi membra (*seq.* effeminatus). Cvrt. 4, 15, 19 Alexander ... proelium, quod iam -uerat, solus accendere. 10, 7, 13 abeunte illo (*sc. Arrhidaeo*) conticuerat magis quam -uerat militaris favor. Plin. nat. 9, 91 si invertatur *concha*, -it vis. Stat. Theb. 11, 382 his ... furor -ere dictis coeperat. Flor. epit. 2, 6, 21 *v. l. 40.* 3, 3, 13 ipsā soli caelique clementiā robur *Cimbrorum, Teutonum* -uit (*cf.* Cypr. unit. eccl. 26 p. 232, 18 sic in nobis emarcuit vigor fidei, sic credentium robur -uit [et lang- *G*]. epist. 67, 8 p. 741, 20 quamvis ... aut evangelicus vigor cecidit aut ... fidei robur -uit [languet *V*]). Gell. 3, 1, 10 in quibus (*sc. negotiis sellulariis*) omnis vigor animi corporisque -it et, ut Sallustius ait (*Catil. 11, 13*), effeminatur (Apvl. Plat. 2, 15 cum vigor rationis -uerit). 16, 3, 2 quod ... omnis eius adpetitio pristina -uerit. Vvlg. Ios. 9, 11 haec audientes pertimuimus et -uit cor nostrum. Caes. Arel. serm. Rev. Bénéd. 23 p. 42, 48 credulitatis virtus.

b *de rebus corporalibus et naturalibus*: Sen. contr. 7, 1 (16), 15 *v. l. 51sq.* Cels. 5, 26, 7 venae -unt (*J*; lang- *FVP. cf.* 5, 26, 15 venarum motus). Sil. 4, 140 sic -ens *hasta* ac iam casura petitum invenit vulnus (*cf.* Oros. hist. 6, 11, 3 cum hostilium machinarum agmenta nervique -ant). Vvlg. Is. 33, 9 luxit et -uit terra. Isid. orig. 5, 31, 3 longo itinere lassatur sol et ...-it. *de arbore, frugibus sim.*: Svet. Galba 1 observatum est sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam -uisse (Macr. Sat. 5, 11, 19 saepe videas laetam ... arborem ... suco terrae deterioris -uisse). Vvlg. Ioel 1, 10 confusum est vinum, -uit oleum. 1, 12 vinea confusa est et ficus -uit (Ps. Rvfin. in Ioel *ad l.* p. 1039ᶜ -uerunt malogranata cum ficubus). Nah. 1, 4 flos Libani -uit.

[**ēlanguidus.** Ven. Fort. Mart. 1, 296 *codd. TB (falso) et* Isid. orig. 16, 14, 10 *codd. BC, v. sub* languidus].

elaphīus, *ἐλάφειος*. Cass. Fel. 29 p. 56, 11 collyrium dia ceratos elafiu (helaf- *g*, ellafui *c*, elephiū *p*) appellatum, id est de cornu cervino.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

elaphoboscon *n.* (*f. v. l. 4*), *ἐλαφόβοσκον. nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 22, 37 *medicinae* -o VIIII (fiato bosco *FE*; pla- *R*). 22, 79 -on ferulaceum est, geniculatum, digiti crassitudine. 25, 92 simplicius cervae monstravere -on, de qua diximus (*i. 'nomen dederunt herbae -o'*). DIOSC. 3, 74 de elefoboscos. elafoboscos herba est (*gr. 3, 69*).

ēlapido, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* lapis. *W.*] GLOSS.^{L} V Abba ELA 4 -vit distruxit. Aa E 192 dissipavit, consumpsit. *i. q. lapidibus purgare*: PLIN. nat. 17, 30 -to solo (17, 69 sit ... ante omnia *solum seminario destinatum* -tum munitumque. 18, 145 solum, in quo seratur, -tum purgatumque subigitur autumno). *K.-M.*

ēlāpsio, -ōnis *f.* *ab* elabor. **1** *i. q. excessus*: AVG. quant. anim. 33, 76 mors, ... id est ab hoc corpore omnimoda fuga et -o. **2** *i. q. effluvium*: CAEL. AVR. acut. 3, 18, 178 seminis involuntaria atque iugis -o.

[*? ēlāpsus,* -ūs *m.* *ab* elabor. CHIRON 721 si quod iumentum extalis -um ⟨passum⟩ (*add. Niedermann, Rev. de Philol. 47, 1923. 57*) fuerit, sic curabis.] *Leumann.*

ēlaqueo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* laqueus. *W.*] *i. q. laqueis expedire, liberare: proprie*: AMM. 30, 1, 11 quem -tum fidem ruptarum existimabat *princeps. in imagine et translate*: AMBR. epist. 73, 2 p. 251^{C} lege quae implicavit atque innodavit magis humani generis infirmitatem quam -vit et absolvit. PRVD. c. Symm. 2, 147 vincenda voluptas, -anda animi constantia, ne retinaclis ... nexa et captiva prematur. AVG. c. Iul. op. imperf. 2, 105 p. 1184$^{\text{fin.}}$ quoniam -andus est apostoli sermo a cassibus Manichaeorum. PROSP. carm. de prov. 672 monitos quibus (*sc. commentis doli*) omnipotens nos -at. SIDON. epist. 8, 9, 2 sese poetica teneritudo a vinculo ... angoris -at.

ēlargior, -īrī. [ex *et* largior. *W.*] *i. q. valde largiri*: PERS. 3, 71 *cognoscite* quid asper utile nummus habet, patriae carisque propinquis quantum -iri deceat. AMBR. serm. 42, 1 p. 686^{D} studueram ... subtrahere vobis dominicae praedicationis eloquia ac non -iri saepius sermonum caelestium sacramenta. [SCHOL. Cic. Bob. p. 155. 11 St. *cod. C, v. sub* largior]. *cf.* dilargior.

elaris *v.* bilaris. **ēlassesco***?, v. sub* elactesco.

[**elatas** ... ventus AMM. 22, 8, 8 (*trad.*, Ceratas [*i. κερᾶτας*] *corr. Valesius; v. Onom. III 331, 38*).] **ēlātē** *v.* effero *p. 152, 22.*

elatē, (-ēs, -ae) *f.*, *ἐλάτη. acc.* -en: *infra l. 44. 49. 51. abl.* -e: *infra l. 48. nom. plur.* -ae: *l. 41. 43.* **1** *de palmae germine novello*: VVLG. cant. 5, 11 comae eius sicut -ae palmarum (*LXX ἐλάται*). EDICT. imp. Diocl. 6, 40 (*a. 301*) germina palmae sibe (*i.* 'sive') -ae (*nom. pl.*). DIOSC. 1, 118 semen eius quod circa arbore est. quem aliqui elaten[u] vocant (*gr. 1, 109, 4 ὁ περιεχόμενος δὲ ὑπ' αὐτῆς καρπὸς ἐλάτη καλεῖται*). **2** *species palmae* (*per errorem Plinii, ut vid.; v. Blümner, Maximaltarif d. Diocl., 1893, p. 90 adn. 1*): PLIN. nat. 1, 12, 62 -e vel spathe. 1, 23, 53 *medicinae ex* palma -e. 12, 134 est ... arbor ad eadem unguenta pertinens — quam alii -en vocant quod nos abietem, alii palmam alii spatham (*ex Diosc. 1, 109, 4 φοίνιξ ὃν ἔνιοι ἐλάτην ἢ σπάθην καλοῦσι*). 23, 99. DIOSC. 1, 118 dactuli quos multi -en vocant aut spacu.

elatērium, -iī, *n.* (*masc. l. 70. 79, fem. l. 79*), *ἐλατήριον. scribitur*: elact-: CASS. FEL. 8 p. 15, 14 *cod. p.* ALEX. TRALL. *v. l. 77 bis.* ORIBAS. *v. infra l. 69. de formis: nom., acc.* -on: MARCELL. *infra l. 73.* PS. APVL. *infra l. 74.* -u(m): DIOSC. *l. 65. gen.* -i: CELS. 5, 21, 2 (-ii *P*). 5, 26, 36^{B} *F V* (-ii *PS*). elaterius: ORIBAS. *l. 78.* [CELS. 6, 9, 5 elateris singulorum partes (*F V P*; partes *om. J*; elateri ⟨s⟩partes singulorum *coniec. Marx*). *coniecit Niedermann in adnot. ad* MARCELL. med. 30, 22].

i. q. remedium ex suco cucumeris agrestis comparatum: CELS. 5, 12 *evocat et educit* -um, lauri bacae *eqs.* 5, 21, 2. 5, 26, 36^{B} compositio quae habet -i p. ℈ I *eqs.* 6, 3, 2 super utrumque (*sc. ulcus*) oportet imponere -um aut lini semen contritum. 6, 9, 5 *v. supra l. 57.* SCRIB. LARG. 70 -ii qui est sucus cucumeris silvatici p. ℈ I (224 [= MARCELL. med. 31, 3]. DIOSC. 4, 146 de -o. -u sucus est cucumeris agrestis [*gr. 4, 150, 3 τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον*]. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 72. CASS. FEL. 8 p. 15, 14 oportet flegmagogum purgatorium dare, quod dicitur -um. conficitur sic: cucumeres agrestes maturos *eqs.* ORIBAS. eup. 2, 1 S 8 de cocumeres ipsius fit elacterium [*sic Aa, La*: -us; *gr. p. 635, 20*]). SCRIB. LARG. 237 (= MARCELL. med. 33, 4). PLIN. nat. 1, 20, 3 *medicinae ex* -o XXVII. 20, 5 -o (*dat.*) tempestivus est autumno *cucumis.* 20, 8. 9. 27, 143 longissimo tempore durat -um. 28, 74. 203. 30, 33. MARCELL. med. 30, 14 -on purgat. PS. APVL. herb. 114, 12 H.-S. (*interpol. ex Diosc.*) Graeci -on, grynon (*Ps. Diosc. 4, 150 R V*). THEOD. PRISC. eup. faen. 78 -ii pulvere tangendum erit *exochadium.* log. 79 naribus infundo -um (*r B V, om. b*). ALEX. TRALL. 1, 42 elacteri. *ibid.* si ... pro nitro elacterium mittas (*gr. utrubique ἐλατήριον*). ORIBAS. eup. 2, 1 S 8 p. 503 -us menstrua provocat et partus corrumpit adposita (*sic Aa, La*: -us qui *eqs.*).

elatinē, *ἐλατίνη. nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 27, 50 -e II. 27, 74 -e (elasine *V R*^{1} *d*) folia habet casiae *eqs.* DIOSC. 4, 37 de aelatino. elatino folia habet *eqs.* (*gr. 4, 40*). **elatinus,** -a, -um, *ἐλάτινος. i. q. abiegnus*: DIOSC. 1, 79 duriores ... resine sunt stroviline et pescidine et pituine et -a (*gr. 1, 71, 4 ἐλατίνη*). *ibid.* melior est omnibus pituina et -a (*gr. διαφέρει δὲ αὐτῶν ἡ πιτυίνη καὶ ἐλατίνη*). 5, 58 *vinum* dafinu et pituinu et -u (*gr. 5, 36 ἢ δάφνινος ἢ πιτύινος ἢ ἐλάτινος*). *K.-M.*

***ēlātio,** -ōnis *f.* *ab* efferre (elatus). *num. plural.: l. 47, p. 326, 52. 325, 20. 324, 37. 66. et al. inde a* CIC., VITR., SEN. epist.; *deest poetis; frequentatur apud ECCL. significatione 'superbiae' (q. e. sub II A 2 a β); cuius usus exempla selecta dedi, praeterea omnia quae habui attuli.* [*restituitur ex* datio: CIC. leg. 1, 7 *p. 326, 42,* FRONTIN. *p. 326, 52. dub. interpr.*: VVLG. lev. 7, 34 (*in sacrificio*) pectusculum enim -is (elevationis *var. lect., v. Quentin ad l.*) et armum separationis (*hebr.* תְּנוּפָה, *i.* '*vibratio*'; *LXX τοῦ ἐπιθέματος*). MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 52 p. 1081^{A} motio iuxta quod motio est, nullam -em habens, ab eo quod est intus progressa foras est.]

I *spectatur notio foras ferendi*: **A** *i. q. actus efferendi*: **1** *rerum corporearum*: **a** *generatim*: ACT. Arv. a. 184 III 23 piaculum factum ob ferri -i (*pro* -em) scriptur⟨ae et scalpturae magisteri pe⟩racti (*cf. antea 20* ⟨piaculum factum⟩ ob ferri inlat⟨ionem⟩. *item* a. 225, 24 *magister* immolavit ob ferri -em [ACT. Arv. a. 241 (Not. d. scavi 1914 p. 468) *suppl. in lacuna*]. *de re v. Wissowa, PW II 1480, 31 sqq.*). **b** *speciatim: mortuorum, fere i. q. sepultura* (*cf.* effero *p. 141, 32 sqq.*): VLP. dig. 11, 7, 14, 3 si quid impensum est in -em mortui. PETR. CHRYS. serm. 121 p. 530^{A} -o sola pauperis (*sc. ab angelis elati*) totam divitis pompam transcendit et gloriam.

2 *rerum incorporearum: de pronuntiatione verborum, vocum, sonorum sim.* (*cf.* effero *p. 144, 28 sqq.*): CHAR. gramm. p. 51, 5 B. non esse unam appellationem ex qua -em genetivus pluralis duplicem (*sc. poematum et poematorum*) habeat, sed duas appellationes idem significantes, alteram secundi, alteram tertii ordinis (*i. hoc 'poematum' et 'poema'*). p. 133, 21. p. 194, 25 (*de 'pius' et 'fidus'*) cuius secunda -o est magis pius, magis fidus. DIOM. gramm. I 324, 17 absolutio est -o sine comparatione, ut fortis; comparatio est -o cum collatione ad alium, ut fortior (*syn.* enuntiatio). 430, 29 accentus est acutus vel gravis vel inflexa -o orationis. SERG. gramm. IV 482, 7 tenores sive accentus dicti sunt, quod naturalem unius cuiusque sermonis in vocem nostrae -is servent tenorem (482, 17). PS. MAR. VICTORIN. phys. 4 sonorum -es. HIER. nom. hebr. p. 2, 12.

B *de re (ab oratore vel scriptore) foras elata: fere i. q. oratio, editio*: SVLP SEV. epist. app. 6, 1 forensis -o fori debet exercitatione fervere. VICT. VIT. prol. 2 p. 1, 8 illi (*scriptores*) fastu mundialis amoris inflati gloriam -is suae ... gestiebant ... diffamari.

II *spectatur notio sursum efferendi*: **A** *i. q. actio extollendi (accedente sensu contentionis infra l. 51, extensionis infra l. 76)*: **1** *proprie*: **a** *de rebus corporeis (de voce l. 48 sqq.) in universum*: *α onerum*: VITR. 10, 3, 2 suculae cardines ... torni ratione versando faciunt onerum -es (*antea 10, 3, 1* elevationes). *β vocis*: VITR. 5, 8, 1 *loci* desonantes sunt in quibus vox prima cum est elata in altitudinem, offensa superioribus solidis corporibus repulsaque ... opprimit insequentis vocis -em. *aliter* (*v. supra l. 44*): NON. p. 258, 30 contentio est perseverantia vel -o. M. Tullius de officiis lib. I (*146*) ex contentione vocis et summissione et *eqs. v. et infra l. 77. γ corporis partium*: MIN. FEL. 17, 10 *animantes* pedum celeritate liberas aut -e pinnarum (PS. AMBR. serm. 46, 4 p. 694^{C} suspensa aquila in altum celeri -e pennarum). HIER. in Is. 19, 16/17 p. 255^{B} *Aegyptus* timebit ... -em manus domini. LEO M. serm. 22, 1 p. 194^{A} denuntians serpenti futurum semen mulieris, quod noxii capitis -em sua virtute contereret.

δ rerum naturae (*acced.* ultra *l. 64*, super *l. 66*): ITALA Ezech. 47, 11 (Weing.) in emissione eius (*i. fluminis*) et in -e eius non sanctificabant (*LXX ἐν τῇ διεκβολῇ αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ ἐπιστροφῇ αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ ὑπεράρσει αὐτοῦ οὐ μὴ ὑγιάσωσιν*. VVLG. in littoribus eius [*torrentis*] et in palustribus non sanabuntur, *sc. aquae*). CHALC. comm. 71 stellarum et solis effulsio et ultra finalem circulum -o. VVLG. psalm. 92, 4 mirabiles -es maris (HIL. trin. 12, 53 p. 467^{B}). PSALT. Rom. 87, 8 (*in imag.*) omnes -es (*cf. infra l. 72*) tuas super me induxisti (*μετεωρισμούς*. VVLG. fluctus). AVG. in psalm. 36. serm. 2, 12 p. 379$^{\text{p. med.}}$ fumus a loco ignis erumpens in altum extollitur et ipsa -e in globum magnum intumescit (PROSP. in psalm. 101, 4 fumo in sua -e deficienti. *cf.* CASSIOD. in psalm. 67, 3 p. 462^{D} *actiones peccatorum* sua magis, velut fumus, -e deficiunt, *v. p. 325, 15*). LEO M. epist. 28, 4 p. 769^{B} -es (*cf. l. 66 sq.*) fluctuum increpata tempestate consternere.

b *speciatim t. t. in arte metrica, i. q. arsis* (*opp.* thesis, positio, deiectio, depositio. *non tantum de soni elevatione, sed etiam de extensione cogitandum est*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 40, 16 arsis *est* -o temporis soni vocis, thesis depositio et quaedam contractio syllabarum): FVLG. myth. 3, 9 p. 76, 9 arsis et thesis, quas nos Latine -es et deiectiones dicimus. MART. CAP. 9, 981 *proceleusmaticus* positionem brevem et -em brevem retinet. 9, 982 anapaestus ... accipiet -em pedis unius temporis, positionem vero duorum temporum faciet. *ibid.* maior anapaestus -em quidem suscipiet, quae monochronos esse dicatur, positionem dichronon habere monstratur. *sic passim usque ad* 9, 992.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *translate*: **a** *de rebus incorporeis, ad animum, mentem pertinentibus*: *α adhibetur neque in bonam neque in malam partem*: CIC. fin. 3, 35 laetitiam . . ., quasi gestientis animi -em voluptariam (Tusc. 4, 19 sine ratione animi -em). Tusc. 4, 67 contractionem animi recte fieri numquam posse, -em posse. off. 1, 62 animi -o, quae cernitur in periculis et laboribus, si iustitia vacat pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. 1, 64 in hac -e et magnitudine animi facillime . . . nimia cupiditas principatus innascitur. SEN. epist. 59, 2 *voluptas* est . . . animi -o suis bonis verisque fidentis. TYCON. 65, 13 in genere (*humano*) non ita est, ut quodam tempore invalescat et deinde deficiat (*sc. sicut aquae diluvii*), quoniam quo tempore invalescit carnaliter, eodem deficit spiritaliter, ut ipsa -o sit defectio. AVG. in psalm. 99, 4 p. 1272 med. inserunt voces quasdam sine verbis in -e exsultantis animi. CASSIOD. in psalm. 67, 3 (*in comparatione v. p. 324, 70*).

β in malam partem apud ECCL., acced. notio vitii, fere i. q. superbia, inflatio (*cf.* AVG. serm. 354, 7 p. 1565 med. inflatio, hoc est -o [grat. Christ. 11, 12 p. 135, 18]): Ⓘ *nude ponitur*: TERT. pudic. 14 p. 247, 1 exegerant schismata et aemulationes et dissensiones et praesumptiones et -es et contentiones. ITALA Is. 16, 6 (Hier. adv. Pelag. 2, 29) altitudinem illius (*Moab*) et -em et glorificationem . . . cognovi (*ὕβριν . . . ὑπερηφανίαν*. VVLG. superbia et arrogantia). IREN. 1, 25, 2 ad tantum -is provecti sunt, ut quidam . . . similes sese dicant Iesu. ARNOB. nat. 2, 63 p. 99, 9 si arrogantia, si typ⟨h⟩us, si -o. FVLG. aet. mund. 186, 9 in humilitatis adventu omnis occasio -is suffocatur (*saepe opp.* h., *cf. p. 326, 32*). AMBROSIAST. in Rom. 12, 16 p. 160[B] ne -o sit in animo. *ibid.* -o peccatum est. HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 654[C] alius . . . stultorum more in iis effertur quae . . . certe modum -is excedunt. *ibid.* istius modi homines ne umbram quidem et imaginem -is suae possunt ostendere. PELAG. in Rom. 1, 30 p. 18, 4 S. auctor superbiae per -em suam *eqs.* RVFIN. hist. 4, 29, 3 *Tatianus* doctoris arrogantia tumidus et -e nimia inflatus (*οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθείς*). 9, 8, 13 -is atque arrogantiae (*τῆς μεγαλαυχίας*). Orig. in num. 17, 4 *v. p. 326, 49.* Orig. in cant. 2 p. 115[D] omnem -em extollentem se adversus scientiam Christi (PAVL. NOL. epist. 2, 4 p. 12, 19). patr. 6, 3 p. 524[B] talis semper -es et altitudines timet. *ibid.* p. 524[C] -em metuere (*syn.* ne extollar). Ps. RVFIN. in Os. 12, 3—6 p. 1022[C] *patriarcha* spiritum . . . humilitatis, non -is assumpsit (*cf.* LEO M. epist. 105, 3 p. 1000[A] repulso omni spiritu -is. *al.*). AVG. civ. 9, 20 p. 395, 21 D. immunditia -is inflatae (GREG. M. moral. 2, 74 p. 590[B]). 12, 1 p. 512, 16 habentes -is fastum (GREG. M. dial. 3, 6 p. 228[D] PASS. Petr. 1). 14, 13 p. 33, 17 -is vitium (LEO M. epist. 19, 1 p. 710[B]. *al.*). 16, 4 p. 130, 22 *v. p. 326, 57.* c. Cresc. 4, 60, 73 p. 573, 13 ventus -is *haereticorum.* in euang. Ioh. 81, 2 p. 1841 med. ex alto -is. gest. Pelag. 30, 55 p. 109, 8 epistola carnalis ventositatis et -is (*sc. a Pelagio scripta*) volat *eqs.* c. Parm. 3, 2, 16 p. 119, 14 sine typho -is. pecc. mer. 2, 17, 27 p. 100, 10 ab -is vanitate sanetur (CASSIAN. inst. 1, 2, 3 p. 10, 16). virg. 34, 34 p. 275, 5 huic superbiam timeo, huic tam magno bono (*sc. perpetuae continentiae*) ex -is tumore formido. CASSIAN. conl. 19, 6, 2 p. 539, 23 illos -um spiritalium fluctus. SALV. gub. 7, 85 p. 183, 16 barbari -e tumidi. APON. 8 p. 145 fin. -is supercilio (EVGIPP. Sev. 4, 11 p. 19, 13). CASSIOD. var. 9, 25, 11 p. 292, 25 se -e iactavit (*syn.* extolli). GREG. TVR. Franc. 5, 3 p. 193, 15 vir . . . superbia tumidus, -e protervus. *et al.*

Ⓘⓘ *pendet genetivus: subiect.*: CYPR. epist. 59, 2 p. 668, 12 quae . . . sui -o est, quae comminantium tumens et inflata iactatio. ARNOB. nat. 2, 3 p. 49, 19 mentis (AMBROSIAST. in I Cor. 7, 22 p. 221[A] VVLG. II Macc. 5, 21 AVG. epist. 140, 80 p. 228, 22. *al.* PASS. Petr. 1). FVLG. Virg. cont. p. 94, 10 iuventutis -em. RVFIN. Orig. in num. 13, 2 p. 109, 31 B. -es argumentorum . . . igne veritatis exurat. AVG. in euang. Ioh. 58, 3 p. 1793 med. quod vero dominum et ipse se dicit discipulorum suorum, . . . nulla est hic -o tantae celsitudinis (*aliter p. 326, 4*). serm. 41, 4 p. 249 init. divitis -em. CASSIAN. conl. 4, 12, 5 p. 108, 8. inst. 12, 4, 1 p. 208, 11 -o cordis (*al.* FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 52, 1 declinanda est). *al.* FAVST. REI. grat. 1, 4 p. 18, 26 Iudaeorum comprimit -em dicens *Paulus.* POMER. 3, 2, 2 p. 477[C] homo superbi spiritus -e corruptus. *obiect.*: RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 100, 8 B. (*cf. I Cor. 4, 8* sine nobis regnatis *eqs.*) -em nondum pro merito assumpti honoris incusat *apostolus.* AVG. in epist. Ioh. 2, 14 p. 1997 med. de -e regni terreni voluit tentare regem saeculorum (coelorum *l. v.*). CASSIAN. conl. 4, 16 p. 111, 5 huius puritatis -em perniciosiorem futuram cunctis sceleribus (6, 11, 2 p. 167, 19). CASSIOD. var. 8, 23, 3 p. 254, 27 vir quem nobilitatis suae nulla inflat -o, modestia humilis *eqs.* PALLAD. hist. mon. I 13 p. 290[A] *Valentem* in docendi -e deceptum ad hoc daemon adduxerat, ut ita se nescio quid esse magnum putaret (*gr. aliter*). FERRAND. epist. 7, 18 p. 947[A] revocatur superbus detractor ab -e iudicandi, cum dicitur ei: 'noli esse multum iustus'. *epexegeticus*: AVG. bapt. 3, 19, 27 p. 220, 1 cum quibus . . . per -em superbiae . . . fornicatur (serm. 270, 6 p. 1245 med. EVOD. fid. 21 p. 950, 26 CASSIAN. conl. 7, 19, 2 p. 197, 4). serm. 22, 8, 8 p. 153 med. tamquam in ventos suae vanitatis -e dissipatus intereat (FACVND. defens. 5, 4 p. 645[D]). CASSIAN. inst. 11, 11 p. 200, 9 vanae gloriae -e deiectus. MAX. TAVR. hom. 72 p. 406[B] haec . . . iniquitatis est -o, ut in altum se ferat *eqs.* CASSIOD. in psalm. 143, 1 p. 1015[C] victor . . . nulla se propriae praesumptionis -e iactavit. GREG. M. moral. 1, 21 p. 536[C] domino cognito, vitia sua gentilitas deseruit et ab -e celsitudinis (*v. p. 325, 63*) ima humilitatis petit.

epitheta: avida: AVG. epist. 48, 2 p. 138, 3. culpabilis: *infra l. 50.* damnabilis: FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 6, 22. fallacissima: AVG. c. Cresc. 3, 82, 94 p. 496, 22. fastuosa: MART. CAP. 9, 890. fatua: CASSIOD. in psalm. 104, 31 p. 749[D]. gloriosa: EPIST. ed. Morin (Rev. Bénéd. 34) 1 l. 30. impia: AVG. civ. 16, 10 p. 141, 8 D. improba: FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 7, 15. inflata: *v. p. 325, 41.* nefanda: AVG. c. Parm. 3, 2, 17 p. 121, 8. nimia: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 14, 16. *p. 325, 32.* noxia: CASSIOD. in psalm. 91, 4 p. 657[C]. ruinosa: AVG. contin. 5, 13 p. 156, 8. spiritalis: *infra l. 58.* superba: AVG. civ. 11, 13 p. 480, 10 D. VICT. VIT. 2, 53 p. 45, 5 IORD. Get. 17, 97. tumida: CASS. conl. 7, 19, 2 p. 197, 4. tyrannica: IORD. Get. 45, 233. ventosa: AVG. virg. 51, 52 p. 298, 2.

syn.: altitudo: RVFIN. patr. 6, 3. *p. 325, 21. 37.* arrogantia: RVFIN. Orig. in Ios. 15, 3 p. 386, 10. *p. 325, 24. 32. 34.* contumelia: PASS. Petr. 1. exaltatio: SALV. gub. 7, 39 p. 168, 2. glorificatio: *p. 325, 21.* iactantia: AVG. in psalm. 136, 2 p. 1762 init. ISID. sent. 2, 38, 9. *et al.* iactatio: *p. 325, 57.* praesumptio: AVG. c. Parm. 3, 2, 17 p. 21, 8 FAVST. REI. epist. 7 p. 204, 10. *p. 325, 20. et al.* superbia: RVFIN. Orig. in Ios. 13, 4 p. 374, 16 AVG. in psalm. 136, 2 p. 1262 init. *p. 325, 31. 49. 54. et al.* temeritas: EVGIPP. Sev. 4, 11 p. 19, 13. tumor: AVG. serm. 163, 8, 8 p. 893 init. typhus: *p. 325, 25. 47. al.* ventositas: *p. 325, 46.*

opp.: deiectio: AVG. in psalm. 93, 16 p. 1205 init. SALV. gub. 7, 39 p. 138, 2. devotio: AVG. serm. 209, 3 p. 1047 med. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 8, 20. dignatio: AVG. serm. ed. Morin 7, 3 p. 464, 9. formido: GREG. M. moral. 3, 88 p. 618[D]. humiliatio: AVG. gen. ad litt. 11, 5 p. 338, 6. humilitas: RVFIN. hist. mon. 1 p. 399[D]. 403[D] AVG. civ. 9, 20 p. 395, 21 D. 11, 22 p. 491, 8 *al. p. 325, 25. 39. et al.* modestia: CASSIOD. var. 10, 11, 4 p. 305, 6. *p. 325, 74.* subiectio: AVG. civ. 21, 13 p. 481, 10 D. timor: AVG. epist. 28, 25 p. 689, 18 SALV. gub. 7, 39 p. 167, 20 GREG. M. in Ezech. 1, 6, 8 p. 832[C]. *et al.*

b *in arte rhetorica*: *α fere i. q. sublimitas*: CIC. Brut. 66 officit Theopompus -e atque altitudine orationis (*cf. ibid.* quasi exaggerata altius oratio). CIC. leg. 1, 7 *Macri* loquacitas habet aliquid argutiarum, . . . in orationibus autem multa sed inepta -o (*sic Mommsen; al. alit., v. app. crit.;* datio *B H*). MART. CAP. 5, 428 *Rhetorica* exilis in modicis, in mediocribus facilis, in -e flammatrix.

β fere i. q. gradatio, amplificatio (*opp.* summissio): CIC. top. 71 parium . . . comparatio nec -em habet, nec summissionem, est enim aequalis.

B *i. q. status alicuius rei in altum elatae*: **1** *de re corporea*: RVFIN. hist. mon. 13 p. 132[C] montem . . . -e minacis saxi . . . terribilem. Orig. in num. 17, 4 p. 163, 24 B. (*alleg.*) cedros hic non illos dicit in quibus culpabilis notatur -o. *inde de rebus ipsis, de montibus, turri sim.* (*sensu alleg. [cf. p. 325, 16] l. 49. 60*): FRONTIN. grom. 43, 14 nam et locorum -es (dationes *codd.*) . . . et colliculi finem faciunt (*[trad. codd. PG, cf. Mommsen, Ges. Schr. VII 499, 1]*. MART. CAP. 6, 595 [*de gnomone*] umbris pro locorum aut -bus celsis aut inclinationibus infimatis). FVLG. Virg. cont. p. 100, 9 'turris ad auras' -o erecta et incurvabilis dicitur. sed -em quis servat nisi Tisifone . . .? (*cf.* AVG. civ. 16, 4 p. 130, 22 D. [*de turri Babylonia*] quid . . . nocuerit deo quantacumque vel spiritalis [*v. p. 325, 43*] vel corporalis -o?). AVG. in psalm. 143, 12 p. 1865 init. (*v. l. 51*) montes superbos, -es terrenas, tumidas granditates (*cf.* MART. CAP. 6, 591 terrae -e). MART. CAP. 6, 679 secunda -o Iudaeae ab Hierosolymis (*ex Plin. nat. 5, 72* secunda quondam arx ab Hierosolymis). *translate*: MART. CAP. 1, 94 mortales, quos vitae insignis -o et maximum culmen meritorum . . . extulerit.

2 *de statura hominis, fere i. q. proceritas*: MART. CAP. 1, 80 *Neptunus* propter molem -emque corporis.

III *singulariter*: RVFIN. Clement. 8, 15 Pythagoras elementa principiorum numeros esse dicit, . . . Asclepias *ὄγκους*, quod nos tumores vel -es possumus dicere. MART. CAP. 7, 731 Aristoteles (*frg. 198 Rose*) . . . *monadem* cupidinem adserat nominatam quod se cupiat, si quidem ultra nihil habeat et expers totius -is aut copulatus in se proprios detorquet ardores (*dub. quid vertatur*).

ēlātīva *ἐκφορικά* GLOSS.[L] II Philox. EL 1.

ēlāto, -āre. [*ab* ex *et* lātus. *W.*] *cf.* 1. dilato. *fere i. q. pandere, dilatare*: CASSIOD. compl. in act. 5, 17 p. 1386[A] Petrus et apostoli . . . verbum domini constanter -bant (*sc. praedicatione. cf. compl. in II Tim. 4, 1 p. 1356[A]* verbum domini praedicatione dilatata proficiat. *falso Stangl, Bl. f. d. bayr. Gymn. 1898, 565 'late explicare, fusius exponere'*).

[**elātor** PLIN. nat. 2, 120 F^1R^1, elatus d^2 (us *in ras.*), flatus *Detlefsen, recte.*] *Bannier.*

ēlātro, (-āvī), -āre. *ab* ex *et* latrare. *i. q. quasi latrando edere* (*transl.*): HOR. epist. 1, 18, 18 alter . . . propugnat nugis armatus . . . 'vere quod placet, ut non acriter -em?' (*nota Κυνικῶν παρ-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ρησίαν *designari*). TERT. nat. 1, 4 p. 63, 27 cum *philosophi* in mores ritus cultus ... vestros palam ... omnem eloquii amaritudinem -ent (*cf. c. sim. struct.*: pall. 5 p. 950 Oe. ego ... subsellia non contundo, iura non conturbo, causas non -o, non iudico *eqs.*).

ēlātus *v.* effero *p. 150, 43 sqq.*

ēlau, *v. sub* ael, *vol. I 963, 42.*

ēlaudo, (-āvī), -āre. *ab* ex *et* laudare. **1** *transit.*: PAVL. FEST. p. 76 -are plus quam nominare. GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. E 32 exlaudat extra finem laudat (excl- e. f. claudat *G*). **2** *intrans., i. q. exsultare*: ITALA psalm. 95, 12 (Cas.) laetabuntur campi ... tunc exlaudabunt omnia ligna silvae coram domino (τότε ἀγαλλιάσονται πάντα τὰ ξύλα, VVLG. exsultabunt omnia ligna silvarum). *K.-M.*

✖(ēlavo), -lāvī, -lōtum, -lavere (-lavāre). *ab* ex *et* lavere (lavare). *de formis: infinit.*: -ere *infra l. 28*, -are *infra l. 29. part. perf. semper* elotus *scribitur.* [elautus*?*: PLAVT. Rud. 699 patiare: -ae (pot[iare] lau- *A*, aut ae *P*) ambae sumus. *v. et* Poen. 232.] *pro praesenti utique* eluo *legitur; ita apud* PLAVT. Rud. 579 *iuxta ponuntur* elavi *et* eluam, eluas; *apud* COLVM. 12, 52, 21 eluantur *et* fuerit elota. *legitur inde a* PLAVTO.

[*ex coni.*: PLAVT. Rud. 537 iure optimo me -visse (*Fleckeisen*, lavisse *codd.*) arbitror. 1307 in mari -vi (*Pius*, et alii *codd.*). CELS. 3, 6, 10 halica ⟨e⟩lota (lota *FV*, eluta *J; cf. infra l. 31*). SORAN. p. 111, 13 *matricem* aqua frigida ... elotam (*Rose*, ea[m] lotā *codd.*). PLAVT. Trin. 406 (elutum *A*, elotum *P, edd.*) *v. sub* eluo.]

1 *proprie:* **a** *i. q. lavando purgare*: FRONTO p. 64, 18 N. maculam elegantius eluere quam abluere; siquid vero magis haeserit nec sine aliquo detrimento exigi possit, Plautino verbo -ere dicam. ORIBAS. syn. 5, 17 ulcera ... -are (*v. supra l. 15*). *part. perf.* elōtus, -a, -um: BELL. Afr. 24, 4 alga ... aqua dulci -a (σ, eluta β). CELS. 2, 18, 10 -a quaedam genera frumenti. 2, 24, 1 -a halica (4, 11, 7. 14, 3. *v. etiam l. 23*). 5, 18, 1 cerati -i, quod πεπλυμένον Graeci vocant, selibram. 5, 18, 27 plumbi -i (5, 26, 36^{B}. 6, 6, 5^{A} *al.*). 6, 6, 3 cerussae -ae (*gen.* 6, 6, 7. 17). 6, 6, 5^{B} aeris combusti et -i (6, 6, 13 *al.*). 6, 6, 16^{A} spumae argenti coctae et -ae (*gen.*). 6, 6, 16^{C} cervini cornus combusti et -i. 6, 6, 27^{B} cadmiae -ae. COLVM. 12, 52, 21 cum fuerit oliva -a (*antecedit* inmundae baccae eluantur). **b** *i. q. luendo demere* (*opp.* '*alluere*'): GROM. p. 42, 11 Th. non statim transire in alteram ripam (*sc. solum*), sed abductum esset -lotum (esse ⟨e⟩t e. *Goesius*). **2** *translate: fere i. q. exui* (*bonis*): PLAVT. Asin. 135 in mari repperi, hic -vi bonis. Rud. 579 eho an te paenitet, in mari quod -vi, ni (ne *AP*) hic in terra iterum eluam? *v. etiam supra l. 21 et l. 22, ubi vox -endi ancipiti sensu accipienda est.* *cf.* eluo. *Krohn.*

elbidus, -a, -um. [*fortasse prave scriptum pro* helvidus. *W.*] ISID. orig. 19, 28, 7 -um ab elbo colore vocatum; elbum est enim medius color inter nigrum et album, ⌞et elbum⌟ (⌞ ⌟ *om. T*) ab albo dirivatum. *v.* helvidus.

elbus, -a, -um *v. l. 46. 47 et cf.* helvus.

tragelaphus bestia quam **elcum** (*cf. nostrum* '*Elch*') vocamus GLOSS. II praef. p. XII.

nunc ... Exodum teneo, quem illi '**ele smoth**' vocant HIER. epist. 32, 1, 2 (*i.* וְאֵלֶּה שְׁמוֹת, *sc. prima ineuntis* '*exodi*' *verba*).

[**eleacotocus** diptamnus GLOSS. III 561, 53. *cf.* PS. APVL. herb. 62, 19 H.-S. *cod. Ca* (*class. α*): *dictamnum dicunt* alii Idaea (*corr. Wellmann, Ps. Diosc. 3, 32, 1 p. 42, 8 RV pro* ἑλδίαν *trad.*), alii eleecotocus ([aeleaco- *rec. β*, adeacotcos *rec. γ*]. *leg.* ocitocus, *corr. Wellm. l. c., qui* eleacotocus *sim. conflatum esse existimat ex depravato illo* ἑλδίαν *anteced. et hoc* ὠκυτόκος *substituendo* [βελι-, βελοτόκος *trad. in RV*]).]

eleboritis, eleborizo, eleborum (-us) *v.* ellebor-. *K.-M.*

1. ēlecebra, -ae *f.* [*ab* elicio. *W.*] PAVL. FEST. p. 76 -ae argentariae meretrices ab eliciendo argento dictae. PLAVT. Men. 377 omnes *meretrices* -ae argentariae. Bacch. 944 exitium, excidium, exlecebra (*sic*) fiet hic equos hodie auro senis.

2. elecebra, -ae *f.* *orig. inc., nisi eadem sit vox atque* 1. elecebra. *nomen herbae medicae*: SCRIB. LARG. 153 calculosis ⟨prodest⟩ -ae (ill- *edd. inde ab ed. princ.*) quantum *eqs.* PLIN. nat. 1, 25, 103 andrachle agria quae -a (*Heraeus in plagulis*, lec- *FRT*, lac- *E*, illec- *d*). 25, 162 similis est, quam Graeci andrachlen agrian vocant, Italia -am *eqs.* (*d*, elecebrant *V*, ecelebrant *R*). 26, 127 duritiasque et sinus corporis *sanat* -ω (*pars codd.*, ill- *R*). DIOSC. 4, 89 tertium aisdo, quem multi andragne agreste vocant aut telefion, Romani vero alcebran (*gr. 4, 90* ἠλεκέβραν [ἠλικέβραν, ἠλεκέμβραν *l. v.*; ἰλλεκέβραν *Schulze, Wellm.*]. *cf.* PS. DIOSC. Vind. 2, 124 p. 196, 13 ἑλέκεβραμ. *inde interpolatum*: PS. APVL. herb. 124 l. 32 H.-S. Graeci agrian andrachnen vocant vel telefion, Latini -am [ill- *edd.*]). *cf. etiam Hippiatr. gr. II 84, 11* ἐκλεκέβρης.

ēlecorum *v.* electrum *p. 331, 42.*

ēlēcta, -ōrum *v.* eligo.

ēlectārium, -ī *n.* [*ab* elicio *et cf. c.* electo. *W.* (*nisi potius* ēlēct- *c. gr.* ἐκλεικτόν, ἔκλειγμα [*cf.* ecligma] *et c.* electus *conferendum est; v. Walde-Hofmann s. v.*).] ISID. orig. 4, 9, 10 -um vocatum eo quod molle sorbeatur (*i* ἐκλείχεται). *in codd. passim scribitur* electuarium; *admodum variant codd.* DIOSC. *et* CASS. FEL. *propter similitudinem vocis* ἐκλεικτόν; *legitur* elact-, eglect-, haeclect-, elict-, oblect- (*cf. etiam l. 6*).

i. q. ἔκλειγμα, ἐκλεικτόν, *genus medicamenti* (GLOSS. III 603, 40 ὀξυπόριον. III 601, 4 eligmatium quasi -um): SORAN. p. 45, 22 utimur -is (lactuariis *h*) et melle. PHILAGR. med. 4 p. 118 Diospoliten -um (*cf.* ORIBAS. syn. 3, 193 *Aa et La*). THEOD. PRISC. eup. faen. 54 avellana ... contrita pro -o ... adhibenda est. log. 67. 94. PS. THEOD. PRISC. add. p. 307 ut -um fiet. PLIN. VAL. 2, 2. 5, 14. DIOSC. 1, 3 more -i datum (*gr. 1, 3 ἀντὶ ἐκλεικτοῦ*). 1, 28 ut -um (*gr. 1, 28 ἐν ἐκλεικτῷ*) tussim sedat. 1, 78 ut oblectario more accepta (*gr. 1, 71, 2 ἐν ἐκλεικτοῖς*). 1, 79 ut oblectario (*gr. 1, 71, 3 ἐν ἐκλεικτῷ*) data. 1, 80 more -o accepta (*gr. 1, 72, 1 ἐκλειχομένη*). *sim.* 1, 88. 134 (*bis*). 2, 144. 145. 3, 26. 4, 601 MISC. Tir. p. 49, 12 CAEL. AVR. acut. exc. 10 p. 696 chron. 1, 4, 112. 2, 7, 103 -a vel catapotia. 2, 13, 169 *de compositione* -i. 2, 13, 176. 2, 14, 204. 206. 207. CASS. FEL. 21 -o ⟨meta⟩syncritico. 34. 40 (*bis*). 41 ORIBAS. syn. 5, 12.

ēlēctātio, -ōnis *f.* *ab* eligo. PASCH. Ciz. chron. I p. 507, 9 quid -e tua ... dignius videatur (*i. iudicio dinoscenti, arbitrio*).

ēlēctē *v.* eligo.

ēlēctilis, -e. [*ab* eligo. *W.*] *i. q. selectus, exquisitus*: PLAVT. Most. 730 vino et victu probo, piscatu -i vitam colitis. APVL. met. 10, 15 cotidie partes -es comparere nusquam.

✖**ēlēctio,** -ōnis *f.* [*ab* eligo. *W.*] *plur.*: TAC. dial. 35 AVG. divers. quaest. 79, 1 MAX. epist. p. 2. *de significatione*: GLOSS.^{L} II Abav. EL 5 -o optio. GLOSS. αἵρεσις. ἐκλογή. ἐπιλογή. V 502, 26 gesticulum: chironomia, -o (*cf. Archiv 14, 1906, 134*). GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^{A} electíona ὀπτίων ἐπιλογή. HIER. in Gal. 5, 19—21 p. 417^{A} αἵρεσις ab -e dicitur *eqs.* (*cf.* TERT. praescr. 6, 2. 37, 2. adv. Marc. 2, 2 *p. 329, 81.* PS. SORAN. quaest. med. 45 haeresis ... sectae -o vel declinatio. ISID. orig. 8, 3, 1. 2). *discernitur a* '*selectione*': DIFF. Suet. p. 312, 27 selectio est cuiuslibet rei, -o nonnisi rerum optimarum. *legitur inde a* VARRONE (*v. p. 329, 29*), CIC. (*v. p. 329, 51*); *dedi locos omnes quos habui usque ad* ICTOS, *unde vox imprimis* ECCL. *adamata magis crebruit; in versibus non legitur nisi apud* VEN. FORT. carm. 1, 16, 36. [HIL. in Matth. 3, 6 *codd. variant inter* allectione *et* -e.]

I *in* ***malam*** *partem, i. q. fastidium, arrogantia, luxuria, superbia* (*cf.* GELL. 11, 2 tit. -a apud antiquiores non de amoeniore ingenio sed nitidiore cultu atque victu dicebatur eaque in vitio ponebatur. SCHOL. Ter. *infra l. 62*): PLAVT. Mil. 1235 eius -a meam extemplo speciem spernat. Merc. 19 (*in v. spuriis*) amorem haec cuncta vitia sectari solent cura, aegritudo nimiaque -a (*cf.* 23). TVRPIL. com. 99 numquam unius me comparavi servire -ae (*parasitus vel meretrix talia loqui potest*). VARRO frg. Non. p. 162, 8 paupertina sine -a ac cum castimonia. *cf. etiam l. 39 et 44.*

II *in* ***bonam*** *(vel neutram) partem:* **A** *de arte bene vivendi:* **1** *i. q. morum integritas, innocentia:* CIC. Sull. 79 qui cum summa -a atque integritate vixistis. Att. 6, 2, 8 laudator integritatis et -ae nostrae. epist. 9, 20, 1 qua munditia homines, qua -a!

2 *i. q. cultus, ratio vitae expolitior, magnificentia (sine nimietate), lautitia, gratia, venustas, pulchritudo:* **a** *generatim:* VARRO ling. 8, 31 duplicem ... esse summam, ad quas metas naturae sit perveniendum in usu, utilitatis et -ae. CIC. Phil. 13, 38 atqui hoc bello de -a quaeritur! (*ironice; cf. p. 333, 81*). off. 1, 25 delectant etiam magnifici apparatus vitaeque cultus cum -a et copia. PAVL. FEST. p. 117 apud antiquos hae -ae, quae nunc sunt, non erant et raro aliquis lavabat. PHAEDR. 2, 2, 4 mulier ... annos celans -a. SEN. dial. 10, 12, 5 ex his -ae lautitiaeque fama captatur. epist. 115, 3 providentia cum -a. PETRON. 34, 5 laudatus propter -as dominus. QVINT. decl. 298 p. 178, 26 haec ... accessit nova -a inter perversas delicias habere rusticum ridiculum. TAC. ann. 13, 46 formam -amque uxoris. 16, 18 -ae arbiter (*Petronius*). CONSENT. gramm. V 395, 22 quidquid in habitu .. gestu ... motu ... incessu quis peccat, ut id ab -a eruditi hominis distare videatur. GELL. 1, 8, 3 ob -am venustatemque formae. 11, 2, 4 M. Tullius L. Crasso et Scaevolae non meram -am, sed multa parsimonia mixtam laudi dedit (*cf. p. 332, 83*). TERT. cult. fem. 2, 9 p. 727, 4 Oe. non repastinantes divitiarum vestrarum vel -arum usum, quae tantum ad gloriam faciunt. PORPH. Hor. carm. 1, 30, 17 Venerem ... dominam esse omnium -arum. AVR. VICT. Caes. 8, 8 -ae saltem atque eruditionis sumat auctoritatem (*cf.* 40, 13). SIDON. epist. 1, 2, 6 -am Graecam, abundantiam Gallicanam. MVTIAN. Chrysost. hom. 24, 3 p. 389 delicias, -am circa corporalia (*τὴν τρυφὴν τὴν πολυτέλειαν*) repellamus.

b *addito genetivo indicatur, in qua re cultus lautus appareat:* CIC. Mur. 38 ludorum huius -am et scaenae magnificentiam. NEP. Att. 19, 2 -a vitae (VITR. 2, 1, 7 TAC. ann. 14, 19). SEN. dial. 6, 8, 3 morum tuorum -ae (TAC. hist. 3, 39 ann. 5, 8). epist. 122, 18 -a cenarum, munditiis vehiculorum. TAC. Agr. 21 descensum ad ... conviviorum -am.

3 *latiore sensu, i. q. summa perfectio, praestantia:* **a** *rerum* (*cf. p. 338, 16 sqq.*): APRING. in apoc. 1, 15 doctrinae illius (*sc. Christi*) magnitudo et vocis -a ac praeceptorum sancta dulcedo. 2, 9 paupertatis -am praeferet, quod potenter praesentia contemnit, ut futura mercetur. **b** *hominum:* GREG. TVR. glor. mart. 94 pro -a eorum (*sc. martyrum*). THEOD. MOPS. in Gal. 3, 9 de Abrahae -a.

B *de facultate sane iudicandi, i. q. prudentia, eruditio, doctrina, iudicium, scientia, subtilitas:* **1** *hominum:* TER. Eun. 1093 dixin ego in hoc esse vobis Atticam -am? (SCHOL. Ter. p. 113, 11 vel eloquentiam ac per hoc superbiam). CIC. leg. 3, 1 quid ... est -a tua dignius? fin. 3, 4 *agri cultura* abhorret ab omni politiore -a. Att. 1, 8, 2 signa et cetera, quae tibi ... nostri studii et tuae -ae esse videbuntur. VITR. 1, 1, 13 non ... in tantis rerum varietatibus -as singulares quisquam consequi potest. SEN. dial. 9, 9, 5 -ae regum curaeque egregium ... opus. epist. 124, 1 non est -ae tuae tam magna sectari. QVINT. inst. 6, 3, 20 decoris hanc magis et excultae cuiusdam -ae appellationem (*sc. facetum*) puto. FLOR. epit. 1, 5, 1 regnum ... accepit ob industriam et -am. FRONTO p. 21, 1 N. quanta in spectandis orationibus -a! p. 177, 20 ex Faustiniani -a. CET. FAV. p. 311, 7 fit ... in uno horologio duplex -ae subtilitas. HIER. in Tit. 1, 12 sq. p. 574^{A} absit, ut argumentum et scholasticam -am in calumniam traham. ALC. AVIT. epist. 87 p. 97, 7 amplitudinem -ae tuae.

2 *doctrinae, ingenii sim.:* CIC. de orat. 1, 5 *eloquentiam* ab -a doctrinae segregandam putes. VITR. 4, 1, 8 -a subtilitateque iudiciorum. PLIN. epist. 6, 21, 3 est ... ingenii -a. FRONTO p. 179, 8 N. cum studiorum -a, tum morum eximia probitate. *nota:* Ps. SORAN. quaest. med. prooem. p. 245, 20 habeat ... digitorum subtilitatem et -am *medicus* (*cf. p. 334, 6*).

C *de facultate artis lepide exercendae, i. q. venustas, subtilitas, sollertia:* **1** *generatim:* **a** *hominum:* PLIN. nat. 34, 66 constantiam potius imitatus patris quam -am austero maluit genere quam iucundo placere. SCHOL. Cic. Gron. D p. 313, 28 St. -a *servorum* (*i. sollertia*). *accedit genet. obi.:* VITR. 4, 1, 10 propter -am et subtilitatem artis (FRONTO p. 173, 18 N. litterarum studio et bonarum artium -a. HIER. epist. 60, 12, 3 mens ... in variarum artium redundat -am). MART. CAP. 1, 36 mirabile praestigium -amque pingendi. **b** *operum ab artificibus elaboratorum, i. q. decor, pulchritudo, lepos:* VITR. 1, 1, 16 operum ... ingressus, qui manu aut tractationibus ad -am perducuntur. 6, 5, 2 *aedificia,* quae ad fructus servandos magis quam ad -ae decorem possunt esse. VAL. MAX. 8, 12 ext. 2 opus et impensa et -a visendum. PLIN. nat. 21, 114 usus *iuncorum* ad ... vitilium -am. 35, 67 -am capilli *statuae.* SVET. Aug. 73 pleraque (*sc. supellectilis*) vix privatae -ae. EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 -a suae (*i. templi*) pulchritudinis (*τῇ ὑπερβολῇ τοῦ κάλλους*). GREG. TVR. Franc. 4, 20 basilica ... in illa ut prius fuerat -a reparata. CORP. IX 1666 exhibuit porticum omni ornatu -ae. *sim. de operibus a natura factis:* VARRO ling. 8, 31 *v. p. 337, 25.* PLIN. nat. 2, 8 *κόσμον* ... a perfecta absolutaque -a mundum *appellamus.* 13, 62 materies *arboris* crispioris -ae. 14, 71 *vites* nobilitantur -a. 16, 66 acer *arbor* ... operum -a ac subtilitate citro secundum. *de pulchritudine corporum hominum:* SVLP. SEV. chron. 2, 1, 2 ob -am vultus inter ministros regis assumptus. MACR. Sat. 7, 3, 19 nec ullam -am eligendo formarum (*cf. p. 337, 36*). *huc referam:* PLIN. nat. 26, 150 cicatrices cum -a ad colorem reducit ladanum.

2 *speciatim in arte oratoria:* **a** *ipsorum oratorum et scriptorum, i. q. facultas exquisite, pure scribendi:* RHET. Her. 4, 12, 17 tres res in se debet habere *orator*: -am, compositionem, dignitatem. -a est, quae facit, ut ⟨locus⟩ unusquisque pure et aperte dici videatur. CIC. Brut. 89 -am in Laelio, vim in Galba fuisse (*cf.* 211 *et l. 32*). orat. 79 -a modo et munditia remanebit. fin. 2, 27 in hac divisione rem ... probo, -am desidero. Tusc. 2, 26 quasi dictata *admiscebat* nullo dilectu, nulla -a. QVINT. inst. 1, 1, 6 Laelia C. filia reddidisse in loquendo paternam -am dicitur (*cf. l. 28*). 10, 1, 83 Socraticorum -am. 10, 2, 19 ne ... vim suam perdat et -am quam cupit non persequatur. 11, 3, 184 actoris ... -am. 12, 10, 11 -am Secundi. TAC. ann. 13, 3 nec in Claudio ... -am requireres. AVR. Fronto p. 28, 17 N. o -a! o lepos! o venustas! FRONTO p. 64, 8 N. -am vel scientiam loquentis declarat. VEL. gramm. VII 67, 18 antiquorum ... -am et auctoritatem sequendam. 78, 21. 79, 19. ROMAN. Char. gramm. p. 251, 12 B. quidquid est -arum. DIOM. gramm. I 382, 16 auctores, quibus eloquentiae et -ae tributa est opinio. MACR. exc. gramm. V 641, 35 non sine -a ... posuerunt. GELL. 1, 4, 1 veterum ... -arum cura. 2, 5 de -a ... detraxeris (*opp.* de sententia). 18, 12, 1 id ... in oratione facienda -ae genus. 19, 4, 1 libri ... lepidissimi et -arum omnigenus referti. APVL. Plat. 1, 2 -a, per quam venustate et maiestate verborum ei (*sc. sapientiae*) plurimum adhibuit dignitatis. PORPH. Hor. epod. 16, 48 poetica -a dictum. DON. Ter. Ad. 978 antiqua -a et figurata. AVSON. 409, 12. AMM. 30, 4, 5 -ae priscae patrociniis. PS. ASCON. Verr. p. 223, 24 St. *testium* verba in oratione conscribere nullius -ae fuit. HIER. epist. 50, 3, 3 tantae in sermocinando -ae. 57, 5, 5 decorem magis et -am in translatione conservant *comici.* RVFIN. hist. 4, 28 libellus multa -a scriptus (*ἐπιστρεπτικώτατος λόγος*). AVG. loc. hept. 7, 27 p. 624, 15 ista repetitio verbi non videtur habere solitam -am vel affectum. MACR. Sat. 3, 2, 12 docta -a Maronis. 3, 11, 9 poeta ... in verbis sectator -ae. *al.*

b *artis oratoriae et librorum:* CIC. de orat. 1, 50 qui hac dicendi varietate et -a non utuntur (Brut. 163). 2, 29 suae (*i. Graecorum*) linguae subtilitatem -amque. 2, 98 verborum gravitate et -a (opt. gen. 4 Brut. 261. 265 part. 21 rep. 4, 8. QVINT. inst. 1, 8, 8 *verborum* in tragoediis gravitas, in comoediis -a et quidam velut *ἀττικισμός* inveniri potest. GELL. 2, 9, 5. 2, 22, 27 summa cum -a verborum totiusque sermonis comitate atque gratia. 2, 26, 20. AMBR. epist. 18, 2 non verborum -am, sed vim rerum). de orat. 3, 39 loquendi -a (Brut. 143. 153). 3, 141 ad inanem sermonis -am (Att. 7, 3, 10 QVINT. inst. 10, 1, 114 ITIN. Alex. 3 HIER. vir. ill. 76 *al.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 399^{B} -a et suavitate). fin. 2, 27 contemnit disserendi -am (Tusc. 2, 6). epist. 4, 4, 1 scriptorum subtilitati et -ae (SEN. epist. 19, 3). HIRT. Gall. 8 praef. 4 -a commentariorum *Caesaris* (*cf.* HIER. vir. ill. 25). *ibid.* 7 erat ... in Caesare ... facultas atque -a summa scribendi. SEN. suas. 2, 13 peribit omnis versus -a. QVINT. inst. 12, 9, 6 figurarum -a. AVR. Fronto p. 27, 25 N. tuarum litterarum egregiam -am (p. 101, 24). VEL. gramm. VII 72, 20 -am enuntiandi. GELL. 4, 15, 1 orationis Sallusti (15, 7, 3). FORTVN. rhet. 2, 22 p. 114, 30 vel ad -am varietatis vel ad causae utilitatem (MART. CAP. 5, 568). AVSON. 419, 20 -a sententiae. HIER. adv. Iovin. 1, 13 dictionis. epist. 57, 2, 1 scriptionis. MACR. Sat. 1 praef. 12 nativa Romani oris -a. EVSTATH. Bas. hex. 6, 2 si facundiae vestrae non affectamus -am (*ταῖς ... ἐκλογαῖς τῶν ῥημάτων. opp.* simplicitas).

syn.: *ad II A*: dulcedo. eruditio. integritas. lautitia. magnificentia. munditia. venustas. *ad II B*: decor. subtilitas. *ad II C*: decor. dilectus. eloquentia. lepos. munditia. suavitas. subtilitas. venustas.

opp.: *ad II A*: abundantia. utilitas. *ad II C*: gravitas. res. sententia. vis.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

elegēus (elegīus), -a, -um, ἐλεγεῖος. *de originatione et significatione*: PORPH. Hor. carm. 1, 33, 2—3 nomen ipsum -iorum παρὰ τὸ ἒ ἒ . . . dictum putant (*cf. p. 340, 19*). FRG. Bob. gramm. VI 624, 19 -eum . . . dici traditum est, quod eo carmine defunctos suos lamentasse dicuntur, unde et -eum nominatum est velut ab elegis. *scribitur* ael-: FRG. Bob. gramm. VI 624, 3. 10. *de pentametro* (GLOSS.^{L} I Ansil. EL 88 -ius pentameter): MAR. VICTORIN. gramm. VI 108, 11 in -io versu. 111, 21 -ius scazon. DIOM. gramm. I 503, 9 pentametrum -eum (-ium *M*). FRG. Bob. gramm. VI 624, 4 -eum metrum. *de disticho elegiaco*: DIOM. gramm. I 502, 30 -ium metrum binis versibus constat hexametro heroo et ei subiuncto quinario (*cf.* PORPH. Hor. ars 73).

subst. **elegēum (elegīum),** -ī *n.* [GELL. 19, 9, 4 *in archetypo graece scriptum fuisse videtur*]. *scribitur* -on: MAR. VICTORIN. gramm. VI 111, 14. 19 AVSON. 94, 2. *i. q. pentameter*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 105, 14 duo dactylica si coniungas penthemimere, fit -ium. 111, 14 fiet -ion, quod diestigmenon -ion appellatur. 111, 19 FRG. Bob. gramm. VI 624, 10. *i. q. distichon elegiacum et carmen istis versibus compositum*: FRG. Bob. gramm. VI 624, 3 -eum . . . est, quod alternatim habeat heroum et pentametrum versum. PORPH. Hor. carm. 1, 33, 2—3 -iorum versus aptissimi sunt fletibus. PLAVT. Merc. 409 impleantur -eorum (*sc. amatoriorum*) meae fores carbonibus. APVL. apol. 10 *Platonis* nulla carmina extant nisi amoris -ia. PORPH. Hor. carm. 1, 6, 1 L. Varius . . . tragoediarum et -iorum auctor. 1, 33, 1 Tibullum . . . -iorum poetam. AVSON. 94, 2 zonae textum -eon (*i. epigramma*) erat. 188, 2 maesta -ea. SCHOL. Hor. epist. 1, 4, 3 -ia et epigrammata. *subst.*: **elegēa (elegīa),** -ae *f. v. l. 76.* *cf. etiam Onom.*

elegī, -ōrum *m.*, ἔλεγοι. *sing. v. infra l. 64.* TER. MAVR. 1799 hos -os dixere, solet quod clausula talis tristibus, ut tradunt, aptior esse modis. SCHOL. Hor. Vind. ars 77 -os id est versus de miseria factos. [*dub.*: EPIST. Sapph. 7 (*v.* eligo). GLOSS.^{L} Corp. E 125 elogi (*i.* -i *an* elogia? genus versuum)].

i. q. versus herous et quinarius iuncti et carmina (praecipue amatoria vel tristia) his modis composita: HOR. carm. 1, 33, 3 neu miserabiles decantes -os. epist. 2, 2, 91 carmina compono, hic -os. ars 77 quis . . . exiguos -os emiserit auctor, grammatici certant. TIB. 2, 4, 13 nec prosunt -i. PROP. 4, 1^{b}, 135 tu finge -os, fallax opus. DOM. MARS. carm. frg. 7, 3 aut -is molles qui fleret amores. OV. am. 2, 1, 21 blanditias -osque levis, mea tela, resumpsi. 3, 15, 2 raditur haec -is ultima meta meis. 3, 15, 19 imbelles -i, genialis Musa, valete! rem. 395 (*opp.* epos). Pont. 3, 4, 85 ferre etiam molles -i tam vasta triumphi pondera disparibus non potuere rotis. 4, 5, 1 ite, leves -i, doctas ad consulis aures! fast. 2, 3 nunc primum velis, -i, maioribus itis. 2, 125 -is imponere tantum ponderis? heroi res erat ista pedis. MART. 3, 20, 6 lascivus -is an severus herois? 7, 46, 5 musas -osque sonantes mittere (*opp.* munera πεζά). 12, 94, 8 ludo leves -os (*opp. alia genera poeseos velut* epos, saturae). IVV. 1, 4 recitaverit ille togatas, hic -os? TAC. dial. 10 -orum lascivias (*opp.* lyrica, iambi, epigrammata). PLIN. epist. 5, 17, 2 *materia* scripta -is erat fluentibus et teneris. 6, 15, 1 scribit -os. 7, 4, 3 -os in illud . . . mare . . . feci (*opp.* herous, hendecasyllabi). 7, 4, 7 transii ad -os. 9, 22, 2 (*opp.* lyrica). SVET. vita Hor. p. 47, 17. 48, 2 -i vulgares. FRG. Bob. gramm. VI 624, 19 *v. supra l. 3.* AVSON. 92, 7 scribe -os. 159, 16 fata . . . maestis commemorare -is (213, 16. 214, 2). 399, 37 dactylicos, -os, choriambum carmen, epodos. SERV. auct. ecl. 6, 64. 7, 22. PAVL. NOL. carm. 10, 17 nunc -i salvere iubent. AVIAN. fab. praef. p. 4 *fabulas* -is sum explicare conatus. SIDON. epist. 2, 8, 2 neniam funebrem non per -os sed per hendecasyllabos marmori incisam. 8, 4, 2 iambos, -os acutos ac . . . hendecasyllabos. 8, 11, 5 faciebat . . . -os . . . nunc echoicos nunc recurrentes *eqs.* BOETH. 1 carm. 1, 4 veris -i fletibus ora rigant. CARM. epigr. 1191, 3 ⟨incompto⟩s -os . . . ne ver⟨earis⟩ perlegere.

nota sing.: **elegus,** -ī *m.*: *i. q. distichon elegiacum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 113, 15. 114, 3 non per singulos versus (*sc. hexametrum et pentametrum*) . . . sed per totum -um. 114, 5. PAVL. NOL. carm. 21, 103 intertextis -us succedat iambis. *i. q. pentameter*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 145, 26 *v. p. 340, 50.* DIOM. gramm. I 503, 21 -us hexametro subiungitur. [*dub.*: SACERD. gramm. VI 509, 28 grammaticus dat haec carmina sic -i (sic legi *codd.*).]

adi. **elegus,** -a, -um: EXPLAN. in Don. gramm. IV 524, 9 in -is versibus prior herous ponitur . . . inde pentameter (524, 5. SCHOL. Pers. 1, 51 -os principum versus). MARCELL. chron. II p. 87, 22 (*a. 459*) ruinam etiam Antiochae -o (*Gennad., Veron.*; eglogo *S*; fletu *T*) carmine planxit.

elegīa *et* **elegēa** (elegeia), -ae *f.*, ἐλεγεία. *de significatione et originatione*: SVET. frg. 3 p. 18, 6 -ia est carmen compositum hexametro versu pentametroque alternis ⟨in⟩vicem positis . . . -ia dicta sive παρὰ τὸ εὖ λέγειν τοὺς τεθνεῶτας . . . sive ἀπὸ τοῦ ἐλέου id est miseratione. p. 19, 10 -a extrema mortuo accinebatur sicuti naenia. FORTVN. gramm. VI 295, 7 -ia epodicum carmen est. *longa est* -a *finalis in nom. et voc.* (*cf. Lachmann ad Lucr. 6, 971 p. 405*): OV. am. 3, 1, 7. 3, 9, 3 rem. 379 (*vix diastole* elegeïa *sit statuenda*). [*falso trad.* PLIN. nat. 16, 167 *pro* eletia. *dub.*: EPIST. Sapph. 7.]

i. q. carmen (praecipue amatorium vel triste) distichis elegiacis compositum: QVINT. inst. 1, 8, 6 -ia (-ea *BA*^{2}) . . . et hendecasyllabi. 10, 1, 58 -iam . . . in manus sumere. 10, 1, 93 -ia (-ea *G*) quoque Graecos provocamus. SVET. frg. 3 p. 19, 3 Tibullum -arum auctorem. MAR. VICTORIN. gramm. VI 57, 6 in -ia vel epodis. PORPH. Hor. epist. 1, 6, 65 Mimnermus -iarum scriptor fuit (LACT. inst. 2, 6, 14 *de Propertio*. PROB. Verg. ecl. 10, 50 *de Euphorione*). CENS. 14, 7 in -ia Solonis. CONSTANT. epist. ad Opt. Porf. 3 quibusdam inaequali pede -ia cantatast. SCHOL. Verg. Veron. ecl. 7, 22 Codrum in -iis Valgius honorifice appellat. *de -a personata*: OV. am. 3, 1, 7 venit odoratos -eia nexa capillos (3, 9, 3 flebilis indignos, -eia, solve capillos. *cf.* MART. 5, 30, 4 cultis . . . -ia comis [VERS. metr. Serv. gramm. VI 465, 21 maeret diffusis fiens -ia comis]). rem. 379 blanda phare-tratos -eia cantet amores. STAT. silv. 1, 2, 7 quas inter vultu petulans -ea propinquat. AVSON. 166, 1 patruos, -ea, meos reminiscere cantu. *ambigue* (*cf. l. 1 et l. 10*): SIDON. epist. 4, 18, 5 -iae nostrae, quia pede claudicat, manum porrige.

elegīacus, -a, -um, ἐλεγειακός. SACERD. gramm. VI 509, 31 -um metrum dictum est, quod ἒ ἒ (*cf. p. 339, 3*) sonat interiectio[nem] flentis et hoc metro mortuis fletus componebant antiqui. MAR. VICTORIN. gramm. VI 110, 17 -um metrum . . . dictum ex eo quod maerori rebusque tristibus modus eorum aptior esse videatur ἀπὸ τοῦ ἐλεεῖν. alii vero παρὰ τὸ εὖ λέγειν (*cf. p. 339, 79*) elegos dictos arbitrantur. ISID. orig. 1, 39, 14 -us . . . dictus eo, quod modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. *scribitur neutr. nom.* -on: MAR. VICTORIN. gramm. VI 182, 7.

i. q. versus hexameter et pentameter alternatim subiuncti: SACERD. gramm. VI 509, 19 schemata metri -i (*cf.* 509, 15 metri -i secundus versus pentameter. MAR. VICTORIN. gramm. VI 57, 7 neque per se versus hexameter sine sequente pentametro -um metrum implebit, *cf. l. 19 et l. 36*). SCHOL. Cic. Bob. p. 178, 25 St. alternos . . . versus dicit -os. SVET. frg. 3 p. 16, 15 communis poematos species prima est heroica . . . secunda -a (liaca *vel* eliaca *codd.*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 101 Alcaeus . . . lyrici carminis, Callimachus -i auctor est (SCHOL. Cic. Bob. p. 178, 26 St.). SCHOL. Hor. epist. 1, 6, 65 *Mimnermus* multa -o metro . . . conscripsit (ars 75/77 HIER. in psalm. 118. *cf.* CASSIOD. in psalm. 118 praef.).

de solo pentametro: PS. CENS. frg. 14, 3 pentameter -us (MAR. VICTORIN. gramm. VI 108, 5. 142, 21 DIOM. gramm. I 507, 1. 508, 7. 517, 10 MART. CAP. 5, 521). PS. BASS. gramm. VI 305, 11 -us versus pentameter (GRAMM. VI 638, 19 MAR. VICTORIN. gramm. VI 145, 24). MAR. VICTORIN. gramm. VI 173, 6 ex penthemimere -o (173, 9. 182, 7. 183, 8. *cf.* 145, 22). *subst.* **elegīacus,** -ī *m.*: *i. q. pentameter*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 145, 18 repetiti *penthemimeres* faciunt -um. DIOM. gramm. I 517, 13 *versus reciprocus* decurrit iambicus, recurrit -us. 518, 4 dimidium -i. 519, 3 EXPLAN. in Don. gramm. IV 524, 5. MART. CAP. 5, 517 finem -i. *subst.* **elegīacum,** -ī *n.*: SERV. gramm. IV 465, 19. GLOSS. III 520, 23 -um: metrum.

elegiambus, -ī *m.*, *ἐλεγίαμβος, *ab* ἔλεγος *et* ἴαμβος. MAR. VICTORIN. gramm. VI 145, 26 si praeponas elegum iambo, -um *nuncupari.*

elegīārius, -a, -um. *ab* elegia. PS. CENS. frg. 9, 1 hos (*sc. antiquissimos poetas*) secuti -i Callinus, Mimnermus, Euenus.

elegīdarion, -ī *n.* *ab* *ἐλεγείδιον *graeca deminutione.* PETRON. 109, 8 capillorum (in capillos suos *l. v.*) -on dicere.

elegīdium, -ī *n.*, *ἐλεγείδιον. *i. carmen elegiaco metro compositum*: PERS. 1, 51 siqua -a crudi dictarunt proceres (SCHOL. *ad l.* -a dixit derivatum ab elegis, ut et hoc nomen mollitiem aliquam significet).

elegīus, -a, -um *v.* elegeus.

1. ēlēgo, -āvī, -āre. [*ab* ex *et* lēgare. *W.*] PETRON. 43, 5 nescio cui terrae filio patrimonium -vit (*i. extra familiam dedicavit*). **2. ēlego,** -ere *v.* eligo.

elegoiambicus, -ī *m.* *ab* elegus *et* iambus. SCHOL. Hor. epod. 11 praef. -us constat ex penthemimere et iambico. *cf.* elegiambus.

elegus, -a, -um *v.* elegi *p. 339, 64.*

? **eleia.** POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 7 *in nominibus quadrupedum* (*inter* vena *et* licaon).

eleison (ileuson *cod.*) cyrie (*i.* ἐλέησον, κύριε): propitius esto, domine GLOSS. V 417, 14. *cf.* III 524, 1. 2 ITIN. [Silv.] 24, 5.

elelisphacus, -ī *f.*, ἐλελίσφακος. *nom.* -os: PLIN. nat. 22, 146 PS. APVL. herb. 102 l. 11 H.-S. *al.* *acc.* -on: SER. SAMM. 469 PS. APVL. herb. 102 l. 8. *in codd. saepe scribitur* elelisf-; *praeterea depravatur in* elelifacus, lelisfagus, lelisfagos, elelisfascos (MISC. Tir. p. 52, 9) *sim.*

nomen herbae: PLIN. nat. 1, 22, 71 -o sive sphaco, quae salvia (*sc. vocatur*). 22, 146 est silvestris et -os (*edd.*, elisphacos *codd.*) dicta a Graecis, aliis sphacos. 22, 147 -um Graece, salviam Latine vocant *eqs.* PS. APVL. herb. 102 l. 8 H.-S. DIOSC. 3, 35 de -u (*gr. 3, 33* ἐλελίσφακον). MISC. Tir. p. 52, 9 -os id est salvia. CASS. FEL. 76 p. 182, 14 -i . . . id est herbae salviae. *de usu -i*: PLIN. nat. 14, 111 fit *vinum* et ex herbis: . . . dauco, -o. 23, 145 cum -o modice addito (GARG. MART. med. 53 *amygdala* cum -o). 25, 120 folia -i. 26, 150

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

artemisiam et -um alligatas qui habeat viator, negatur lassitudinem sentire. SER. SAMM. 381 potanda -us herba est. 469 madidamque -on undis contere. PS. APVL. frg. p. 220 l. 16 H.-S. -i herbae, quae est salvia, uncia I. PLAC. med. rec. β 23, 7 -i dragmis IV.

adi.: DIOSC. 5, 82 de vino -o. vinum -um (*gr. 5, 61 ἐλελισφακίτης*) conficis sic *eqs.* *Rubenbauer.*

elementārius, -a, -um *ab* elementum. *qui ad elementa pertinet, elementis addictus.* GLOSS. *στοιχευτής.* qui discit abicitale (abicitarium *al.*). qui de elimentis tractat. elimentarius: GLOSS. V 548, 1. **1** *de elementis grammaticis*: SEN. epist. 36, 4 turpis et ridicula res est -us senex (*i. cui elementa discenda sunt, abecedarius*). CAPITOL. Pert. 1, 4 puer litteris -is et calculo imbutus. ARNOB. nat. 2, 26 *animam* ex docta, ut dicitur, -am fieri. **2** *de (quattuor) elementis physicis*: CHALC. transl. 42 ex mundi materiis ... faenus -um mutuati (*Plato p. 42*^{E} *πυρὸς καὶ γῆς ... δανειζόμενοι μόρια*). OROS. comm. 3 p. 157, 4 *solem, lunam, stellas* non -os esse fulgores, sed rationales potestates. apol. 19, 5 -is ... cursibus constitutis *a deo*. ISID. fid. cath. 2, 15, 3 istum sabbati -um diem (*opp.* spiritualem). **3** *de translatione ad fundamenta quarumvis rerum*: CHALC. comm. 44 syllabarum *sunt partes* litterae, quae sunt primae voces individuae atque -ae.

elementīcius, -a, -um. [*ab* elementum. *W.*]. *ad elementa physica pertinens.* TERT. anim. 32 p. 352, 23 animam humanam nullo modo in bestias posse transferri, etiamsi secundum philosophos ex -is substantiis censeretur.

✖**elementum,** -ī *n.* [*inc. orig., nisi Dielsium „Elementum", 1899, secutus ex* *elepantum, *quod significatione „elfenbeinerner Buchstabe" ex gr. ἐλέφας ductum sit, ortum esse existimes, ita ut* m *littera — nescio an in Etruscorum lingua — ex* p *mutata sit, ut in praenest.* Melerpanta *loco graeci nominis Βελλεροφόντης. W.*]. EXPLAN. in Don. gramm. IV 487, 9 -m est dictum quasi elevamentum. [*de* PS. PRIMAS. in Hebr. 718^{A} *v. Heraeus, Rh. Mus. 79, 1930, 392 sq.*; *idem ibid. de* PS. PRIMAS. in Hebr. 718^{B} a quibusdam ... dicuntur elimenta per i, quasi fabricamenta, ab eo quod est elimo, elimas.] *traditur* elimentum: SEN. epist. 48, 11 *L*^{1}. DIOM. gramm. I 300, 4 *A M.* 421, 15 *codd. A B M al.* PRISC. gramm. II 6, 23 *codd. L K.* SER. SAMM. 937 AMBR. hex. 6, 8, 44 p. 235, 12 *aliq. codd.* PRVD. c. Symm. 2, 227 *pars codd.* VINDIC. gyn. p. 428^{6} (*loco corrupto?*). MART. CAP. 7, 732 *B*^{1}. FAVST. REI. grat. 1, 7 p. 23, 9 ENNOD. epist. 1, 3, 1 *et* 1, 18, 2 *aliq. codd.* VEN. FORT. carm. 3, 9, 5 *opt. codd.* ISID. nat. 11, 3. 31, 2 NOT. Tir. 51, 43 *aliq. codd.* GLOSS. GRAMM. suppl. 42, 1. 97, 30. *nota* 289, 20 inter elementum et elimentum et alimentum hoc interest, quod -m de litteris, elimentum de creaturis dicitur, alimentum de escis. PS. PRIMAS. in Hebr. 718^{B} *v. supra l. 33.* aelementum: *cod.* PRISCILL. *fere omnibus locis.* ENNOD. epist. 1, 3, 1 *L V.* NOT. Tir. 51, 43 *A.* GLOSS. ylementum: PRISC. gramm. II 6, 23 *G.* helementum: AMBR. hex. 6, 8, 44 *V.* alimentum: TERT. bapt. 3 DIOM. gramm. I 426, 32. *definitiones generales*: PROB. inst. gramm. IV 48, 33 (*ex Scauro? cf. Diom. gramm. I 421, 15*) littera est -m vocis articulatae, -m autem est unius cuiusque rei initium, a quo sumitur incrementum et in quod resolvitur (*isdem verbis definiunt vocabulum* MAR. VICTORIN. gramm. VI 4, 26 [*cf. app. crit.*]. DOSITH. gramm. VII 381, 6 EXPLAN. in Don. gramm. IV 487, 15 AVDAX gramm. VII 321, 14 [*v. adnot. ad h. l.*]. DIOM. gramm. I 421, 17 -m est minima vis et indivisibilis materia vocis articulatae vel uniuscuiusque rei initium *eqs., ut l. 50. cf.* GLOSS. V 546, 51. *v. etiam s.* littera). GLOSS. *στοιχεῖον* (AMBR. hex. 1, 4, 18 *fin.* 3, 4, 18 ISID. nat. 11, 3 *al.*). *alias habes p. 343, 31. 36 sq. 347, 77. de historia vocabuli: H. Diels, Elementum, 1899, maxime inde a p. 68. occurrit non ante* LVCR. *et* CIC. (*v. Diels p. 69*), *usitatissimum ap. scriptores ecclesiasticos, maxime sensu vulgari, sc. physico. praeterii locos aliquot, auctorem nullum.* [*dubiae traditionis*: PS. APVL. Ascl. 6 (*cf. Diels p. 75, 1*). *loco dub. trad.*: HIL. in Matth. 5, 8. *loco corrupto?*: VINDIC. gyn. 1 p. 428^{5}. *corrupte pro* alimentum: COLVM. 3, 10, 3 *S*; 3, 10, 16 *S A*].

I ***in grammatica:*** *i. q. littera vel sonus articulatus vocis humanae subiacens litterae* (*sic maxime ap. grammaticos, ubi distinguitur a* littera *vocabulo, v. p. 342, 33*); -a *plur. interdum latiore sensu i. q. ars legendi.* LVCR. 1, 196 multis communia corpora rebus multa ... esse, ut verbis -a videmus. 1, 824 nostris in versibus ipsis multa -a vides multis communia verbis (2, 689). 1, 827 tantum -a queunt permutato ordine. 1, 913. 2, 691. 5, 1445 nec ... prius sunt -a reperta. CIC. de orat. 1, 163 *v. p. 349, 15.* HOR. sat. 1, 1, 26 pueris ... dant crustula ... doctores, -a velint ut discere prima. epist. 1, 20, 17 pueros -a docentem. MANIL. 2, 762 quae (*i. syllabae, verba, carmina*) nisi constiterint primis fundata -is, ... fluat in vanum rerum prae posterus ordo (*cf.* 2, 755 pueris monstratur littera). SEN. benef. 3, 34, 1 qui prima -a docuerunt. epist. 48, 11 ad grammaticorum -a descenditis. 88, 20 litteratura, per quam pueris -a traduntur. TAC. dial. 30 prima discentium -a. SVET. Iul. 56, 6 quartam -orum litteram, id est D. TERT. adv. Marc. 5, 4 p. 580, 14 -a ... apud Romanos quoque etiam primae litterae solent dici. TER. MAVR. 85. IREN. 2 pr. 1 per viginti quattuor -a alphabeti. SER. SAMM. 937. CAPITOL. Aur. 2, 2 usus est magistris ad prima -a Euforione litteratore et Gemino comoedo. OPT. PORF. 20^{b}, 9 versus -a prioris. CHALC. comm. 220 *et* 272 *v. p. 348, 58.* EVTR. 10, 10 litterarum expertem adeo, ut ne -a quidem prima earum ... acceperit (*αὐτῶν ἄπειρος τῶν γραμμάτων*). FILASTR. 43 in litteris et numero -orum astrorumque septem vitam ... hominum ... consistere. AVSON. 35, 7 truncatis convulsa iacent -a figuris (*de fragmentis inscriptionis*). 126, 1 prima -a adime *vocabulis ante allatis.* 211, 5 -orum prima ... signa. 348, 1 dux -orum ... A. AMM. 17, 4, 15 scriptilibus -is (29, 1, 30 -orum ... scriptiles formae). AMBR. Abr. 1, 4, 30 a singulis litterarum -is incohandum *in puerulo docendo.* in psalm. 118 serm. 22, 38 formandis *ex ligno cedrino* ... litterarum -is. HIER. epist. 25, 3. 30, 2, 1 (*ibid.* littera). 30, 3, 1 secundum ordinem Hebraeorum ... -orum. 30, 4 *al.* in Gal. 4, 15/16 p. 462 ab -is et syllabis et lectione puerili. in psalm. 111 per -orum exordia (*ibid.* secundum ordinem ... litterarum). in Vulg. prol. gal. (*ibid.* litterae). vir. ill. 109 (*cf.* chron. a. Abr. 2388). in Is. 11, 1/2 p. 156 zain ... -m. adv. Iovin. 2, 34 reg. Pachom. 140 in Am. prol. p. 219/20. 1, 1 p. 226 quaest. hebr. in gen. p. 22, 26. RVFIN. hist. 6, 25, 1 numerum ... -orum (*τῶν ... στοιχείων*). Orig. in num. 2, 2 p. 11, 14 B. latina litterarum -a *viginti tria.* p. 11, 20. 4, 1 p. 20, 14. CYPR. GALL. Ios. 445 -a ... pueris dictare magistros. PHYSIOGN. 3 p. 6, 6. 89 p. 119, 3 MART. CAP. 2, 138. *nota sing.* 3, 259 X ... in -i cardine non probatur. OROS. hist. 7, 29, 9 prima ... litterarum -a. CASSIAN. conl. 10, 8, 3 -orum characteres. CANON. Migne 56, 730^{A} graeca -a (730^{B} *syn.* littera. 731^{A}). HYD. chron. II p. 19, 415. PAVL. PELL. 65 ipsius alphabeti inter prope prima -a. BOETH. cons. 1, 1, 21 *de litteris in pictura textili.* arithm. 2, 1 p. 77, 9 *v. p. 349, 6.* APRING. in apoc. 1, 8 (*ibid.* littera). CASSIOD. in psalm. 118 pr. PRIMAS. in apoc. 932^{C}. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 254^{B} neque prima ... -a cognoscens (*γράμματα μεμαθηκώς*). 19 p. 296^{D} (*ibid.* litterae. *στοιχεῖον*). ISID. ort. et obit. 101 *Esdras* Hebraicarum ... litterarum -a invenit. *obscurius* ACT. Archel. 68, 1 adsumptis eius litteris adiecit ... nomina daemonum et commotiones inquietas atque -orum cursus non secundum illum ordinem, qui a veteribus scriptus est, sed ut sarcinam verborum ... congregaret. *apud grammaticos* (*inprimis de differentia inter* -m *et* littera): CHAR. gramm. p. 42, 4 B. (37, 7 K.) -a litterarum indeclinabilia sunt (*aliter* 42, 8 [37, 10 K.]). 42, 11 (37, 12 K.). 197, 9 (155, 20). DIOM. gramm. I 300, 4 quidam *auctores artis* ab ipsa arte coeperunt, alii ab -is vel a litteris *eqs.* 421, 15 littera est pars minima vocis articulatae ab -o incipiens. 421, 17 *v. p. 341, 54.* 421, 20 *sq. litterarum* potestates, quas -a nominamus, plurima intelleguntur. litteras etiam veteres -a dixerunt, quod orationem velut quaedam semina construant atque dissolvant (*cf.* GRAMM. suppl. 222, 7. 225, 16. 31). 421, 23 -m quidem est vis ipsa et potestas, littera autem figura est potestatis. 421, 25 -m intellegitur, littera scribitur. 426, 32 *al.* PROB. inst. gramm. IV 48, 33 *v. p. 341, 48.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 487, 9 non littera -m tribuit voci, sed vox litteris (*cf. etiam p. 348, 63*). PRISC. gramm. II 6, 25 hoc interest inter -a et litteras, quod -a proprie dicuntur ipsae pronuntiationes, notae autem eorum litterae (6, 23). 13, 19 i et u (*sc. litterae*) ... non sunt in eisdem ... -is accipiendae (*i. sunt tam vocales quam consonantes*). 145, 4 nomina -orum neutra sunt (GRAMM. suppl. 97, 30). III 111, 15 -is orationis inconcinne coeuntibus *in soloecismo.* 111, 20 dicimus praepositiva -a tam in consonantibus quam in vocalibus, sed etiam in syllabis sunt quaedam praepositiva -a. 114, 9 -orum alia ... vocalia ... alia consonantia. 115, 20 causa ordinis -orum, quare a ante b et cetera. PS. PRISC. de acc. gramm. III 519, 12 *sqq. v. infra l. 76. ibid.* distat ... illud inter -a et litteras quod -a proprie ipsae pronuntiationes dicuntur, notae autem eorum litterae. sed abusive -a pro litteris et litterae pro -is vocantur (*cf.* 519, 16 *de littera*: nota vel figura -i). 519, 27 *accentus* fit ad similitudinem -orum litterarum syllabarumque. VEL. gramm. VII 80, 5 -o geminato (*opp.* una ... littera). DOSITH. gramm. VII 396, 4 litterarum -a (*τῶν γραμμάτων τὰ στοιχεῖα. ibid.* p. 396, 2 -a *nude, de quattuor primordiis*). BOETH. herm. sec. 1 pr. p. 4, 24 nec *tussis* ullis subiacet -is, scribi enim nullo modo potest. 1, 1 p. 20, 33 intellectum vox sequitur, sed voces -a id est litterae (p. 21, 6 litterae, quas vocamus -a). p. 23, 18 littera est inscriptio atque figura partis minimae vocis articulatae, -m vero sonus ipsius inscriptionis: ut cum scribo litteram quae est a, formula ipsa, quae atramento ... scribitur, littera nominatur, ipse vero sonus, quo ipsam litteram voce proferimus, dicitur -m.

nota de genere sonorum: PS. PROB. ult. syll. gramm IV 219, 15 litterarum -a tria sunt, quae planius genera memoramus, unum vocalium, alterum semivocalium, postremum mutarum. -m vocalium litterarum ... quinque litteris continetur. 220, 3. 8. 12. 221, 7 *al. obscurius* PRISC. gramm. III 112, 14 -m est, quando in duo dividitur (*sc. vocalis longa?*) modo syllabico, id est contemplatione temporum, ut fĭĕri pro fīri. *hinc, ut vid.* (*cf. Diels p. 76, 2*), PS. PRISC. de acc. gramm. III 519, 12 habent etiam syllabae suum -m, quod productio dicitur. sed inter -m litterarum et syllabarum hoc distare videtur, quod -a litterarum sunt ipsae pronuntiationes, syllabarum ipsae productiones. quid est enim aliud -m quam pars minima partium vocis articulatae? PS. CENS. frg. 11, 3 *et* 13, 1 *v. p. 348, 54 sq.*

II ***in physica:*** **A** *e doctrina Epicuri (cf. Überweg-Prächter, Gesch. d. Philos. I*^{11} *p. 475):* ***corpusculum minutum individuum certae formae*** (*atomus*): LVCR. 2, 393 cunctatur olivom *per*

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

colum perfluere, aut quia nimirum maioribus est -is aut magis hamatis inter se perque plicatis (*cf.* 2, 396 primordia). 2, 411 ne tu forte putes serrae stridentis acerbum horrorem constare -is levibus aeque ac musaea mele. 2, 463 perplexis ... acutis ... -is. 2, 981. 3, 244 parvis ... levibus (6, 330). 3, 374 cum multo sunt animae -a minora quam quibus e corpus nobis et viscera constant. 4, 941 corporis ad primas partes -aque prima. 5, 456 e levibus atque rutundis seminibus multoque minoribu' sunt -is. 5, 599 -a vaporis undique conveniunt (*ibid.* coniectus eorum. 6, 312 confluere ... -a vaporis). 6, 354 e parvis ... facta ... corporibus vis *ignis* est et levibus ex -is, quae facile insinuantur. 6, 494 per ... spiracula mundi exitus introitusque -is redditus extat. 6, 534. 1002 res ... primoribus ⟨ex⟩ -is indupedita suis arte conexa cohaeret (*sc. velut ferrum*). *loco corrupto* 6, 1012. Ov. met. 1, 29 densior his (*sc. igni, aëre*) tellus -aque grandia traxit (*i. particulas elementi physici*). SEN. dial. 1, 5, 9 languida ingenia ... inertibus nectuntur -is (*cf. ibid.* materia). 6, 26, 7 *in extinctione mundi* nos ... animae ... in antiqua -a vertemur. QVINT. decl. 283 p. 148, 26 utrumne ignis esset initium rerum an vero minutis editus et mirabilibus (innumerabilibus *Aerodius*, mutabilibus *Rohde*) -is ... hic mundus. APVL. mund. 19 *v. infra l. 77. fort. huc pertinet* TERT. adv. Val. 15 p. 195, 2 ex consternatione et pavore *Achamoth* corporali⟨a⟩ -a ducta sunt (IREN. 1, 4, 2 a tristitia ... et pavore corporalia mundi -a *initium habuisse* [*τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα*]. *sim.* 1, 5, 4). ARNOB. nat. 1, 2 p. 4, 8 in contrarias qualitates prima illa -a mutata sunt, ex quibus res omnes consensum est esse concretas. SERV. ecl. 6, 31 *de atomis et inani*: illa duo -a. *de materia latissimo sensu*: PS. CENS. frg. 1, 1 initia rerum eadem -a et principia dicuntur. ea Stoici credunt tenorem atque materiam.

B *e doctrina maxime Empedoclis (cf. Überweg-Prächter, Gesch. d. Philos. I*[11] *p. 106)*: ***principalis materiae qualitas, pars*** *mundi naturalis qualitate a ceteris differens* (GLOSS. naturae genus, natura, initium): 1 *generatim vel vulgariter de quattuor primitivis corporibus vel de qualitatibus eorum, sc. igni vel calido, aqua vel umido, aëre vel frigido, terra vel arido* (*pro quibus interdum et haec habentur, quae ea maxime repraesentant, ut caelum, sol, luna, sidera, mare, venti, nubes al. nota* GLOSS.[L] V Aa E 205 naturae genus. GLOSS.[L] I Ansil. AE 108 omnis factura. *an huc pertinet* GLOSS. I p. 37 -a semper singularia?): CIC. ac. 1, 26 aer ... et ignis et aqua et terra prima sunt. ... ergo illa initia et, ut e Graeco vertam, -a dicuntur (*opp.* quintum genus, e quo essent astra mentesque). Ov. met. 15, 237 haec ..., quae nos -a vocamus (*cf.* 239 quattuor ... genitalia corpora). MANIL. 1, 137 discordia concors (*sc. frigidi et calidi, sicci et umidi*), quae ... omnis partus -a capacia (rap- *codd.*) reddit. SEN. dial. 4, 19, 1 cum -a sint quattuor, ignis aquae aëris terrae, potestates pares his sunt, fervida, frigida, arida atque umida. 4, 20, 2 naturam mutare difficile est nec licet semel mixta nascentium -a convertere. 8, 5, 6 utrum contraria inter se -a sint *eorum quae ultra mundum iacent.* nat. 3, 10, 3. 3, 12, 1 (*ibid.* quarta ... pars naturae). 3, 12, 2 Aegyptii quattuor -a fecerunt. 3, 29, 5 -a ad id quod debetur pensa sunt. 7, 27, 4 contraria inter se -a ... gravia et levia, frigida et calida, umida et sicca. epist. 89, 16 *in naturali parte philosophiae* ⟨de⟩ -is locus, ut quidam putant, simplex est, ut quidam, in materiam et causam omnia moventem et -a dividitur. 95, 12 hoc interest ... inter -a et membra: haec ex illis dependent, illa et horum causae sunt et omnium. 117, 23 -a, quibus hic mundus administratur (*supra*: rerum naturae partem). LVCAN. 5, 635 extimuit natura chaos; rupisse videntur concordes -a moras (*in tempestate*). PLIN. nat. 2, 10 nec de -is video dubitari quattuor esse ea: ignium summum, unde tot stellarum oculos, proxumum spiritus, quem Graeci ... aëra appellant ..., cum quarto aquarum -o ... tellurem. 2, 223. 18, 3 rerum naturae -a. 19, 55 naturae -a. STAT. Theb. 8, 92 mihi (*Amphiarao*), qui quondam causas -aque noram. QVINT. inst. 2, 17, 38. 3, 8, 31 liberos *esse* ... natura omnes *homines* et isdem constare -is (*eadem sententia* IVV. 14, 17. *cf. et* MACR. Sat. 1, 11, 6 quasi non ex eisdem ... et constent et alantur -is *servi* [*ex* SEN. epist. 47, 10, *ubi*: ex isdem seminibus]). PS. QVINT. decl. 14, 10 p. 274, 11 mundi -a (*ibid.* rerum naturae sacra primordia). 10, 17 constare homines ... corporis -is animaeque. CARM. de pond. 3 -a suum regit omnia pondus. AMPEL. 1, 2 -a mundi quattuor: ignis, ex quo est caelum *eqs.* APVL. met. 3, 15 secreta, quibus obaudiunt manes, turbantur sidera, coguntur numina, serviunt -a (11, 25 tibi, *Isis*, ... serviunt -a. HIER. epist. 147, 1 ZACCH. 2, 16. *cf.* CYPR. Demetr. 8). apol. 49 primam causam *morborum* primordiis corporis adtribuit *Plato in Timaeo*, si ipsae -orum qualitates, uvida et frigida et his duae advorsae non congruant (*cf. Plat. Tim. 82*[a] *τεττάρων ... ὄντων γενῶν*). *ibid.* quae ... concreta ex simplicibus -is una ... specie coaluerunt (*sanguis, ossa, sim.*). mund. 19 cum ex diversis et inter se pugnantibus -is mundi natura conflata sit, aridis atque fluxis, glacialibus et ignitis (*Ps. Arist. 5 p. 396*[a]*, 33 ἐκ τῶν ἐναντίων ἀρχῶν*). 21 perseverantiam ... amicitiae inter se -is dedit specierum aequa partitio (*cf. Ps. Arist. mund. 5 p. 369*[b]*, 35.* APVL. *l. l.* principiorum ... consensus [*Ps. Arist. l. l. ἡ τῶν στοιχείων ὁμολογία*]). Plat. 1, 5 materiam ... non ignem neque aquam nec aliud de principiis et absolutis -is esse. 1, 7 hinc (*e materia*) prima -a esse

progenita, ignem *eqs.* quae si -a sunt, simplicia esse debent neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari. *ibid.* haec (*i. corpora*) e plurimis -is ad unum redacta esse. 1, 8. 17 substantia, quae de simplicibus constat -is. Socr. 8 p. 137 PS. APVL. Ascl. 3 *al.* CHAR. gramm. p. 197, 6 B. (p. 155 K.). DOSITH. gramm. VII 396, 2 quae natura singularia sunt, id est -a (*τὰ στοιχεῖα*). MIN. FEL. 5, 8. 11, 1. 17, 1 *homo* -is concretus (*opp.* concinnatus atomis). TERT. nat. 2, 3 p. 98, 21 quod mundi erit, hoc -is adscribitur, caelo dico et terrae et sideribus et igni. *ibid.* p. 99, 6 unde animalia Varroni videntur -a? quoniam ... moventur (SERV. Aen. 4, 524 *v. infra l. 53.* ISID. orig. 13, 1, 2 *v. p. 345, 22*). 2, 4 p. 101, 3 *al.* adv. Hermog. 28 p. 156, 1 nuda materia ... nullo ... -o obstruente. 29 p. 156, 21 deus ... incultis ... -is depālans quodam modo mundum. 31 p. 160, 23 nullum -m non membrum est eius -i, quo continetur. omnia autem -a caelo aut terra continentur. adv. Marc. 1, 13 p. 307, 10. *ibid.* p. 307, 25 vividorum -orum. IREN. 1, 17, 1 PORPH. Hor. epist. 1, 12, 19 PS. CENS. frg. 1, 4. ANTH. 151, 5 ipsa Cupidineae cedunt (caed- *Her.*) -a pharetrae, cuius et in mediis flamma suburit aquis. PANEG. 5 (8), 4, 2. 8 (5), 10, 4 vicisti ... ipsa -a, quibus animamur et vivimus. 9 (12), 26, 1. 10 (4), 32 GALLICAN. Avid. 14, 5 VICTORIN. PETAV. fabr. mund. 3. ARNOB. nat. 1, 8 prima materies, quae in rerum quattuor -a digesta est. 1, 9 p. 9, 23. 1, 29 p. 20, 6 ne ... torpescerent -a vitalia. 1, 53 p. 36, 24 universa mundi ... -a ..., tellus ... mare ... aer ... igneus orbis solis. 2, 59 p. 96, 2 *qualitates ducuntur* ex -is ... et ex principalibus originibus rerum. amara sunt enim -a vel dulcia, odoris sunt alicuius vel coloris *eqs.* LACT. inst. 2, 5, 41 -a, quae sunt partes *mundi.* 2, 12, 4. 2, 13, 12 admirantes -a mundi, caelum, solem, terram, mare (ira 2, 4). 7, 5, 11 suspensis in altitudinem levibus -is et gravibus in ima depressis et caelestia firmavit et terrena constituit. ira 10, 4 FIRM. math. 3 pr. 3 *al.* err. 1, 2 *saepius.* 3, 1 *al.* CHALC. transl. 48[B] dicimus initia universitatis, constituentes ea ⟨elementa?⟩, quae ne syllabarum quidem locum ... obtinent (*λέγομεν ἀρχὰς αὐτὰ τιθέμενοι, στοιχεῖα τοῦ παντός, προσῆκον οὐδ' ἂν ὡς ἐν συλλαβῆς εἴδεσιν ... ἀπεικασθῆναι. cf.* CHALC. comm. 272). 53[B] comm. 14. 51 -a et initia universitatis. 76 aliquam ex alio ad aliud -m transfusionem. 92 p. 162, 29 ut tamquam -is materiisque membra animae ... conecterentur. 199 ex igni terraque et ceteris corporeis -is. 222 corporum quaedam simplicia, ut -a. 269. 324 *al.* 336 cum ordinaretur *natura* inter prima corpora, quae dicuntur -a. 355 quattuor principalium corporum, quae censentur -a. MAR. VICTORIN. defin. p. 40, 21 deus est neque corpus neque ullum -m *eqs.* adv. Arr. 1, 62 p. 1086[D] *al.* 4, 11 p. 1121[B] *anima* in hylen mersa et mundanis -is ... implicata. *saepius.* in Gal. 4, 9. PS. MAR. VICTORIN. phys. 1 de mari ... fluviis ... terra montibus ceterisque -is. POTAM. tract. 1 p. 1413[A] quadriformibus -is. HIL. in psalm. 63, 9 animam ... -is corporis admisceri. 67, 25 corporum atque -orum nostrorum origines ... pudendae. 68, 28. PS. HIL. libell. 5 materias ... ex quibus omnia fierent -a. GAVDENT. serm. 10 p. 915[B] -a tam caelestia quam terrena humano generi serviunt (PRISCILL. tract. 6, 102 p. 76, 21 in -is terrenis et caelestibus). 12 p. 929 -orum irrationabilium. PRISCILL. tract. 6, 105 p. 78, 6 *al.* FILASTR. 47, 5 de quattuor -is, id est de sicco calido umido et frigido. 126, 1. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 332, 26 SERV. ecl. 6, 31 georg. 4, 219. 223 Aen. 1, 58. 4, 524 -a ... animalia esse voluerunt (*qui dicunt omnia quae crescunt esse animalia*). 6, 726 -a ... membra sunt mundi; corporalia ... sunt. FAV. EVL. p. 3, 21. 5, 16. CLAVD. DON. Aen. 6, 725 quattuor ... -a esse adseruntur, caeli terrae maris et inferorum. *ibid.* addidit *Vergilius* duo, quae in parte sunt caeli, solem et lunam. AMBR. hex. 1, 6, 20 *al.* 1, 6, 26 ex corruptibilibus -is. *ibid.* gravioribus -is. 1, 8, 30. HIER. epist. 64, 18, 2 *bis. al.* in Gal. 4, 3 p. 447. 4, 8/9 p. 453 *syn.* exordia. in Matth. 11, 27 caelum et terra et -a ... et cetera quae ipse ... condidit. in Ier. 1, 86, 2 muta ... -a (*opp.* animantia). c. Ioh. 25. VVLG. sap. 7, 17 ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes -orum (*ἐνέργειαν στοιχείων*). 19, 17 II Petr. 3, 10. 12 RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 91[C] Orig. princ. 1, 1, 6 p. 22, 25 *al.* Adamant. 5, 18 partes *hominis* ... redditae generalibus -is. PS. RVFIN. in Ioel 2, 30/31 p. 1051[A] *al.* PRVD. c. Symm. 2, 227. 804 servant -a suum famulantia cursum. 825 corpora ... terrenis quibus est vigor ex -is. 973. ham. 504 ex -is cuncta solubilibus fluxoque creamine constant. apoth. 398 -a ... tantae nuntia laetitiae (*i. incarnationis Christi*). 733 rerum species -aque mundi. CLAVD. 17, 100 -a doces semperque fluentis materiae causas. MEROB. poet. 191 AVG. civ. 4, 2 p. 147, 22 D. 8, 5 p. 328, 1 ad mundi partes sive -a. *ibid.* p. 328, 21 ignem, id est corpus unum ex ... quattuor -is (329, 6). 8, 6 p. 330, 2 *al.* 11, 34 p. 511, 3 *φλέγμα* (*pituita*) ... tamquam in -is corporis nostri aquarum vicem obtinet. 13, 17 p. 578, 15 D. omnibus ... corporeis -is, quibus haec tota moles a terra in caelum surgit (578, 31 gen. ad litt. 7, 12 p. 211, 24). 14, 5 p. 12, 4. 20, 16 p. 443, 19 -orum corruptibilium. gen. ad litt. 3, 3 p. 65, 18 (*caelum, aqua, terra, aer*). 3, 4 p. 66, 12. 3, 10 p. 73, 2 -a ad patiendum ... humor et humus, ad faciendum ... aer et ignis. 7, 21 p. 219, 6 -orum ..., quae manifesta sunt corpora. 9, 17 p. 291, 13 (*syn.* primordia mundi). trin. 3, 8, 13 (*syn.* seminum semina). pecc. orig. 23, 27 p. 186, 10. nat. et grat. 26, 29 p. 254, 23 *hominem* sustentandum -is et alimentis corporalibus. in psalm. 6, 2 *al.* epist. 118, 3, 18 cum alii

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atomis, alii quattuor -is ... principia rerum darent. Ps. Avg. quaest. app. 53 p. 448, 1 -a omnia carnem appellari (*cf.* 52 p. 446, 12). Zacch. 1, 24 p. 1092^{C} -a omnia cunctaeque creaturae. *ibid.* -a ... bruta. Victric. 24 Macr. Sat. 1, 8, 8. 1, 11, 6 *v. p. 343, 65.* 1, 17, 53 coepit ... deformitas in rerum formas et in -a enitescere. 7, 5, 21 -a, quae sunt nostra principia, ex diversitatibus et ipsa constant et nos nutriunt. 7, 13, 2 somn. 1, 6, 24. 25. 36 *al.* 1, 22, 6 quod ... ex defaecatis ... resedit -is (*ibid.* de omni silvestri tumultu). Mart. Cap. 1, 16 rerum quaedam semina -aque gestabant *quattuor urnulae.* 1, 92 -a dissona. 2, 106. 189. *al.* Prosp. carm. de ingrat. 735 cum ... omnes *homines* de fermento producat eodem una manus nec diversis -a parentum principiis coeant. Sidon. carm. 2, 11 rerum -a. Clavd. Mam. anim. 1, 6 p. 42, 19 principalia corpora, quae dicuntur -a. Favst. Rei. grat. 1, 7 p. 23, 9 *hominem* insensibilibus assimilare contendit -is. Sedvl. carm. pasch. 5, 237 (op. 5, 19). Pomer. 3, 18, 1. Drac. laud. dei 2, 17 praefectus sol quattuor est -is. 3, 14 -a ministra *dei.* 3, 549. Romul. 10, 2 -a clientes *Medeae* (*ibid.* naturam servire). 10, 498 Titan ..., -a coartans. Orest. 784 *syn.* natura. Boeth. cons. 3, 9 carm. 10 *al.* arithm. 2, 1 p. 77, 14 *al.* Ennod. dict. 1, 8 p. 425, 18 *al.* Inst. Iust. 4, 18, 6 Cod. Iust. 1, 17, 1 pr. Greg. M. in evang. 10, 1. Nicet. psalmod. 3 p. 71, 1 cantasse ipsa animalia et fontes et -a. Isid. orig. 13, 1, 1. 2 animalia Varroni videntur -a. 13, 3, 2. 3 nat. rer. 9, 1. 31, 2. *interdum elementa magis de sede ac loco censentur, quam de qualitate; velut in his*: Ivv. 11, 14 gustus -a per omnia quaerunt. Apvl. met. 11, 23 per omnia vectus -a (*cf. ibid.* deos inferos et deos superos accessi). Ps. Apvl. Ascl. 10 ut *homo* ... parte, qua ... divinus est, velut ex -is superioribus inscendere posse videatur in caelum. Tert. anim. 30 p. 350, 9 onerosi sumus mundo, vix nobis -a sufficiunt. adv. Marc. 1, 14 p. 308, 16 in haec pauperina -a de tertio caelo descendere. Amm. 14, 11, 26 universitatem *regit* per -a discurrens omnia *Adrastia.* Anon. de mach. bell. 18 per omnia -a machinas valituras. Clavd. 21, 360 nulla tuis -a paterent hostibus. Avg. civ. 8, 6 p. 330, 2 D. -a disposita a caelo usque ad terram et quaecumque corpora in eis sunt. serm. ed. Mai 127, 1 omnia -a animalibus ... implere. *similiter* -a *ipsam naturam vel mundum poetice circumscribunt*: Stat. silv. 5, 3, 20 *de patre mortuo*: membris emissus in ardua tendens fulgentisque plagas rerumque -a recenses (*v. Vollmer ad h. l. et Diels l. l. p. 73, 1*). Apvl. met. 4, 30 rerum naturae prisca parens, ...-orum origo initialis, ... orbis totius alma Venus. Tert. resurr. 7 p. 36, 9 quem ... naturae usum, quem mundi fructum, quem -orum saporem non per carnem anima depascitur? Carm. poet. min. V 118, 5 flamma *vere* ... reparans -a calore. 32. Hier. praef. Vulg. Dan. ut *tres pueri in camino* ... ad laudem dei omnia -a provocarent (*cf. Dan. 3, 59 sqq.*). Avg. serm. ed. Mai 44, 1 *vere* pullulare -a omnia festinant. Drac. laud. dei 1, 403 Romul. 10, 132. 139 Verec. satisf. 179 Coripp. Ioh. 1, 288 Arator act. 1, 358. *hinc* -m (*sing.*), *ut videtur, pro ipso mundo*: Ennod. opusc. 9, 2 p. 416, 12 stupendi huius opifex -i *deus* (*cf.* 9, 3 p. 416, 14 mundi fabricam). *personata -a*: Alc. Avit. carm. 4, 602 niteat tellus vultusque reductos contineant -a suos. Drac. laud. dei 1, 210 cuncta salutifero rident -a vapore. Orest. 775 sol, pietas, -a, poli *eqs.* ... exspectate vices.

***elephantus,** -ī *et* ***elephā(n)s,** -ntis *m.* *a gr. ἐλέφας, ἐλέφαντος ductum* (*cf. l. 16*). *de originatione vocis Graecae cf.* ISID. orig. 12, 2, 14. *de usu formarum* elephantus *et* elepha(n)s: CAPER gramm. VII 109, 10 -us, non elephans (elephas *BC*). ROMAN. Char. gramm. p. 162, 12 B. elephans. ns litteris nominativo singulari finita nomina genetivo singulari in s litteram necesse est exeant, ut saltantis, ablativus singularis ab hoc saltante, quod in -o non cadit. itaque -us est vocandus. facit enim huius -i et ab hoc -o. *aliter*: PROB. cath. gramm. IV 22, 1 elefas -ntis: dicitur et -us, huius -i secundae declinationis. PRISC. gramm. II 216, 10 in multis ... invenimus a genetivo Graeco factum Latinum nominativum ut 'elephas elephantos, hic elephas huius elephantis' et 'hic -us' a genetivo Graeco 'elephantos', 'huius -i'. *nom. sing. (apud* CIC., CAES., SALL. *al. non legitur): forma* **elepha(n)s** *apud poetas et scriptores usquequaque in usu est:* *traditur* -ans: VARRO ling. 7, 39 BELL. Afr. 72, 4. 84, 1. 2. 4 RABIR. carm. frg. 3. HOR. epist. 2, 1, 196 (*in parte codd.*). LIV. 44, 5, 6 (*V*). LVCAN. 6, 208. 9, 732 PLIN. nat. 8, 1. 9. 101. 11, 233. 269. SER. SAMM. 128 (*de morbo; cf. l. 28. 29*). ANTH. 196, 1 CAPITOL. Maximin. 9, 4 SCHOL. Lucan. 9, 732 VEG. mil. 3, 24 p. 117, 11. CLAVD. 24, 350 (-as *V*). PS. APVL. herb. 36 l. 22 H.-S. EVCHER. form. 4 p. 25, 8 POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 3. 544, 6 NOT. Tir. 108, 23. -as (*quoad libris fides habenda est*): LVCR. 6, 1114 (*de morbo; cf. l. 23*). MART. epigr. 17, 1. DIOSC. 2, 70 (*de morbo*). SIDON. carm. 2, 55 CASSIOD. in psalm. 44, 10. 148, 7 ISID. diff. 1, 607. **elephantus** *forma posterior* (*nusquam in versibus*): CVRT. 8, 13, 7. 8, 14, 37 FRONTIN. strat. 1, 7, 2 TERT. resurr. 6 p. 34, 1 VOPISC. Aurelian. 5, 6 ARNOB. nat. 2, 22 IVST. 15, 4, 19 AVSON. 350, 7 AMBR. hex. 6, 5, 31. 6, 6, 37. *ceteris in casibus formae secundae declinationis poetis* (ENN., PLAVT., TER., VERG., SIL., IVV.) *et scriptoribus* (*inde a* VARRONE, CIC.) *legitimae sunt*; *at* MANIL. *et* MART. *eas non habent; apud* HOR. *et* LVCAN. *alia praeter nom. sing. exempla non extant.* *formae tertiae vel graecae declinationis metro probantur*: MANIL. 4, 236 (-e). 4, 666 (-ăs. *cf.* 4, 740, *ubi etiam* -um *vel* -es *traditur*). 5, 705 (-ă. *cf.* MART. epigr. 19, 4. 8, 65, 9 SIDON. carm. 2, 374). PRISC. periheg. 1017 (-is. *cf.* 596 -es). *praeterea multis aliis locis consensu librorum vel codd. optimis perhibentur plerumque ut videtur iniuria, cum formae secundae decl. apud eosdem scriptores multo praepolleant, ex. gr.*: BELL. Afr. 19, 3 (-es). LIV. 23, 49, 11. 24, 42, 3 (*P*). 30, 34, 13. 32, 27, 2. 35, 32, 4 (-es *B*). SEN. epist. 60, 2 (*p*). PLIN. nat. 6, 67. 73 (-es *FR*). 8, 18 (-i *Ea*, -o *cett.*). SOL. 20, 7 EPIST. Alex. ad Arist. p. 196, 4 AVIEN. orb. terr. 777 (-as *A, fort. recte*). VVLG. I Macc. 6, 46. *al.* *nota gen. plur.* -um (*cf. l. 39*): SVET. frg. 161 p. 250, 3. *nom. plur.* -ui: VIRG. gramm. epit. p. 85, 17. *de scriptura*: GLOSS.[L] IV Plac. E 1 -ns nulli dubium est quod per p et h solidum scribitur, quam per f; similiter et -us. *in libris passim scribitur per* f, *interdum per* p (*in lapide*: CORP. IV 806); *prima per* ael- (*ex. gr.* GRAN. LIC. p. 31, 6) *et* hel-. *de genere*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 494, 13 sunt ... in quibus visu discernitur sexus et epicoena sunt ut camelus vel -s: nam nusquam legisti femininum in his animalibus. DVB. NOM. gramm. V 578, 13 -us generis masculini. *fem.*: PLAVT. Stich. 168. *discernuntur* -i *mares* (PLIN. nat. 28, 88) *et feminae* (LIV. 21, 28, 8 PLIN. nat. 8, 27): PLIN. nat. 8, 13 SOL. 25, 5. *usque ad* PLIN. *locos omnes dedi quos in schedis habui exceptis nonnullis* LIV. *et* CVRT. (*ad A 2 b spectantibus*). *appellatione non propria significatur* (*cf. etiam v. q. e.* barrus): SIL. 9, 570 IVV. 10, 158 ANTH. 195, 1 DRAC. laud. dei 1, 286. 307. [*ex coni.*: LVCIL. 14 miracla ciet telefantas (*codd.*, -as *edd. priores*; tylyphantas *Marx*). PLIN. nat. 6, 186 *coni. Detlefsen.*]

A *nomen animalis* (GLOSS. *ἐλέφας. ἐλέφανς*): 1 *de natura, habitu, moribus sim.* (*fusius* PLIN. nat. 8, 9—34 SOL. cap. 25 AMBR. hex. 6, 5, 30 sqq. ISID. orig. 12, 2, 14 sqq. *cf. Wellmann, PW. V 2248 sqq.; Daremberg-Saglio s. v.*): **a** *generatim*: CIC. nat. deor. 1, 88 si ... de -o quis diceret, etiam rideri te putares (*sc. si de tali monstro numquam audivisses*). 1, 97 -o beluarum nulla prudentior; ad figuram quae vastior? 2, 123 (122) manus (*cf. l. 74*) etiam data -o est, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum (*cf.* LACT. opif. 5, 13). 2, 151 nos -orum acutissumis sensibus ... ad utilitatem nostram abutimur. LVCR. 2, 537 quadripedum cum primis esse videmus in genere anguimanus (*cf. l. 70*) -os, India quorum milibus e multis vallo munitur eburno (*cf.* PLIN. nat. 8, 31). CAES. Gall. 6, 28, 1 *uri* sunt magnitudine paulo infra -os. MANIL. 4, 666 vastos -as habet *Libya*. 4, 740 duplici clausos -as carcere terrae (*cf. p. 355, 27*). SEN. clem. 1, 5, 5 -i leonesque transeunt, quae impulerunt. dial. 4, 11, 5 -os porcina vox terret (*cf.* PLIN. nat. 8, 27). epist. 60, 2 una silva -is pluribus sufficit. 90, 4 -orum gregem excelsissimus ducit (*cf.* PLIN. nat. 8, 11). COLVM. 3, 8, 3 cum intra moenia nostra natos animadvertamus -os. PLIN. nat. 2, 183 *oppidum Ptolemais* ad primos -orum venatus conditum est (6, 171. 220). 5, 5 oppidum Sala ... solitudinibus vicinum -orumque gregibus infestum. 5, 15

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saltus *Canarios* refertos -orum ferarumque ... omni genere. 5, 18 provincia *Tingitana* ... fert -os. 6, 81 -os ibi (*sc. in insula Taprobane*) maiores bellicosioresque quam in India gigni (AVIEN. orb. terr. 777 MART. CAP. 6, 696 PRISC. periheg. 596). 6, 180 Zamnes, unde -i incipiant. 6, 185 circa Meroen ... rhinocerotum -orumque vestigia. 6, 191 vivunt -orum venatu. 6, 192 Sesambri, apud quos quadrupedes omnes sine auribus, etiam -i. 8, 1 maximum *animalium* est -ns. 8, 9 -ns homine obvio ... clemens. 8, 11 -i gregatim semper ingrediuntur *eqs.* 8, 27 -orum generis feminae multo pavidiores. 8, 34 -is frigidissimum esse sanguinem. 8, 101 -ns chamaeleone ... devorato occurrit oleastro. 10, 173 coitus aversis -is (*cf.* PORPH. Hor. epod. 12, 1). 10, 175 singulos gignunt -i (10, 179). 11, 160 *dentes* exserti ... -o. 11, 203 ventres -o quattuor. 11, 227 -orum ... tergora impenetrabiles cetras habent (*cf. l. 40*), cum tamen omnium quadrupedum subtilitas animi praecipua perhibetur illis. 11, 233 -ns tantum sub armis duas *habet mammas*. 11, 248 omnia digitos habent, quae pedes, excepto -o. 11, 263 *testes* -o occulti. 18, 2 cum arbore exacuant limentque cornua -i et uri. *al.* IVV. 10, 150 Africa ... ad Aethiopum populos aliosque -os. ANTH. 196, 1 monstrorum princeps -ns proboscide saevus. LACT. opif. 7, 6 si -o cervicem prolixam tribuis *nihil deformius*. AMBR. Hel. 17, 65 -os ... promoscide haurire aquae plurimum; eosdem tamen ad sedandam sitim moderato potu esse contentos. hex. 6, 6, 37 formidabilis tauris -us murem timet. VINDIC. med. 6 -orum semen ... solidari. MART. CAP. 6, 668 montes *Africi* ... -orum pleni. 9, 927 -os Indicos organica permulsos detineri voce. EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962 sq. CASSIOD. in psalm. 44, 10 -us ... nimiae castitatis asseritur *eqs.* ISID. orig. 12, 2, 16 apud solam Africam et Indiam -i prius nascebantur; nunc sola eos India gignit. TAB. Peut. 12, 5 in his locis (*sc. India*) -i nascuntur. *nota de voce -orum* (*cf.* PLIN. nat. 11, 269 -ns citra nares ore ipso sternumento elidit sonum, per nares autem tubarum raucitati): PAVL. FEST. p. 30 barrire -i dicuntur. SVET. frg. 161 p. 250, 3. APVL. flor. 17 p. 80 ut est ... -orum tristis barritus. PORPH. Hor. epod. 12, 1 SPART. Geta 5, 5. SCHOL. Hor. epod. 12, 1 barris: -is a barritu dictis. PS. AVG. quaest. test. I 31 p. 60, 4 ISID. diff. 1, 607 - orig. 12, 2, 14 GLOSS. IV 489, 28. *de monstris prodigiosis -is similibus*: LIV. 27, 11, 5 cum -i capite puerum natum (*cf. p. 353, 33*). PLIN. nat. 7, 34 enixa ... Alcippe -um.

b *speciatim*: **α** *in proverbiis et quasi proverbialiter dictis*: PLAVT. Mil. 235 erus meus -i corio circumtentust, non suo, neque habet plus sapientiae quam lapis. Stich. 168 hoc volgo dicier solere -um gravidam perpetuos decem esse annos (*cf.* PLIN. nat. praef. 28 abortus facere iam decem annis, cum celerius etiam -i pariant. APVL. met. 1, 9 iam octo annorum onere misella illa velut -um paritura distenditur). *exemplum est vastitatis conspicuae, figurae ingentis* (*cf. l. 7. p. 354, 68. 71. 77 al.*): SEN. benef. 2, 29, 1 queruntur, quod non magnitudine corporum aequemus -os. QVINT. inst. 5, 11, 30 dissimilibus inesse simile ut formicae et -o genus, quia sunt animalia (*sic opponuntur* formica *et* -us *quasi proverbialiter etiam* AVSON. 122, 1 HIER. in psalm. 103 p. 167, 8 epist. 60, 12, 1 adv. Rufin. 3, 28 p. 478[B]. *cf. vol. VI 1091, 70 sqq.*). TERT. anim. 32 p. 354, 13 quomodo ... anima hominis complebit -um? quomodo item obducetur in culice? (*opp.* culici *etiam* HIER. in psalm. 103 p. 167, 8). resurr. 6 p. 34, 1 summum saeculi numen *Iovis eburnei Phidiae*, non quia -us, sed quia Phidias tantus. SOL. 52, 20 quidam populi adeo proceri, ut -os ... transiliant. CAPITOL. Maximin. 9, 4 -ns grandis est et occiditur. HIER. epist. 60, 12, 1 non ... tantum ... *in* -is, camelis ..., sed et in minutis quoque animalibus *eqs.* RVFIN. Orig. in gen. 2, 2. AVG. gen. ad litt. 3, 16 p. 82, 11 a maximis -is usque ad minimos vermiculos. civ. 5, 7 p. 200, 25 D. a muscis ad camelos -osque. *al.* *exemplum roboris eximii* (*cf. p. 356, 32. 357, 29 al.*): CIC. Cato 27 non ... adulescens tauri aut -i *vires* desiderabam. NEP. Eum. 11, 1 cum ... praefectus custodum quaesisset, quem ad modum servari vellet, 'ut acerrimum' inquit 'leonem aut ferocissimum -um'. PHAEDR. app. 2, 5 -i vires et leonis impetum. PLIN. nat. 8, 149 ne in parvis experiri vellet *canem*, sed in leone -ove. AMBR. hex. 6, 6, 39. AVG. civ. 8, 15 p. 343, 18 D. quis *aequabitur* multum valendo leonibus et -is? VEN. FORT. carm. 2, 16, 81 *al.* **β** *infestatur ab aliis bestiis*: *a draconibus*: MELA 3, 62 ut -os morsu atque ambitu (*i. amplexu*) corporis afficiant. LVCAN. 9, 732 nec tutus spatio est -ns (*cf.* SCHOL. *ad l.*). PLIN. nat. 8, 34 -os ab his (*sc. draconibus*) ebibi siccatosque concidere. 33, 116 *cinnabarim* appellant illi (*sc. Graeci*) saniem draconis elisi -orum morientium pondere (*cf.* 35, 50 ISID. orig. 19, 17, 8). APVL. flor. 6 p. 20 immensi dracones cum immanibus -is pari periculo in mutuam perniciem concertant. AMBR. hex. 3, 9, 40 CASSIOD. in psalm. 148, 7. *ab aliis bestiis*: PLIN. nat. 8, 71 *de rhinocerote* (ISID. orig. 12, 2, 12). 8, 149 sq. *de impetu canis in -um.* 9, 46 his *vermibus* tantas esse vires, ut -os ad potus venientes ... abstrahant.

2 *in usu*: **a** *ob prudentiam (cf. l. 15. p. 354, 69. 73) facile condocefiunt*: CIC. nat. deor. 2, 161 ut ... utamur *beluis* domitis et condocefactis ut -is. SEN. benef. 1, 2, 5 -orum feritatem usque in servile obsequium demeretur cibus. PLIN. nat. 6, 66 venandi -os domandique *eqs.* 8, 27. 10, 128 cum -i iussa faciant. ANTH. 195. RVFIN. Clement. 9, 15 immanes -i magistris obtemperant per timorem.

exercent artificia ludicra: MANIL. 4, 236 cumque -e loqui, tantamque aptare loquendo artibus humanis varia ad spectacula molem. SEN. epist. 85, 41 -um minimus Aethiops iubet subsidere in genua et ambulare per funem. PLIN. nat. 8, 3 quod ad docilitatem attinet, regem adorant (MART. epigr. 17, 1). SVET. Nero 11, 2 eques R. -o supersidens per catadromum decucurrit (Galb. 6, 1 novum spectaculi genus, -os funambulos). *nummulos proboscide accipiunt*: QVINT. inst. 6, 3, 59 SVET. Aug. 53, 2 MACR. Sat. 2, 4, 3. *vehunt homines et onera* (*in pugnis cf. l. 39 sqq.*): LIV. 38, 14, 2 Indus ab -o deiectus. MANIL. 5, 705 ille -a premet dorso stimulisque movebit. SEN. dial. 4, 31, 6 -orum iugo colla submissa et taurorum ... terga impune calcato (*sic codd.*; taurorum ... -orum *mavult Haase*). CVRT. 8, 9, 29 longior ubi expeditio est, -i vehunt currum et tantarum beluarum corpora tota contegunt auro. MELA 3, 63 ut *Indi* -is etiam et ibi maximis sicut nos equis facile atque habiliter utantur (*cf.* MART. CAP. 6, 696). PLIN. nat. 11, 4 turrigeros (*cf. l. 60 sqq.*) -orum miramur umeros. 34, 19 *in curribus triumphantium arte expressis* (*cf. p. 358, 13*) non nisi a divo Augusto seiuges sicut ⟨et⟩ -i (*cf.* MART. 8, 65, 9 hic gemini currus numerant -a frequentem, sufficit immensis aureus ipse iugis *in arcu Domitiani*. CAPITOL. Gord. 27, 9 quadrigae -orum Gordiano decretae sunt. *sim.*: SVET. Claud. 11, 2 aviae Liviae divinos honores et circensi pompa currum -orum, Augustino similem, decernenda curavit). TAC. ann. 15, 15 -o insidens. SVET. Iul. 37, 2 quadraginta -is dextra sinistraque lychnuchos gestantibus. Nero 2, 1 -o per provinciam vectus est. GRAN. LIC. p. 31, 6 quattuor ele⟨phantis ...⟩ ad currum ⟨i⟩unct⟨is⟩ *in triumpho Pompei* (*cf. Plut. Pomp. 14 et l. 35*). GAIVS inst. 2, 16 nec mancipi sunt ... veluti -i et cameli, et ideo ad rem non pertinet, quod haec animalia etiam collo dorsove domari solent (*cf.* VLP. dig. 9, 2, 2, 2 -i ... et cameli quasi mixti sunt, nam et iumentorum operam praestant et natura eorum fera est. reg. 19, 1). APVL. met. 7, 17 lignorum ... tanto me premebat pondere, ut fascium molem -o non asino paratam putares. VOPISC. quatt. tyr. 6, 2 -um rexisse. LAMPR. Heliog. 23, 1 -orum quattuor quadrigas ... agitasse. Alex. 57, 4 cum retro currus triumphalis a quattuor -is traheretur (*cf. l. 26 et* LACT. mort. pers. 16, 6 IVST. 14, 4, 18). SPART. Hadr. 19, 12 transtulit ... colossum ... ingenti molimine, ita ut operi etiam -os viginti quattuor exhiberet. EPIST. Alex. ad Arist. p. 196, 4 aurum vehebant -es ... mille.

b *a gentibus Asianis et Africis ad pugnas parantur* (*cf.* PLIN. nat. 8, 27; *contra Romanos primum Pyrrhi bello* [VARRO ling. 7, 39 *v. vol. II 2142, 45 s. v.* bos Luca. PLIN. nat. 8, 16 FRONTIN. strat. 2, 4, 13 FLOR. epit. 1, 18, 6 IVST. 18, 1, 6 VIR. ill. 35, 3 EVTR. 2, 11, 3]; *inde a bello contra Philippum Macedonem gesto [cf. p. 357, 9] Romani ipsi eis usi sunt fere usque ad pugnam apud Thapsum commissam, post quam legioni quintae signum -i datum est [cf. Appian. civ. 2, 96]; postremum bellis Persicis Alexandri Severi et Iuliani commemorantur*): ENN. ann. 232 quadrupes eques atque -i proiciunt sese. 607 taetros -os. PLAVT. Mil. 25 -o in India quo pacto ei pugno praefregisti bracchium. 30. Curc. 424 *v. p. 358, 11.* TAB. triumph. Aemil. 3 exercitu omni, equitatu -isque. TER. Eun. 413 -is quem Indicis praefecerat *rex*. CIC. Phil. 5, 46 quod C. Caesar pro praetore Galliae provinciae ... equites, sagitt⟨ari⟩os, -os in suam ... potestatem redegerit. 9, 4 ut nepotem regis Antiochi ... classis habere, -os alere prohiberet. LVCR. 5, 1228 cum validis ... legionibus atque -is. CAES. civ. 2, 40, 2 cum reliquis copiis -isque LX. or. frg. Suet. Iul. 66 regem adfuturum cum decem legionibus ... -is trecentis. BELL. Afr. 1, 4 -i CXX classesque esse complures. 19, 3. 25, 5 -isque XXX relictis. 27, 1 Scipio ... -os hoc modo condocefacere instituit: duas instruxit acies, unam funditorum contra -os (*v. totum locum*). 30, 2 -is ... turritis XXX ante aciem instructis (41, 2. *cf.* LIV. 37, 40, 4. SIL. 4, 599 accumulat clades ... vis -orum turrito concita dorso. IVV. 12, 110. GELL. 5, 5, 3 -os cum turribus. LAMPR. Alex. 56, 3 *et v. supra l. 16*). 35, 4 num quae fossae aut insidiae -is ... factae essent. 41, 3. 48, 1. 5. 59, 3 -os dextro sinistroque cornu collocaverat ..., post autem -os armaturas leves Numidasque auxiliares substituerat (81, 1). 70, 7. 72, 3 sq. -orum magnitudo multitudoque animos militum detinebat in terrore. cui uni rei tamen invenerat remedium: namque -os ex Italia (*Ciacconius*, in Italiam *codd.*) transportari iusserat *eqs.* 72, 4 ornatusque ac loricatus cum esset -ns (*cf.* 86, 1 NEP. Hann. 3, 4). 83, 2 concita tela in -os frequentes iniciunt. 83, 3 Mauri equites, qui ... -is erant praesidio. 84, 1 -ns vulnere ictus. 84, 2. 4. SALL. Iug. 29, 6 -i triginta ... quaestori traduntur. 32, 3 fuere qui auro corrupti -os Iugurthae traderent (40, 1). 49, 1 -is ... Bomilcarem praefecit (52, 5). 53, 3 Numidae ... remorati, dum in -is auxilium putant *eqs.* 53, 4 -i quattuor capti, reliqui omnes numero quadraginta interfecti. 62, 5 Iugurthae imperat ... -os omnis. RABIR. carm. frg. 3 Numidis -ns circumdatur †aliis (altus *Haupt*). LIV. 21, 5, 10 in ripa -os — quadraginta autem erant — disponit. 21, 5, 15. 21, 22, 4 additi ... ne quod terrestris deesset auxilii genus, -i viginti unus. 21, 28, 5 -orum traiciendorum ... consilia *eqs.* (*cf.* FRONTIN. strat. 1, 7, 2). 21, 34, 5 primum agmen -i et equites erant. 21, 55, 2. 7 -i ... fugam late faciebant (*cf.* 26, 6, 10). 21, 56, 6 imber nive mixtus ... iumenta et -os prope omnis absumpsit (*cf.* 21, 58, 11. 22, 2, 10 -o qui unus superfuerat. OROS. hist. 4 praef. 8. 4, 14, 8). 23, 13, 7 fit senatus con-

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sultum, ut Hannibali ... in supplementum mitterentur ... quadraginta -i (*cf.* 23, 32, 5). 23, 18, 6 agmine -orum opposito. 23, 46, 4 capti ... duo -i, quattuor in acie occisis (*cf.* 23, 49, 11. 13. 24, 42, 8. 25, 41, 7. 27, 42, 7. 30, 6, 9. 30, 35, 3. 37, 44, 1 cum rectoribus. CVRT. 8, 13, 3 LAMPR. Alex. 56, 3 EVTR. 2, 21, 3. 4, 27, 3). 26, 6, 1. 2 -orum atrox edita caedes. 26, 6, 12 -os igni e castris exactos. 26, 21, 9 Punicae ... victoriae signum octo ducti -i. 27, 14, 6 -os in primam aciem induci iussit. 27, 14, 10 agmen fugientium -orum. 27, 18, 18 -isque ante signa locatis (*cf.* 27, 48, 5. 28, 14, 4. 31, 36, 4 quo auxilio tum primum Romani ... usi sunt. 33, 8, 3. 36, 10, 4). 27, 18, 20 trepidatione -orum. 27, 49, 1 -i plures ab ipsis rectoribus quam ab hoste interfecti *eqs.* 30, 18, 6. 10. 12. 15. 30, 33, 1. 3. 4 Hannibal ... primos -os — octoginta autem erant, quot nulla umquam in acie ante habuerat — instruxit. 30, 37, 3 triremes traderent -osque, quos haberent domitos, neque domarent alios (30, 43, 11. 38, 38, 8. CVRT. 8, 12, 11). 33, 30, 6 ne ... haberet ... -um ullum. 35, 32, 4. 35, 35, 8 -orum aciem conspectu ipso debellaturam. 36, 4, 8 -os viginti regem ad M'. Acilium consulem missurum (42, 29, 8). 36, 14, 1. 36, 19, 4. 37, 39, 12. 89 sedecim -os post triarios in subsidio locaverunt; nam praeterquam quod multitudinem regiorum -orum ... sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indicis Africi resistunt *eqs.* (*cf.* CVRT. 8, 9, 17 PLIN. nat. 8, 27. SERV. georg. 1, 56 *et* PROB. Verg. *ad h. l.*). 37, 40, 2. 3. 6. 14. 37, 41, 1 magistro -orum. 37, 42, 5 ne interpositi quidem -i militem Romanum deterrebant assuetum iam ab Africis bellis. 44, 5, 2. 6. 7. 44, 41, 3. 5. 45, 13, 13. *al.* VAL. MAX. 9, 3, 7 -is *in bella paratis* cibaria dari vetuit. CVRT. 5, 2, 10 XII -i a Dareo ex India acciti, iam non terror ... Macedonum, sed auxilium. 8, 12, 7 -i ... militum agmini inmixti procul castellorum fecerant speciem. 8, 13, 5. 6 CLXXX et V -os obiecerat eximio corporum robore. 8, 13, 7 ipsum vehebat -us super ceteras beluas eminens. 8, 14, 9. 22 -os ... ante agmen ... agi. 8, 14, 25. 28 anceps ... pugna nunc sequentium nunc fugientium -os. 8, 14, 39 Indus qui -um regebat ... more solito -um procumbere iussit in genua. 9, 2, 4. 16 creditisne -orum greges maiores esse quam usquam armentorum sunt, cum et rarum sit animal nec facile capiatur multoque difficilius mitigetur? 10, 9, 18 *seditiosos* a ceteris discretos -is ... obicit (VIR. ill. 66, 6. *cf. infra l. 82*). *al.* LVCAN. 6, 208 Libycus densis -ns oppressus ab armis. PLIN. nat. 6, 66 regi *Calingarum gentis Indicae* ... -i DCC in procinctu bellorum excubant. 6, 67 (*bis*). 6, 68. 73 (*bis*). 6, 75 (*quater*). SIL. 9, 603 collectis fumantia lucent terga -orum flammis. FRONTIN. strat. 2, 5, 4 FLOR. epit. 1, 18, 8. 12. 17 ab -is primo proelio obtritos. 2, 8, 16 -is ... aciem utrimque vallaverat. 3, 2, 5 maximus barbaris terror -i fuere. 4, 2, 67 *Iubae* -i bellorum rudes et nuperi a silva ... in suos se circumegere. LAMPR. Alex. 55, 2 rege, qui cum septingentis -is ... ad bellum venerat. SPART. Hel. 2, 3 Caesarem ... ab -o, qui lingua Maurorum caesai dicitur, in proelio caeso ... dictum (SERV. Aen. 1, 286). IVST. 15, 4, 19 -us ... proeliator insignis. AMM. 19, 2, 3 -orum agmina. 19, 7, 6. 7 -is vi magna propulsis. 24, 6, 8 -i gradientium collium specie. 25, 1, 14. 25, 3, 4. 11. 25, 6, 2. 3. 25, 7, 1. VEG. mil. 3, 24 -i in proeliis magnitudine corporum, barritus horrore, formae ipsius novitate homines equosque conturbant. hos contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit, postea Hannibal in Africa, rex Antiochus in Oriente, Iugurtha in Numidia copiosos habuerunt. adversus quos diversa resistendi excogitata sunt genera *eqs.* VVLG. I Macc. 1, 18. 3, 34. 6, 30. 34 -is ostenderunt sanguinem uvae et mori ad acuendos eos in proelium. 6, 35. 46. 8, 6 II Macc. 11, 4. 13, 2. 15. 14, 12. SVLP. SEV. chron. 2, 23, 1 praeeuntibus aciem cum ingenti terrore -is. *al.* *ducuntur in pompa triumphali* (*cf. p. 356, 26. 34*): SEN. dial. 10, 13, 3 primus Curius Dentatus in triumpho duxit -os (*cf.* PLIN. nat. 8, 16 EVTR. 2, 14, 3). 10, 13, 8 Metellum ... triumphantem unum omnium Romanorum ante currum centum et viginti captivos -os duxisse (*cf.* PLIN. nat. 7, 139. 8, 16. 18, 17 FLOR. epit. 2, 2, 28 LIV. perioch. 19 p. 23, 12. SIDON. 2, 374 Metelle ... ostentans nobis -a frequentem). VOPISC. Aurelian. 33, 4 praecesserunt -i viginti, ferae mansuetae Libycae. TREB. Gall. 8, 3. SIDON. carm. 22, 58 nigrantes incedunt praeda -i.

c *donum imperatorum* (*cf. p. 356, 18 et* IVV. 12, 106 Caesaris armentum nulli servire paratum privato): FLOR. epit. 4, 12, 62 Indi ... -os ... inter munera trahentes. VOPISC. Aurelian. 5, 6 donatus eidem ... -us praecipuus, quem ille imperatori obtulit solusque omnium privatus Aurelianus -i dominus fuit. CAPITOL. Gord. 33, 1 fuerunt sub Gordiano Romae -i triginta. SPART. Hadr. 17, 11 multis ingentia dedit munera ... et -um. SCHOL. Hor. ars 453 -i regio ministerio deputati sunt. MARCELL. chron. II p. 94, 496, 2 India Anastasio principi -um ... pro munere misit. *huc pertinet*: CORP. VI 8583 Ti. Claudio Spectatori ... procurator(i) Laurento ad -os (*cf. Ruggiero, diz. epigr. s. v.*).

d *in certaminibus scaenicis*: CIC. epist. 7, 1, 3 extremus -orum dies fuit. LIV. 44, 18, 6 ludis circensibus P. Corneli Scipionis Nasicae et P. Lentuli aedilium curulium ... ursos et -os lusisse. VELL. 2, 56, 1 -orum certaminis spectaculis. VAL. MAX. 2, 7, 14 transfugas in edendis populo spectaculis feris bestiis obiecit et ... -is proterendos substravit (*cf. supra l. 36*). SEN. dial. 10, 13, 6 Pompeium primum in circo -orum duodeviginti pugnam edidisse commissis more proeli innoxis hominibus (*cf.* ASCON. Pis. p. 20, 24 St.). PLIN. nat. 8, 17. 20. MART. epigr. 19, 4 dum facilem tolli sic -a putat *taurus*. SVET. Iul. 39, 3 quingenis peditibus, -is vicenis, tricenis equitibus hinc et inde commissis. FRONTO p. 210, 18 N. -os (*loco mutilo; sequitur post lacunam*: populus Romanus usus sit spectaculeis). GRAN. LIC. p. 32, 3 aediles curules munere suo ⟨t⟩aurorum proelium adversus -os dederunt. CAPITOL. Pius 10, 9 edita munera, in quibus -os et corocottas ... exhibuit. *aliis in spectaculis* (*cf. p. 356, 1 sqq.*): HOR. epist. 2, 1, 196 sive -ns albus volgi converteret ora (*ubi v.* SCHOL.).

e *in signis (cf. p. 356, 17) et tabulis pictis*: PLAVT. Curc. 424 clupeatus -um ubi (*sc. in signo*) machaera dissicit. PLIN. nat. 36, 196 *Augustus dicavit* in templo Concordiae obsianos IV -os. CAPITOL. Maximin. 26, 5 principibus ... statuas cum -is decernimus (*cf. p 356, 20*). CASSIOD. var. 10, 30, 1 in via sacra ... -os aeneos vicina omnimodis ruina titubare. REG. urb. p. 13, 2 -um herbarium (*cf. Jordan, Topogr. I 2 p. 476*). CORP. IV 806 Sittius -um *pictum* restituit. AVG. serm. 2, 6, 7 pictor eadem arte facit murem qua -em. *sim.*: AVSON. 350, 7 verticularum variis coagmentis simulantur species mille formarum: -us belua.

f *partes corporis -i hominibus usui sunt:* *in re medica*: PLIN. nat. 1, 28, 24. 88 -i sanguis, praecipue maris, fluctiones omnes ... sistit *eqs.* (*cf.* SER. SAMM. 547 *l. 45*). PLAC. med. rec. β 12, 3—6. *alia*: PLIN. nat. 6, 189 -is vescitur (*cf.* SOL. 30, 5). 37, 78 perforatos *lapides* -orum saetis subligant. OROS. hist. 5, 15, 17 scuta ..., quae -i corio extento atque durato habilia et tuta gestabant. *de ebore*: PLIN. nat. 12, 18 vicenos dentes -orum grandes, quoniam ita significavit *Herodotus*, Aethiopas ... pendere solitos (*cf. Herodot. 3, 97 ἐλέφαντος ὀδόντας μεγάλους εἴκοσι*). 37, 204 maximum *pretium est* dentibus -orum. AVR. Fronto p. 17, 6 N. ovi lana statim detrahitur -o ebur (*cf. Studem. epist. p. XVIII*). VOPISC. quatt. tyr. 3, 4 dicitur habuisse duos dentes -i pedum denum, e quibus Aurelianus sellam constituerat facere. VVLG. III reg. 10, 22. CLAVD. 24, 350 stupor omnibus Indis plurimus ereptis -ns inglorius errat dentibus (*cf.* SIDON. carm. 2, 55 trunca reportat Bosphoreis -s inglorius ora tributis). PLAC. med. rec. α *et* β 12, 1. 2. PRISC. periheg. 1017 dentes stringunt -is ab ore revulsos.

3 *interpretatio allegorica* (*deducta a vastitate; cf. p. 355, 45*): EVCHER. form. 4 p. 25, 8 -ns: peccator immanis.

B *i. q. ebur* (*more Graeco, cf. l. 42*): VERG. georg. 3, 26 in foribus pugnam ex auro solidoque -o Gangaridum (SERV. ebore integro). Aen. 3, 464 dona ... auro gravia sectoque -o faciam (SERV. pro ebore posuit; Graece dixit). 6, 895 sunt geminae Somni portae: quarum altera fertur cornea ..., altera candenti perfecta nitens -o (*cf. 6, 898* eburna; *Hom. Od. 19, 563 αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι*). SER. SAMM. 547 ramentum nivei credunt prodesse -i. MART. CAP. 3, 223 ferculum, quod levi exterius -o praenitebat.

C *i. q. elephantiasis*: LVCR. 6, 1114 est -s morbus *eqs.* (*inde* SER. SAMM. 128). DIOSC. 2, 70 ex ipsa *furta* fiet -s (*gr. 2, 87 ἐλεφαντιάσεως ποιητικός*); quae eicitur (dicitur *cod.*; *gr. 2, 87 εὐεργὴς ... ὁ ἐλέφας γίνεται*) ⟨h⟩ordeo infuso.

D *nomen beluae marinae*: PLIN. nat. 1, 9, 4 de -orum marinorum figuris. 9, 10 beluas reciprocans destituit oceanus ... in Santonum litore interque reliquas -os et arietes, candore tantum cornibus adsimulatis, Nereidas vero multas. 32, 144. 148 -i locustarum generis nigri. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 7 triton. -ns. coclea.

E *nomen herbae* (*cf. p. 354, 3*): PS. APVL. herb. 36 l. 22 H.-S. a Graecis dicitur prosopis ... alii -s, Itali personacia. *Rubenbauer.*

elesenum, -ī *n.* *nomen herbae*: ORIBAS. syn. 2 add. p. 847 ad aemorroidas thoracis ... plantaginem aut rovi aut poligoni aut -i seu singulatim siv[a]e permixtae *eqs.*

elestites aristolocia rotunda GLOSS. III 561, 68.

[**eletia** PLIN. nat. 16, 167 *coni. Detlefsen,* elegia *codd.*]

ēleu *vox hebr., v.* ael *vol. I 963, 41.*

[**ēlevāmentum,** -ī *n.* *v. sub* elementum *p. 341, 31 sqq.*]

ēlevātio, -ōnis *f.* *ab* elevare. GRAMM. suppl. 75, 10 ab infinitivo futuro derivantur verbalia nomina ... in 'tio' 'um' syllabā in 'io' conversā, ut probatum ire probatio, sic ... -o. *inde a* QVINT. *sensu q. e. sub I, a* TERT., PORPH., SERV. *s. q. e. s. II.*

[VVLG. lev. 7, 34 *v. p. 324, 9.*]

I *i. q. actio levius reddendi* (*technice tantum, v. s.* elevo *I B, p. 360, 63. cf.* AQVILA rhet. 15 p. 26, 20 *διασυρμός*, -o vel irrisio ea figura est, qua ludentes, quae dicuntur ab adversariis, dissolvimus [*inde* MART. CAP. 5, 525]): QVINT. inst. 9, 2, 50 nec in personis tantum, sed et in rebus versatur haec contraria dicendi, quam quae intellegi velis, ratio, ut totum pro Q. Ligario prooemium et illae -es: o di boni! scilicet 'is superis labor est' (*eqs.*). EVGRAPH. Ter. Haut. 709 p. 193, 21 rec. α quod fit per figuram dias⟨y⟩rmos, quae est -o, quando auditorem vera dicendo in errorem inducit.

II *i. q. actio sursum levandi*: **A** *proprie*: **1** *rerum*: **a** *generatim*: *α variarum rerum corporearum*: SERV. Aen. 8, 1 p. 199, 20 sane incongruum est, quod signum belli, id est vexilli -em Turno dat. HIER. in Zach. 3, 12 p. 1510[A] in ipso nisu et -e ponderis (*antea*: ex levatione p.). VVLG. iud. 15, 17 nomen loci illius

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ramathlechi, quod interpretatur -o maxillae. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 8 p. 493 prohibet ... lex imaginum -es (*gr. 17, 151 εἰκόνων ... ἀναστάσεις*). *allegorice*: AMBR. Iob 4, 5, 19 p. 280, 16 ubi advertit David, quod -es fluctuum saecularium super se venirent (*cf.* HIER. in Ion. 2, 4 p. 1153[D] quaerimus ... quomodo omnes -es et gurgites et fluctus dei super salvatorem transierint). *β partium corporis* (*vocis l. 16*): HIER. in Ezech. 20, 6 p. 188[B] -o ... manus, sive extensio, habitum percutientis ostendit (VVLG. psalm. 140, 2 -o manuum mearum sacrificium vespertinum. PELAG. in I Tim. 2, 8 p. 481, 18 S. testimonium ... innocentiae est manuum -o. *cf.* PS. AVG. serm. 26, 5 Moyses ergo levavit manus: et licet non expandit, tamen ipsa -e mysterium crucis ostendit). HIER. in Dan. 10, 5 p. 554[B] -e opus est oculorum, ut visionem mysticam cernere valeamus. AVG. in psalm. 58 serm. 2, 1 p. 706[med.] non gressu pedum, non subvectione vehiculorum, non celeritate animalium, non -e pennarum. *vocis* (*v. supra l. 7*): AVG. in psalm. 92, 7 p. 1188[init.] ad ipsam -em vocis pertinet (*cf. ibid.* elevata voce dixit ad eos. *similiter v. p. 362, 28 sqq.*).

b *speciatim: t. t. gramm.* (GLOSS.[L] III Abol. AR 42 arsis e⟨le⟩vatio): SERV. gramm. IV 425, 8 arsis dicitur -o, thesis positio (SERG. gramm. IV 480, 13 POMP. gramm. V 120, 29). MART. CAP. 9, 974 arsis est -o (*βΑΑΜ, v*; etatio R^1B^1; elatio *Meibom., vix recte*), thesis depositio vocis ac remissio (ISID. orig. 1, 17, 21 arsis et thesis, id est -o et positio vocis ... ut 'arma': 'ar' -o est, 'ma' positio). IVLIAN. TOL. gramm. V 321, 12 quid est arsis? -o, id est inchoatio partis.

2 *hominum*: LEO M. epist. 16, 3 p. 699[A] tum in baptismatis regula ... sepulturam triduanam imitatur trina demersio, et ab aquis -o resurgentis instar est de sepulcro. *in imagine* (*cf. p. 362, 79 sqq.*): TERT. praescr. 42, 2 hoc sit negotium illis (*sc. haereticis*) non ethnicos convertendi, sed nostros evertendi; hanc magis gloriam captant, si stantibus ruinam, non si iacentibus -em operentur. PROSP. in psalm. 145, 7—9 p. 416[C] ('erigit elisos') talis quoque elisorum -o, qui ... humilitate prostrati ad altitudinem caelestium provehuntur. SALV. eccl. 1, 45 p. 238, 24 sed ilico ubi concidere, consurgant et -em protinus meditentur in lapsu. *speciatim de ascensione Christi in caelum* (*nota l. 44*): CONST. apost. Journ. of Theol. Stud. 13, 1911/12, p. 503, 15 post ...-em *Christi* (*gr. 8, 46, 15 p. 280, 20 L. μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ*). PS. AVG. serm. 84, 3 p. 1909[init.] quotiescumque offertur sacrificium, mors domini, resurrectio domini, -o domini significetur. CASSIAN. c. Nest. 7, 17, 1 p. 372, 27 (*ex Nest. disputatione*) -em in caelum (7, 22, 1 p. 379, 29 PS. ARNOB. confl. 2, 11 p. 286[B]). LEO M. epist. 139, 2 p. 1105[B] -em domini stupentibus. *similiter cum propria elevandi notione*: LEO M. serm. 61, 5 p. 348[B] cum ... dominus crucifixi corporis -e sublimis, reconciliationem mundi exsequeretur.

B *translate*: **1** *in bonam partem*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 87 fratres mir⟨a⟩s -es honoris pr⟨o⟩ferebant. ENNOD. dict. 12, 4 p. 462, 12 si parum in -e meritorum tuorum suggerimus. **2** *in malam partem, i. q. superbia*: AMBROSIAST. in II Cor. 11, 17 p. 524[B] quia -o vitiosa est (*antea* gloriationis. VVLG. gloriae). GILD. epist. frg. 2 chron. III p. 86, 16 quibus mors intravit per fenestras -is. APRING. in apoc. 20, 7 omnes quos extulit et in superbiae suae lapsum adduxit vel -is tecto sublevavit. *ibid.* fastigio -is. ISID. alleg. 94 p. 113[B] *diaboli* -is superbiam Christi prostravit humilitas.

III *singulariter: fere i. q. educatio* (*cf. p. 364, 51*): HIER. in Is. 23, 4/5 p. 276[B] (*verba maris*) mea ... parturitio et partus et nutrimentum et -o virginum. *de deo quasi summa ratione sublevandi, syn.* refugium: HIER. psalt. sec. Hebr. 9, 10 et erit dominus -o suppresso, -o opportuna in angustia (VVLG. et factus est dominus refugium pauperi *eqs. gr. καταφυγή*).

ēlevātor, -ōris *m. ab* elevare. *qui sublevat, fere i. q. praesidium*: HIER. psalt. sec. Hebr. 59, 10 quoniam tu, deus, -r meus ([*Vulg. psalm. 58, 10* susceptor]. VVLG. II reg. 22, 3 -r meus et refugium meum, salvator meus). *v. s.* elevatio *l. 58.*

ēlēvigāta (-ica-) purificata, deplanata GLOSS.[L] V Abba ELE 8

***ēlevo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* levare. *de formis: imperat.*: -to: AMBR. *p. 363, 2. mediopass.*: -are: VVLG. *p. 363, 3.* RVFIN. *p. 363, 4.* -amini: VVLG. *p. 361, 67.* NOT. Tir. 27, 90. *de notione*: AGROEC. gramm. VII 119, 22 -amus et quae in altum attollimus et quae adnullando leviora facimus. *de usu: legitur inde ab* ENNIO (*?, v. p. 360, 14*), CIC., LIV. *notione q. e. sub I; inde a* CAES., VITR. *sensu q. e. sub II (fere proprie); adamatur* ECCL. (*ea tamen sola vi q. e. sub II; iure colligas ecclesiasticos verbum -andi et in totam provinciam verborum q. s.* 'allevare', 'sublevare' *transtulisse et ex analogia verbi synonymi q. e.* 'efferre' [*II, v. p. 145, 40 sqq.; praecipue p. 147, 49 sqq.*] *usurpasse*); *praeter ceteros frequentat* VVLG. *ex poetis aureae et argent. latin. nemo habet (vox hexam. ob struct. prosod. praeter formas praes.* -at, -et, -or *non apta est) nisi* CATVLL. *hendec.* (*semel, v. p. 360, 21*), PROP. *in pentam.* (*ter; v. p. 360, 22. 51. 53*), PHAEDR. (*bis*), PERS. (*semel*). *quod si perpenderis, vix continearis, quin Prop. vocem ex sermone cottidiano sumpsisse statuas. posterorum poet. exempla praesto sunt* CLAVD. (*p. 362, 64*) *et* DRAC. (*p. 363, 6. 8*). *mediopassive*: VITR. 10, 7, 2 (*ex coni.*) *p. 361, 20.* SOL. *p. 361, 40.* MART. CAP. *p. 361, 37. 38; saepe apud* ECCL. (*ex. gr. p. 361, 48 bis. 61. 62. 363, 3; maxime sub II A 1 c, p. 363, 21*). *reflexive: v. p. 362, 75. 363, 72. 81. intrans.*: *p. 364, 25.* [*variatur c.* levare: *infra l. 20. 39. 68*; delevare (*falso*): *infra l. 70. per coni. dub.*: COLVM. 3, 21, 5 (lebat *trad.*). *in loco mutilo*: FEST. frg. p. 261. *supvletum*: TERT. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 12.]

I *i. q. leviorem reddere, minuere. adhibetur tam bono sensu (rarius; i. q. mitigare, lenire l. 15. 18. 20. 40. 46. i. q. sublevare infra l. 57. audacius i. q. minuendo ad irritum redigere infra l. 22. 47) quam cum notione detrectandi, i. q. infirmare, extenuare, infringere sim.* (*nonnumquam fere i. q. cum irrisione detrectare: v. l. 28. 39. 45. 54. 73. 78. 81. 83*). **A** *generatim*: **1** *aliquid*: ENN. frg. var. 90*?, v. infra l. 47.* CIC. Tusc. 3, 34 nihil est ... quod tam obtundat -etque aegritudinem quam perpetua in omni vita cogitatio nihil esse *eqs.* nat. deor. 3, 9 perspicuitas ... argumentatione -atur. Lael. 88 multae ... causae suspicionum offensionumque dantur quas tum evitare, tum -are, tum ferre sapientis est (*cf.* LVCC. Cic. epist. 5, 14, 2 non intelleges duplicari sollicitudines, quas -are [*GR*, qua se lev- *M*, quas lev- *rell.*] tua te prudentia postulat). CATVLL. 24, 9 hoc tu quam lubet abice -aque. PROP. 1, 8, 12 neve inimica meas -et aura preces (*i. irritas reddat. an ad II B, p. 364, 39?*). LIV. 3, 21, 4 mirer ... si vana vestra, patres conscripti, auctoritas ad plebem est? vos -atis eam (6, 23, 4. 37, 57, 13 cuius *Catonis* auctoritatem ... toga candida -bat). 6, 27, 3 adgravantibus summam *aeris alieni* ... tribunis plebis, cum ab iis (*sc. faeneratoribus*) -retur. 26, 27, 8 indicium *v. infra l. 56.* 26, 51, 11 *res* -bant verbis. 28, 42, 6 ea (28, 43, 16 ea ipsa -are, quae nunc ... verbis extolluntur. SCHOL. Cic. Bob. p. 166, 17 St.). 28, 43, 16 meas res gestas (28, 44, 17. *cf.* SVET. Tib. 52, 2 Germanico ... adeo obtrectavit, ut ... praeclara facta eius pro supervacuis -arit [elueret *ΠQ*, eluderet *R*]). LIV. 32, 21, 12 Romanum bellum. 44, 44, 7 famam adversae pugnae. VAL. MAX. 1, 6, 12 illa *prodigia*. 1, 7 ext. 2 versu graeco, qui fidem somniorum -at ([eluat *A mg.*]. SVET. Cal. 8, 5 versiculorum. LACT. inst. 2, 7, 8 p. 125, 22 artis *augurandi*). 5, 2, 3 -et aliquis praemia virtutis, cum *eqs.* 6, 9 ext. 1 ut *Polemo* clarissimum eloquium et prudentissima praecepta *Xenocratis* temulentiae lasciviis -ret (macularet *A mg.*). 8, 14 ext. 3. PHAEDR. 3, 10, 7 fabulosam ne vetustatem -es (levem PR^1). 4, 3, 5 qui facere quae non possunt verbis -ant. SEN. dial. 9, 15, 2 -anda ... omnia (*i. mitiganda*) et facili animo ferenda. 11, 12, 1 incommoda. 12, 17, 4 *Caesar* in Albano suo tesseris ac foro ... et huiusmodi aliis occupationibus acerbissimi funeris -bat mala. ASCON. Corn. p. 56, 10 St. dignitatem eius ordinis ...-ari (elabari *trad.*) causae expediebat. PERS. 1, 6 si quid turbida Roma -et. PLIN. nat. 35, 44 -atur bonitas *purpurissi*. CHAR. gramm. p. 409, 17 B. aufer mihi metum, timorem -a. LACT. inst. 1, 14, 11 (*ex Ennio, v. supra l. 14*) *Saturnum* -andae sortis (*v. supra l. 10*) atque effugiendi periculi gratia insidiatum *esse* Iovi. PS. APVL. herb. 45, 7 H.-S. herbae marrubii sucum ... stomachi dolorem tollit ... satisque -at, si (se *rec. α, seq. lacuna*).

2 *aliquem*: **a** *sensu fere peiorativo*: PROP. 2, 33, 44 -at assiduos copia longa viros (*i. facultas viros secum diu habendi minuit feminarum in eos amorem*). 2, 34[b], 58 aspice me ..., ut regnem mixtas inter conviva puellas hoc ego, quo tibi nunc -or, ingenio. LIV. 9, 37, 6 Samnitium bella extollit, -at Etruscos. 26, 27, 8 primo -batur index indiciumque (*v. supra l. 27*). 43, 11, 11 (*in loco non san. trad.*). **b** *bono sensu, i. q. sublevare* (*v. supra l. 10*): PANEG. 8 (5), 12, 4 suos quemque iuvat numerare securum, cum plures adiuvant obsequia paucorum. quo magis spe futuri temporis -amur. CASSIOD. Ios. antiq. 15, 11 p. 447 per omnia eos et in emptione et in navigatione -ans, ut maxima pars ipse huius auxilii fieret (*gr. 15, 307 συνήργησεν*). *cf. et p. 363, 49.*

B *technice in rhet. et re forensi de infirmandis aut adversariis (testibus) aut eorum causis* (*argumentis sim.*): CIC. inv. 1, 78 reprehensio est per quam argumentando adversariorum confirmatio diluitur [aut infirmatur] aut -atur (H^1P^1, levigatur, alleviatur *sim. var. lect.*). de orat. 2, 230 erat ... tanta in Domitio gravitas ... ut, quod esset ab eo obiectum, lepore magis -andum (lev- *M*) quam contentione frangendum videretur. 2, 236 quod frangit adversarium, quod impedit, quod -at (dele- *M*), quod deterret *eqs.* VAL. MAX. 8, 5, 6 -tis testibus. QVINT. inst. 4, 2, 77 verbis -are quaedam licebit (*v. quae seq.*). 5, 7, 5 gentium ... universarum -ta testimonia ab oratoribus scimus. 5, 13, 40 -andae invidiae gratia, quae asperius dicta sunt, eluduntur. 6, 3, 23 aliena aut reprehendimus aut refutamus aut -amus aut repercutimus aut eludimus. 6, 3, 72 refutatio cum sit in negando, redarguendo, defendendo, -ando. 6, 3, 75 sqq. (*defin.*). 6, 4, 10 neque enim refutanda tantum quae ex contrario dicuntur sed contemnenda, -anda, ridenda sunt. 7, 2, 40 crimen. 8, 4, 19 cum res atrocissimas ... in summam ipsi extulimus invidiam, -amus consulto (*cf.* IVL. RVF. rhet. 5 p. 39, 25 *διασυρμός* ... fit, cum rem aliquam aut personam -amus). 9, 3, 29. 11, 3, 176 (*cf. quae anteced.*). 12, 7, 8 auctoritatem. SCHOL. Cic. Bob. p. 148, 13 St. id dictum ab Hortensio -asse et pro inepto risisse Tullius videbatur. p. 163, 13 (*syn.* abiciat). *v. etiam p. 358, 71 sqq.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coniunguntur vel iuxta ponuntur: abicere: *p. 360, 21. 84.* contemnere: *p 360, 78.* eludere: *p. 360, 74. 75.* frangere (*aliter p. 364, 68*): *p. 360, 69 bis.* obtundere: *p. 360, 15.* refutare: *p. 360, 75.* reprehendere: *p. 360, 74.* ridere: *p. 360, 78. 83.*

opp.: adgravare: *p. 360, 26.* duplicare: *p. 360, 20.* extollere: *p. 360, 29. 55. 79 (aliter p. 364, 61).*

add. abl. instr.: argumentatione: *p. 360, 17.* lasciviis: *p. 360, 37.* occupationibus: *p. 360, 42.* verbis: *p. 360, 28. 40. 71 (cf. p. 364, 82 bis).*

II *i. q.* ***sursum levare, allevare, extollere***: **A** *cum mera tollendi notione*: **1** *transitive*: **a** *proprie*: *α res*: Ⓘ *varias res corporeas seu naturales, quae variis motibus corporalibus in altum tolluntur* (*de erigendis aedificiis: infra l. 41. 45. 53*): CAES. civ. 2, 9, 7 turris tectum . . . ex contignatione prima suspendere ac tollere coeperunt. ubi quantum storiarum demissio patiebatur, tantum -arant (*Kraner,* -bant *codd.*) *eqs.* (*cf.* 2, 9, 8 ex . . . contignatione . . . summam contabulationem storiasque -bant). VITR. 10, 3, 3 onus (10, 10, 6 [*v. app. crit.*], *syn.* extollit). 10, 7, 2 ne vis inflationis aquae eam (*sc. paenulam*) cogat -ari (*Schneider*, -are *trad.*). PAVL. FEST. p. 124 eas (*mergas*) in fruges demergunt, ut -are possint manipulos. FEST. p. 355 tumulus est ⟨cumulus are⟩nae editus secundum mare fluctibus in ⟨altum ele⟩vatus (*sim.*: HIL. trin. 12, 40 p. 458^{B} *ut terra* in planitiem diffunderetur, deinde . . . montibus -retur, rursum . . . collibus variaretur). COLVM. 12, 52, 6 *molae* pro magnitudine baccarum vel submitti vel etiam -ari possunt. CORP. VIII 11 (*a. 119 vel 121; Lepidae Tripol.*) Servilius Candidus sua impensa aquam quaesitam et -tam in coloniam perduxit (AMBR. hex. 3, 2, 9 p. 65, 9 si vel impetu suo fertur *aqua* vel artificis ingenio contra naturam suam ducitur et -atur. *cf. ibid.* 3, 5, 22 p. 74, 11 quanto altius *aqua pluvia* -atur, tanto *eqs.*). ITALA Is. 6, 4 (Hier. epist. 18 A praef. 4) -tum est superliminare a voce ([*ἐπήρθη*. VVLG. commota sunt]. *cf.* HIER. epist. 18 A 8, 2. 3). ITALA Ier. 31, 37 (Hier. in Ier. 6, 28, 1 p. 408, 8) si -tum fuerit caelum sublimius (*ἐὰν ὑψωθῇ*. VVLG. *aliter*). ITALA Hab. 3, 11 (Aug. civ. 18, 32 p. 301, 30 D.) -tus est sol et luna stetit ([*ἐπήρθη*, VVLG. *aliter*]. *sim. de ortu siderum*: MART. CAP. 8, 855 nullum sidus ex eo loco unde pridie ortum est -atur. 8, 880 nam acronycho [acronico *trad.*] ortu hic [*Stilbon*] numquam poterit -ari [*syn. antea* sublevatus]). SOL. 5, 20 fons . . . exsultabundus ad cantus *tibiarum* -atur. 53, 13 aedificia modice ab humo -ta. HIL. trin. 7, 23 p. 219^{B} Iudaei lapides -verunt ([*cf. Ioh. 10, 31* tulerunt . . . lapides; *gr. ἐβάστασαν*, VVLG. sustulerunt]. HEGES. 3, 11, 3 p. 204, 14 Eleazarus ingentis magnitudinis saxum -ans). VIGIL. TRID. ad Ioh. 2, 3 p. 553^{C} Sisinnius . . . ecclesiam propriis sumptibus -vit (*i. erexit*). AMBR. Abr. 2, 8, 54 p. 607, 15 sqq. (*alleg. sec. Ezech. 1, 19*) ista animalia (*sc. homo i. λογιστικόν, leo i. θυμικόν, vitulus i. ἐπιθυμητικόν, aquila i. διορατικόν*) quando -antur (*v. p. 362, 58*), -antur etiam rotae (HIER. epist. 64, 18, 9 annus in semet ipsum revolvitur et ipsae rotae -antur ad caelum. VVLG. Ezech. 10, 17 stantibus illis *Cherubim* stabant *rotae* et cum -tis [*v. p. 362, 63*] -bantur). AMBR. in psalm. 118 serm. 22, 38, 2 p. 507, 3 *tabularum cedrinarum* usus eligitur tectorum fastigiis -andis formandisque litterarum elementis. HEGES. 5, 22, 2 p. 353, 29 (*in imag.*) habent . . . sacerdotia . . . fasces, qui -antur non umeris sed moribus (*syn.* attolluntur. *cf.* VVLG. lev. 23, 11 *in ritu sacrificandi*: qui -bit fasciculum coram domino). HIER. epist. 1, 7, 2 super trementem cervicem micans -tus est gladius (PASS. Thom. p. 159, 2). in Is. 13, 2 p. 207^{A} signum . . . dominicae crucis (*cf.* VVLG. Is. 5, 26 *deus* -bit signum in nationibus procul. 18, 3 in montibus. *al.*). in Ier. 4, 36, 7 p. 258, 20 cedri quae -ant usque ad nubes verticem (*cf.* VVLG. Ezech. 31, 3 -tum est cacumen eius [*sc. cedri, i. Assur*]. 31, 5 -ta est altitudo eius super omnia ligna regionis. *ibid.* -ti sunt rami eius). VVLG. gen. 7, 7 *aquae diluvii* -verunt arcam in sublime a terra (num. 10, 35). exod. 7, 20 *Moyses* -ans virgam (*al.*). num. 10, 11 -ta est nubes de tabernaculo foederis. Ios. 8, 19 clipeum (Ezech. 26, 8 contra te). Iudith 14, 14 proximans ad cortinam et -ans eam (*cf.* psalm. 23, 7 [= 9] attollite portas, principes, vestras et -amini, portae aeternales [*i. fere* '*aperimini*']). *al.* RVFIN. Orig. in num. 5, 1 p. 25, 10 B. -are umeris suis omnia. SVLP. SEV. Mart. 5, 4 securi -ta. CASSIOD. var. 11, 38, 5 p. 352, 16 ubi apicibus (*sc. litterarum*) -tis fecundissima verborum . . . seges fructum mentibus . . . reddit.

Ⓘ *partes corporis*: SEN. epist. 41, 1 non sunt ad caelum -andae manus (HIL. trin. 3, 21 p. 89^{B} corpora [*v. p. 362, 6*] et manus ad caelum -remus. HEGES. 2, 3, 4 p. 136, 24. HIER. in Ier. 2, 18, 2 p. 85, 26 quod in Hebraico dicitur 'extendam manum *eqs.*' [*Ier. 6, 12*] . . . apud LXX semper '-bo' scribitur, qui uterque percutientis est habitus [*cf. p. 359, 8*]. 2, 26 p. 91, 16 VVLG. num. 20, 11. *al.* RVFIN. Orig. in exod. 11, 4 p. 255, 20 B. *ibid. l.* 21 -are manus, hoc est opera et actus [*v. p. 364, 16*] -are ad deum. *al.* AVG. gest. Pelag. 6, 16 p. 68, 19 ad deum. SVLP. SEV. Mart. 13, 8 obviam. *et passim*). APVL. met. 4, 3 lumbis -tis in altum. 4, 5 cauda et auribus cruribusque undique versum -tis. 7, 24 cervice sublimiter -ta (PELAGON. 33 *febricitans* nec -are altius cervices poterit [*Hippiatr. gr. I p. 1, 17 ἀνανεῦσαι . . μὴ δυνάμενος*]. VVLG. iud. 8, 28 ultra). TERT. cult. fem. 2, 7 p. 725 Oe. caput (ITALA Luc. 21, 28 [Tert. resurr. 22 p. 55, 21] emergetis et -bitis capita vestra [*ἐπάρατε τὰς κεφαλάς*. VVLG. levate]. HIER. adv. Pelag. 2, 17 p. 553^{B}. SIDON. carm. 9, 202 Hammon mitratum caput -ans harenis. PASS. Petr. Paul. long. 55 p. 165, 19 cum . . . -asset caput Paulus [levasset *l. v.; syn. antea* erige]. *et al.*). HIL. c. Const. 8 p. 585^{A} -ari sine laqueis corpora (*v. p. 361, 73*). SCHOL. Hor. sat. 2, 8, 25 scimus . . . decumanos quando licentur digitos -are. VEG. mulom. 1, 53, 1 a terra . . . pedes (*cf.* HIER. vir. ill. 1 p. 6, 30 in sublime pedibus -tis). AMBR. hex. 6, 9, 60 p. 251, 2 mālae aliquantulum -tae (*ex Cic. nat. deor. 2, 143* genae . . . leniter . . . eminentes). exc. Sat. 1, 52 p. 1308^{A} rarus attollere os, -are oculos (in psalm. 118 serm. 12, 41, 2 p. 275, 9 HIER. in Ier. 3, 20, 2 p. 168, 20. vita Hilar. 32 p. 46^{A} in caelum. VVLG. gen. 13, 10. *passim*. RVFIN. Adamant. 2, 11. *et saepius*). HEGES. 2, 18 p. 181, 14 -vit dexteram (RVFIN. hist. 1, 8, 14 p. 71, 6 [*vertit Ios. bell. Iud. 1, 662*] -vit in semet ipsum dexteram, *gr. ἐπῆρεν*. MACR. Sat. 1, 23, 12. *cf.* VVLG. Dan. 12, 7 dexteram et sinistram . . . in caelum). VVLG. Ezech. 10, 16 cum -rent Cherubim alas suas, ut exaltarentur de terra (10, 19 -antia. *al.*). ORIBAS. syn. 1, 3 p. 803 exerceri . . . corpus oportet, donec . . . leviter caro -etur in tumore (*La*: donec in tumorem levetur corpus. *gr. p. 6, 4 μέχρις ἂν εἰς ὄγκον αἴρηται τὸ σῶμα*). PASS. Paul. 16 p. 40, 17 bracchium in altum -ans (erigens *AS*). PASS. Petr. Paul. brev. 11 p. 232, 1 faciem . . . in caelum.

Ⓘ *de sono: intendendo, altiore reddendo*: PS. PRISC. de acc. gramm. III 519, 25 accentus . . . est certa lex et regula ad -andam et deprimendam syllabam . . . particulae orationis (520, 2 accentus . . . inventus est quod acuat sive -et syllabam, gravis . . . quod deprimat aut deponat). 521, 27 quando dico 'natu' -atur vox et est arsis intus, *opp.* deponitur, thesis (*cf.* VVLG. gen. 29, 11 *Lia* -ta voce flevit [*i.* '*elata*'. RVFIN. hist. mon. 28 p. 450^{B} -ta voce ex nomine clamat defunctum. *v. et p. 359, 16*]. 45, 2 *Ioseph* -vit vocem cum fletu. *passim*. PASS. Paul. 12 p. 36, 14 multae audientium turbae -antes vocem in planctum dixerunt *eqs.*). *edendo, proferendo* (*cf. p. 364, 47*): RVFIN. Basil. reg. 8 p. 500^{C} indecorum . . . sit crepitantem cum sonitu -are risum (*cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 6 p. 417$^{init.}$ nonne ridebit *mulier*, nonne cachinnos altius -bit. *gr. οὐκ ἀναχαγχάσει*). Orig. in Ios. 7, 2 p. 329, 8 B. isto . . . populo vocem unanimiter -ante (*cf.* VVLG. psalm. 92, 3 -verunt flumina . . ., -verunt flumina vocem suam. *ibid.* [*in similitudine*] -verunt flumina fluctus suos a vocibus aquarum).

2 *i. q. titulus, notoria criminum, libellus, codicillus, quo reorum reatus inscribebantur: technice*: SVET. Cal. 27, 1 nullius *noxii* inspecto -o. CELS. dig. 48, 3, 11, 1 remittat illum *reum* cum -o. MARCIAN. dig. 48, 3, 6 pr. non omnes ex fide bona -a scribere. 48, 3, 6, 1 qui cum -o mittantur (*cf. l. 80.* MOD. dig. 49, 16, 3 pr. desertorem . . . cum -o praeses mittet. COD. Theod. 8, 8, 9 [*a. 416*] sub -o [*cf.* 13, 5, 38 pr.; *a. 414* sub -o . . . deduceretur]. PASS. Mar. Jac. 9 p. 58, 7 -o fortissimae confessionis honoratos transmitterent . . . ad praesidem). TERT. nat. 1, 2 p. 61, 8 de nobis, quos atrocioribus . . . criminibus deputatis, breviora ac leviora -a conficitis. idol. 1 p. 30, 8 ad -i ambitionem. spect. 17 p. 19, 5 locus, stipes, -um . . . praedicatur (*cf A. v. Premerstein, PW V 2451, 54*). scorp. 15 p. 178, 6 tribunorum -a. Scap. 1. SCHOL. Cic. Bob. p. 171, 6 St. velut criminum eius (*sc. Ciceronis*) -a proscribserat Clodius. PASS. Theclae C 28 p. 77 erat . . . -um eius superscriptum: sacrilega (*cf. infra l. 56*). PASS. Mar. Iac. 9 p. 58, 13 -is suis beati martyres plures dei testes . . . adquirunt. *inde laxiore sensu (etiam extra rem iudiciariam) i. q. crimen, obiectum, exprobratio scelerum nec non de ipsis reatibus*: TERT. apol. 2, 4 ut de nostris -is loquar. 15, 2 sustinetis Iovis -a cantari (*cf.* nat. 1, 10 p. 80, 5. ARNOB. nat. 4, 36 p. 171, 3 probra numinum et maledictionis -a). 44, 2 sententiis -a dispungitis. resurr. 21 p. 54, 11 religionem publico odio et hostili -o obnoxiam. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 3 totum creatoris -um in illum rescribetur, qui . . . iuvit. PS. ORIG. tract. 19 p. 203, 10 ex protoplastorum -o et ex praevaricationis delicto. SVLP. SEV. dial. 3, 18, 2 dices illi . . . compatientis alloquio non exprobrantis -o. EVANG. de nativ. Mar. 2, 2 ne . . . opprobrii -o notaretur (*cf. ibid.* opprobrii obiectu). *accedit genet. criminis*: TERT. apol. 24, 6 videte . . ., ne et hoc ad irreligionis -um concurrat. 44, 2 quot a vobis nocentes variis criminum -is recensentur. monog. 9 p. 774[fin.] Oe. non capit -um adulterii. anim. 17 p. 325, 4 causis adscribendum *non* est fallaciae -um. ieiun. 17 p. 297, 1 gulae. scorp. 8 p. 160, 18 ex -o transgressionis (*cf.* resurr. 34 p. 73, 20. PS. ORIG. tract. 14 p. 160, 3 [*syn.* vitiis, scelerum sordibus]). resurr. 4 p. 30, 9 post totum ignobilitatis *carnis* -um. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 4 mali. 3, 13 p. 398, 21 superstitionis. coron. 5 p. 428, 10 Oe. monstri meretur notam penes omnes, penes nos vero etiam -um sacrilegii. pudic. 4 p. 225, 22 *adulterium et stuprum* unum erit contaminatae carnis -um. AVG. serm. ed. Mai 29 perpetratum nefas . . . natos tuos -o criminis implicavit. PS. PHOEBAD. fid. 1 -o Arrianae labis addicti. *metonymice*: FVLG. aet. mund. p. 133, 21 ut homo . . . ipse mortis -um fieret posteris.

3 *i. q. sententia iudicis, iudicium (una cum argumento, causa damnationis, ut nonnumquam propius accedat ad notionem sub B 2 allatam)*: SPART. Sept. Sev. 2, 6 fustibus eum sub -o eiusdem praeconis (sub eiusmodi -o *coni. Hirschfeld Mommsenium secutus*) cecidit: 'legatum . . . amplecti noli!' (*cf.* AMM. 14, 7, 2. 15, 5, 26). GALLICAN. Avid. 14, 6 multis opus esse gladiis, multis -is (*alii alia coniecerunt, sed nihil mutandum videtur*), ut in antiquum statum forma publica reddatur. ZENO 2, 21, 1 pro meritis quasi cum quibusdam -is . . . iudicium designavit (*v. adn.*). PACIAN. sim. carn. p. 113, 3 ante hausit maledictionis -um quam suspiraret iustificata suffragium. POTAM. tract. 2 p. 1415[B] cum futurae damnationis -um Israelitico populo nuntiasset. AMM. 14, 5, 5 neminem . . . poenae addictum, oblato de more -o, revocari iussit. 19, 12, 9 per . . . -um principis torqueri praeceptus. 29, 2, 7 -a *imperatoris* . . . futura pluribus luctuosa. 29, 3, 6 hoc -o perit. 30, 8, 3 ut nullum eriperet morte subscriptionis -o leni. PS. AMBR. paenit. 6 deletum est . . . condemnationis -um lacrimis confitentium (*cf.* CARM. adv. Marc. 1, 187). HIER. epist. 10, 1, 1 aeternitas . . . maledicti hominis distulerat -um. PAVL. NOL. carm. 19, 287 Felix . . . ore magister, -o martyr (*nisi pertinet ad 2; cf. l. 9*). PETR. CHRYS. serm. 121 p. 530[B] scelus . . . ante iudicium damnationis eius (*sc. divitis mortui*) -um tot saeculis fecit . . . cantari. PASS. Theclae AB 28 p. 76 causa . . . eius -i 'sacrilega' legebatur (*cf. supra l. 8*). *accedit genet. criminis*: HIER. epist. 39, 4, 5 omnes sub peccati Adam tenebantur -o.

deriv.: elogio. *Rubenbauer.*

[**eloi** *v.* elooc.]

deinde (*sc. post primum dei nomen 'hel'*) **ēloīm** (אֱלֹהִים) et **ēloē** (אֱלֹהֵי), quod et ipsum 'deus' dicitur HIER. epist. 25, 2 (*cf. ibid.* 4. 65, 13, 2).

[**eloin** (*εὐλόγει?*) graece benedic GLOSS. Werth. Gallée 339.]

eloma *v.* hel-.

ēlongātio, -ōnis *f.* *ab* elongare. *i. q. actio se removendi (transl.)*: PRAEDEST. 3, 9 p. 647[D] (*sec. psalm. 72, 27* qui se longe faciunt a te, peribunt) ostendens *psalmista* non dei exsecratione, sed de -e hominis (*sc. a deo*) homini interitum evenire.

ēlonginquo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* longinquus. *W.*] [*falso trad.*: PSALT. Cas. 72, 27 ecce at -antes (*lege* a te longin-) peribunt.] *i. q. longinquiorem reddere, removere (transl.)*: **1** *transit.*: ITALA psalm. 21, 20 (Cypr. testim. 2, 20 p. 88, 2) tu . . . domine, ne -veris (*WL*[2], elongaveris *rell., v. p. 407, 35*) auxilium tuum a me (*μὴ μακρύνῃς*, VVLG. elongaveris). ITALA psalm. 39, 12 (Aug. in psalm. 39, 20 p. 446[med.]) ne -veris misericordias tuas (*domine*) a me (*μὴ μακρύνῃς. item* PSALT. Rom. 39, 12 *cod.*, ne longe facias *Migne cum* VVLG.). PSALT. Cas. 102, 12 secundum longitudinem ab oriente ab occidente -vit a nobis impietates nostras (*ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν*, VVLG. longe fecit). 108, 18 et noluit benedictionem et -ta est ab eo (*gr. 108, 17 καὶ μακρυνθήσεται ἀπ' αὐτοῦ*, VVLG. elongabitur). **2** *intrans.*: *i. q. discedere, removeri*: AMBR. in psalm. 43, 26, 1 p. 281, 23 cum sit deus appropinquans (approprians *B*, -pians *class. β*), non -ans . . . utique qui appropiat, non re-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pellit (*cf. Ier. 23, 23 θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι ... καὶ οὐχὶ θεὸς πόρρωθεν*, VVLG. deus de longe). *v.* elongo *l. 47.*

×ēlongo, -āvī, ātum, -āre. [*ab* ex *et* longus. *W.*] *de notione:* GLOSS. II 364, 26 *μακρύνω* -o. *inde ab* ITALA. [*val.* alungà, *it.* allongare, *francog.* allonger. *M.-L.*]

I *de longitudine, i. q. longiorem reddere, extendere, protrahere sim.:* **A** *corporaliter:* GREG. TVR. Mart. 3, 15 p. 636, 14 pes eius, qui ... fuerat breviatus, -atur.

B *temporaliter:* ITALA psalm. 119, 5 (Veron.) incolatus meus -tus est (*ἐμακρύνθη*, VVLG. prolongatus). SCHOL. Hor. app. carm. 3, 3, 29 ductum *bellum*: -tum (*Γ*). GREG. TVR. Franc. 10, 27 p. 439, 2 cum ... prandium -tum fuisset spatio, ut nox mundum obrueret. vit. patr. 14, 2 p. 719, 20 nox ei -atur. NOVELL. Iust. 47, 1, 1 (*a. 537*) in quantum eos (*sc. imperii annos*) deus -verit (*μηκύνῃ*).

II *de intervallo, spatio, i. q. longinquiorem reddere, removere sim. (fere translate; proprie v. l. 27 sqq. l. 83. p. 408, 5):* **A** *de loco:* **1** *transitive (saepius* -or *mediopass., v. l. 20. 22. 24. 26. 27 sqq. 45. al.):* **a** *aliquem:* ITALA prov. 2, 16 (Vindob.) ad -andum te a via recta (*τὸ μακρόν σε ποιῆσαι* VVLG. *aliter*). ITALA Ier. 2, 5 (Gild. Brit. 47 chron. III p. 54, 11) quia -ti sunt a me (*ἀπέστησαν*, VVLG -verunt, *v. infra l. 77*). HIER. psalt. sec. Hebr. 35, 22 ne -eris a me, *domine* ([*Vulg. psalm. 34, 22* ne discedas]. VVLG. psalm. 70, 12 *v. infra l. 62*). VVLG. psalm. 87, 19 -asti a me amicum. PAVL. NOL. epist. 40, 7 p. 347, 20 quod ... -atur (-tus *FPU al.*) ab hoc saeculo fugiens (*v. infra l. 70*). APON. 4 p. 72$^{med.}$ -ari deum ab anima. GREG. TVR. Franc. 2, 30 p. 91, 26 -ti sunt *dei mei* ab auxilio meo. 3, 6 p. 114, 2 cum *Godomarus* de suis non modico spatio -tus esset (*cf.* Iul. 18 p. 572, 24 triginta leugas a sancti basilica -tus sum. *v. supra l. 16*). 4, 15 p. 152, 19 -beris a dominatione *ecclesiae.* 6, 9 p. 254, 33 ab eius ... aspectu (*v. supra l. 16*). *et al.* **b** *aliquid:* ITALA psalm. 102, 12 (Hil. in psalm. 118 gimel 1 p. 378, 2 Rufin. Orig. in exod. 4, 9 p. 183, 2 B.; *item* PSALT. Rom. 102, 12) -vit a nobis iniquitates nostras (*ἐμάκρυνεν*. VVLG. longe fecit. *cf.* ARNOB. in psalm. 102 p. 473^{A} quantum distat ortus ab occasu, tantum -at a nobis iniquitates nostras). VVLG. psalm. 21, 20 auxilium, *v. p. 406, 74.* 108, 18 *benedictionem, v. p. 406, 80.* Is. 26, 15 omnes terminos terrae. 46, 13 prope feci iustitiam meam, non -bitur et salus mea non morabitur. 59, 9 iudicium a nobis. 59, 11 *salutem.* PAVL. NOL. epist. 19, 2 p. 139, 15 si et ... *peccata* cum talibus proximis -rentur (-retur *FPU*) a nobis. PETR. CHRYS. serm. 110 p. 504^{A} vitam, quam praevaricatio prima sustulerat et -verat a nobis furiosa contentio. APON. 7 p. 121$^{med.}$ *diabolus animam* a creatore. GREG. M. dial. 4, 15 p. 345^{D} eiusdem psalmodiae sonitus et odoris suavitas -ta finiretur. in Ezech. 1, 5, 3 p. 822^{C} torporem mentis ... ab impetu spiritus. past. 3, 17 p. 78^{C} *elatio* dum supra se tenditur, ab altitudine verae celsitudinis -atur. *et al.*

2 *reflexive:* AMBR. in psalm. 43, 26 p. 281, 26 vide ne ille repellatur qui se -at (-ant *BC*) a domino (*cf. sub* elonginquo, *p. 406, 83*). in psalm. 118 serm. 15, 31, 3 p. 347, 10 discedit a domino, qui se -at ab eo. PS. AMBR. paenit. 17 p. 991^{B} quod te ab ipso -veris. VVLG. psalm. 72, 27 qui -ant se a te, peribunt (FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 19 p. 167^{B}). POLYCARP. ad Philipp. 4, 3 *viduae* -antes se ab omnibus diabolicis detractionibus (*μακρὰ οὖσας*). OP. imperf. in Matth. 49 p. 911$^{fin.}$ se a conventu et ab omni auditu scipturarum. VITAE patr. 5, 7, 24 p. 898^{C} timeo, ne efficiamur exteri ab eo (*Christo*), si nos ab hoc mysterio -verimus (*gr. deest*). FVLG. RVSP. c. Fastid. 5 p. 513^{B} quid sit se -are a deo (NICET. laps. virg. 10, 48 p. 129, 25 B. se a deo). ORIG. in Matth. 18, 98 p. 1749^{A} qui se -verat peccatis suis ab Iesu (*opp.* appropinquabat). *et al.*

3 *intransitive, i. q. discedere, se movere sim. (de fluminis separatione p. 408, 5):* ITALA psalm. 70, 12 (Veron. Aug. in psalm. 70 serm. 1, 13 p. 882$^{extr.}$ = PSALT. Rom. 70, 12) *domine,* ne -veris (-es *Aug., Psalt. Rom.*) a me (*μὴ μακρύνῃς*, VVLG. ne -eris [*v. supra l. 23*]. *inde* AVG. *ad l.*: ita fit et non -at omnino). ITALA psalm. 118, 150 (Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 34, 1 p. 439, 15) a lege .. tua -verunt (*ἐμακρύνθησαν*, VVLG. longe facti sunt). ITALA sap. 8, 2 (Praedest. 3, 17 p. 658^{D}) currebam post eam, eo magis illa -bat a me (*gr. et* VVLG. *desunt*). ITALA thren. 1, 16 (Ambr. paenit. 2, 6, 45 p. 509^{A}. in psalm. 118 serm. 16, 9, 1 p. 355, 26 *al.*) -vit a me qui me consolabatur (*ἐμακρύνθη*, VVLG. longe factus est). AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 37, 3 p. 323, 18 -vit ille fugiens terrena dedecora (VVLG. psalm. 54, 8 ecce -vi fugiens et mansi in solitudine. POMER. 1, 21, 4 p. 437^{C} volui sarcina episcopatus mei deposita -are fugiens. GREG. M. moral. 4, 60 p. 669^{C} [*v. et supra l. 25*]. *cf.* AVG. in psalm. 54, 8 p. 634$^{extr.}$ incipit desiderare pennas, -are, fugere et manere in deserto). MAXIMIN. hom. (Rev. Bénéd. 40, 1928, p. 70) 20, 14 populus gentium qui -ans a deo velut peregre profectus. HIER. in Is. 20, 1 p. 259^{B} 'Thartan' ... *sonare* 'superfluus' sive '-ans'. VVLG. Ier. 2, 5 *v. supra l. 21.* PAVL. NOL. epist. 23, 4 p. 161, 12 timens ne repudiata *benedictio* (*v. supra l. 36*) -ret (-guaret *L*, -retur *F, ed. pr.*) a me. ARNOB. ad Greg. 1 p. 385, 26 ille adproximat quem fugiebas (*sc. diabolus*), et ille quem sequebaris (*sc. Christus*) -at (16 p. 412, 13; *opp.* adpropinquet). CASSIOD. in psalm. 70, 12 p. 499^{C}. GREG. TVR. Franc. 7, 38 p. 319, 12 cumque a porta -assent. GREG. M. in evang. 36, 1 p. 1266^{C} ab esu illius dulcedinis animus. moral. 8, 34 p. 821^{C}. 24, 5 p. 289^{D} (*opp.* se mergit). THEOD. MOPS. in Eph. 4, 18 p. 171, 21 *gentes* a pietate (*τῆς εὐσεβείας μακρὰν τυγχάνοντες*). ISID. sent. 2, 14, 1 p. 617^{A} neque ... gressu pedum, sed gressu morum -amus vel propinquamus ad deum. *et al.*

nota (v. p. 407, 59): IVL. HON. cosmogr. B 45 p. 49, 14 Astroboris a Nilo -ans efficit (-atur et facit *C*) circulum immensum (*seq.* a separatione fluvii).

B *de tempore:* **1** *transit., i. q. differre, dilatare (refl. l. 11):* HIER. in Is. 14, 1 p. 216^{A} tempus ... imminere iudicii et diem consummationis Babyloniae non -ari. 20, 1 p. 259^{D} non ... parva ... supplicia, sed magnis -ta temporibus. GREG. M. in evang. 25, 2 p. 1190^{A} diu inventio se non -at, si inquisitio non desistat. moral. 8, 26 p. 816^{C} in illa (*tela*) ... cum laborantis manus figitur, adventus terminus -atur.

2 *intrans., fere i. q. morari, tardum esse:* VVLG. Sirach 35, 22 dominus non -bit, sed iudicabit iustos (*gr. 32, 22 οὐ μὴ βραδύνῃ*). FVLG. RVSP. serm. dub. 65 p. 937^{A} *mulier sanguinis fluxu affecta* dissipat facultatem et substantiam *medicis* donavit et sanitas -vit.

deriv.: elongatio.

[PASS. Matth. p. 245, 24 clamavit sanctus Matheus dicens: adonay **elooc** (*corrupt. ex hebr.* אֵלֹהִי) sabaoth morimal monit, hoc est: pater meus et deus meus *eqs.* (*gr. l. 8 ἀδωναὶ ἐλωὶ σαβαὼθ μαρμαρὶ μαρμοῦνθ*).]

elops *v.* helops.

[**ēloquācitās,** -ātis *f.* ISID. diff. 2, 148 (*cod. Bob., cf. Wien. Stud. 31, 1909, p. 320, adn. 2*) melior ... est indiscreta prudentia quam stulta -s (loquacitas *codd. rell.*).]

ēloquēns, ēloquenter *v.* eloquor *p. 422, 27. 424, 28.*

×ēloquentia, -ae *f.* [*ab* eloquens. *W.*] *de derivatione v. infra l. 63. scribitur:* ael-: MAXIMIN. c. Ambr. 82 p. 31, 31. GRAMM. suppl. 299, 10 prudentia, -a, temperantia ... per 't' litteram scribendum. *de declinatione:* CHAR. gramm. p. 33, 4 B. inter feminina semper singularia haec barba ..., haec -a *ἡ λογιότης*, elegantia *eqs.* (*sim.:* DIOM. gramm. I 327, 20 EXC. Bob. gramm. I 548, 6). GLOSS. II 362, 7 singulariter tantum declinabitur. *plur.:* CONC.^{S} I 5 p. 310, 3 *v. p. 411, 18. de notione: de diff. inter* -am *et* eloquium *v. p. 412, 19* (*v. etiam l. 77 sqq.*). GLOSS.^{L} II Abav. EL 23 -a facundia. GLOSS. *ἀστειότης. εὐγλωττία. εὐστομία. λογιότης. φράσις.* GLOSS. Vatic. Reg. 203 ed. Merchie (Musée Belge 26, 263) p. 265, 89 -a sine facecia multum ⌊raro nocet⌋ (⌊n., r.⌋ *Niedermann*) aut nusquam prodest, sapientia sine -a semper prodest et nusquam nocet. *legitur inde a* CAECIL.? *v. p. 411, 9,* TER. *v. p. 409, 74,* QVADRIG., VARRONE, RHET. Her. *singulis locis; frequentant imprimis:* CIC., QVINT. *apud poetas: dactylicis ob struct. prosod. omnino deest (v. sub* eloquium *p. 412, 30). in sen. iamb.:* AVSON. 195, 13 INSCR. christ. Diehl 102, 4. [*var. lect.* loquentia: SALL. *p. 410, 41.* VAL. MAX. 5, 3, 4 (*L*^{1}*A*^{1}). CIC. orat. 44 quae ... causa est vacua ⟨-a⟩ prudentiā (*sic J. Stroux, Sokrates 1, 1913, 251 recte, ut vid. [aliter alii locum aut temptaverunt aut explicaverunt; vix probab. Bickel, Festschr. Poland, 1932, 18 sq.]*). *dub. interpr.:* IVL. VAL. 1, 3 p. 3, 8 (*deest gr.*).]

I *i. q. vis et facultas loquendi:* **A** *sensu stricto de vi et facultate aut bene aut cum copia quadam dicendi (tam de arte oratoria quam [rarius, e. g. p. 410, 44] omnino de omni quadam facundia. saepius spectatur vis potius describendi, enarrandi sim., sc. ea -a, qua quis auctor in libro componendo utitur, v. ex. gr. p. 409, 23 sqq. 411, 1 sqq.):* **1** *loci potiores:* **a** *definitur, describitur:* CIC. inv. 1, 5 civilis quaedam ratio est, quae multis et magnis rebus constat. eius quaedam magna et ampla pars est artificiosa -a, quam rhetoricam vocant (*inde* QVINT. inst. 2, 17, 2 MAR. VICTORIN. rhet. 1, 1 p. 172, 10. *cf. ibid.* p. 172, 31 artificiosam -am facultatem oratoriam vocavit). de orat. 2, 366 *Antonius* ornamenta orationis non attigit neque eam laudem (*sc. elocutionem*), ex qua -a nomen suum invenit. part. 79 nihil est aliud -a nisi copiose loquens sapientia (*aliter l. 40. 78. p. 410, 40. cf. et p. 410, 2*). opt. gen. 4 constat ex verbis et ex sententiis off. 2, 48 cum duplex ratio sit orationis, quarum in altera sermo sit, in altera contentio ..., ea est enim quam -am dicimus. PLIN. epist. 5, 20, 5 Candidus non invenuste solet dicere aliud esse -am, aliud loquentiam. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 1 p. 156, 19 si constat -a quattuor rebus, natura, usu, exercitatione, arte *eqs.* 1, 1 p. 157, 11 maluit *Cicero* definire -am dicendo 'copiam dicendi'. 1, 1 p. 159, 30 haec definitio est -ae: -a est exercitatio dicendi. AVG. c. Cresc. 1, 1, 2 p. 326, 11 -a ... facultas dicendi est congruenter explicans quae sentimus. doctr. christ. 4, 6, 9 p. 93$^{init.}$ nec iam dicenda est -a, si personae non congruat eloquentis. MART. CAP. 5, 475 -a est bene dicendi scientia. CASSIOD. in psalm. praef. 15 p. 19^{C} -a ... est ad unamquamque rem competens et decora locutio. *diff.:* MART. CAP. 5, 508 *v.* elocutio *p. 399, 18.* ISID. diff. 2, 148 p. 93^{C} inter sapientiam et -am *eqs.* (*cf. etiam l. 40, aliter l. 64*).

b *loci aut spectantes ad doctrinam et rationem generaque dicendi (de -a ex quinque partibus orationis constante p. 409, 11; cf. p. 399, 7 sqq.) aut indicantes quomodo -a cohaereat cum certis quibusdam aliis artibus:* CIC. de orat. 1, 5. 1, 19 cum ex iis rebus universis -a constet, in quibus singulis elaborare per-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

magnum est. 1, 83 oratorem ... nisi qui sapiens esset, esse neminem, atque ipsam -am, quod ex bene dicendi scientia constaret, unam ... esse virtutem *eqs.* 1, 167 non defuit ... patronis ... -a neque dicendi ratio aut copia sed iuris civilis scientia (*cf. sim.* 1, 236. 239 *al.* top. 85 Liv. 39, 40, 5). de orat. 1, 252 in gestu qui multum oratorem adiuvat et in voce, quae una maxime -am vel commendat vel sustinet, elaborare. 2, 5 neminem -a non modo sine dicendi doctrina sed ne sine omni quidem sapientia florere ... et praestare potuisse. 2, 38 neque ... si de rusticis rebus agricola quispiam aut ... medicus de morbis aut si de pingendo pictor aliquis diserte scripserit aut dixerit, idcirco illius artis putanda est -a. 2, 79 quinque faciunt quasi membra -ae, invenire ..., inventa disponere ..., ornare verbis ..., memoriae mandare ... ac ... pronuntiare (Qvint. inst. 3, 3, 7. *v. p. 408, 81*). 3, 104 summa ... laus -ae est amplificare rem ornando (*i.* αὔξησις). 3, 136 -am quam in clamore et in verborum cursu positam putant. 3, 143 in oratore perfecto inest illorum (*philosophorum*) omnis scientia, in philosophorum cognitione non continuo inest -a. Brut. 23 dicere ... bene nemo potest, nisi qui prudenter intellegit, quare qui -ae verae dat operam dat prudentiae. 59. 253 qui ... ad te ipsum ... de ratione latine loquendi accuratissime scripserit primoque in libro dixerit verborum dilectum originem esse -ae. 309 dialectica ... quae quasi contracta et astricta -a putanda est. orat. 3 quaeris ..., quod -ae genus probem maxime (Qvint. inst. 1 prooem. 22. 10, 1, 51. 10, 1, 125 *al.* Tac. dial. 26 si omisso optimo ... genere -ae eligenda sit forma dicendi. Fronto p. 127, 5 N. summum -ae genus est de sublimibus magnifice, de tenuioribus frugaliter dicere [*paulo aliter p. 410, 26*]. *cf.* Cic. orat. 18 species. 43 excellentis -ae speciem et formam [19] adumbravimus. 61. *aliter p. 410, 42.* Qvint. inst. 12, 10, 69 plures ... -ae facies. Tac. dial. 18 non esse unum -ae vultum, sed ... plures species deprehendi. *al.*). orat. 13 -a haec forensis spreta a philosophis. *ibid.* 17. 53 *ponere* in orationis celeritate -am. 55 est ... actio quasi corporis quaedam -a, cum constet e voce atque motu (Qvint. inst. 11, 3, 1). 68 seiunctus ... orator a philosophorum -a, a sophistarum, ab historicorum, a poetarum. *al.* top. 82 possitne -a commutatione aliqua converti in infantiam *quaeritur.* off. 1, 156 *v. sub* eloquor *p. 420, 74.* Sen. contr. 10 praef. 14 partem esse -ae putabat *Silo* -am abscondere. Val. Max. 8, 10 pr. Sen. epist. 117, 17 *v. p. 420, 61.* Qvint. inst. 1, 10, 11 sine omnium talium scientia (*sc. musices sim.*) non potest esse perfecta -a. 1, 2, 30 maxima ... pars -ae constat animo. 2, 3, 8 prima est -ae virtus perspicuitas. 2, 14, 2 *v. p. 404, 43.* 2, 16, 2 -am esse, quae poenis eripiat scelestos *eqs.* (*antea* rhetorice). 8, 3, 71 omnis -a circa opera vitae est.

c *cum respectu aliarum eiusdem significationis vocum:* Cic. inv. 1, 1 copia dicendi ac summum -ae studium; *seq.* disertissimos homines. Sest. 107 oratio. Cael. 46 prov. 45 de orat. 1, 38. Brut. 97 L. Cassius multum potuit non -a, sed dicendo tamen. orat. 142 si vitiosum est dicere ornate, pellatur omnino e civitate -a. Tusc. 1, 7. 2, 3. Nep. Epam. 5, 1 fuit ... disertus, ut nemo ei Thebanus par esset -a. Liv. 10, 19, 6 Volumnius ... ne infacundus ... adversus eximiam -am collegae visus esset. Val. Max. 2, 6, 8. Sen. nat. 2, 56, 1 Caecinam ... facundum virum qui habuisset aliquando in -a nomen, nisi *eqs.* Colvm. 1 praef. 30 nec parens -ae, deus ille Maeonius, vastissimis fluminibus facundiae suae posteritatis studia restinxerat. Qvint. inst. 1 prooem. 23 alere facundiam, vires augere -ae. 1, 2, 31 non esset in rebus humanis -a, si tantum cum singulis loqueremur. Tac. dial. 2. Agr. 21 ut qui modo linguam ... abnuebant -am concupiscerent. ann. 13, 3 Neronem alienae facundiae eguisse. nam dictator Caesar summis oratoribus aemulus et Augusto prompta ac profluens ... -a fuit. Avr. Fronto p. 27, 11 N. facundia. p. 115, 8. p. 143, 20 si eligendum sit longe longeque -am infantiae praeferas. Firm. math. 6, 26, 4 p. 130, 21 sermo magnifico -ae splendore decoratur. Pallad. 1, 1, 1. Amm. 30, 4, 10 -am inanis imitatur fluentia loquendi. Pelag. in I Cor. 2, 1 p. 137, 2 S. nolui pomposum -ae iactare sermonem in praedicatione divina. Cod. Theod. 14, 9, 3 (= Cod. Iust. 11, 19, 1, 2; *a. 425*) quos Romanae -ae doctrina commendat. *ibid.* qui facundia Graecitatis pollere noscuntur. Compvt. cod. Col. prol. 9 p. 233 ne exigas a me diserti sermonis -am, sed *eqs.* Mvtian. Chrysost. hom. 30, 3 p. 429$^{med.}$ non opus est sermone neque -a (*gr. p. 211* οὐ *χρεῖα λόγου οὐδὲ εὐγλωττίας*). Isid. sent. 3, 56, 2 antiqui forensem -am caninam facundiam nuncupabant. *et al.*

2 *generalia quaedam (usitatiora exempla attulimus, quatenus ad illustrandum vocabulum satis esse nobis visa sint. de ipsius libri -a: p. 410, 68; de urbe Athenarum p. 410, 59*): Caecil. com. 248 *v. p. 408, 41. 411, 9.* Ter. Phorm. 629 sudabis satis, si cum illo inceptas homine. ea -a est (*sim. c. abl. qual.*: Cic. p. red. ad Quir. 5 neminem umquam tanta -a fuisse [de orat. 1, 171. 2, 55]. Balb. 49 L. Crassum ... hominem incredibili -a [*cf.* Planc. 52 L. Philippus summa nobilitate et -a. epist. 10, 3, 3 consul es, *Plance*, designatus optima aetate, summa -a. Tac. ann. 6, 48 Balbus truci -a habebatur. 16, 22 Eprium acri -a. Fronto p. 58, 18 N. egregio ingenio eximiaque -a virum. Capitol. Pert. 12, 1 -a mediocri. *et al.*]. Cic. har. resp. 41 qua gravitate vir, qua -a, qua dignitate. *talia passim*). Varro Men. 336 nec loquaces ... convivas nec mutos legere oportet, quia -a in foro et apud subsellia, silentium vero non in convivio sed in cubiculo esse debet. Rhet. Her. 3, 6, 11 ipsa facta omnium laudatorum -am anteire. Cic. inv. 1, 1 ut existimem sapientiam sine -a parum prodesse civitatibus, -am vero sine sapientia nimium obesse plerumque (*cf.* inv. 1, 4 qui omisso studio sapientiae nihil sibi praeter -am comparasset. *similia saepe. v. etiam p. 408, 64*). *ibid.* qui ... ita sese armat -a, ut *eqs. ibid.* cum animi ratione tum ... -a. 1, 2. 1, 3 sic et nata et progressa longius -a videtur (*cf. similem personationem*: Brut. 39 [283]. 51 e Piraeo -a evecta. *et al.*). inv. 1, 3 qui ... fieri potuit, nisi homines ea quae ratione invenissent -a persuadere potuissent. 1, 4. 1, 5 nihilo minus -ae studendum est ([de orat. 2, 55]. de orat. 1, 13 -ae studia [Brut. 26 orat. 6 Colvm. 1 praef. 30. Tac. Agr. 4 *pater Agricolae* studio -ae sapientiaeque notus. Fronto p. 141, 20 N. *al.*]. Qvint. inst. 5, 10, 122 illud ... studiosi -ae cogitent [decl. 333 p. 312, 5 Fronto p. 97, 12 N. Corp. VI 2188 Q. Caecilio Feroci kalatori sacerdotii Titialium Flavialium studioso -ae]. *et al.*). inv. 1, 5. 1, 6 Quinct. 1. 80. S. Rosc. 34 oratoris (Verr. II 1, 29. orat. 24 oratorum. Qvint. inst. 8 prooem. 14. Tac. dial. 32 antiquorum. *al.*). div. in Caec. 36 Verr. I 9. 15. II 2, 156 propter -am legatus ... a ... civibus electus. II 5, 159 neque cuiusquam ad inflammandos vestros animos -a requiratur (*cf.* Cluent. 58. orat. 97 -ae est tractare animos. Qvint. inst. 4, 5, 6 non ... solum oratoris est docere, sed plus -a circa movendum valet. *al.*). Cluent. 65. 141 qua -a ..., quo lepore et quibus facetiis praeditum. leg. agr. 2, 13 inveniri nemo potuit qui intellegere posset quid diceret — hoc ille utrum insidiarum causa fecerit an hoc genere -ae delectetur nescio (*v. etiam p. 409, 23 sqq.*). Mur. 58 erat in ⟨eo⟩ (*sc. Scipione*) summa -a *eqs.* p. red. in sen. 15. de orat. 1, 13 Graeciam quae semper -ae princeps esse voluit (3, 63 Vell. 2, 22, 3 Flor. epit. 3, 14, 1. Fronto p. 52, 16 N. p. ille sapientiae ... atque -ae Socrates. *al.* [*v. l. 81*]. *cf.* Nep. Att. 5, 4 *Hortensius* iis temporibus principatum -ae tenebat. Sen. contr. 7, 4 [19], 6). de orat. 1, 16 amplissimis -ae propositis praemiis ([Brut. 182]. Brut. 56 Tac. dial. 36 *al.*). de orat. 1, 39 sine ulla -ae laude (1, 106. 1, 146 *al.* Brut. 58 *al.* Val. Max. 8, 12 ext. 2 Tac. dial. 1 *al.*). de orat. 2, 7 quae a summis oratoribus de -a divinitus ... dicta. 2, 10 pater ... -ae *Isocrates* (*cf.* Qvint. inst. 12, 11, 5 quasi -ae *parens. v. p. 409, 52*). 2, 337 vis ... -ae (3, 76 orat. 125 opt. gen. 10 Sen. contr. 7, 2 [17], 7 Plin. nat. praef. 5. Qvint. inst. 5, 1, 2 summis -ae viribus. *al.* Lact. opif. 20, 3 *al.*). de orat. 3, 72 philosophi -am despexerunt, oratores sapientiam (Sall. Catil. 5, 4 satis -ae [loq- *codd. interpol. cf.* Gell. 1, 15, 18] sapientiae parum. *sim. al.* [*aliter p. 408, 64*]). Brut. 322 fons perfectae -ae (orat. 9 perfectae -ae speciem animo videmus. *v. p. 409, 27*). Att. 13, 42, 1 hoc loco ego sumpsi quiddam de tua -a, nam tacui. *al.* Sall. Catil. 54, 1. Nep. frg. hist. 18 *Cicero* fuit unus qui potuerit et ... debuerit historiam digna voce pronuntiare, quippe qui oratoriam -am rudem a maioribus acceptam perpoliverit (Tac. dial. 5. 6. 8). Liv. 10, 22, 7 callidos ... iuris atque -ae consultos. Sen. contr. 1 praef. 11 omnes ... magni in -a nominis excepto Cicerone videor audisse (*cf. etiam p. 409, 51 sq.*). 2, 1, 25 (= contr. exc. 2, 1) Gallus Vibius fuit tam magnae ... -ae quam *eqs.* (*item c. gen. qual.*: suas. 2, 11 Attalus Stoicus ... magnae vir -ae [Val. Max. 9, 2, 2 Crasso summae dignitatis atque -ae viro. Fronto p. 184, 3 N. eximiae -ae. *et al.*]. Spart. Hel. 5, 2 oris venerandi, -ae celsioris. Capitol. Pius 2, 1 ingenio singulari, -ae nitidae. Rvfin. Orig. in exod. 3, 1 p. 161, 22 B. *Moyses* erat ... et sonorae vocis et -ae incomparabilis. *et al. cf. etiam l. 49*). contr. 9, 3 (26), 13 ut numquam Graece declamaret, illos semper admiraretur qui non [fuerunt] contenti unius linguae -a, cum Latine declamaverant *eqs.* suas. 2, 5 Athenae -a inclitae sunt, Thebae sacris, Sparta armis. 7, 8 -ae pretium (*al.*). *al.* Vell. 1, 17, 3 oratio ac vis forensis perfectumque prosae -ae decus (*al.*). Val. Max. 2, 2, 3 *Molo rhetor* summam vim Romanae -ae (*i. Ciceronem*) adiuverat (5, 3, 4. 5, 9, 2 *Hortensius* ornamentum Romanae -ae fuit. Sen. epist. 19, 9. 40, 11. Qvint. inst. 8, 6, 30 'Romanae -ae principem' pro 'Cicerone' posuisse oratores [Firm. math. 2 praef. 2 p. 40, 15]. Avr. Fronto p. 28, 27 N. vale decus -ae Romanae [*v. supra l. 62*]. Cod. Theod. 14, 9, 3 *v. p. 409, 64.* Cassiod. var. 9, 21, 1 doctores). 8, 10 ext. 1 admirantibus cunctis utriusque voluminis (*sc. Demosthenis, Aeschinis*) -am (*v. p. 409, 73*). *al.* Cels. 1 prooem. 39 morbos ... non -a sed remediis curari. Sen. dial. 9, 1, 3 dignitatem ... et -ae famam (*al.*). Petron. 3, 4 -ae magister (Qvint. inst. 2, 5, 5. 5, 11, 17 Fronto p. 136, 12 N. Inscr. christ. Diehl 102, 4. *cf.* Qvint. inst. 2, 1, 1 praeceptoribus [2, 8, 4]. Qvint. inst. 8, 3, 13 institor ... -ae [11, 1, 50]. *cf. l. 67. 83. p. 411, 18*). Petron. 59, 1 Trimalchio delectatus colliberti -a. Qvint. inst. 1, 6, 2 summorum in -a virorum (6, 3, 3 *al.*). 2, 11, 1 nihil egere huiusmodi praeceptis -am putent (*cf.* Tac. ann. 13, 2 praeceptis -ae. Svet. gramm. et rhet. 7 p. 105, 22 *al.*). 2, 17, 8 certamina ... proposita -ae inter iuvenes. 5, 12, 21. 6 prooem. 2 eum ... librum quem de causis corruptae -ae emisi (8, 6, 76). 6, 3, 1 duo maximi oratores (*Dem. et Cic.*), alter Graecae, alter Latinae -ae princeps docent (10, 1, 105 oratores ... vel praecipue Latinam -am parem facere Graecae possunt. Svet. gramm. et rhet. 29 p. 124, 18 Sex. Clodius ... Latinae ... Graecaeque -ae professor. *cf.* Gell. 13, 25, 12 Latinae. Apvl. apol. 25 Graecam). Qvint. inst. 12, 11, 28 Ci-

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cerone arcem tenente -ae. TAC. ann. 2, 83 auctores -ae (VOPISC. Aurelian. 2, 2 quos [*sc. Liv., Sall., Tac.*] historicae -ae miramur auctores). dial. 1 nostrorum temporum -am (22 suorum temporum. 25 illorum. *al. cf.* PLIN. epist. 1, 5, 11 saeculi nostri. 1, 5, 12). FRONTO p. 188, 22 N. nec -a sola, sed etiam vultu eius et gestu laetatus es. *al.* DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532; *a. 138/161*) I 8 ut qui a pri⟨m⟩a . . . aetate id ege⟨r⟩it, uti in ad⟨iuva⟩nda patria sua et dignitate et el⟨o⟩quentia cres⟨ce⟩ret. APVL. apol. 5 si verum est, quod Statium Caecilium in suis poematibus scripsisse dicunt, innocentiam -am esse (com. 248; *cf. p. 408, 41. 409, 74*), ego . . . profiteor . . . me nemini omnium de -a concessurum. flor. p. 97 rhetoris. HIER. epist. 65, 9, 3 apostolus sciens praedicationem suam non in -a saeculari, sed in virtute dei . . . mundi superasse doctrinas (PETR. CHRYS. serm. 5 p. 198^{B}). AVG. civ. 22, 8 p. 580, 28 D. in opere divino quandam dei -am non audire. CONC.^{S} I 5 p. 250, 18 videtur *Theodoritus* . . . ex multa nimis -a atque doctrina melum non ignorare Discordiae (*gr. I 1, 6 p. 111, 14 ἐκ πολλῆς ἄγαν ἑλλογιμότητος καὶ φιλομαθείας*). I 6 p. 310, 3 Esaias in Christo doctorum -as (*v. p. 408, 35*) praedicans dicit (*gr. I 1, 4 p. 14, 26 εὐστομίας*). CASSIOD. inst. div. 1 p. 1110^{C} Ambrosius . . . sex libros -ae suae more confecit. *et al.*

iuncturae selectae: 1 -ā *insignitum, potentem sim. esse* (*in* -a *infra l. 43*): SEN. suas. 7, 10 ut insolentis Graeciae studia tanto antecederet *populus R.*, quanto fortuna. CIC. or. frg. VII 22 S. (= 21 M.) qui -a ceteris antecellit. TAC. hist. 4, 7 esse illi pecuniam et -am, quis multos anteiret. CIC. de orat. 3, 138 *Pericles* doctrina, consilio, -a excellens (ad Brut. 1, 15 [= 9, 24], 1 -a qua mirabiliter excellit *Messalla*). SVLP. SEV. dial. 1, 27, 5 quia (qui *V*) exuberas -a. CIC. de orat. 3, 137 ita -a floruit *Pisistratus*, ut *eqs.* (*v. p. 409, 8*). SEN. benef. 3, 32, 2 si quis in tantum processit, ut . . . -a per gentes notesceret. QVADRIG. hist. 8 p. 206, 12 forma, factis, -a, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecellebat. VOPISC. Car. 11, 1 -a . . . praepollens adeo, ut puer publice declamaverit. CIC. de orat. 3, 140 -a praestitisse (Brut. 28. 82 *bis.* NEP. Epam. 6, 1. LIV. 10, 15, 12 Ap. Claudium collegam -a civilibusque artibus . . . praestantem. 41, 25, 6. QVINT. inst. 2, 3, 5 ceteris. *et al. v. etiam p. 409, 8*). CIC. fin. 4, 61 -ae . . . qua te audimus valere plurimum (NEP. Dion 3, 3 Plato . . . tantum apud Dionysium auctoritate potuit valuitque -a, ut *eqs.* VAL. MAX. 8, 9 ext. 3). CIC. de orat. 1, 62 -a vincebat ceteros medicos *Asclepiades* (HIER. epist. 50, 2, 1 -a Tullium, argumentis Aristotelen, prudentia Platonem). VAL. MAX. 3, 7, 6 *Crassus* apud maiores -a clarissimus (TAC. hist. 4, 43 CAPITOL. Max. Balb. 7, 5). QVINT. inst. 4 prooem. 3 ut in omnibus, ita in -a quoque eminentissimum. CIC. Quinct. 72 L. Philippus, -a, gravitate, honore florentissimus civitatis. inclitus: *v. p. 410, 59.* VIR. ill. 66, 1 genere et -a magnus. praeditus: *v. p. 410, 24. al.* praestans: VELL. 2, 6, 1. *al.* AVR. VICT. Caes. 44, 6 -a primus.

2 *adduntur epitheta*: **a** *qualitatis, generis*: absoluta: CIC. orat. 17. acris: *p. 409, 80.* artificiosa: *p. 408, 59.* CLAVD. DON. Aen. 11, 34 p. 464, 16. astricta: *p. 409, 22.* contracta: *p. 409, 22.* divina (*aliter p. 412, 1*): SEN. suas. 6, 19. forensis: SEN. epist. 14, 11. *p. 409, 31.* historica: *supra l. 2.* immoderata: SALL. (?) in Tull. 2. incorrupta: TAC. dial. 34 ann. 13, 42. incredibilis: *p. 409, 77.* mediocris: CIC. de orat. 1, 133. *p. 409, 81.* oratoria: *p. 410, 46.* perfecta: QVINT. inst. 6, 3, 104 *al. p. 409, 39. 410, 42. 43.* prosa: *p. 410, 61.* pulchra: QVINT. inst. 1, 12, 16 (*cf.* 12, 1, 32). saecularis: *supra l. 13.* vera: CIC. orat. 17 TAC. dial. 34 *al.* verbosa: PELAG. in I Cor. argum. p. 127, 3 S. **b** *certos sive homines sive populos indicantia*: Antoniana: VAL. MAX. 8, 9, 2. Christiana: TERT. adv. Val. 5 p. 182, 14. Gallicana: VEN. FORT. vita Marcell. 2, 8. Graeca (*aliter p. 412, 2*): *p. 410, 80.* Hortensiana: VAL. MAX. 8, 3, 3. Latina (*aliter l. 78*): *p. 409, 80.* Plautina: HIER. epist. 57, 12, 3. Romana: *p. 410, 62.* Tulliana: HIER. epist. 58, 10, 2.

B *sensu latiore: de facultate quasi corporea qua loquimur*: VICTORIN. PETAV. fabr. mund. 9 p. 9, 1 cum aegros curat et clodos reformat, caecos ⟨illuminat, surdos auditione et mutos⟩ -a instituit *Christus*. AVG. serm. 188, 2, 2 p. 1004$^{med.}$ in praesepe muta vagiret infantia verbum sine quo muta est humana -a.

II *spectat ad elocutionem, sermonem, linguam*: DIOM. gramm. I 382, 16 'attingo, attingis' omnium eruditorum consensu dicimus. verum reperimus apud nonnullos auctores quibus -ae et elegantiae tributa est opinio sine 'n' littera dictum, quasi 'attigo, attigis'. PRISC. gramm. III 443, 3 omnia nomina, quibus Latina utitur -a, quinque declinationibus flectuntur (AVG. in psalm. 87, 7 p. 113$^{init.}$ cum magni auctores Latinae -ae de philosophorum Graecorum libris etiam hoc [*sc. θυμός*] 'irae' nomine verterint in Latinum. CONC.^{S} I 3 p. 93, 27 quod agere curavimus, ut Latina -a [*T*, locutio *CS*] Graece transferatur [*gr. I 1, 3 p. 59, 30 ὁμιλία*]. *aliter supra l. 62*). CLAVD. DON. Aen. 3, 60 p. 272, 29 simplex . . . fuerat dicere 'dare navis ventis', sed ut novitatem induceret -ae, ait 'dare classibus austris' (*antea* 'locutio . . . splendida'). 6, 855 p. 615, 4 variando . . . numeros . . . meliore -a . . . dixit. CASSIOD. in psalm. 15, 7 p. 114^{C} verbum *cadendi* adversis solet casibus applicari, sed hoc -a divina (*aliter p. 411, 51*) et in bonis utitur. c. Ap. 1, 50 aliquibus cooperantibus mihi propter -am Graecam (*χρησάμενός τισι πρὸς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν συνεργοῖς. aliter p. 411, 61*). 2, 27 Sabbatum enim secundum -am Iudaeorum ab omni opere requies est (*κατὰ τὴν Ἰουδαίων διάλεκτον*).

ēloquentiola, -ae *f.* *ab* eloquentia *deminutive.* VIRG. gramm. epist. praef. p. 106, 6 aquae rivulus, id est philosophiae, id est -a quae *eqs.*

***ēloquium**, -ī *n.* [*ab* eloqui. *W.*] *de derivatione*: [VARRO ling. 6, 57 hinc (*sc.* '*a loquendo*') dicuntur -um (eloqui[um] *vulg. ante G.-Sch.; fort. recte, v. p. 424, 50*) ac reloqui (reliqui *trad.*) in fanis Sabinis, e cella dei qui eloquuntur ([quid el- *al.*]. -um *si sanum, de eadem fere notione cogitandum sit qua* TERT. apol. *p. 415, 59 usus est* [*v. etiam l. 29. p. 418, 55*])]. GRAMM. suppl. 74, 4 (*subst. a verbis derivata*) in ium, ut . . . mercor commercium, obsequor obsequium, eloquor -um. *scribitur* ael-: INSCR. christ. Diehl 1046, 13. *gen.* eloqui: VAL. MAX. 8, 9 ext. 2. *plur. inde a* TERT. *de significatu: de differentia inter vocum q. s.* eloquentia *et* -um *intercedente*: DIFF. ed. Beck p. 54, 4 eloquentia et artis et prudentiae est vel est loquendi electa facilitas; -um vero custodii etiam artis. DIFF. gramm. VII 529, 12 eloquentia perfecta vis orationis, -um ars supposita commode eloquendi. HIER. epist. 106, 82 *λαλιὰν* vel *λόγον*, id est '-um' et 'verbum'. in Am. 2, 4 p. 1033^{D} (*ad Am. 4, 12*) *τὴν ὁμιλίαν . . . τὸ φώνημα . . . τὸν λόγον . . . τὴν ἀδολεσχίαν . . .*, quae omnia interpretantur, quod sit '-um' eius (*v. p. 415, 38*). *ibid.* p. 1034^{A}. GLOSS. *ἐκλάλησις, εὐγλωττία, λόγιον.* GLOSS.^{L} I Ansil. EL 183. 187 *v. s.* elogium, *p. 404, 67. 69.* NOT. Tir. 26, 16. *legitur inde a* VERG., HOR., PROP. *singulis locis* (*vix a* VARRONE, *v. supra l. 10 sqq.*); OV. *decies* (*fictum putes a dactylicis poetis ex analogia vocabulorum q. s.* al-, colloquium, *ut* 'eloquentiae' [*v. p. 408, 43 sqq.*] *seu* 'elocutionis' [*sic* HOR. *p. 414, 16*] *voces metro haud aptas vitare possent. cf. Wölfflin, Archiv 11, 1900, 508 sq.; Bednara, Archiv 14, 1906, 592*); *a poetis sumpserunt* VELL., VAL. MAX., SEN. *al. crebrescit apud* ECCL. (*maxime sub II, p. 415, 20 sqq.*), *quos ut frequentarent, vertendae quaedam voces gr. (imprimis λόγιον, v. p. 415, 49) videntur adduxisse* (*cf. etiam s.* elogium, *p. 404, 80*). [*confunditur c.* elogium: PS. AVR. VICT. epit. 4, 8 (*C, falso*). HIER. epist. 130, 17, 2 (*A*, elogium *recte rell.*). COD. Theod. 16, 8, 28 *v. s.* elogium *p. 405, 64. falso trad. pro* col-: PANEG. 2 (10), 9, 1 *M (corr. ς propter clausulam). var. lect.*: CYPR. ad Donat. 1 p. 3, 10 -um *PBM* (loqui *WV*). *dub.*: ACT. Petr. 17 p. 64, 11 qui te blandi -o, sermone . . . seducebat (blandiloquo s. *suspic. Bonnet; an* blandiloquio *?*).]

I ***active***: **A** *de facultate loquendi*: **1** *sensu strictiore de vi atque ingenio aut recte ornateque aut uberius, cum copia sim. dicendi: i. q. facundia, eloquentia sim.* (*maxime de arte dicendi et vi oratoria; minus artificiose de facultate verba aut apta aut multa facile proferendi: ex. gr. infra l. 53. 55. 65. 68. cum nota vitii de verbositate ad quaelibet licenter contorquenda adhibita: p. 413, 55 sqq.*): **a** *proprie: cf.* SCHOL. Cic. Gron. D p. 302, 12 St. duo . . . quaeruntur in oratore, auctoritas et -um: auctoritas ex nobilitate, -um ex doctrina. VERG. Aen. 11, 383 proinde tona -o (solitum tibi) meque timoris argue tu, Drance (*v. 378* copia fandi). PROP. 3, 22, 41 hic tibi ad -um cives, hic ampla nepotum spes *eqs.* OV. am. 1, 8, 20 nec tamen -o lingua (*lenae*) nocente caret. ars 1, 462 quam populus iudexque . . . et senatus, tam dabit -o victa puella manus (*cf.* fast. 4, 111 -umque fuit duram exorare puellam proque sua causa quisque disertus erat). Pont. 2, 2, 51 nunc tibi (*Messalline*) . . . -i nitor ille domesticus adsit, quo poteras trepidis utilis esse reis (*cf.* SYMM. epist. 1, 89, 1 non incognito . . . nobis -i splendore nituisti [INSCR. christ. Diehl 1090, 4 nitens -o]). 2, 5, 40 nec lateant artes -umque tuum (*cf.* trist. 1, 9, 46 sive per ingenuas aliquis caput extulit artes, quaelibet -o fit bona causa tuo). 2, 5, 56 atque 'haec est' dicas 'facundia principe digna': -o tantum nobilitatis inest. met. 13, 63 -o fidum quoque Nestora vincat (*cf.* APVL. Socr. 17 p. 158 Pylius orator -o comis. AVSON. 225, 2 Nestor consilio clarus et -o. 419, 19. *et al.*). met. 13, 322 Telamonius . . . -o . . . virum . . . furentem molliet. trist. 4, 10, 17 frater ad -um . . . tendebat . . ., fortia verbosi natus ad arma fori. VELL. 2, 68, 1 M. Caelius, vir -o animoque Curioni simillimus (*cf.* TERT. adv. Val. 4 p. 180, 26 speraverat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et -o [PS. AVR. VICT. epit. 2, 4 *Tiberius* -o clarior, sed ingenio pessimo. AVG. c. Parm. 1, 1, 1 p. 19, 9 VEN. FORT. vita Albin. 3, 6 p. 28, 26]). VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 singularem -i suavitatem ore eius (*Platonis*) emanaturam dixerunt ([PLIN. nat. 11, 55 suavitatem . . . praedulcis -i]. *sim.*: TERT. anim. 6 p. 307, 4 nemo . . . cunctanti de exitu animae mulsam [mulsiam *B*] aquam de -o Platonis infudit aut micas de minutiloquio [*cf. similem lusum p. 413, 39. 415, 76*] Aristotelis infersit. FVLG. myth. praef. p. 15, 5 auratum. *et al.*). 6, 9 ext. 1. 8, 9 ext. 2 aestimatio -i aut morum augurium. SEN. dial. 5, 2, 4 modo -o favorabili habitus in multo honore iram suae contionis excepit. LVCAN. 7, 63 Romani maximus auctor Tullius -i (PRVD. c. Symm. 1, 633 [*de Symmacho*] Romani decus -i [*opp. 648* indocilis fandi . . . linguae]. ENNOD. epist. 1, 6, 3

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 14, 8 CASSIOD. var. 8, 12, 17. INSCR. christ. Diehl 1595, 2 s⟨ed hic⟩ omnia dixit Romano -i(o) mystica[s] sensa tonans. *et al.* [*cf. p. 414, 7*]). LAVS Pis. 98. SIL. 3, 619 *Domitianus* Romuleos superabit voce nepotes, quis erit -o partum decus (*cf.* 8, 411 *Cicero* implebit terras voce ... bella fulmine compescet linguae nec ... relinquet par decus -o cuiquam sperare nepotum). STAT. silv. 1, 4, 35 (*syn.* fandi ... *opes*). 1, 4, 72. 4, 4, 65 potentis -i virtus (*opp.* membra accommoda bellis). 4, 5, 50 venale. IVV. 7, 139 fidimus -o? (*sic* P^1A^1G, *Prisc. gramm. III 329, 24*; ut redeant veteres P^2A^2). 10, 114. 118 MIN. FEL. 26, 11. TERT. nat. 1, 4 p. 63, 26 omnem -i amaritudinem *elatrare*. 2, 4 p. 102, 4. praescr. 20, 4 *al.* PORPH. Hor. sat. 1, 7, 26 p. 271, 6 tanto impetu ... -um ore effundebat (*cf.* HIER. epist. 22, 22, 3 in quibus *opusculis* tanto se fudit [effudit *var. lect.*] -o *Ambrosius*, ut *eqs.* [*vix ad II A, p. 415, 21 sqq. pertinet*]). PANEG. 4 (9), 17, 4 quem (*Glaucum*) videmus non civitate Atticum, sed -o (*cf.* AVSON. 319, 10 sermone impromptus Latio: verum Attica lingua suffecit culti vocibus -i). VOPISC. Car. 21, 2 si quis eloquens vellet facta principum reserare, materiam non requireret habiturus meos libellos ministros -i. SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 1 gratulor non magis ostreis ... abdomen quam pectus tibi -o esse satiatum (*cf.* SYMM. epist. 1, 33 pastu [-us *V*] -i tui). SYMM. epist. 1, 3, 2 unus ... monetam Latiaris -i Tulliana incude finxisti (SIDON. epist. 2, 9, 4 coturno Latiaris -i [*anteced.*: stilus]. ENNOD. opusc. 6, 18 p. 408, 16 Avienum, ... Latiaris flumen -i. INSCR. christ. Diehl 207, 3 in -o L. excellens). PRVD. c. Symm. 2 praef. 58 *Symmachus* quo nunc nemo disertior, ... intonat ventisque -i tumet (*cf. 63* facundi oris). *al.* CLAVD. 17, 36 *al.* PAVL. NOL. epist. 33, 1 p. 301, 14 *deus* odorem gratiae in te suae per -um (*O*, -a *rell.*) litterarum tuarum manifestavit mihi (*i. fere* 'eloquentiam, *qua epistola tua splendet*'. *cf. similem de arte epistolandi usum*: ALC. AVIT. epist. 56 p. 85, 17 percurrentis paginae -o [elocutione *S*] pandendo [*om. S*]. ENNOD. epist. 9, 23, 6 p. 245, 28 taceo consideratione paginalis -i communionis [*vix de* 'stilo' *accipiendum; cf. p. 414, 13*]). AVG. civ. 10, 1 p. 402, 27 D. sicut ait quidam Latini -i magnus auctor ([*sc. Verg. Aen. 1, 12*]. SIDON. carm. 23, 145 quid vos -i canam Latini [*sc. homines*], Arpinas, Patavine, Mantuane. CARM. epigr. 1251 praescr. d(is) m(anibus) M. Romani Iovini rhetoris -i Latini [*an ad p. 417, 66?*]. *al.*). c. Iul. op. imperf. 6, 15 p. 1533$^{extr.}$ hoc est .. quod non -o, sed multiloquio (*i.* 'non *eloquendi arte, sed verbositate*') prosecutus es (*nota verborum lusum; v. p. 412, 78*). *al.* MACR. Sat. 3, 20, 8. MART. CAP. 5, 428 tam facundae (βB, fecundae R^1) ubertatis -um (*sc. Rhetoricae*). OROS. hist. 2, 15, 7 *al.* SIDON. epist. 4, 3, 2. ENNOD. epist. 1, 1, 1 p. 1, 7 pelagus ... -i (*cf. quae anteced.*). *al.* FVLG. RVSP. epist. 5, 1 p. 344^{C}. serm. dub. 52 p. 919^{C} suavissimo -o praedicationis. *al.* CASSIOD. hist. 5, 44 p. 1024^{A} *Apollinaris filius* fretus -i tumore sophistici. VEN. FORT. carm. 3, 15, 15 facundo -o caelestia dogmata fundis. *al.* CARM. epigr. 438, 5 natus at (*sic*) -um. INSCR. christ. Diehl 103, 12 te fora ... te magnum curia quaerit, privatam -o se dolet esse tuo. 728, 2 Heraclius ... -o primus, nulli probitate secundus. 1046, 13 *Ennodius* pollens -o (*v. p. 412, 16*), doctrinae nobilis arte. INSCR. christ. Le Blant I 425, 25 (*s. VI*) *Namatius* nobilis -o et stemmate nobilis alto. *et saepe al.* *huc fort. referendum*: SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 7 vs. 3 virtutem, Verine, tuam plus mirer in armis ... an magis -um, morum vitaeque leporem? (*vix coniung.* -um morum, *quod singulariter esset transl. [fere i. q.* 'elegantia', 'cultus'*?]; v. infra l. 64*). *nota sensu peiorativo* (*v. p. 412, 49*): TERT. anim. 2 p. 300, 28 -i quidvis struere atque destruere eruditi magisque dicendo persuadentis quam docendo. apol. 48, 1 si qui philosophus ... in eam opinionem omnia argumenta -i sui virtute distorserit.

b *plur.* -a *metonymice de exercitationibus, quibus eloquentia comparatur*: SIDON. epist. 1, 4, 3 adulescentum declamatiunculas pannis textilibus comparantes intellegebant -a iuvenum laboriosius brevia produci quam porrecta succidi.

[**c** *translate? v. l. 54.*]

2 *sensu latiore de ea facultate, qua quis omnino fari et verba voce sua conformare potest, i. q. loquella*: MELA 3, 91 sunt ... muti populi et quibus pro -o nutus est. TERT. pall. 6 p. 954 Oe. sermone ... me suasisti ... verum etsi -um quiescat aut infantia subductum aut verecundia retentum (*seq.* elingua). ITALA Marc. 7, 37 (cod. b) surdis praestat auditum et mutis -um ([*ποιεῖ ... ἀλάλους λαλεῖν*, VVLG. fecit ... mutos loqui]. PS. CYPR. orat. 1 p. 145, 20 caecos inluminasti, surdis auditum, mutis -um, claudis gressum ... dedisti [LACT. epit. 40 (45), 2 p. 716, 22]. LACT. inst. 4, 15, 8 p. 330, 18 mutorum linguas in -um sermonemque solvebat *Christus* [4, 26, 7 p. 378, 10 *al.*]. GREG. TVR. glor. mart. 5 p. 492, 12 vocem -umque *muto* restituit. *al.*). EVCHER. form. 4 p. 27, 1 iumentum: intellectu et -o carens (*cf.* PASS. Thom. p. 113, 1 idola ... sunt sine gressu, sine -o et sine ullo affectu). EVG. TOLET. carm. 6, 10 (*vinosi*) balbutit ... lingua, perdens -um profundit semilatratum.

iuncturae selectae: coniunguntur, apponuntur (*ad 1*): disertus: *supra l. 25. p. 412, 58* eloquens: *l. 17.* eloquentia: HIER. epist. 57, 12, 3. facundus, facundia: FVLG. Virg. cont. p. 97, 22 ENNOD. epist. 9, 1, 1 p. 228, 7 VEN. FORT. vita Albin. 3, 6 p. 28, 26. *l. 26. 40. p. 412, 64* (*cf. et l. 45*: facundo -o). fandi (copia, opes): *p. 412, 54. 413, 6.* sermo: HIER. in Ier. 2, 29, 2 p. 93, 16. *opponuntur: ad 1*: lingua: *p. 412, 56. ad 2*: mutus: *p. 413, 70 sqq.* semilatratus: *p. 413, 79.* *epitheta*: favorabile: *p. 412, 81.* praedulce: *p. 412, 76.* rhetoricum: HIER. virg. Mar. 2 p. 185^{A}. sophisticum: *p. 413, 45.* uber: AVG. c. Parm. 1, 1, 1 p. 19, 9. Latiare: *p. 413, 21 sqq.* Latinum: *p. 413, 33 sqq.* (*aliter p. 417, 66 sqq.*). Romanum: *p. 412, 82 sqq.* CASSIOD. var. 11, 1, 6 *al.* (*aliter p. 417, 69*).

γ *componuntur vel opponuntur*: *opp.*: disertus (*cf. syn. p. 423, 3*): CIC. de orat. 1, 94 (*loquitur Antonius*) scripsi . . . illud quodam in libello . . . disertos cognosse me nonnullos, -em adhuc neminem, quod eum statuebam disertum, qui posset satis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam opinione hominum dicere, -em vero qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare quae vellet *eqs.* (*inde* QVINT. inst. 8 prooem. 13 IVL. VICT. rhet. 25 p. 444, 35. *cf.* CIC. orat. 18). de orat. 1, 95 talis orator qualem quaerimus qui iure non solum disertus sed etiam -s dici possit. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 4 p. 168, 23 reprehensio . . . sapientium atque -ium de Graecorum principibus facta est, quod [enim] disertis ac dicacibus hominibus facile rem publicam cesserint *eqs.*

indisertus, ineloquens *sim.* (loquax *p. 423, 78*): CIC. nat. deor. 2, 1 neque indisertum Academicum pertimuissem nec sine ista philosophia rhetorem quamvis -em. HIER. epist. 57, 5, 8 poetam -issi-

[K-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mum, vix loquentem. RVFIN. Orig. in exod. 3, 1 p. 162, 4 B. ineloquens *v. p. 424, 23. cf. etiam p. 424, 25.*

syn.: disertus (*cf. opp. p. 422, 70*); facundus (*l. 12*): CIC. de orat. 1, 215 disertus atque -s. 3, 129 -ior videlicet fuit et disertior Socrates. PAVL. FEST. p. 182 alias '*orator*' *est* pro disertis et -bus. SEN. epist. 22, 13 occurrit mihi ecce nescio utrum verior an -ior sententia ... *Epicuri* (*cf. 21, 8* apertior ista sententia est ... et disertior). QVINT. inst. 11, 1, 36 Pompeius abunde disertus ... narrator et hic ... Cato -s senator fuit. ARNOB. nat. 7, 22 p. 255, 20 quod Mercurius -s *est*, -bus debet disertissimisque mactari. *sim.*: SIGIST. epist. disertitudinis tuae paginam relegentibus nostros animos -s ornatus implevit. AVG. civ. 6, 2 p. 247, 9 D. -issimo vel facundissimo *Varrone* (CASSIOD. inst. 28 p. 1143[A] Columella ... per diversas agriculturae species -s atque facundus illabitur).

b *loci generales*: *α adi.*: homo: -issimus: C. GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 6 homo -issimus civitatis suae Demades. CIC. Verr. II 3, 3 ex homine clarissimo atque -issimo L. Crasso. Caecin. 53 ornate et copiose L. Crassus homo longe -issimus ... hanc sententiam defendit (Font. 39). Cluent. 29. 109 atque amplissimorum. 140 hominis -issimi et sapientissimi L. Crassi (de orat. 1, 105). p. red. ad Quir. 11 M. Antonius homo -issimus. Planc. 12 de orat. 1, 23. 1, 38. 1, 91. 1, 180 Q. Scaevola ... homo omnium ... iuris peritorum -issimus, -ium (*v. p. 424, 3*) iuris peritissimus. 2, 55. 3, 74 nobilissimum hominem et -issimum. Brut. 159. HIER. epist. 17, 2, 4 times, ne -issimus homo in Syro sermone vel Graeco ecclesias circumeam. AVG. in euang. Ioh. 58, 3 p. 1793[fin.] *et al.* -s: CIC. Phil. 2, 11 homo sapiens non solum -s (Tusc. 1, 81 P. Crassi et sapientis et -is et primi hominis). de orat. 1, 38 *v. infra l. 41.* 1, 146. 1, 238 Tusc. 5, 85. Att. 13, 25, 2 hominum -ium et doctorum. *et al.* vir: -issimus (*pro tit. honorif. l. 35*): CIC. Sest. 3 a Q. Hortensio clarissimo viro atque -issimo (de orat. 1, 4). Balb. 1 Brut. 115. 127. 221. 332 rep. 4, 13 parad. 41 LIV. perioch. 80 p. 87, 16 SEN. contr. 2, 5, 17 *al.* VELL. 2, 13, 1 SEN. ad Lucil. frg. Gell. 12, 2, 4 QVINT. inst. 4, 2, 58 HIER. epist. 36, 1, 3 *al.* AVG. civ. 2, 11 p. 65, 12 D. *et al.* *nota* (*v. supra l. 30*): COD. Iust. de emend. cod. 2 Constantinum et Iohannem viros -issimos togatos fori amplissimae sedis. 10, 32, 67, 2 (*a. 529*). NOVELL. Iust. app. 9. -s: VELL. 2, 48, 3 C. Curio, vir nobilis, -s, audax. VEL. gramm. VII 74, 3 secundum auctoritatem eruditissimorum et -ium virorum (*v. p. 424, 23*); *opp.* a sordidi sermonis viris. HIER. epist. 37, 1, 1 *al.* VVLG. act. 18, 24 (*ἀνὴρ λόγιος*). *et al.* *acced. nom. propr.*: CIC. de orat. 1, 38 mihi videor ... -issimos audisse Ti. et C. Sempronios, quorum pater homo prudens et gravis haud quaquam -s ... fuit. Brut. 82 Laelius et P. Africanus ... -es. 127 P. Crassi -is. Tusc. 5, 55 M. Antonii omnium -issimi quos ego audierim. HIER. epist. 53, 4, 2 Demosthenes -s. *et al.*

cetera exempla: CIC. de orat. 1, 47 harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et -issimo Platoni. 1, 49 si ... Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus iis ... -es et in dicendo suaves atque ornati fuerunt. 1, 63 neque tamen verum quod Socrates dicere solebat, omnis in eo quod scirent satis -is. 1, 83. 1, 215. 1, 216 si -issimus Athenis Pericles. *ibid.* 2, 98. 2, 232. 2, 338 orator sine multitudine audiente -s esse non possit. 3, 139. Brut. 24. 28 civem (79). 57. 79 Scipionem Nasicam habitum -em aiunt (81). Brut. 145 ut -ium iuris peritissimus Crassus, iuris peritorum -issimus Scaevola putaretur (*cf. 148*). 160. 169. 186 quis est in hac civitate -issimus? 224 L. Appuleius Saturninus -issimus visus est (106). orat. 18. 19 quodsi ille (*M. Antonius*) nec se nec L. Crassum -em putavit (*cf. p. 422, 71.* orat. 100. 105 QVINT. inst. 12, 1, 21). epist. 7, 32, 2. PVBLIL. Q 5 qui pro innocente dicit, satis est -s. LIV. 39, 40, 6 summus imperator ... -issimus (*sc. M. Cato*). 45, 37, 1 tam nobilem ..., tam -em ad instigandam multitudinem inimicum (*sc. Galbam*). FEST. p. 302 Hyadas *stellas* ... ⟨nostri exi⟩stimantes a subus ⟨dici saeculo parum elo⟩quenti dixerint ⟨eas suculas⟩. PHAEDR. app. 29, 4 ego (*sc. papilio*) -s in pace, fortis proeliis fui. SEN. dial. 4, 3, 3 oratori -issimo. epist. 75, 6 medicum ⟨e⟩loquentem (*add.* ς). COLVM. 1, 1, 12 Scrofam Tremelium qui ... -em *agricolationem Romanam* reddidit. STAT. silv. 2, 7, 46 -e cantu ... trahes senatum. QVINT. inst. 1 prooem. 13. 1, 1, 21 futurus -issimus edidit aliquando vagitum et loqui primum incerta voce temptavit. 5, 13, 3 bonus defensor nemo nisi qui -issimus fuit. 10, 1, 101 T. Livium ... in contionibus supra quam enarrari potest -em. 12, 6, 6 *al.* TAC. Agr. 10 -issimi auctores (AVG. loc. hept. 2, 33 p. 547, 10 Latinarum litterarum -issimi auctores). PLIN. epist. 2, 1, 6 laudator -issimus. 4, 11, 1 -issimos causarum actores. 6, 21, 4 nullum est ... genus quod absolutum non possit -issimum dici. FRONTO p. 126, 14 N. tuae litterae ... -es sunt ut oratoris (*cf.* VIRG. gramm. epist. 3 p. 139, 16 Romana -issima ... scripta. SIDON. epist. 7, 2, 10 non tam -es epistulas quam loquaces. CASSIOD. inst. div. 1 p. 1111[C] -issimae nimis homiliae sunt Origenis). POMPON. dig. 1, 2, 45 APVL. apol. 5 TERT. apol. 11, 16. ITALA Iob 11, 2 (Aug. in Iob 1, 11 p. 533, 18) numquid -s videbitur iustus esse (*ὁ εὔλαλος*. VVLG. vir verbosus). AMM. 29, 1, 25 impendio -ior et in verba periculosa proiectus. HIER. epist. 52, 9, 3 peritus et s in lingua. RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 1740 -issimi rhetores et vehementissimi oratores. PALLAD. hist. mon. I 42 p. 329[A] -issima *mulier* (*gr. λογιωτάτη*).

β pro subst. (*acced. adi. l. 11*): CIC. de orat. 1, 19 mirari desinamus quae causa sit -ium paucitatis, cum *eqs. v. p. 408, 83*). 1, 58. 1, 180 (*v. p. 423, 23. 54*). 1, 259 in -i ... multa sunt, quae *eqs.* 2, 39. 2, 232. 3, 189 inveni ... quem negaram ... me invenisse -em (*cf. p. 422, 71*). Brut. 176 -is enim videbare, non sedulos velle conquirere. orat. 123. 236 opt. gen. 14. QVINT. inst. 7, 1, 43 illi -es ... invadent personas favorabiles (*v. ibid. 41*). 10, 1, 123 supersunt qui de philosophia scripserunt, quo in genere paucissimos adhuc -es litterae Romanae tulerunt. VOPISC. Car. 21, 2 *v. s.* eloquium *p. 413, 17.* PRISC. rhet. 10, 30 p. 559, 6 quidam -issimorum (*gr. II p. 17, 6 Sp. οὐ φαῦλοι*). AVG. doctr. christ. 4, 13, 29 p. 102[init.] oportet igitur -em ecclesiasticum, quando suadet aliquid quod agendum est, ... flectere ut vincat. *v. etiam p. 422, 56. 64. 67. 72. 80. 423, 5. 10. 23.*

2 *i. q. lingua praeditus* (*opp. balbus l. 16*, vocis expers *l. 22 sq.*, mutus *l. 18. 20. 21*, tacitus *l. 25*, tardiloquus *l. 26*): AFRAN. com. 215 an tu -s. ilicet (*laudatur balbus quidam, v. Ribb. ad l.*). RHET. Her. 4, 48, 61 omnes res animantes et inanimas (inanimatas *E*, inanimantes *HC*) mutas et -es, feras et mansuetas (4, 53, 66 conformatio est cum aliqua quae non adest persona confingitur quasi adsit, aut cum res muta aut informis fit -s. RVFIN. Orig. in exod. 3, 1 p. 162, 2 B. mutis animalibus ... indoctus ... homo si comparetur, videbitur -s ad comparationem eorum qui et rationis et vocis expertes sunt; si vero eruditis et -bus viris ... conferatur, ineloquens et mutus videbitur). FRONTO p. 122, 10 N. deorum partim -es se quam tacitos coli maluerunt. VEL. gramm. VII 73, 4 *v. p. 423, 38.* CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 158, 3 divites et pauperes et -es et tardiloquos (*gr. I 1, 2 p. 86, 12 ἐλλογίμους καὶ τῷ λόγῳ βραδεῖς*).

adv. ✕**ēloquenter.** *posit. demum inde a* DON. Ter. Andr. *l. 40.* *compar.* -ius *inde a* PLIN. epist. *infra l. 36.* *superl. inde a* CIC.

i. q. facunde, diserte, ornate: CIC. de orat. 1, 69 quid est, cur non orator de rebus iis -issime dicat, quas ad certam causam tempusque cognovit (AVG. c. Cresc. 1, 2, 3 p. 326, 29 tamquam -r me dicentem. MACR. Sat. 7, 5, 16 -r dicta non abnego). PLIN. epist. 2, 11, 17 respondit Cornelius Tacitus -issime et ... *σεμνῶς*. 3, 18, 6 non quia -ius ..., sed quia liberius ... scribitur (6, 21, 4 mimiambos tenuiter ... atque in hoc genere -issime. HIER. vir. ill. 5 p. 11, 2 quae -r scripta sunt in Hebraeo, -ius vertisse in Graecum *Paulum*. SIDON. epist. 9, 9, 10 -issime). VIRG. gramm. epit. 4 p. 25, 16 -r ... composuisse. DON. Ter. Andr. 775 'ut tu sis sciens' -r (eloquens *T*), sic enim veteres pro scias (*cf.* SERV. Aen. 4, 103 'Phrygio servire marito' -r, *ἐμφατικῶς*). AVG. c. Cresc. 1, 1, 2 p. 326, 15 -r explicare (c. Iul. op. imperf. 6, 14 p. 1528, 3 diligenter et -r). 1, 2, 3 p. 327, 27 eloquentiam -r accusare conatus es. 1, 16, 20 p. 313, 13 -r facit. *ibid.* CAPREOL. epist. 2, 13 p. 858[C] qui (*sc. doctissimi viri*) haec ... multiplicibus libris -issime docuerunt. SIDON. epist. 5, 5, 2 declamasse. POMER. 3, 14, 1 p. 494[A] accurate ... atque -r enuntiant. *et al.*

deriv.: eloquium, *?*eloquus. elocutio.

comp. (*ab* eloquens): in-, pereloquens.

***?*ēloquus,** -ī. VARRO ling. 6, 57 hinc (*sc.* '*a loquendo*') dicuntur -i[um] (*sic vulg. ex B*) ac reloqui *eqs.* (*v. sub* eloquium *p. 412, 10 et 418, 55*).

elos *v.* he-.

ēlōta *v. p. 435, 81.* **ēlōtus** *v. p. 327, 29 sqq.*

***?*elpis.** DIOSC. 5, 111 score argenti quam multi -s dicunt (*gr. 5, 86 ἕλκυσμα A*[2], *ἕγκαυσμα Q A*).

elsine *v.* he-. *K.-M.*

(lābrum) **ēluācrum.** [*cf. c.* lavacrum *et* eluo. *W.*] *i. q. labrum ad eluendum aptum*: CATO agr. 10, 4 ⟨labrum⟩ lupinarium I, serias X, labrum -um I, solium I (11, 3 semodium I, labrum -um I). *cf. s.* eiucarium *p. 312, 70.* *Krohn.*

✕**ēlūceo,** -xī, -ēre. *ab* ex *et* lucere. *formae stirpis perfectae hic congestae sunt* (*cf.* elucesco *p. 426, 62*). *de significatione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 439, 12 B. praestat. melius est. antecellit. eminet. emicat. -et. enitet. praefulget. praenitet. GLOSS.[L] III Abstr. EL 10 -et praefulget. GLOSS. *ἐκφαίνω*. -xit *iuxta* illuxit *ut* AGROEC. gramm. VII 121, 23 *al.* (*v. sub* elugere *p. 433, 52*). *inde a* CIC.; *deest* CAES. LIV. TAC.; *rursus increbrescit apud Christianos* (*maxime* AVG.); *ex poetis habent* LVCR. VERG. AVIEN. CYPR. GALL. PAVL. NOL.

[*suspect.*: AVIEN. orb. terr. 815 scire ..., quot sidera caeli -ent flammas, *ubi indicativo verbi praeter morem transitivi fidem derogant tres vicini coniunctivi* curventur ... proferat ... verratur (educant *Schrader*). *restituitur*: VAL. MAX. 1, 6, 2 *cum A*[2] (eiunxit *LA*[1]). CHAR. gramm. p. 468, 11 B. PANEG. 4 (9), 13, 2 *cum* ς (eludeat *AHX*). AMM. 15, 8, 8 (eluoctes *V*).]

I ***proprie:*** *fere i. q. effulgere*: **A** *de rebus naturalibus proprio lumine lucentibus* (*similiter de luce diei p. 425, 2*): CIC. rep. 6, 16 splendidissimo candore inter flammas circus -ens. PANEG. in Mess. 134 laetior -xit structos super ignis acervos. VITR. 9, 4, 6 serpens ..., e qua stella, quae dicitur polus, -et. VAL. MAX. 1, 6, 2 flamma, quae ex L. Marci ... capite ... -xit (*cf. 1, 6, 1* circa caput flammam emicuisse). SEN. epist. 92, 17 sol ... quotiens inter nubila -xit (MART. CAP. 8, 859 EVSTATH. Bas. hex. 6, 2 p. 922[D]). AVIEN.

[Thierfelder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

orb. terr. 815 *v. p. 424, 71.* AMBR. in psalm. prol. p. 3, 7 stellarum ... lumina, quae -ent atque eminent. PAVL. NOL. carm. 20, 87 -ente die (CYPR. GALL. num. 89 cum clara dies septeno -xerit ortu. *cf.* lev. 83 cum ... septima puniceis aurora -xerit astris. CASSIOD. in psalm. 29, 5 p. 204[C] quando discedentibus tenebris crepusculum coeperit -ere).

inde in similitudine lucendi de rebus incorporeis: AMM. 16, 12, 36 -bat ... ex oculis furor. CLAVD. 17, 247 rigidi ... plena pudoris -et gravitas (*sc. e fronte*). GREG. ILIB. in cant. 1, 9 p. 148, 6 in quibus *oculis* maxime humani vultus decor -et.

B *de iis quae alieno lumine collustrantur*: VERG. georg. 4, 98 -ent aliae *apes* et fulgore coruscant ardentes auro. AVG. epist. 50, 1 p. 143, 6 in plateis ac delubris vestris -eat sanguis. CASSIOD. in psalm. 44, 3 p. 320[A] non quia forma eius (*salvatoris*) decore lactei coloris -xit aut flavo crine lampavit.

II ***translate***: **A** *metaphora originem suam prae se fert, sc. notione lucis (splendoris, tenebrarum sim.) commemorata*: CIC. rep. 2, 37 non latuit scintilla ingenii, quae iam tum -bat in puero (*cf.* off. 1, 103 in ipso ioco aliquod probi ingenii lumen -eat. epist. 12, 5, 3 ab istis Orientis partibus virtutis tuae lumen -eat. HIER. tract. in psalm. 89 p. 113, 14 ut splendor eius [*sc. Christi*] -eat in cordibus nostris, ut eiciat omnes tenebras nostras). CIC. epist. 4, 3, 2 quasi lumen aliquod extinctis ceteris -ere sanctitatem et prudentiam et dignitatem tuam (*antea*: in tantis tenebris ... rei publicae). QVINT. inst. 8, 6, 4 *translatio est* ita ... nitida, ut in oratione quamlibet clara proprio tamen lumine -eat. CYPR. laps. 1 p. 237, 13 post longae noctis horribilem ... caliginem domini luce radiatus mundus -xit. HIL. in Matth. 4, 13 p. 936[A]. 27, 4 p. 1060[B] earum (*lampadum*) lux, conscientia boni operis -ens. CASSIAN. c. Nest. 4, 6, 1 p. 291, 10; *opp.* infidelitas tenebrosa.

B *per meram translationem: i. q. conspicuum esse vel fieri*: 1 *fere i. q. eminere, praestare, excellere* (*accedente praestantiae notione*): **a** *de hominibus*: CIC. de orat. 2, 55 nemo ... studet eloquentiae ..., nisi ut in causis atque in foro -eat. NEP. Paus. 1, 1 ut virtutibus -xit, sic vitiis est obrutus. QVINT. inst. 12, 1, 26 summus ille quidem (*orator*) in his quoque operibus fuerit, sed maioribus clarius -bit. AMM. 14, 6, 10 maiores suos ... non divitiis -xisse, sed per bella saevissima. 15, 13, 1 *Musonianus* sublimius quam sperabatur -xit. 26, 6, 1.

b *de rebus incorporeis, maxime de virtutibus humanis*: CIC. Font. 23 quid est ..., ubi -ere possit prudentia. Cael. 45 in eo ... ingenium eius -ere videbatis. orat. 139 hoc in genere (*sc.* σχημάτων) — nam quasi silvam vides — -eat oportet eloquentiae magnitudo (*cf.* off. 1, 17 animi excellentia magnitudoque ... in augendis opibus ... -eat). fin. 4, 4 ea ... in maximis ingeniis maxime -ere (*cf. infra l. 79*). Lael. 101 *benivolentia* etiam magis -et inter aequales. off. 1, 98 decorum, quod -et in vita. epist. 10, 10, 2 sit modo aliqua res publica, in qua honos -ere possit. NEP. Chabr. 1, 1 ex iis (*rebus memoria dignis*) -et maxime inventum eius in proeliis. Epam. 6, 4 maxime eius eloquentia -xit Spartae legati. VELL. 2, 122, 1. PLIN. nat. 35, 134 ut in ipsa pictura eruditio -eat. QVINT. inst. 9, 1, 19 quarum *figurarum* ... utilitas ... in nullo non orationis opere vel clarissime -et. PLIN. epist. 1, 10, 5 multa in Euphrate *philosopho* sic eminent et -ent. 9, 26, 10 in aliis enim vis, in his granditas eius -et. FRONTO p. 150, 6 N. AMM. 15, 8, 8 iam ... -entis industriae iuvenem. 30, 7, 11 illud -ere clarius potuit, si Macrianum regem vivum capere potuisset. AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 13 p. 135, 2. PELAG. Aug. grat. Christ. 43, 47 p. 159, 26 (= nupt. et concup. 1, 35, 40 p. 252, 3) beatus Ambrosius ..., in cuius praecipue libris Romana -et fides. ZACCH. 1, 18 p. 1086[A] ut dei virtus latius -ret. MACR. Sat. 4, 5, 4 quod in illis -bat, hoc sibi iactat cum his esse commune. SACR. Leon. 425 -eat in eis (*presbyteris*) totius forma iustitiae (SACR. Greg. 3, 6). *al.*

2 *fere i. q. apparere, manifestum esse vel fieri* (*ubique de rebus incorporeis, praeter infra l. 84*): **a** *usu personali*: *α obtutui se praebere, fere i. q. conspici, animadverti* (*fere i. q. oriri p. 426, 2*): CIC. S. Rosc. 86 tenuitas hominis eiusmodi est, ut dissimulari non queat atque eo magis -eat, quo magis occultatur. orat. 7 illud, quo nihil esse possit praestantius, quod in perpetuitate dicendi ... haud scio an numquam, in aliqua autem parte -eat aliquando. div. 1, 61 tum eveniet duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis et mentis -eat et se vegetam ad somniandum acremque praebeat (*Plato rep. 572[A] nihil praeter τὸ τρίτον δὲ κινήσας*). Lael. 48 si qua significatio virtutis -eat (SCHOL. Cic. Bob. p. 137, 18 St. per aequalitatem nominis ... significatio passionis eius -xit). QVINT. inst. 1, 1, 2 in pueris -et spes plurimorum. PLIN. epist. 2, 3, 2 multa lectio in subitis, multa scriptio -et. SVET. Tib. 57, 1 saeva ac lenta natura ne in puero quidem latuit, ... sed aliquanto magis in principe -xit. LACT. inst. 7, 3, 25. AVR. VICT. Caes. 41, 21 in summo ingenio atque optimis rei publicae moribus quamvis parva vitia -ent magis eoque notantur facile. AMM. 19, 12, 16 fatum eius (*imperatoris*) vigens semper et praesens in abolendis adversa conantibus -xisse. *al.* PS. VARRO sent. 76 G. numquam prudentia docuit; res ipsas consule; in his negotiari oportet, si verum vis -at. *de Christo*: ARNOB. nat. 1, 65 p. 46, 2 -xit atque apparuit Christus rei maximae nuntiator. *notio apparendi abit in eam q. e. oriri, nasci*: CIC. off. 1, 102 ex quo -bit omnis constantia omnisque moderatio. AMM. 23, 6, 25 Chaldaeorum ... apud quos veridica vaticinandi fides -xit (*an 'claruit'?; cf. p. 425, 58*). *fortasse huc pertinet*: TERT. adv. Iud. 3 p. 707[med.] Oe. quod vetus lex ... cessatura pronuntiata est, ita ... novae legis ... observantia in pacis obsequia -xit (*singulariter accedit* in *c. acc. sensu finali: orta est, ut fierent opera pacis*).

β *perspicuum esse sive fieri ad intellegendum, intellegi, percipi*: CIC. off. 2, 8 probabile -ere non possit, nisi ex utraque parte causarum esset facta contentio (AVG. c. Faust. 22, 88 p. 694, 5). LVCR. 2, 1051 -et natura profundi. SEN. dial. 4, 29, 3 magis ... veritas -et, quo saepius ad manum venit (LACT. inst. 6, 1, 3 HIL. trin. 7, 4 p. 202[A]. AVG. retract. 1, 6, 8 p. 62, 3 sic enim dixi [vera relig. 25, 46] 'si apud hos veritas non -xerit', nihil dubitans, quod apud eos elucesceret [*v. p. 427, 3*]. *al.*). TERT. ieiun. 3 p. 277, 4 tunc ... agnoscetur observationis necessitas, cum -xerit rationis auctoritas (*cf.* LACT. inst. 7, 14, 6 quo ratio -eat). PS. CYPR. rebapt. 9 p. 80, 26 quae increpatio ... magis magisque -xit (*i. intellegi coepta est*). IVST. 19, 2, 11 casus suorum miseris -xit. HIL. ad Const. 1, 7 p. 186, 16 fidei doctrina praeceptis evangelicis atque apostolicis -eat. AVG. civ. 17, 4 p. 206, 28 D. totum quod prophetabatur (c. Petil. 3, 23, 27 p. 184, 2). epist. 44, 6 p. 114, 8 certi aliquid. c. Faust. 21, 2 p. 570, 3 idem ... sensus. *al.* ZACCH. 2, 7 p. 1118[C] resurrectionem dominicam divinis testimoniis -ere (*i. comprobatam esse*) et ista omnia spiritualibus fulgere documentis. 2, 17 p. 1139[B]. OROS. hist. 4, 23, 8 mihi quamlibet studiose quaerenti ... nusquam omnino causa tertii belli Punici ... -xit. CASSIAN. c. Nest. 6, 9, 1 p. 335, 15 quid de verbo argumentamur, cum res -eant? *al.*

b *usu impersonali*: *sequitur: enuntiatum interrog. indir.*: CIC. part. 41 definitio ... declaretur ... communium frequentia, ex quibus proprium quid sit -eat (*vix personaliter*). VELL. 2, 94, 3 ut per id, quod agebat, quantus evasurus esset, -ret. PAVL. sent. 4, 14, 1 ut -eat, de quo testator sensisse videatur. PANEG. 4 (9), 13, 2. AVG. civ. 15, 7 p. 68, 2 D. quia non -et, cur vel unde sit dictum. quaest. hept. 2, 90 p. 152, 25 hoc ... quomodo observetur ..., aut non est aut non -et. ZACCH. 1, 15 p. 1081[D] MACR. Sat. 6, 1, 7. *al.* *acc. c. inf.*: AVG. civ. 17, 8 p. 225, 31 D. conf. 1, 14, 23 p. 21, 11. c. Cresc. 4, 30, 37 p. 536, 20 non meis tantum, sed ipsis etiam tuis verbis eminet apparet -et ... vestros ausos non fuisse. epist. 166, 21 p. 575, 16 per hanc ... apostolicam ... sententiam satis evidenter -et neminem ire in mortem. c. Faust. 22, 48 p. 641, 26 cum ipsas feminas satis -eat ... adpetisse. gen. ad litt. 7, 20 p. 216, 20 aliud esse ipsam *animam*, ... evidenter -et. *al.* quod: AVG. c. Cresc. 4, 40, 47 p. 547, 2 cuivis obtunsissimo satis -ret, quod contra eos (*haereticos*) non ita proconsularis potestas adiretur, nisi *eqs.* ut: EPIST. pontif. 330 p. 660[B] certe hoc, quod vestra exspectatio desiderabat, -xit, ut *Prayllus et Pelagius* damnanda damnarent et sequenda sequerentur.

part. praes. **ēlūcēns** *pro adi.* *superl.*: *l. 54.* GLOSS.[L] I Ansil. EL 198 praefulgens. *fere i. q. manifestus, evidens*: ZACCH. 1, 3 p. 1074[C] tam simplex de Christi divinitate atque -ens per se veritas est. 2, 19 p. 1144[C] interpretationum textus -ens. PS. VARRO sent. 46 G. -entissimum (*var. lect.*: elucidissimum, elegantissimum, evidentissimum, excellentissimum) est edocendi genus exemplorum subditio.

ēlūcēsco, -lūxī (*v. l. 62*), -ere. [*cf. c.* elucere *et c.* lucescere. *W.*] *formae in* -sco *leguntur inde ab* HIER. *et* VVLG., *eodem tamen sensu quo* elucere, *cf. e. g.* VVLG. II Petr. 1, 19 (*l. 70*) *cum* PAVL. NOL. carm. 20, 87 elucente die; AVG. gen. ad litt. 10, 3 p. 300, 3 (*p. 427, 9*) *cum* AVG. epist. 44, 6 p. 114, 8 ut ... certi aliquid eluceret. *qua de causa formae stirpis perfectae ad vocem q. e.* eluceo *rettuli* (*v. p. 424, 63*).

I *fere i. q. lucere incipere*: **A** *proprie de die (vespere i. 'nocte' infra l. 68), impersonaliter* (*praeter l. 68. 70*): VVLG. I reg. 9, 26 cumque mane surrexissent et iam -ret. Tob. 8, 20 priusquam -ret. AVG. cons. evang. 3, 24, 65 p. 356, 3 non potest dici vesper -ens (luc- *var. lect.*) in primam sabbati, nisi nomine vesperi nox ipsa intellegatur (*cf. Math. 28, 1*). *allegorice*: VVLG. II Petr. 1, 19 donec dies -at et lucifer oriatur in cordibus vestris (ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ). CASSIOD. in psalm. 142, 8 p. 1012[C] 'mane' tempus veniae designat: tunc enim menti -it *eqs.* (*sequitur*: post noctem peccatorum).

B *per metaphoram vel in similitudine lucendi*: ENNOD. opusc. 1, 22 p. 267, 18 ne Romanae fax curiae diu in umbram coacta tardius -at. CASSIOD. in psalm. 80, 6 p. 588[C] cophinos autem dicimus, per quos sordium purgamenta proicimus, ut loci puritas -at. 146, 9 p. 1037[B] corvi sunt irreligiosi viri, qui peccatorum nigredine inseparabiliter vestiuntur nec aliquo splendore conversionis -unt.

II ***translate***: **A** *fere i. q. praestare, excellere*: HIER. in psalm. 109 p. 81, 1 hoc ... principium (*v. psalm. 109, 3*) et haec virtus in proelio tunc magis -et, cum ... credentes ... illo (*sc. Christo*) splenduerint praesulante. AVELL. p. 524, 23 clarius -et ... virtutis huius futurum exemplum. **B** *fere i. q. apparere, intellegi*: HIER. hom. Orig. in Ezech. 4, 8 p. 369, 19 B. *quaestionem* diligenter

[Thierfelder]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

debemus excutere, ut scripturarum veritas -at (RVFIN. Adamant. 5, 15 p. 203, 30 si vultis, ut veritas -at [*εἰ βούλεσθε μετὰ πάσης ἀληθείας τὴν ζήτησιν γενέσθαι*]. AVG. retract. 1, 6, 8 p. 62, 3 *v. p. 426, 14.* CASSIOD. in psalm. 88 praef. p. 628[C] rei veritas. var. 12, 16, 4 ut totius erroris obscuritate detersa rationibus publicis veritas -at). RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 105, 14 B. quod ut clarius -at, sumamus... exemplum (AVG. serm. ed. Mai 6, 2. *cf. p. 426, 81*). Orig. in num. 12, 1 p. 93, 26 B. ex comparatione plurimorum *mysteriorum*, si quid praesens sermo obscuritatis continet, -at. AVG. gen. ad litt. 10, 3 p. 300, 3 donec certum aliquid -at. serm. 169, 5, 7 p. 918[extr.] in ipsis verbis apostoli -at nobis aliquid, unde ista ... solvatur obscuritas. IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 15, 13 quo facilius obiectionum absolutio legentibus -at. PROSP. c. coll. 12, 3 p. 215[A] quod ut exemplis magis -at. CASSIOD. inst. div. 24 p. 1139[B] mentem ... nostram in illa contemplatione defigamus, quae non tantum auribus sonat, sed oculis interioribus -it.

ēlūcēscentia, -ae *f.* *ab* elucescere. *fere i. q. radiatio, luminis emissio*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 56 p. 1083[B] si igitur aeterna vita filius -a est praeaeternae vitae.

ēlūcido, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* lucidare. *fere i. q. illuminare, illustrare*: **1** *proprie*: IREN. 2, 30, 3 (*de deis Gnosticorum*) quos caelos firmaverunt? ... quas emiserunt stellas? quae luminaria -verunt? (*var. lect.* lucidaverunt). *allegorice*: VVLG. Sirach 24, 31 qui -ant me (*sc. Sapientiam*), vitam aeternam habebunt (*gr. deest*). **2** *translate: fere i. q. explanare, interpretari*: GLOSS.[L] I Ansil. EN 95 'enodare' -are aut planum facere. CYPR. epist. 44, 1 p. 598, 3 (*var. lect. v.* elucidus *infra l. 35*) CASSIAN. conl. 21, 34, 4 utrum hunc beati apostoli sensum ... exprimere atque -are (*var. lect.* lucidare) potuerim (*seq. syn.* reserari). BOETH. syll. hyp. 1 p. 831[D] *ea* -anda diligenter et subtiliter persequenda suscepimus. CONC. Arvern. p. 71, 5 studium elucedand(a)e legis ecclesiasticae. PS. PRIMAS. in Hebr. p. 739[B] de his singulis ... secundum litteram paulo superius -tum est.

ēlūcidus, -a, -um. *cf.* elucidare. GLOSS. V 628, 31 -um tenue (*v. p. 314, 43*). *i. q. valde lucidus*: CYPR. epist. 44, 1 p. 598, 3 ut ... maiore auctoritate et -a (elucidata *C, v. supra l. 26*; lucida *LPQ*) probatione partis adversae improbitas frangeretur. [PS. VARRO sent. 46 *v.* elucens *p. 426, 54.*]

ēlūcifico, (-āvī, -ātum,) -āre. *ab* ex *et* lucificus. GLOSS. V 641, 15 lucidare. *fere i. q. luce privare*: LABER. mim. 78 fulgentis splendorem pecuniae volo -are (lucificare *vel* ludificare *codd. Gell. 10, 17, 4*) exitum aetati meae (NON. *ad l.* p. 106, 18 dictum a luce). *Thierfelder.*

ēlucrātio redemptio GLOSS. II 578, 16. *K.-M.*

ēluctābilis, -e. [*ab* eluctari. *W.*] GLOSS.[L] I Ansil. EL 203 -e expugnabile, id est quod vinci possit. *i. q. penetrabilis*: SEN. nat. 6, 8, 4 implicatae aquis herbae sunt et aquae nec pediti -es nec navigio.

ēluctātio, -ōnis *f.* *ab* eluctari. *i. q. luctatio, nisus*: LACT. inst. 3, 11, 11 labor ille magnus et difficultas et -o adversus mala.

ēluctor, -ātus sum, -ārī *et* **ēlucto,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* luctari.

I *depon.* **ēluctor.** *part. perf.* -tus *potissimum in usu fuisse videtur.* NOT. Tir. 95, 54 -atur. CHAR. gramm. p. 464, 31 B. -or *ἐκπαλαίω* -tus sum. GLOSS. *ἐκπαλαίω, καταπαλαίω.* *legitur inde a* VERG. [*ex coni.*: VELL. 2, 86, 2 ⟨o⟩diu⟨m⟩ clementia -tus (luctatus *codd.*) sua. SIDON. epist. 5, 74 *v. p. 428, 3.* *dub.*: GERM. 628 nocte -ta (noctem fluctuata *Z*) †suprema.]

A *intransitive*: **1** *i. q. luctamine aliquo et nisu procedere, prodire, exprimi: de aqua*: VERG. georg. 2, 244 *terra et aqua in qualis calcentur*: aqua -bitur omnis scilicet et grandes ibunt per vimina guttae. SEN. nat. 4, 2, 5 *Nilus* per angusta -tus. LVCAN. 2, 219 *Tiberis* Tyrrhenas vix -tus in undas *per cadaverum acervos* (PANEG. 10 [4], 30, 1 *Tiberim* inter congestas alte cadaverum moles ... vix eluctа⟨n⟩tibus gurgitibus exeuntem [*v. et p. 428, 22*]). PLIN. epist. 8, 8, 2 exit fons et exprimitur pluribus venis ... -tusque quem facit gurgitem *eqs.* *de voce*: TAC. ann. 4, 31 *Tiberius* compositus alias et velut -antium verborum, solutius promptiusque eloquebatur, quotiens subveniret. SERV. Aen. 7, 700 -antem vocem per longum et flexuosum meatum. *de personis*: LACT. inst. 6, 23, 39 ad quam (*continentiam*) si quis eniti atque -ari potuerit. IORD. Get. 201 *? v. p. 428, 17.* **2** *i. q. sursum eniti*: SEN. nat. 7, 6, 3 *ignes turbine eiecti* de terra in superiora -antur. STAT. silv. 2, 3, 57 tandem -ta sub auras (*arbor*) ... enode cacumen ... levat.

B *transitive*: **1** *c. nudo obi.: i. q. labore et nisu superare* (*c. notione effugiendi, se eripiendi p. 428, 9. 11. 15*): CORN. SEV. carm. frg. 2 ardua virtuti longoque per aspera nisu -anda via est (VAL. FL. 8, 184 altera ponti -anda via ... est). LIV. 24, 26, 13 cum tot ac tam validae -andae manus essent. GRATT. 520 *equus cursando* -bitur iram (*cf.* STAT. Ach. 1, 525 oppositum vox -ta furorem est). SEN. contr. 10 praef. 4 magnus orator, qui multa impedimenta -tus ad famam ... pervenerat. GERM. 628 *? v. l. 57.* VELL. 2, 86, 2 *v. supra l. 55.* SEN. nat. 4 praef. 15 -tus natalium angustias (*cf.* PS. FRONTIN. strat. 4, 5, 9 illas ... angustias nocte eruptione facta cum -tus esset Decius). 4, 2, 5 *Nilus* -tus obstantia. SIL. 13, 742 *Hannibal* Alpis -tus adest. TAC. Agr. 17 super virtutem hostium locorum quoque difficultates -tus (SYMM. epist. 3, 62 -andis difficultatibus adminicula. 5, 74 multas -tus [*Gruter*, reluct- *trad.*] itineris difficultates. SIDON. epist. 4, 4, 2 oppositas ... difficultates). hist. 3, 59 vix quieto agmine nives -antibus. GELL. 12, 5, 10 haec ergo vir sapiens tolerare et -ari potest. TERT. pall. 4 p. 932 Oe. unde gentium in provinciis ... quas natura agro potius -ando commodavit, studia palaestrae? PANEG. 7 (6), 18, 4 -ti Araris moras. AVSON. 397, 1 tandem -ti retinacula blanda morarum (*v. p. 427, 75*). SYMM. epist. 1, 20, 3 fors fuat an optineamus ... veterem gratiam, nunc quod satis est, -emur offensam (*v. p. 427, 75*). 3, 12, 2 -tus longi otii cariem. 4, 19, 1 -tus fortunae aspera (*cf.* 9, 86, 2 fortunae -tus incertum). 8, 6 si ... laetis cogitationibus -eris adversa. CASSIOD. var. 4, 15 mare ... quod -ari facit desperationis sola praesumptio. EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909[C] postquam tellus respiravit -ta iam pondus aquarum (*ἀποσχεναsαμένην, v. p. 427, 75*).

2 *seq.* ut: IORD. Get. 201 -ti collis excelsa ut conscenderent (*nisi mavis* excelsa *coniungere c.* ut conscenderent, *v. p. 427, 71*).

II *act.* **elucto:** *i. q. evitare, effugere*: DIONYS. EXIG. inv. cap. Ioh. p. 421[B] cum non posset extremam paupertatem ulterius -are. *part. perf. pass.* ēluctātus, -a, -um *i. q. superatus*: PANEG. 12 (2), 34, 4 *fluvius* cunctantes meatus vix -tis cadaveribus (*cf. p. 427, 62*) evolvit. ALC. AVIT. hom. 21 p. 137, 33 undis ponti furentis velut hostilium turbinum molibus -tis. ENNOD. dict. 11, 1 p. 459, 1 dum ad -tam reducitur dicendi usu pereunte senectus infantiam.

deriv.: eluctatio, eluctabilis. *Krohn.*

ēlūcubrātio, -ōnis *f.* *ab* elucubrare. GLOSS. V 498, 7 -⟨o⟩ explicatio. *i. q. actus elucubrandi vel res elucubrata* (*l. 33*): PS. HIER. epist. 6, 20 p. 104[B] tunc et caelestis sapientia ... sine alicuius labore -is intrabit et vera vita ... lucebit. ENNOD. dict. 12, 7 p. 463, 5 deo proxima res est vestro (*i. Aratoris*) infusa beneficio, dum per cursus -is (*v. l. 29*) traditae, ne optimi degenerent ... salva stemmatum (*sc. virtutis*) veritate praestatur. FACVND. defens. 2, 1 p. 559[B] diuturnis -bus contra sanctam Chalcedonensem synodum ... composita. *v. etiam l. 78.*

ēlūcubrātiuncula, -ae *f.* *ab* elucubratio *deminutive.* GLOSS. I p. 300 -a brevis sententia qu⟨a⟩e una candela scribitur. V 619, 6 elucubro est illumino vel expono. hinc ⟨e⟩lu⟨c⟩ubratiuncula est expositiuncula vel illuminatio.

ēlūcubrātus *v. l. 73 sqq.*

ēlūcubro, -āvī, -ātum, -āre *et* **ēlūcubror,** -ātus sum, -ārī. [ex *et* lucubro. *W.*] *de formis: depon.*: CIC. Att. *v. l. 50.* GLOSS. -o *v. supra l. 39.* -a⟨n⟩tes evigilantes. -tum evigilatum. vigilia. elaboratum. *inde a* CIC.

i. q. lucubrationibus, vigiliis aliquid conficere (*ubique de scriptis, doctrina sim. i. q. explicare l. 67*): *transitive* (*praeter l. 60*): CIC. Brut. 312 multae (*causae*), quas nos diligenter elaboratas et tamquam -tas adferebamus. Att. 7, 19 nihil habeo, quod ad te scribam, qui etiam eam epistulam, quam eram -tus (*v. l. 43*), ad te non dederim. VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 alterius *scriptoris* cunctante stilo -tum opus (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 158, 3 ante conclusionem -ti a nobis opusculi). COLVM. 10 praef. 5 quod -vimus, adeo propriam sibi laudem non vindicat, ut boni consulat, si non sit dedecori prius editis a me scriptorum monumentis. TAC. dial. 9 cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte unum librum excudit et -vit (HIER. adv. Rufin. 1, 5 p. 401[A] CASSIAN. inst. praef. 5. *cf.* HIER. epist. 2 Rev. Bénéd. 27, 1910, p. 4, 14 volumina). PORPH. Hor. epist. 1, 18, 34 'dormiet in lucem', hoc est non evigilabit nec -bit (*intrans. v. l. 48*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 9, 2 p. 274, 24 cur theologos sub momento temporis facis, ... ut putes eos velut inspiratam a te magis quam -tam suscepisse doctrinam. AVG. adv. Don. 29, 49 p. 150, 23 adferrent -tum laborem, in quo eos ... non respondisse ... appareret. epist. 136, 3 p. 96, 3 ad haec omnia ... plenus debet et -tus solutionis splendor ostendi. CASSIAN. conl. 17, 30, 3 hanc ... illustrium patrum scientiam atque doctrinam nostra, ut potuit, -vit (*v. supra l. 47*) inscitia. SIDON. epist. 8, 4, 2 carmina ... ambigendum celerius an pulchrius -asti. GREG. TVR. Mart. 3, 44 haec a me imperito narrare non possunt, tamen, ut ipsa imperitia praestat, -buntur ne oc⟨c⟩uli videantur. FACVND. defens. 10, 7 p. 792[C] subtilis eorum intellectus in nocte obscurarum quaestionum -tis excogitationibns adversus aliena dicta pervigil.

part. perf. pass. **ēlūcubrātus,** -a, -um *pro adi.* *compar.*: *p. 429, 1. 2.* *i. q. per noctem elaboratus, cum diligentia confectus (de scriptis, sermone sim.)*: **1** *proprie* (*cf. et l. 65*): SIDON. epist. 8, 11, 6 verbis ... grandibus, pulchris, -is. 9, 3, 5 praedicationes ... nunc repentinas, nunc ... -as. POMER. 1, 24 p. 429[B] -ae declamationis pompam. 3, 14, 1 p. 494[B] sermonis -i (elucubratione *cod. un.*) venustate (ENNOD. carm. 1, 8 praef. 6 p. 529, 3. *cf.* epist. 2, 17, 1 p. 58, 20 quisquis -is sermonibus linguae cultum praedicat abiurari. 4, 12, 3 p. 107, 23 quid promovit suada oratio tua -is concinnata sermonibus). 3, 34, 2 p. 519[A] ceterum de accuratione dictionis -ae non satago. ENNOD. epist. 2, 13, 2 p. 53, 7 dives et -a narratio. **2** *translate: de animo i. q. excultus*: BOETH.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

comm. pr. 1, 7 p. 17, 5 quo -ior animus auditoris exercitatiorque ad haec capienda perveniat (mus. 2, 1 p. 227, 17 -ior).

ēlūculentus, -a, -um. *ab* ex *et* luculentus. *i. q. dilucidus*: LVCVLENT. 3 p. 813^{G} multi ... -o sermone et composito loquuntur rhetorice, sed auditores suos non aedificant.

elucus, (-a), -um (*an* ēlū- *?*) *et* **helucus**. *dub. orig. (v. Walde-Hofmann, Etym. Wörterb. s. v.). aspiratur*: PAVL. FEST. p. 100 (*infra l. 19*). TERT. *l. 24*. CASSIOD. (*ex Eutyche*) gramm. VII 201, 9 e ... sequente l plerumque graviter effertur, ut 'helluo', 'helvus', 'helucus' (*B*, hellus *A C*), 'helops' et quicquid ab uno quoque eorum fit. *i. q. languidus, segnis sim. sive languor, segnitia sim.*: GELL. 16, 12, 3 alucinari factum ... ex eo, quod dicitur Graece ἀλύειν, unde '-um' quoque esse dictum putat *Cloatius Verus*, a littera in e versa, tarditatem quandam animi et stuporem qui alucinantibus plerumque usu venit. PAVL. FEST. p. 75 (*sub E*) -um significat languidum ac semisomnum, vel ut alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem, sive halonem (heluonem *? Lindsay Gloss. IV p. 189^{b}*), id est hesterno vino languentem, quod ἔωλον vocitant Graeci (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. EL 206 eluc(um) languidum). p. 100 helucus ab hiatu et oscitatione dictus. GELL. 4, 19, 1 (*ex Varronis Cato logistor.*) pueros inpubes compertum est, si plurimo cibo nimioque somno uterentur, hebetiores fieri ad veterni usque aut -i tarditatem. TERT. coron. 7 p. 433 Oe. Harpocration industria *Liberum* hederatum (*sc. esse*) argumentatur, quod hederae natura sit cerebrum ab heluco (heleuco *BC*) defensare. *cf.* helluo, helluor *sim.* *K.-M.*

ēlūdificor, -ātus sum, -ārī. *ab* ex *et* ludificari. *i. q. ludificari*: PLAVT. Most. 1040 tibi narravero, quīs me⟨d⟩ exemplis hodie -tus est (ludi- ς, *Leo*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 215 ne ... ob hoc delirum senem vinosi (*Petschenig*, senes aiunos *cod.*) -entur (*trad.*, ludi- *Petschenig, al.; sed cf. Stowasser, Xenia Austriaca p. 147*), habeantque derisui. *v. J. B. Hofmann, de verb. dep. p. 28.*

***ēlūdo**, -sī, -sum, -ere. *ab* ex *et* ludere. *de formis*: -lusseris *?* (*e coni. dub., v. l. 52*). NOT. Tir. 50, 13. 18. *de sensu*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 433, 33 B. decipere. frustrari. calumniari. cavillari. causari. tergiversari. -ere. DON. Ter. Eun. 55 (*citatis iis quae l. 66 afferuntur*) -ere est finem ludo imponere. GLOSS.^{L} III Abol. EL 6 -ere circumvenire. GLOSS. supplantare. -o διαπαίζω. -et καταπαίζει. -sus καταπαιχθείς. -ret auęgdae (*anglos.*). *legitur inde a* PLAVTO (*l. 58. p. 430, 5. 432, 50*), TER. (*p. 430, 6. 432, 52*); *saepius in* LIV. *et* TAC. (*praeter aliquot locos et Taciteos et recentiores omnes quos habui, attuli*).

[*var. lect.*: et lud-: *p. 432, 62. 70.* lud-: VERG. georg. 4, 406 *R* (illud- *b*, inl- *Philarg. cf. et l. 49. p. 430, 68*). MANIL. 1, 877 -si *cod. Flor. recte*, effusi *G L M*. *falso trad. pro* cludere: PS. QVINT. decl. 8, 6 p. 150, 13 (elusistis, *corr.* ς). VEG. mulom. 1, 22, 4 pollicem ... sinistrae manus interius deprimas, ut non -at *vena insecta* (*sic falso L*, claudat *A*, cedat *P*, deludat *F*. *cf. Chiron 7 [de eadem re], ubi* ludat, *i.* 'cludat' [*vol. III 1312, 33 sqq.*]). *cf. etiam* TERT. carn. 1 p. 426 Oe. (clusit *A ex collat. Hildebr.*, elusit *A collat. Baluzii*; inlusit [*v. l. 43*] *rell.* *at recte* eludere *pro* claudere *trad.*: AMM. 24, 4, 15. *cf. etiam p. 433, 40*). *ex coni. admodum incerta*: CAECIL. com. 244 ut me ... elusseris (*Halm, v. supra l. 33*) lautissume (iusseris *archetypus Cic. Lael. 99*; inlusseris *alia sim. coniecta*). TERT. orat. 22 p. 196, 1 (*Reifferscheid*, eligitur *trad.*). monog. 14 p. 784 Oe. (velut idque *trad.*).]

I *cum notione lusionis, ludicri, i. q. ludo vincere*: **A** *in certis generibus ludorum*: **1** *aleae* (*c. dupl. acc. l. 59 sq.; alqm. aliquā re l. 60*): PLAVT. Curc. 609 -si militem ... in alea. 630 miles, quaeso ⟨te⟩ ut mihi dicas unde illum habeas anulum, quem parasitus hic te -sit (*cf.* ARGVM. Plaut. Curc. 2 ibi -it anulo rivalem). **2** *pilae* (*obscurius hastarum ludus l. 65*): LVCIL. 1136 Caelius ... trigonem cum ludet, solus ⟨...⟩ ludet et -et (*Marx ad l.*: '*solus pilam iaciet et iactam ab alio repellet sinistra*'. *cf. Marquardt-Mau, Privatleben d. Röm. p. 844, adn. 9*). *huc fort. trahendum*: MART. 14, 202 callidus emissas -ere simius hastas. **3** *gladiatorii ludi* (*cf.* DON. Ter. Eun. 55 -ere proprie gladiatorum est, cum vicerint). *legitur hoc usu tantum in imagine et translate, ubi de altercatione, disputatione sim. agitur* (*fortasse inde pendet ea significatio, quam habes sub II A 2 a β [v. p. 431, 46. 70], II A 2 b p. 432, 17. 21; at vix hinc fluxit ille usus q. e. sub III [v. p. 433, 36]*). CIC. opt. gen. 17 *Isocrates* non ... in acie versatur, et ferro, et quasi rudibus eius -it oratio. a me autem ... gladiatorum par nobilissimum inducitur *eqs.* HOR. epist. 1, 17, 18 mordacem cynicum sic -bat. TAC. dial. 5 accinctus et minax ... eiusmodi certaminum rudem Helvidii sapientiam -sit. MACR. Sat. 1, 1, 3 in ... Platonis Symposio ... Socrates non artioribus ... nodis urget ... adversarium, sed -endi magis quam decertandi modo adprehensis dat elabendi prope atque effugiendi locum (*cf. Jan ad l.*). *cf. etiam p. 431, 68. 432, 75.*

B *spectatur potius ludicra motio saepius repetita* (*cf.* ludere, παίζειν): FRONTO p. 208, 12 N. sciret catafractos similes esse beluis piscibus, eas -ere alto mari cernuantis (*huc referenda ea etiam erunt exempla, quae s. III p. 433, 36 sqq. collocantur, cum quidem intrans. usurpatum esse verbum -endi statuas*). *v. et p. 431, 66. 433, 46.*

II *cum vi ludificationis, ludibrii sim.*: **A** *praevalente notione frustrandi, decipiendi, circumveniendi*: **1** *sensu latiore, quomodocumque decipere*: **a** *animantia* (*civitatem: infra l. 45; vetustatem: infra l. 48. fere i. q. non invenire, sc. de telo: infra l. 39*): PLAVT. Amph. 265 certum est hominem -ere (ludere *Langen, Beitr. p. 17*). TER. Phorm. 885 summa -endi occasiost mihi nunc senes (HOR. sat. 1, 10, 41 Davoque Chremeta -ente senem. MANIL. 5, 473 -sos senes). CIC. S. Rosc. 128 nos ... ab isto nebulone facetius -imur quam putamus. div. in Caec. 24 a pueris nobilibus, quos adhuc -sit (*seq.* contempsit). 45 te ..., Caecili, quem ad modum sit -surus (*seq.* iactaturus). Verr. II 3, 92 Venerius quem ad modum aratores -serit. Phil. 2, 79 *Dolabella* impulsus, inductus, -sus. VERG. georg. 1, 226 illos exspectata seges vanis -sit avenis (*cf.* BOETH. cons. 1 carm. 6, 5 *agricola* -sus Cereris fide *et infra l. 59*). 4, 406 tum *te* variae -ent species atque ora ferarum (*sc. Protei*). Aen. 12, 755 (*canis cervam insectans*) increpuit malis morsuque -sus inani (*cf. etiam p. 431, 82*) est. HOR. epist. 2, 1, 47 dum cadat -sus ratione ruentis acervi, qui redit in fastus (PORPH. *ad l.* donec ... decipiatur -sus. *v. Heinze ad l.*). PROP. 2, 21, 13 sic a Dulichio iuvene est -sa Calypso. OV. epist. 20, 116 -sa virgine. ars 3, 611 qua vafer -i possit ratione maritus, quaque vigil custos (*cf.* ANTH. 21, 30 -sus custos. CLAVD. 18, 89 -si fremitus vitare mariti). met. 1, 692 non semel et satyros -serat illa (*sc. Syrinx*) sequentes. 6, 103 -sam ... imagine tauri Europam. 8, 870. 11, 117 unda fluens palmis *Midae* Danaen -ere posset. fast. 3, 692 nunc pudor -sum, nunc subit ira deum. LIV. 2, 23, 13 -i atque extrahi ... multitudo. 7, 35, 6 *v. p. 431, 53*. 9, 9, 14 ut illi velut somnio laetiore ... nequiquam -rentur (*cf.* VAL. FL. 4, 41 corpus hebet somno refugaque -itur umbra. TAC. ann. 16, 3 *Bassus* non falsa antea somnia sua seque tunc primum -sum affirmans [admir- *trad.*]. CLAVD. DON. Aen. 10, 640 p. 374, 27 dormientibus, cum sopitis sensibus -si [de- *Verg.*] falluntur). 27, 44, 9 quem ... conscribendis fallacibus condicionibus pacis frustratus -isset. 27, 47, 6 tantae rei frustratione Hannibalem -sum. 44, 36, 3 ut consuli non minore arte ad suos -endos quam ad hostis (*v. p. 431, 53*) opus esset. MANIL. 1, 877 squalida ... -si deplorant arva coloni. VAL. MAX. 9, 12 ext. 2 aquila ... -sa splendore capitis (*Aeschyli*). SEN. contr. exc. 10, 6 *fur* effregit domum *divitis* suspensa manu; -sit illum (*an 'irrisit'?, v. p. 433, 10*). PETRON. 98, 6 -sus circa popinas errarem (*sc. Gitona quaerens*). VAL. FL. 6, 197 levis ... abies (*i. hasta*) -sit utrumque (*v. supra l. 4*). IVV. 4, 11, 9 saepe -sus ... creditor. TAC. hist. 4, 86 Cerialis salubri temperamento -sit *Domitianum*, ut vana pueriliter cupientem. ann. 13, 22 Syria P. Anteio destinata, sed variis ... artibus -sus, ad postremum in urbe retentus est. *al.* SVET. Vit. 17, 1 sciscitantes ... mendacio -sit. PS. QVINT. decl. 12, 23 p. 239, 26 spem -endae mendacio civitatis. CARM. poet. min. V 118, 77 -sā ... dominā. TREB. Gall. 9, 1 hac pompa homo ineptus -ere se credidit populum Romanum. HIL. c. Const. 21 p. 597^{B} quid itaque verbis fallis? quid arte -is? CLAVD. 15, 121 falsis -sa vetustas auspiciis. BOETH. cons. 2, 1, 7 quos *fortuna* -ere nititur. CASSIOD. in psalm. 118, 1 p. 836^{B} qui saeculi ambitionibus -untur. 126, 1 p. 928^{B} vanis praesumptionibus -si.

b *res varias* (*tam corporeas quam [saepius] incorporeas*), *i. q. frustrari, irritum reddere, tollere sim.* (*hic illic fere i. q. infirmare, infringere sim., v. ex. gr. l. 55. 57. 70. 81. p. 431, 1*): CIC. Verr. I 30 magnas accusatoris minas magnamque exspectationem iudici ad nostrum arbitrium libidinemque -emus. leg. 2, 52 hac scientia (*sc. iuris civilis*) illam (*sc. pontificalem auctoritatem; v. p. 431, 26*) -itis. BELL. Alex. 24, 7 quod nimia bonitas eius fallaciis pueri -sa esset. TIB. 2, 1, 19 neu seges -at messem fallacibus herbis (*cf.* CASSIOD. in psalm. 125, 8 p. 927^{A} *in imag.*: ne levitas stipularum vota messoris -at. *v. et supra l. 13*). PROP. 4, 1, 140 tibi victrices, quascumque labore parasti, -et palmas una puella tuas. OV. met. 13, 737 *Scylla* -sos iuvenum narrabat amores (*cf. 735 procis* repulsis). LIV. 2, 48, 6 bellum (*aliter p. 432, 2*) quiete, quietem bello invicem -entes. 3, 10, 10 iam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani, sed arte -i ([*Rhen.*, ludi *trad.*]. *cf.* 42, 22, 8 ita rogatio de Liguribus arte fallaci -sa est. SEN. benef. 1, 1, 5 variis artibus necessitates properantes *petentis* -sit [il- *M*, elisit P^{1}; *opp.* distulit]). 24, 34, 12 maritima oppugnatio est -sa. 26, 19, 8 his miraculis numquam ab ipso (*Scipione*) -sa fides est ([*opp.* aucta]. *cf.* HIL. c. Aux. 7 p. 614^{B} *Auxentius* diu consilia sua versans callidissime fidem regis -it [*v. quae seq.*]. trin. 5, 17 p. 139^{A} [*antea* perimunt]. 5, 34 p. 153^{A} arte subdola fidem dum mentitur, -it. *al.*). 28, 8, 1 rapientem omnia ex oculis -isse celeritatem suam fortunam. VAL. MAX. 7, 4, 4 Punica calliditas Romanā -sa prudentiā Hannibalem Neroni ... decipiendum tradidit. PETRON. 97, 4 scrutantium ... manus. 128 vs. 7 ubi fugerunt -sam gaudia mentem (*cf.* PS. RVFIN. in Am. 9, 1 p. 1098^{B} ne ... sensum -ret audientium. CLAVD. carm. min. 53, 36 consiliis animos ... inanes). SIL. 9, 355 Fortuna ... incerto -erat iras eventu (STAT. Theb 11, 648 laeta ducum spes [*acc.*] -isse duorum ... Fortuna). QVINT. inst. 4, 1, 48 promittendo nostras probationes et adversas -endo. 5, 13, 23 similitudines quae ducuntur ex mutis animalibus aut inanimis. PS. QVINT. decl. 15, 9 p. 285, 13 quid blandis adfatibus (ς, affectibus *codd.*) impotentissimum -is adfectum (*an ad B 2, p. 432, 73?*). TAC.

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hist. 1, 26 quaedam apud Galbae aures praefectus Laco -sit (*i. minuendo refellit*). ann. 3, 34 Caecinae sententia -sa est. *al.* PLIN. epist. 1, 20, 6 haec ... quae a me in eandem sententiam solent dici, ... ita -it ut contendat *eqs.* APVL. apol. 68 variis frustrationibus nuptias. TERT. anim. 17 p. 324, 16 ut turris (*gen.*) habitus -at (*sc. sensus seu oculos*). adv. Val. 30 p. 205, 22 martyrii ... -entes necessitatem qua volunt interpretatione. *al.* PORPH. Hor. carm. 3, 16, 5 Acrisius ... Danaes pudicitiam ... custodibat, si non diligentiam hanc -sam vellent Venus et Iuppiter. PANEG. 10 (4), 14, 2 quod crassam et caligantem aciem *oculorum* simplex illa ... substantia naturae tenuis -at (CLAVD. 17, 107 lucisne repulsu -ant *res* aciem. *cf.* OBSEQ. 18 species toga⟨t⟩orum visae adpropinquantium oculos -bant [PRVD. ham. 541 *alleg.*: sagitta ... -ens excussa oculos]). ARNOB. nat. 4, 15 p. 153, 4 *religio* multis -sa ambiguitatis erroribus. HIL. ad Const. 2, 4, 2 p. 199, 14 veritatem (syn. 20 p. 496[A] confusis ... verbis veritatem frequentissime haeretici -unt. 32 p. 504[B]). in Matth. 11, 9 p. 982[C] dictum apostolicum. *al.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 4 p. 327, 18 B. qui nativitatem illius (*Christi*) in phantasmate -unt (*cf. p. 328, 4* nativitatem eius auferentes). RVFIN. hist. mon. 28 p. 452[A] (= PALLAD. hist. mon. II 9 p. 356[A]) verba simplicia argumentis callidis -bat. AVG. c. Cresc. 3, 48, 53 p. 461, 3 nostram ... intentionem dolosius -endam. SVLP. SEV. dial. 1, 19, 3 vanum laborem ... affecti fratris. MART. CAP. 7, 725 vs. 13 tu optati lentus amoris gaudia longa trahis captumque -is honorem. SIDON. epist. 4, 18, 2 exspectationem nostram. 7, 15, 1 imputationem meam praetextu. CLAVD. MAM. anim. p. 23, 17 ita auctoritate rationem, ut auctoritatem (*cf. p. 430, 57*) obiectu rationis -unt (*cf.* p. 40, 21 divinae istud auctoritatis oraculum nec eloquio -i potest nec argumento falli). DRAC. Romul. 8, 579 (*de tigride catulis orbata*) cum pignora mater perdit et -sa feritas pietate nocentis raptoris sectatur iter.

2 *strictiore sensu (fere technico): frustrari sic, ut qui decipiat, effugiat aut subterlabatur, i. q. declinare, evitare, effugere sim.*: **a** *in re militari (huc congesta sunt ea etiam exempla, quibus de quovis proeliandi, rixandi sim. genere per similitudinem quandam ex bellandi ratione sumptam dicitur)*: *α absolute*: LIV. 21, 50, 2 Romanus conserere pugnam et ex propinquo vires conferre velle; contra -ere Poenus et arte ... rem gerere ... malle. QVINT. inst. 9, 2, 78 ut qui cursu parum valent, flexu -unt. TAC. ann. 3, 74 quia ille (*Tacfarinas*) robore exercitus inpar, furandi melior, pluris per globos incursaret -retque. 4, 25. 13, 37 Tiridates ... si copiae contra ducerentur, -ere. FLOR. epit. 2, 3, 5 cum diu multumque -rent. 3, 1, 10 iam simulata iam vera fuga -entem artibus suis adgressus est. PANEG. 10 (4), 24, 2 quod tutissimum -ere, quod est difficillimum sustinere (*anteced.*: omnes bellandi vias).

ēmātūrēsco, -uī, -ere. [ex *et* maturesco. *W.*] *inde ab* OV. (*l. 17*). **1** *proprie de sativis, frugibus, i. q. plane maturescere:* PLIN. nat. 25, 36 nonnumquam ... candidum (*sc. genus hyoscyami*) rufescit, si non -uit (-uerit *dT*). 27, 144 si fructus prius -ant (am- *E*). GELL. 2, 29, 7 dominus ... segetum ... filium ... vocat et 'videsne', inquit, 'haec -uisse et manus iam postulare'. **2** *translate de affectu, i. q. mitescere, leniri:* OV. trist. 2, 124 sic lapsa est *domus Nasonis*, ut surgere, si modo laesi -uerit (e ma tuerit, ru *s. scr. m.*^{2} *M*; et [t *eras.*] matuerit *G*) Caesaris ira, queat.

[diu fruges hiemps cohibet, ver elicit, aestas flore (rore *Haupt, Baehr.*) solidat, calor **ēmātūrat** PANEG. 8 (5), 10, 4 *M* (calore maturat *Baehr. post Hauptium propter clausulam; v. G. Bachrens diss. p. 56*). *cf.* maturo.] *K.-M.*

emāx, -cis. [*ab* emo. *W.*] PRISC. gramm. II 140, 8 in 'ax' plerumque verbalia inveniuntur ab omni coniugatione: ... 'emo emis -x'. GLOSS.^{L} II Philox. EM 46 -as (-ax): *ἀγορα⟨σ⟩τής*. III Abstr. EM 1 tenuis, macer (*cf. Keller, Volkset. 153*), aut qui amat emere aliquid. NOT. Tir. 27, 12.

i. q. emendi cupidus (*opp.* vendax *l. 31*): CATO agr. 2, 7 patrem familias vendacem, non -em esse oportet. CIC. parad. 51 non esse cupidum pecunia est, non esse -em vectigal est. NEP. Att. 13, 1 nam cum esset pecuniosus (*Atticus*), nemo illo minus fuit -x, minus aedificator. OV. ars 1, 421 institor ad dominam veniet ... -em. *translate:* PERS. 2, 3 non tu prece poscis -i quae nisi seductis nequeas committere divis (*i. precibus deorum favorem quasi pretio ementibus, nisi forte translatio ex ipso Macrino [sc. 'divitiarum sim. cupido'] sumenda est [cf. vss. 7 sqq.]*). *Burckhardt.*

embadius, -a, (-um), **ἐμβάδιος, ab ἐμβαδόν. ad embadum pertinens, arealis:* GROM. p. 342, 15 termini si duo in unum fuerint, -am formam ostendunt.

embadon (*v. l. 46*) *et* **embadum,** (-ī) *n., ἐμβαδόν. legitur plur.* -a: *l. 48. 49 bis. i. q. area plana certis terminis circumscripta* (*in geometr.*): BALB. grom. p. 96, 9 (= metrol. p. 124, 8) pes prostratus sic observabitur: ducis longitudinem (*v. app. crit.*) per latitudinem: facit -on. NIPS. grom. p. 297, 17 in trigono hortogonio, cuius podismus est ped. XXV, -um ped. CL *eqs.* (p. 298, 13 -um huius trigoni ped. LX). p. 298, 2 ad hanc summam adicies IIII -a (*ibid. l.* 6 hinc tollo IIII -a [*ibid. l.* 17 quattuor -a]). p. 301, 4 -um.

? CAEL. Cic. epist. 8, 1, 4 ego qui scirem, Q. Pompeium Baulis **embaeneticam** (*M; var. coni. ἐμετικήν*, iam ·peneticam *al. v. ap. Mendelssohn*) facere et usque eo, ut ego misererer eius, esurire (*dub.; quamvis cum voce q. e.* embaenitariorum [*v. l. 57*] *componendum videatur, tamen de signific. non certo constat. fort. corrupt. [sic Mendelssohn alii]*).

INSCR. Dessau 6339 (*Baiis*) L. Caecilió Dioscoro ... cúratorí perpet(uo) **embáenitáriórum** III Píscinénsium (*dub. interpr.; de fabris navicularum piscatoriarum cogitavit Sogliano, Not. d. scavi 1897, p. 12, qui iam contulit Caelii* embaeneticam [*v. l. 51*]. *item Walters, Class. Rev. 11, 1897, 367 et Ruggiero, diz. epigr. s. v. [cf. etiam Sjögren ad Cael. Cic. epist. 8, 1, 4]. sed neque de interpretando numero q. e.* 'III' ['*trierum*' *Sogliano*] *neque de vocab. subseq.* [pisciniénsium *ante Dessau*] *certi quicquam potest statui*).

embamma, -atis *n., ἔμβαμμα. scribitur: prima syll. per* in-: PLIN. nat. 20, 147 (em- *Gelen.*). *altera per* -bamb-, -bab-: PLIN. nat. 20, 147 *codd. dF.* 22, 88 *codd. praeter df.* APIC. 8, 346 (embambam *EV, corr. Torinus*). *cf. et l. 70.* -balm-: ALEX. TRALL. *l. 84. per* -bemm-: THEOD. PRISC. log. 61 *cod. b. de formis: abl. sg.* -te: *v. l. 77 bis. 82. 83. plur.: nom. acc.:* -ta: COLVM. 12, 34 (*ex corr.*, decem bābate [*v. l. 65*] *SA*^{1}). 12, 57, 2 (-a *sg. SA*). *v. et l. 84. gen.* -tum: PLIN. nat. 20, 147. [*ex correct.:* THEOD. PRISC. log. 31 (*Gelen.*, emlemmate, emplasm-, inplasm- *trad.*). *v. etiam l. 67. 70.*]

i. q. ius, condimentum ex aceto confectum: COLVM. 12, 34 ad -ta (12, 57, 2 hoc sinapi ad -ta ... idoneo ... uteris). PLIN. nat. 20, 147 mentae ... excitat ... sapor aviditatem in cibis, ideo -tum mixturae familiaris. 22, 88 ex -te (APIC. 3, 104 intuba ex -te vel melle et aceto acri). VLP. dig. 18, 1, 9, 2 si vinum non acuit, sed ab initio acetum fuit, ut -a, aliud *eqs.* 33, 6, 9, 1 -a ... continebitur *legato*, quia aceti numero fuit. MARCELL. med. 20, 74 -a digestorium. 30, 41 -a quo venter solvitur. *ibid.* -a factum ex garo et aceto. THEOD. PRISC. log. 31 p. 129, 2 cum -te ex oenomeli temperato. 61 p. 164, 2 conchylia in -te ex aniso ligustico pipere. APIC. 8, 346 -a in cervinam assam. ALEX. TRALL. 2, 46 -balmata (*bis*).

embasicoetās, (-ae) *m. dor. ἐμβασικοίτας* (*c. gr. notione, sc. de poculo* [*cf. Athen. 11 p. 469*^{A} *τὸ καλούμενον ποτήριον ἐμβασικοίταν*] *l. 6; sic tamen, ut Petron. subseq. responso vocem q. e.* -as *cinaedi signif. ludendi causa ponat* [*v. l. 7*]). *acc.* -an: *l. 6. qui lectos ingreditur, cinaedus:* PETRON. 24, 2 quaeso ... domina, certe -an (*sc. poculum, v. l. 2*) iusseras dari. *ibid.* (*Quartilla inquit*) 'tu non intellexeras, cinaedum -an vocari?' (*v. l. 4*). 24, 4 et Ascylto -as detur. 26, 1 iam Psyche (*ancilla*) puellae caput involverat flammeo, iam -as praeferebat facem *eqs.*

embasis, -im (-in) *f., ἔμβασις. scribitur:* enb-: *infra l. 16.* -bass-: *l. 26 (cf. et l. 22). litt. gr. l. 20. acc.* -im: *l. 17 bis. 21. 24.* -in: *l. 16. 19. 20. abl. in* -i (*v. infra l. 18. 22. 24*). *plur. acc.:* -īs: *infra l. 16.* **1** *i. q. descensus in balineas, lavatio* (*pro remedio habita; imprimis ex aqua calida et oleo*): SORAN. p. 54, 1 si haec minus purgationem redintegraverint, novissime in oleo enbasis (*bl*, enbasin *h*) eis faciamus. CAEL. AVR. acut. 3, 7, 81 -im olei vel aquae et olei adhibemus (3, 17, 151 -im adhibemus ex oleo vel calida et oleo. 3, 17, 169 utitur ... -i ex oleo adhibita. chron. 1, 4, 91 -in. 1, 4, 161 adhibenda -is ex oleo. 2, 1, 26 -in. 5, 1, 13 [*gr. scriptum*]. 5, 4, 75. CASS. FEL. 51 p. 135, 17 ex calida et oleo ... -im [ēbasī *p, om. c*] adhibebis. 61 p. 152, 22 usque ad guttur -i [basī *p*, bassin *c*] adhibita fomentabis). acut. 3, 18, 184 gestationem adhibemus et in oleum vel calidam aegros infundimus scilicet -im facientes (chron. 5, 2, 40). chron. 2, 1, 27 in -i ex oleo 3, 2, 26. **2** *i. q. ipsum solium* (*balnei*): NOT. Tir. 114, 28 solium, epitolium, -bassis (*cf.* GLOSS. II 295, 48 *al.* ἔμβασις hoc solium).

embatērion *metrum, ἐμβατήριον.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 77, 23 idem *metrum* et -on dicitur, quod est proprium carmen Lacedaemoniorum. id in proeliis ad incentivum virium per tibias canunt incedentes ad pedem ante ... pugnae initium, quod est tale 'superat montes pater Idaeos nemorumque'.

embatēr, -ēre *m., ἐμβατήρ. t. t. architect., i. q. modulus:* VITR. 1, 2, 4 in aedibus sacris *eurythmiae qualitas est* aut e columnarum crassitudinibus aut triglypho aut etiam -re, ballista e (bal-(l)ist(a)e *trad.*) foramine ⟨capituli⟩ (*sic Kr., alia alii* embate[re], *sc. ab* 'embates' [*v. l. 38*] *ante Kr.; at cf. Hesych. s. v' ἐμβατήρ*). *cf. et* embates, *l. 40.*

embatēs *m., ἐμβάτης. i. q. embater* (*v. l. 32*): VITR. 4, 3, 3 pars una erit modulus, qui graece -es (*sic trad.; ἐμβάτης edd. ante Kr., ἐμβατήρ [v. l. 36] Kr. ex Hesychio*) dicitur. *K.-M.*

***emblēma,** -atis *n., ἔμβλημα. scribitur* en-: SERV. Aen. 5, 536 *cod. F, s. IX vel X ineuntis. al. notatur per* emb: INSCR. Dessau 8619 *bis, v. p. 451, 18.* embl: CORP. III 4806 *v. p. 451, 17.* emblĕma: VEN. FORT. Mart. 2, 80 *v. p. 451, 24. de genere et formis:* **1 emblēma,** -tis *n.: de decl. ex Graeca derivata cf.* CHAR. gramm. p. 65, 11 *sqq.* B. GRAMM. VI 276, 26 *sqq.* GRAMM. suppl. 92, 23. *gen. pl.* -tum *legitur* CIC. Verr. II 4, 54 *bis* (*v. p. 451, 12. 13*). SCHOL. Iuv. 1, 76 (*p. 451, 2*), *probatur* CHAR. gramm. p. 65, 22 B. *al.* -tōrum (*ex dat. abl. q. s.* -tīs [*v. infra l. 53*] *quasi retrograde formatus*) *traditur* AMBR. Tob. 3, 9 p. 523, 8 (*v. p. 451, 22*). *falso attribuitur Ciceroni:* SERV. gramm. IV 435, 13. *repudiatur* FRG. Bob. gramm. V 557, 20 *al. cf. Neue-Wagener, Formenlehre I*^{3} *p. 430 sq.* (*dat.*) *abl. pl.* -tīs: CIC. Verr. II 4, 37 (*p. 451, 8*). QVINT. inst. 2, 4, 27 (*p. 451, 34*). *cf.* PRISC. gramm. II 201, 4 *infra l. 67.* PHOC. gramm. V 425, 19 his ... -tis dicendum est. *al.* -tibus: CHAR. gramm. p. 65, 28 B. *cf. Neue-Wagener l. c. p. 439 sqq.* **2 emblēma,** -ae *f.* (*de ratione gr. voces in -μα, -ματος exeuntes sec. I*^{am} *decl. declinandi v. Stolz-Leumann, Formenl. p. 261*): DON. gramm. IV 379, 12 -a epigramma *eqs.*: ... huius formae nomina veteres etiam feminino genere declinabant. POMP. gramm. V 197, 11 -a: Graeci dicunt hoc -a, Latini dicebant haec -a. GRAMM. suppl. 246, 7. *cf. Neue-Wagener l. c. p. 502.* **3 emblēmatum,** -ī *n., per retrogradam q. v. derivationem ex dat. abl. pl.* -tīs (*supra l. 53*) *et gen. pl.* -tōrum (*supra l. 49*) *ortum:* PRISC. gramm. II 201, 2 quidam ... in 'um' etiam teste Celso huiusce modi nominum protulerunt nominativos: hoc -um huius -i ... declinantes. unde frequens usus eorum dativos et ablativos plurales in 'is' terminat: 'his' et 'ab his ... -is', ... quibus frequenter casibus in Verrinis utitur Cicero. 357, 12 GRAMM. suppl. 99, 1. *traditur in* GLOSS. V 568, 20. *de notione:* GLOSS.^{L} III Abstr. IN 5 inblemata (emble-): ornamenta vasorum. Corp. E 160 -a fothr (*anglos., i. q.* 'Futter'). 186 obscuritas (*vix recte*). GRAMM. suppl. 236, 32 *sq.* '-a' dicitur varietas pavimenti, Graece 'lithostrotus' dicitur, vel -a est superabundantia, inde 'embolismus' superabundans (246, 3). *praeter* GRAMM. *omnia exempla dedi.*

i. q. opus arte factum quod alteri operi inseritur (*v. Rossbach, PW V 2487*): **1** *de opere musivo:* LVCIL. 85 (*in Albucium*) quam lepide lexeis compostae ut tesserulae omnes arte pavimento atque -te vermiculato (*inde* CIC. Brut. 274 nullum nisi loco positum et tamquam in vermiculato -te, ut ait Lucilius, structum verbum videres *in oratione M. Calidi*). VARRO rust. 3, 2, 4 num quod -a aut lithostrotum *vides?* AVG. ord. 1, 1, 2 p. 122, 22 *in vermiculato pavimento*: illa -ta in unius pulchritudinis faciem congruentia. **2** *de figuris et ornamentis argenteis (aureis p. 451, 17. 27 sqq.) in vase quolibet illigatis, ex quo tamen facile eximi possunt* (*cf.* SERV. Aen. 5,

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

536 *cratera* inpressa signa habentem, id est -ta. SCHOL. Iuv. 1, 76 *stantem* extra pocula caprum: dicit -tum [*sic codd., Wessner; an pro adi.?,* emblematicum *Schurzfleisch ex cod. suo*] opus). *distat a crustis: infra l. 10.* PAVL. dig. 34, 2, 32, 1 *(v. Héron de Villefosse, Mélanges Boissier 1903, p. 277 sqq.). usum vocis Graecae vetat Tiberius*: SVET. Tib. 71 CASS. DIO 57, 15, 2. *metaphor. de ipsis vasis, quae -tis ornata sunt (sing. collective) infra l. 24*: **a** *proprie*: *α varia ex usu*: CIC. Verr. II 4, 37 scaphia cum -tis. II 4, 46 dixit te ... evulso -te *turibulum* remisisse (II 4, 49 -ta evellenda curavit [*cf. ibid.* 54]. *cf.* II 4, 52 iis [*vasis argenteis*] crustae aut -ta detrahebantur). II 4, 49 duo pocula non magna, verum tamen cum -te. II 4, 54 tantam vim -tum ... coacervare (*cf. ibid. Verres* tantam multitudinem collegerat -tum). PLIN. nat. 33, 156 Ulixes et Diomedes erant in phialae -te Palladium subripientes (VLP. dig. 10, 4, 7, 2 si ... ansam scypho iunxeris vel -ta phialae. CORP. III 4806 [= Dessau 4863] Noreiae Au(gustae) sacr(um). Q. Fabius Modestus ... phialam argent(eam) ..., embl(emata) Noreiae aurea [*v. l. 27*] uncias duas d(ono) d(at). INSCR. Dessau 8619 phi(ala) et emb(lema) p(endent) p(ondo) *eqs.*; phi(ala) p. p. *eqs.*, emb(lema) p. p. *eqs.*). VLP. dig. 33, 6, 3, 1 non ... pars sunt vini vasa, quemadmodum -ta argenti, scyphorum forte vel speculi. AMBR. Tob. 3, 9 p. 523, 8 usurae conpensabunt pretia -torum (-turum *VD*). PRVD. psych. 527 sordet christicolis rutilantis fulva monetae effigies, sordent argenti -ta. *nota (v. supra l. 6)*: VEN. FORT. Mart. 2, 80 (*in convivio*) -a gemma lapis *eqs.* *β tractatur de legando*: VLP. dig. 34, 2, 17 si gemma ex anulo legetur vel aliae materiae iunctae vel -ta, recte legantur. 34, 2, 19, 5 quaeritur, si cui argentum legetur, an -ta aurea quae in eo sunt eum sequantur (PAVL. sent. 3, 6, 89 vasis argenteis legatis -ta quoque ex auro infixa legato cedunt). 34, 2, 19, 6 (*ex Celso*) auro legato ... aurea -ta, quae in absidibus argenteis sint *non debentur* (PAVL. dig. 34, 2, 32, 1 [*v. adn. crit.*]. *cf.* VLP. dig. 34, 2, 27, 4). **b** *in imagine de ornamentis dicendi*: QVINT. inst. 2, 4, 27 *quidam locos* memoriae ... mandatos in promptu ... *habent*, ut quotiens esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut -tis exornarentur.

*?***emblēmaticus,** (-a), -um SCHOL. Iuv. 1, 76 *v. supra l. 3.*

emblēmatum, -ī *n. v. p. 450, 62. [? pro adi., v. l. 2].* *Burckhardt.*

embola, -ae *f.*, ἔμβολή. *i. q. mercium in navem illatio*: COD. Iust. 1, 2, 10 pr. (= 11, 4, 2; *a. 439*) navem ... ante felicem -am vel publicarum specierum transvectionem ... subtractam.

embolia, -ae *f. v.* embolium *p. 452, 52.*

emboliārius, -a, (-um). [*ab* embolium. *W.*] *nonnisi subst. qui embolia agit* (*maxime de muliere saltatrice*): **1** *masc.* -us: CORP. IV 1997 (= CARM. epigr. 41; *Pompeiis in pariete basilicae*) Oppi -i (*nota vocat.*), fur, furuncule. **2** *fem.* -a: PLIN. nat. 7, 158 Galeria Copiola -a reducta est in scaenam C. Poppaeo Q. Sulpicio cos. ludis pro salute ... Augusti votivis annum CIIII agens. CORP. VI 10127 Phoebe Vocontia (*indic. origo*) -a artis omnium erodita (*de genet. v. Konietzny, Archiv 15, 1907, 311 § 20*). *de re v. Daremberg-Saglio s. v., p. 596; Wissowa PW V 2491, 48 sqq.; Friedlaender, Sittengesch. II⁹, 133.* *v. et* embolium.

embolimaeus, (-a), (-um), *ἐμβολιμαῖος. *i. q. intercalaris*: AVSON. 371, 13 quinto qui *dies* protinus anno mense Numae extremo (*i. die XXVIII m. Febr.*) nomen capit -i. *v. et p. 452, 14.*

embolinē (-ī-*?*), -ēn *f.*, *ἐμβολίνη. [*nomen plantae, q. e.* '*Daphne mezereum*' *L., Graeci a subst.* ἔμβολον *finxerunt. W.* (*at non agitur de ea herba, quae apud nos* '*Seidelbast*' *audit, immo intellegenda est herba quaedam ad genus ellebori pertinens, quae et epipactis [v. l. 62 et cf. p. 394, 83] et elleborine [v. p. 394, 82 sqq.] vocatur; sc.* '*Herniaria glabra*' *L. [v. Liddell-Scott s. v.* ἐπιπακτίς*].*)] PLIN. nat. 13, 114 in Asia et Graecia nascuntur frutices epicactis (epip- *Barbar. e Diosc. 4, 108*), quem alii -en vocant, parvis foliis *eqs.* (ellebor- *Barbar. e Diosc. l. l.; v. p. 395, 4*).

*?***embolismālis,** (-e). *ab* embolismus. *i. q. intercalaris* (*in die paschae computando*): PASCHASIN. Leo M. epist. 3, 1 p. 607A. B (= Krusch, Stud. z. christl.-mittelalt. Chronol. 1880, p. 248) cuius (*ogdoadis*) ratio haec est: duo sunt priores anni communes (*i.* '*lunares*'), tertius -is ... quartus et quintus communes, sextus -is, septimus communis, octavus -is (*cum vocab. ap. Kruschium per* embo. *notatum [cf. s.* embolismus *p. 452, 2] occurrat, etiam de adi. q. e.* embolismaris [*v. l. 76*] *cogitare possis* [*an de voce, q. e.* embolismus*?; cf. ibid. 3, 2 p. 608*A embolismos = *Kr. p. 248*in. embo. (*v. p. 452, 22*), *ceteris autem locis haec vox et ap. Kr. perscripta legitur; v. p. 452, 37. 38*]).

embolismāris, (-e). *ab* embolismus. *cf.* intercalaris. *i. q. interpositus, intercalaris*: COMPVT. Carth. 2, 1 dies -es. 2, 10 -es (-matres *cod.*) quindecim et lunares annos viginti quinque (*ibid.* -es sedecim *annos* et lunares viginti octo. *ibid.* -es anni XXXI et communes quinquagenta [*sic*] tres. 2, 17 -bus annis). *cf. et* embolismalis.

embolismārius, (-a), (-um). *ab* embolismus. *cf.* intercalarius. *i. q. intercalarius*: COMPVT. Carth. 2, 17 sex ... menses divident annum, in -o vero mensis unus dierum triginta prorogator accedit.

embolismus, -ī *m.*, ἐμβολισμός. -lysm-: HILARIAN. pasch. 12 *ubique. de notis in lbb. mscrr. obviis* (embol., emb.) *v. Lindsay, Notae lat. p. 424, 34 (cf. et p. 451, 71).* *de notione*: GRAMM. suppl. 236, 24 'emblema' est superabundantia, inde '-us' superabundans. ISID. orig. 6, 17, 23 -us ... nomen Graecum est, quod interpretatur Latine superaugmentum, eo quod expleat numerum annorum communium, quibus undecim lunares dies deesse cernuntur (*inde* GLOSS.L Corp. E 168 -us superaugmentum). GLOSS.L I Ansil. EM 24 -o in mense duas lunas. 25 -o bissexto. GLOSS. II 584, 10 intercalaris: annus longior, -us graece. *legitur notione adi. inde a* SOL. (*v. l. 13*), *pro subst. inde a* FILASTR. (*l. 34*).

1 *quasi adi.: i. q. interpositus, intercalaris* (*cf. gr.* ἐμβόλιμος *et* embolimaeus): **a** *de die*: SOL. 1, 42 dies ... quos *Graeci* -os (embolimeos *N*1*S*, -les meos *M*, -lis meas *A*) vel hyperballontas nominabant. HILARIAN. pasch. 12 p. 1112D XXVIII dies -os et communes annos sic manifestant. **b** *de anno* (*in computatione paschae. def. l. 25. 30*): HILARIAN. pasch. 12 p. 1112C haec ... ratio (*sc. dierum paschae variantium*) -os et communes (*i.* '*lunares*') annos facit (*ibid.* p. 1113A praeteritos annos communes ... praesentes ... -os. *ibid.* annum communem ... et ... -um. PASCHASIN. Leo M. epist. 3, 2 p. 608A [= Krusch, Chronol. p. 248fin.] communes annos aput Hebreos XII ... lunas ..., -os [*v. p. 451, 73*] vero lunas habere XIII. COMPVT. Carth. 2, 10 per -os et communes annos. DIONYS. EXIG. epist. de pasch. 2 p. 513C communium annorum et -orum. ISID. orig. 6, 17, 24. *ibid.* si ... a quarta decima luna paschae praecedentis usque ad quartam decimam sequentis CCCLXXXIV dies fuerint, -us annus est; si CCCLIV, communis [est]. ord. creat. 9, 6 p. 957A per ... communem annum ... in -o autem *eqs.*). HILARIAN. pasch. 12 p. 1112D annum -um. *ibid.* p. 1113A praeteritos annos -os. ISID. orig. 6, 17, 21 -us annus semper solus est. 6, 17, 22 -us annus est, qui tredecim menses lunares, id est CCCLXXXIV dies habere monstratur (*sim.* nat. 6, 4).

2 *pro subst., i. q. intercalatio* (*nonnisi in pascha computanda*): FILASTR. 58, 3 diem paschae ... veram ... confirmatam a domino cursu, numero lunae, mensibus, -is. PASCHASIN. Leo M. epist. 3, 1 p. 607B (= Krusch, Chronol. p. 248) octavum annum ogduadis (*sic*) fieri ... non posse, nisi -um (-i *C*) teneamus. *ibid.* 3, 2 p. 608A (= Krusch p. 249init.) necessitate ... -i cogimur *eqs.* (*cf. p. 451, 74*). COMPVT. Carth. 1, 1 cum lunaribus annis et -orum titulis (1, 9. *cf.* 2, 8 octogesimus et quartus annus cum suis -orum signis). ISID. orig. 6, 17, 23 *v. l. 5.*

embolium, -ī *n.* [*gr.* ἐμβόλιον. *W.*] imb-: *l. 52. fem.* -a, -ae: *l. 52.* *i. q. spectaculi genus, quod mediae fabulae ad intervalla singulorum actuum explenda inseritur* (*maxime saltatio*): **1** *proprie*: CIC. Sest. 116 ipse *Clodius* ... maxime ludius, non solum spectator, sed actor et acroama, qui omnia sororis -a novit, qui in coetum mulierum pro psaltria adducitur *eqs.* (*cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 135, 35 sqq. St. Clodiam ... studiosam fuisse saltandi profusius ... quam matronam deceret. hoc enim significatur isto verbo quo ait [*seq. Sest. 116*], ... quoniam pertinent [*sc.* -*a*] ad gestus saltatorios). CORP. VI 10128 Sophe Theorobathylliana arbitrix (*i.* '*arbitra*'*?*) imboliarum ('*Theorobathylliani potuerunt dici asseclae Theori et Bathylli pantomimorum*' *Dessau ad n. 5263; v. et Wissowa PW V 2491, 47*). **2** *translate de parte libri operi cuidam inserta*: CIC. ad Q. fr. 3, 1, 24 mirificum -um cogito in secundum librum meorum librorum includere, dicentem Apollinem *eqs.* *de re v. Daremberg-Saglio s. v., p. 596; Wissowa PW V 2491, 19 sqq.; Friedlaender, Sittengesch. II⁹, 133 et 135 adnot. 7.*

embolo *v.* involo.

embolum, -ī *n.*, ἔμβολον. *i. q. rostrum* (*navis*): PETRON. 30, 1 in postibus triclinii fasces erant cum securibus fixi, quorum unam partem quasi -um navis aeneum finiebat, in quo erat scriptum *eqs.*

embolus, -ī *m.*, ἔμβολος. *cunei quoddam genus in machina Ctesibica adhibitum* (*i. q. nobis* '*Kolben*'): VITR. 10, 7, 3 de supernis in modiolis -i masculi torno politi et oleo subacti conclusique regulis et vectibus commoliuntur (commoluntur *trad.*). [*aliter* imboli ISID. orig. 15, 2, 26 (*q. v.*).]

embractum, -ī *n.* *dub. orig.* (*fort. vox celt. [cf. Hesych. s. v.* ἔντριτον *et Holder, altcelt. Sprachschatz s v. embrecton, p. 1433]; vix pertinens ad gr.* ἐμβρέχειν *[sic post alios Brandt, Unters. z. röm. Kochbuche, p. 67 adn. 99] aut ad* ἔμφραχτος*) et signif.* APIC. 9, 444tit. -um Baianum (9, 444; *seq. descriptio, confectio*). [*inc.* APIC. 8, 359 cum inbracto *V*, cum bracto *E*, cum em- *P.*]

embrimium (-īmi-, -imum*?*), -ī *n.* *inc. orig. (gr.?)* *i. q. species straguli, pulvinaris* (*cf.* GLOSS. Aynardi V 619, 18 -im⟨i⟩um est matta ex grosso papiro tenuiter pectinata. GLOSS. Werth. Gallée 339 -is plumaci [*i.* plumaciis*?*]): CASSIAN. conl. 1, 23, 4 p. 36, 8 ipsis quibus insidebamus psiathiis admonens *Moyses abbas* incubare, -is (-i*s, i *eras. D*) pariter capiti nostro cervicalium vice subpositis.

embroc(h)a, -ae *et* **embrocē,** (-ēs) *f.*, ἐμβροχή. *scribitur*: -c- *in ult. syll. praeter p. 453, 8.* inbr-, imbr-: *v. p. 453, 11. 13. 19. 23. 24* (*v. etiam s.* embroco, *p. 453, 40*). *de formis*: **-a,** -ae: *sg.*: *nom.* -a *p. 453, 29.* *abl.* -ā: *p. 453, 16. (24,*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

an nom.?). plur.: *nom.* -ae: *infra l. 8. 10. 28.* *acc.* -as: *infra l. 15. 22. 26. 28.* *abl.* -is: *l. 11* (*at infra l. 19. 23 pro acc. pl., sc.* -es *usurpatum videtur*). -e *more graeco:* *sing.:* *nom.* -ē: *infra l. 26.* *abl.* -ē: *infra l. 11. 17. 21* (*de* DIOSC. *infra l. 13 non constat; acc. pl.* -es*?*). *acc. plur.* -ēs: *infra l. 19. 20* (*cf. et l. 4*).

i. q. fomentum umidum (*maxime oleo tinctum; fere imponendo, operiendo adhibetur* [*ad perunguendum l. 16*]. *cf.* PS. SORAN. quaest. med. 37 extrinsecus offeruntur, id est -ae [-ę *cod.*, -chae *Rose*], cataplasmata, epithemata): PHILVM. med. 1 p. 20 ad alios ... reumatismos iuvant ... -ae de oleo et vino impositae. THEOD. PRISC. eup. faen. 97 p. 102, 4 -e (*r*, imbrocis *B*; -e simpliciori *b*) uti necesse est ex ervaceis pollinibus (*sic Gelen.*, herba *sim. trad.*). DIOSC. 1, 48 *oleum roseum* cataplasmatibus utilis et ad imbroce dolore capitis (*gr. 1, 43, 4 ἔῤῥστον εἰς ἐμβρέγματα καὶ καταπλασμάτων μείξεις*). CASS. FEL. 42 p. 97, 18 facies duas -as laneas (61 p. 151, 4 de -a lanea [lana *cp*] aegrotum perungues [*v. supra l. 7*]). 46 p. 118, 18 -e calida (-e calide *cp*) ex lanis sucidis ... pectinem vel utraque ilia cooperies (*cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 E 9 p. 469 lana sucida inposita ruptis locis iuvat in inbroces [inbrocis *trad. Aa; La*: embroces] adhibita; *gr. p. 612, 5 ταῖς ἐπιβροχαῖς*). CASS. FEL. 71 p. 170, 5 caput -e (*p*, embrice *c*) curandum ex rosaceo et aceto. ORIBAS. syn. 8, 20 p. 226 *ad spasmum* adhibis ... -as et pilemata ... de oleo dulce ... de oleo rutino et Sycionio (*La*: inbrocis; *gr. 1, 17 p. 423, 5 ταῖς ἐμβροχαῖς*). 8, 21 p. 231 papaver in oleo coctus inbroca (*sic trad. Aa*, em- *ed.; deest La*) adhibitus (*gr. 1, 18 p. 427, 7 ἐπιβροχαί*). ALEX. TRALL. 1, 30 apozima ... et -e (*gr. ἐπιβρέχειν*). 1, 40 -as ... et fomentationes ([*gr. ἐπιβρέχειν*]. 1, 146; *gr. ἐπιβροχάς*). 1, 41 -as (*gr. ἐπίβρεχε*). 1, 47 stomacho -ae de vino ... sunt adhibendae (*gr. ἐπιβροχαῖς*). 2, 75 -a ... ad ... epatis distemperantiam optima est de oleo *eqs.*

embrocismus, -ī *m.*, *ἐμβροχισμός.* CASS. FEL. 42 p. 97, 17 ut *stomacho laborantes* -o curentur, id est olei infusione foveantur. *v.* embroco *2, l. 44.*

embroco, -āvī, -āre. *ab* embroca. **1** *i. q. fomentis (umidis) curare, embrochis fovere*: CASS. FEL. 1 p. 4, 11 oxyrodino ... caput -bis (*ibid.* p. 5, 2. 63 p. 156, 1. 65 p. 159, 4 [*p*, comprobabis *c*]. 71 p. 170, 9 postquam -veris [-bis *c*], caput pileo operies. ORIBAS. syn. 8, 14 p. 218 -bis ... caput *inflammatum* ydreleo aut oineleo [-as *trad. Aa, desunt La et gr.*]. 8, 22 p. 234 frigidis -bis [*trad.* hym- *i.* imbr-; *v. p. 452, 83*] caput; *deest La et gr.*). CASS. FEL. 33 p. 69, 9 iugulos et thoracem ... oxyrodino. ALEX. TRALL. 1, 41 ex papavere et rosis in aqua coctis apozima permixtum -bis (*gr. τῷ ... ἀποζέματι προσεπεμβάλλων*). 3, 31 *aegrotos* de absinthio aut ... de nardino oleo (*gr. ἐπιβρέχειν*). **2** *i. q. infusione (olei) fovere* (*cf.* embrocismus): CASS. FEL. 42 p. 98, 18 blande stomachum -bis *oleo.*

ἔμβρυον **embryum** (em- *pro* en- *corr.*) inani (*i.* '*inane*') GLOSS. II 296, 2. *ἔμβρυον* embrio GLOSS. III 249, 22.

embryotomia, -ae *f.*, *ἐμβρυοτομία.* *i. q. fetus exsectio*: SORAN. p. 90, 7 si qui *infantes* nullo modo manibus adduci possunt ... quid facere oportet? embryulciam adhibere vel -am (-iotomen *b*, -iosomin *l*). p. 92, 15 si ... ipsum pecus (*i.* '*fetus*') mortuum sit, ut nec se girare nec exire possit, ad -am ... veniendum est, ut per partes concisum corpus infantis sic auferatur.

embryūlcia, -ae *f.*, *ἐμβρυουλκία.* *i. q. extractio fetus*: SORAN. 2, 26 *tit.* p. 90, 2 de -a mittenda (p. 90, 18 quomodo ... -am mittere debemus). p. 90, 7 -am adhibere vel embryotomiam. ORIBAS. syn. 9, 80 p. 373 fit etiam *ulceratio in matrice* ex avorsu aut embriulcias (ex *c. acc.; an quasi genet. gr. ἐξ ἐμβρυουλκίας?*) aut ex potionibus acris (*gr. 9, 50 p. 543 aliter*).

embryūlcus, -ī *m.*, *ἐμβρυουλκός.* *i. q. instrumentum, quo fetus extrahitur*: SORAN. p. 91, 5 adprehensa curvedine -i (*ibid. l.* 7 [-i *om. l*]). p. 91, 14 -um infigat (p. 92, 9 superioribus partibus iterum -os infigat). p. 91, 15 eiecta manu foris -um ministro tradat. p. 110, 18 cum infantem mortuum -is adducimus.

[**emdola** (eid-*?*) idola GLOSS.[L] I Ansil. EM 28.]

ēmeātus, -ūs *m.* *ab* emeare. [*dub. fid.*: CASS. FEL. 36 p. 79, 12 sinendum ut sibi saniando scarae cadant, ne abstractione violenti -us emorroidis sequatur (*sic Rose, i.* '*effluxio sanguinis*'; violentie metus *vel* meatus *fere trad.*).] *fere i. q. meatus*: AMM. 17, 4, 14 Thybridis ... paventis, ne quod ... miserat Nilus (*sc. obeliscum*), ipse parum sub -u⟨s⟩ sui discrimine, moenibus ... inferret *Romae.* *inc. signif.*: CARM. epigr. 293 (= CORP. VIII 1584), 2 (*in oppido Musti*) honestam praebens ornatui publico laudem forum praefulget rerum sub strata (*i.* '*via*') -u ('*cloacae monumentum scias esse' Buech. nota barbarismos, quibus efficitur, ut vix diiudices, qua ratione singula verba cohaereant; fort. sic interpret.:* '*egestione rerum', sc. quae fit per cloacam* '*sub via*' *constructam [an* -us *de ipsa* '*cloaca*' *dictum?]. vix recte de* '*commercio rerum*' *cogitat M. Hoffmann, diss. Argent. I, 1878, p. 379 [= p. 151]*).

ēmeditātus, -a, -um. *ab* ex *et* meditatus. *i. q. accurate meditatus, excogitatus*: APVL. met. 2, 27 -is ad haec illa *mulier* fletibus ... cuncta numina tantum scelus abnuebat. *v.* emeditor.

ēmeditor, -ārī. *ab* ex *et* meditari (*an ab* emeditatus *retrograde q. d.?*). *i. q diligenter meditari, deliberare*: CARM. de sept. sap. (Hyg. fab. 221) p. 137 M. vs. 2 Periandre doces '*cuncta*-*anda*' (*corr. Buech.*, et med- *trad. cf. Anth. Pal. 9, 366, 4 χόλον κρατέειν*). *v.* emeditatus.

[**emedium** vehiculum GLOSS.[L] V Aa EM 277 (essedum*?*, *cf. ibid. 551* essedum v., epiredium *Buech. coll. Iuv. 8, 66*). *v.* epiraedium, essedum.]

ēmedullātus, -a, -um. [*ab* ex *et* medulla. *W.*] *ex coni.: l. 13*]. **1** *proprie, i. q. medulla liberatus*: PLIN. nat. 22, 87 graveolentiam alarum emendat radicis -ae (*sc. scolymi*) uncia. **2** *translate, i. q. robore, viribus privatus, emollitus, languidus sim.:* *de membris*: APVL. Plat. 2, 16 p. 243 opacos umbra vel desidia molles et cura nimia ⟨e⟩medullatos (*Oud.*, med- *trad.*) artus magni facit *malus homo* (*opp.* exercitatione solidatos). *de re incorp.*: SIDON. epist. 8, 6, 3 virtutes ... per aetatem mundi iam senescentis lassatis seminibus -ae parum aliquid ... memorabile ostentant. *v.* emedullo.

ēmedullo, -āre. *ad exemplum vocis gr. q. e. ἐκμυελίζω et ab* emedullatus *per retrogradam q. v. deriv. formatum.* *i. q. robore privare, comminuere, frangere sim.*: ITALA num. 24, 8 (Cypr. testim. 2, 10 p. 75, 3 Priscill. tract. 1, 32 p. 27, 5 Rufin. Orig. in num. 17, 6 p. 165, 16 B.) edet gentes inimicorum suorum et crassitudines (cubitos *Priscill.*) eorum -bit (*τὰ πάχη αὐτῶν ἐκμυελιεῖ*, VVLG. ossa ... confringent). *v.* emedullatus.

eximit produxit exculsit **ēmeiāvit** (emeg- *c*) GLOSS.[L] II Abav. EX 19 ('*confusa* eximit *et* emixit' *Buech.*).

emellitum camimelea (*i.* '*chamaemela*') GLOSS. III 561, 71 (*v. vol. III 988, 22*).

emem *v.* idem.

ēmembris membro convulso GLOSS.[L] I Ansil. EM 29. *K.-M.*

ēmendābilis, -e. *ab* emendare. *qui (quod) emendari potest*: LIV. 44, 10, 3 in re -i (*Madvig*, memendabilem *V*) visus lapsus esse. SEN. clem. 2, 7, 2 aliquem verbis tantum admonebit, poenā non adficiet aetatem eius -em intuens. GAVDENT. serm. praef. p. 840[A] de -bus *peccatoribus.* AVG. c. Faust. 22, 70 uterque (*Moses et Paulus*) ... non detestabili inmanitate sed -i animositate iustitiae regulam excessit. gest. Pelag. 6, 8 dicta ... ex ... facile -i vanitate.

ēmendātē *v.* emendo *p. 467, 53.*

***ēmendātio,** -ōnis *f.* *ab* emendare. GLOSS. *διόρθωσις. ἐπανόρθωσις.* *legitur inde a* VARRONE (*p. 455, 70*), CIC., SEN., VAL. MAX.; *deest poetis.*

I *i. q. actio emendandi, corrigendi*: **A** *sensu latiore de correctione mendorum, vitiorum quae quavis ratione fit*: **1** *in universum*: **a** *acced. genet. obi.*: *α rerum incorporearum* (*et corpor. infra l. 75*): Ⓘ *rei ad animum, mentem, mores pertinentis*: CIC. fin. 4, 21 (*ironice*) haec ... est correctio philosophiae et -o. ac. frg. 16 facilior esset -o temeritatis. PLIN. nat. 8, 210 ad -em morum (PANEG. 11 [3], 4, 3; *syn.* correctio. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 103, 2 B. hist. mon. 1 p. 401[B] -o morum florebat in eo [*cf. p. 456, 70 sqq.*]. BACHIAR. fid. 1 p. 1033[B]. *al.*). QVINT. inst. 12, 5, 4 optima est ... -o verecundiae fiducia. TERT. resurr. 47 p. 95, 23 per -em vitae (RVFIN. Orig. in num. 28, 2 p. 283, 2 B. qui se -e vitae ... talem reddiderit. AVG. in euang. Ioh. 124, 5 p. 1972[fin.]. *al.*). MAXIMIN. c. Ambr. 126 p. 49, 4 ⟨in⟩ vestri iudicii -em. RVFIN. Orig. in gen. 1, 17 p. 21, 1 B. ad correctionem delinquentis et -em salutis eius. COD. Theod. 16, 6, 4 (*a. 405*) nisi pravae mentis errorem revertendo ad veram fidem consilii -e correxerint. *al.* Ⓘⓘ *vitii, erroris ab aliquo commissi*: SEN. contr. 10, 2, 2 (*ironice*) hanc -em criminum meorum non possum promittere. PLIN. nat. 35, 85 -e pristinae admonitionis (*i. vitii*). PS. QVINT. decl. 9, 2 p. 169, 5 si ulla -o paenitentiae (*i. culpae*) est. TERT. Scap. 2 p. 542[fin.] Oe. singuli ... noscibiles ... de -e vitiorum pristinorum. HIL. c. Const. 10 p. 586[B] praeter hanc -em falsitatis. PS. AVG. quaest. test. I 121, 1 p. 364, 3 erroris. ENNOD. epist. 2, 5, 1 p. 43, 23 nefas est pro -e culparum culpas adhiberi. *al.* Ⓘⓘⓘ *rerum, temporum, status publici, institutionum sim.*: QVINT. inst. 5, 10, 73 si malorum causa bellum est, erit -o pax. QVINT. decl. 246 p. 8, 24 si mihi detur -o praeteritorum, utinam *eqs.* (EPIST. pontif. 385 Conc.[S] I 2 p. 99, 33 praeteriti). 254 p. 42, 17 animum dignum habeo -e fortunae (*i. rerum; an genet. subi.?, cf. p. 455, 12*). CHAR. dig. 1, 11, 1 data est plenior ... licentia ad disciplinae publicae -em. SPART. Did. 3, 7 creditum fuerat -em temporum Commodi Pertinacis auctoritate reparandam. MACR. Sat. 1, 7, 36 similis -o sacrificiorum (*syn.* permutationem). 1, 12, 32 *Brutus* idoneus -i publici status extitit. somn. 2, 10, 6 historiarum fides multarum rerum cultum -emque vel ipsam inventionem recentem esse fateatur. CASSIOD. var. 3, 31, 5 p. 95, 32 malarum rerum -o nos delectat. COD. Iust. 1, 17, 1, 2 ad summam et plenissimam iuris -em pervenire (1, 17, 2, 11). *al.* *fere i. q. instauratio, refectio in doctrina Gnosticorum*: IREN. 1, 9, 2 Christum ad -em Pleromatis emissum (*gr. ἐπανόρθωσιν*). 2, 12, 7 infimi (*Aeones*) ... quomodo fiunt, qui etiam in fixionem et -em reliquorum emissi sunt.

β hominum (universorum *sc. omnium quae sunt p. 455, 5*; generis humani *p. 455, 11*): SEN. contr. 2, 1, 37 controversiam hoc colore dicit, tamquam in -em abdicatorum (abdicaturus *trad.*). SEN. epist. 27, 1

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliorum -i vacas (*syn.* monuisti, correxisti). 50, 8 ad -em nostri debemus accedere. PAVL. dig. 48, 19, 20 poena constituitur in -em hominum. LACT. ira 23, 7 p. 127, 12 eadem . . . placari eum (*i. hominem*) paenitentia factorum et sui -e. CANDID. gen. div. 11 p. 1020^{B} *Iesus* salvator noster, -o universorum (*v. p. 454, 82*). HIL. trin. 6, 15 p. 169^{A} (*de Arrianis*) -o . . . difficilis stultorum est. RVFIN. hist. 4, 17, 4 propinquis intervenientibus et de mariti -e pollicentibus (*μεταβολῆς*). Orig. in num. 25, 2 p. 235, 7 B. quantum possit -o peccatorum. Orig. princ. 2, 3, 1 p. 114, 14 an pro correctione et -e eorum, qui talibus indigent, alius rursum mundus erit (*syn. l. 8* curatio). ACT. Archel. p. 6, 21 ad -em generis humani missus (*ἐπανόρθωσιν*). *al.*

b *acced. genet. subi.* (*cf. et p. 454, 70*): PRISCILL. tract. 8, 120 p. 88, 12 iactata turbinibus (*formae vel aetatis ignorantiae*) peccatis acerba sunt, tranquillo aevi fiunt scientiae -e matura. AVSON. Symm. epist. 1, 32, 3 (= ENNOD. epist. 2, 19, 1 p. 60, 5) qui te ultra -em omnium (*hominum*) protulisti.

c *absolute*: **α** *cum significatione meae correctionis* (*mutationis l. 49 sqq.*): Ⓘ *spectat ad mores*: VAL. MAX. 9, 1 pr. *luxuria et libido* neque aut a reprehensione aut ab -e separantur. SEN. dial. 3, 15, 3 eo magis ad -em poena proficiat, si iudicio lata est (PS. SEN. 68. *cf.* SEN. dial. 5, 19, 2 animadversiones, quo notiores sunt, plus in exemplum -emque proficiant). SATVRN. dig. 48, 19, 16, 2 *verbera* -is gratia videntur adhiberi (*cf.* AVG. civ. 21, 13 p. 515, 8 D. in euang. Iob. 12, 14 p. 1492$^{init.}$ qui te flagellat . . . ad -em non ad damnationem facit. *al.*). TERT. apol. 3, 3 ita nomen (*christiani*) -i imputatur (*i. quidam propter morum -em christiani vocantur*). pudic. 7 p. 233, 20 delicta . . . mediocria . . . cum gaudio -is transigantur. 10 p. 240, 27 ex paenitentia maturescit . . . -is effectus (*cf.* paenit. 2, 1. 2, 2 ubi -o nulla, paenitentia necessario vana. RVFIN. hist. mon. 1 p. 393^{C} ad -em ac paenitentiam provocabat [AVG. c. Iul. op. imperf. 3, 48 p. 1269$^{med.}$]. SVLP. SEV. chron. 2, 45, 5. *al.*). 13 p. 244, 27 in -em (*opp.* in perditionem. *al.* VVLG. Iudith 8, 27 ad -em et non ad perditionem nostram evenisse). adv. Prax. 1 p. 228, 17 caverat pristinum doctor (*i. Praxeas*) de -e sua (*i. de sententia sua revocanda*). adv. Marc. 4, 4 p. 429, 26 (*proverb.*) -o culpam non antecedit. *al.* HERM. Pal. mand. 11, 4 qui . . . divinis demorantur sine -e. PORPH. Hor. epod. 11, 25 p. 206, 29 veri . . . amici . . . solent delicta amicorum ⟨castigare⟩ studio -is. HIL. trin. 6, 1 p. 158^{B} difficilem esse ad -is profectum voluntatem (*Arrianorum*). GENNAD. vir. ill. 66 *Leporius* per Augustinum adeo emendatus scripsit -is suae libellum, in quo . . . gratias agit de -e (*fere i. q. conversio.* 71. COD. Theod. 16, 5, 65 [= CONST. Sirmond. 6; *a. 425*] *Manichaeos* iubemus excludi, nisi his -o matura subvenerit. CASSIOD. in psalm. 30, 31 p. 216^{D} illis non retribuet qui se celeri -e convertunt. *al.*). COD. Theod. 9, 38, 6 (= COD. Iust. 1, 4, 3; *a. 381*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 182, 13 huiusmodi -em fieri (*gr. διόρθωσιν*). *al.* Ⓘⓘ *spectat ad varias res*: TAC. ann. 13, 49 an solum -e dignum, ne Syracusis spectacula largius ederentur. APVL. Plat. 2, 27 *rem publicam* vult -e constare (*cf. p. 456, 70*). VLP. dig. 50, 15, 4, 10 res (*i. census*) -em non desiderabat (*fere i. q. mutationem. cf.* COD. Iust. 7, 62, 39 pr. in appellationum auditoriis is solus post sententiam iudicis -em meruerat, qui *eqs.*). PALLAD. 1, 7, 2 in seminibus . . . frumentorum praesens -o (*sc. agri*) potest esse. CASSIOD. var. 1, 35, 18 p. 34, 18 quod magnitudo tua . . . celeberrima faciat -e recorrigi, ne inopia *eqs. al.*

β *praevalet notio*: Ⓘ *actionis in melius restituendi, reficiendi*: QVINT. decl. 271 p. 109, 26 nec -em recipit *crimen.* FRONTIN. aq. 76 inter ea *vitia* quae -em videbantur exigere. CLAVD. DON. Aen. 6, 525 p. 577, 1 quasi violata matrimonii sanctitas -em ullam posset admittere. VEG. mil. 1, 13 proeliorum delicta -em non recipiunt. Ⓘⓘ *animadversionis, admonitionis*: VINCENT. LER. 21, 26, 2 adsidua -e, immo potius reprehensione. PALLAD. hist. mon. I 17 p. 294^{D} frequentibus eas (*i. feminas*) . . . -bus corrigebat.

γ *fere i. q. sanatio* (*cf. p. 456, 46*): PS. QVINT. decl. 14, 9 p. 273, 21 si . . . necessariam putas -em, quam multa sunt amantium remedia citra venenum. *fere i. q. (in munus) restitutio*: SYMM. epist. 5, 41, 2 erit tibi Epictetus (*togae forensis honore privatus*) . . . -is suae debitor.

2 *speciatim*: **a** *in grammaticorum et rhetorum arte* (*discipulorum institutione p. 456, 2*): **α** *usu technico: gramm.*: VARRO frg. 109 artis grammaticae officia . . . constant in partibus quattuor: lectione, enarratione, -e, iudicio. *ibid.* -o est . . . recorrectio errorum qui per scripturam dictionemve fiunt (*inde*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 188, 8 sqq. DOSITH. gramm. VII 376, 6 sqq. AVDAX gramm. VII 322, 5 sqq.). *rhet.: de specie praesumptionis in causis adhibitae*: QVINT. inst. 9, 2, 17 diversas species habet *praesumptio.* est enim quaedam praemunitio . . ., confessio . . ., praedictio . . ., quaedam -o, ut 'rogo, ignoscatis mihi *eqs.*'.

β *significatione generali*: QVINT. inst. 1, 5, 34 unius -e verbi corrigi possit *soloecismus.* CONSENT. gramm. V 353, 22 hae *regulae* . . . ad -em loquendi sufficere (357, 24. 380, 33). 394, 30 Romana lingua -em habet in hoc quoque distinctione, nam alicubi pinguius *l littera*, alicubi debet exilius proferri. SCAVR. gramm. VII p. 13, 1 redditis . . . vitiorum modis et -is regula exposita. IVL. RVF. rhet. 14 p. 42, 29 *διορισμός* . . . potest videri species -is: nam quae temere dixeris reprehendet. SERV. auct. Aen. 4, 248 repetitio cum -e et auctu. *in discipulorum institutione*: QVINT. inst. 1, 2, 15 at enim -i praelectionique numerus *discipulorum* obstat. 2, 4, 10 ingenia puerorum nimia . . . -is severitate deficere. 2, 4, 13 si tam neglegens stilus fuerit, ut -em non recipiat. 2, 6, 3 plus proderit demonstrare rectam . . . protinus viam quam revocare ab errore iam lapsos, primum quia -em auribus modo accipiunt *eqs.* 10, 4, 1 sequitur -o (*sc. scriptorum*) pars studiorum longe utilissima (10, 4, 3 ipsa -o finem habet).

b *fere i. q. retractatio scriptorum*: **α** *quae auctoris vel alterius cuiusdam manu fit et sententiarum et locutionum corrigendarum mutandarumve causa*: PLIN. epist. 1, 8, 3 erit . . . et post -em (*sermonis*) liberum nobis vel publicare vel continere. 1, 8, 4 -is ratio . . . aut indignum editione, dum saepius retractat, inveniet aut dignum *eqs.* 9, 40, 2 illa quae dictavi identidem retractantur ac simul memoriae frequenti -e proficitur. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 290, 10 (*de compositione priore*) -is necessitas facta est innovationis. 4, 4 p. 430, 9 id (*euangelium*) posterius, quod de nostri -e constituens . . . novum fecit *Marcion.* HIL. ad Const. 2, 7 p. 202, 19 *euangelium* periculose tamquam sub -e innovetur. *ibid. l.* 21 -em omnem -o consecuta condemnet, ac si iam . . . non -o aliqua sit -is, sed coeperit esse damnatio ([c. Const. 23 p. 599^{B} -um tuarum damnationes]. *cf. ibid. antea* novis vetera subvertis, nova ipsa rursum innovata -e rescindis). c. Const. 24 p. 600^{A} non necessaria -o, perversitatis occasio est. AVSON. 335 (*de libello*) fuco tuae -is adiecto *eqs.* (SYMM. epist. 1, 24 mihi fraudi non erit -is incuria). VINCENT. LER. 1 praef. 8 nihil in eo (*i. commonitorio*) temere reprehendant quod . . . videant promissa -e limandum. LEO M. epist. 15, 15 p. 638^{B} qui (*codices*) Priscilliani adulterina sunt -e vitiata (COD. Iust. de emend. cod. tit. *cf. l. 41 sqq.*). ENNOD. epist. 2, 28, 3 p. 70, 16. COD. Iust. de emend. cod. 2 *novellarum* quaedam . . . aliquam meliore consilio permutationem vel -em desiderabant. *ibid.* 3 si qua -e opus fieret, hanc facere. 1, 17, 2, 10 quidquid legum veritate . . . necessarium fuerat, hoc nostris -bus servavimus. INST. Iust. 2, 20, 27 nec huiusmodi species . . . est sine iusta -e derelicta. **β** *quae a correctore aliquo critica arte adhibita ita fit, ut aut textus tam ad lectionis quam ad sensus veritatem constituatur aut ad editionem praeparetur*: SVET. frg. p. 141, 3 haec (*i. notae phi et ro*) apponuntur quotiens vel -o vel ⟨sensus⟩ versus sollicitius est inspiciendus. HIER. praef. Vulg. psalm. plusque antiquum errorem quam novam -em valere. AVG. doctr. christ. 3, 1, 1 p. 65$^{med.}$ codicum veritate, quam . . . -is diligentia procuravit (CASSIOD. inst. div. praef. p. 1109^{C} *notarii* qui etsi non potuerint in totum orthographiae minutias custodire, -em tamen codicum antiquorum . . . adimplere modis omnibus festinabunt. *cf. l. 28*). CASSIOD. inst. div. 15 p. 1126^{C}. 30 p. 1145^{C}.

3 *in re medica, fere i. q. sanatio*: PS. ANTON. MVSA epist. ad Marc. 10 p. 16, 20 N. compositiones medicamentorum adiciam, unum ne nascantur corpori vitia, alterum ut -o sanitatem reducat. MARCELL. med. 18, 25 ad alarum fetentium -em. ORIBAS. syn. 5, 9 tit. lactis (*mulieris*) -cio.

4 *de vestimentis sarciendis, i. q. refectio*: OROS. apol. 25, 2 tolerabo . . . pannum novum vestimento veteri conligatum, donec -is miserae falsitatem peior scissura patefaciat.

B *sensu strictiore de correctione quae puniendo fit, i. q. castigatio, poena*: PS. QVINT. decl. 17, 7 qui . . . vocatis abdicationis (*acc.*) -em (*sc. vocabulo leni castigationem gravem significantes*). TERT. apol. 46, 11 Democritus caecando semetipsum . . . incontinentiam -e profitetur. spect. 19 p. 20, 27 *qui propter levius delictum puniantur*, ut de leviore delicto in homicidas (*sc. in pugnam gladiatoriam missi*) -e proficiant. RVFIN. Orig. princ. 1, 6, 3 p. 84, 12 asperioribus -bus reparati et restituti. AVG. in psalm. 30, 1, 22 p. 229 post -em acerrimarum persecutionum omnibus . . . fecit *deus* misericordiam. *ibid.* 23 modum ponens -i. COD. Theod. 6, 4, 22, 5 (*a. 373*) qui levi fuerint -⟨d⟩atione correcti. 9, 12, 2 (*a. 319*) -o non vocatur ad crimen. 9, 18, 1 (= COD. Iust. 9, 15, 1, 2; *a. 365?*) si atrocitas facti ius domesticae -is excedit. 12, 1, 153 (*a. 397*). 12, 1, 161 (= COD. Iust. 10, 32, 51; *a. 399*) congruae -is (16, 5, 35 [= COD. Iust. 1, 5, 4; *a. 399*] et severissima). AVELL. p. 53, 1. COD. Iust. 9, 14 tit. de -e servorum (9, 15 tit. propinquorum). BENED. reg. 46, 9 maiori subiacet -i.

II *i. q. status eius qui sic mendis purgatus est, ut iam nihil reliquum sit corrigendum (tam de hominibus quam de rebus), fere i. q. perfectio*: HIL. in Matth. 5, 15 p. 951^{A} fit . . . saepe, ut assumamus arguendi alios auctoritatem, sine ullo propriae -is exemplo. SYMM. epist. 1, 25 -o animi et sanitas. 3, 51 cĕdo alios (*sc. ut amici fiant*) usu incognitos, -e consimiles. AMBR. obit. Valent. 46 p. 1373^{A} tanta . . . fuit -o vitae eius. MAXIMIN. c. Ambr. 74 p. 27, 26 tamdiu Christiani iudicabantur, quamdiu -o in eis spectabatur. ENNOD. epist. 2, 1, 10 p. 40, 22 quem fecerunt actuum suorum -es et honestamenta conspicuum (opusc. 2, 139 p. 330, 6). CONC. Rom. a. 501 p. 428, 9 pro conscientiae . . . -e. VITA Caes. Arel. 1, 18 p. 463, 28 sicut erat circa se severissimus, ita apparebat circa alios pro -e districtus. *v. p. 454, 49. 455, 48.*

ēmendātor, -ōris *m. ab* emendare. GLOSS. *διορθωτής. ἐπανορθωτής.* *legitur inde a* CIC.

[Krohn.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

is qui emendat, fere i. q. corrector (*saepius aut sensu ironico dicitur [e. g. infra l. 5. 7. 34] aut de eo qui correctionis munere tamquam usurpato fungitur, v. e. g. l. 11. 36 sqq.*): **1** *eorum quae ad civitatem, rem publicam pertinent*: Cic. Balb. 20 (*de accusatore*) o praeclarum interpretem iuris ... correctorem atque -em nostrae civitatis (Phil. 2, 43 quoniam criminibus eius satis respondi, de ipso -e atque correctore nostro quaedam dicenda sunt. Plin. paneg. 6, 2 corrupta est disciplina castrorum, ut tu corrector -rque contingeres). Plin. epist. 6, 5, 4 Iuventius ... Celsus praetor *Nepotem* tamquam -em senatus ... vehementer increpuit. paneg. 46, 6 castigaverunt vitia sua ipsi qui castigari merebantur, iidemque -es qui emendandi fuerunt.

2 *sermonis, scriptorum*: **a** *in universum*: Cic. Brut. 259 Sisenna ... quasi -r sermonis usitati cum esse vellet, *non* ... deterreri potuit, quominus inusitatis verbis uteretur. Plin. epist. 7, 17, 13 nam quod M. Cicero de stilo, ego de metu sentio: timor est [timor est] -r asperrimus (*sc. orationis sim., v. sub* emendo *p. 462, 63*). Porph. Hor. serm. 1, 10, 38 ait se ... scribere quod Maeci Tarpae arbitrio non subiciatur. nam hi fere, qui scaenae scribebant, ad Tarpam hunc velut -em ea adferebant. Cassiod. gramm. VII 144, 17 quantum ad eos (*i. libros proprios*) pertinet quos breviandos esse suscepi, confusionem -r atque scriptor (*quia idem Cassiod. est*) ... non habebit. **b** *technice* (*cf. p. 456, 35*): Gell. 2, 14, 2 recte ille (*Cato*) 'stitisses' scripsit, sed ... -es ... per libros 'stetisses' fecerunt. Serv. auct. Aen. 6, 289 qui *versus* ab eius (*poetae*) -bus sublati sint. Cassiod. inst. div. 15 p. 1130^{B} commentaria legis divinae ... unusquisque -r sic legat, ut correctiones eorum magistris consociet saecularium litterarum. 30 p. 1145^{B} ne ... ineruditus -r nesciat errata corrigere.

3 *apud Christianos*: **a** *cum respectu*: *α doctrinae*: Tert. adv. Val. 33 p. 209, 7 ab -bus Ptolomaei (*de discipulis magistri correctoribus.* adv. Marc. 4, 17 p. 476, 5 Appelles, Marcionis de discipulo -r). adv. Marc. 3, 4 p. 381, 12 et illius *Christi* (*sc. creatoris*) posterior -r futurus sicut creatoris. 4, 4 p. 429, 26 -r ... euangelii ... Marcion solus et primus obvenit. Iren. 3, 1, 1 quidam audent dicere, gloriantes, -es se esse apostolorum (*de haereticis: cf.* Hil. trin. 1, 15 p. 36^{B} praeceptorum -es. 12, 3 p. 435^{A} apostolicae fidei -es. Pacian. epist. 2, 8 p. 42 [*de Novatiano*] -r prophetarum, doctor apostolorum). Optat. 3, 9 p. 93, 6 *agitur de unitate catholica:* nullus illuc (*sc. in Galliam ... Graeciam, Asiam*) missus est -r, quia nihil illic fuerat scissum (*syn.* sartor). *β morum*: Avg. anim. 2, 17, 23 p. 358, 5 ille melior, qui emendari paratior, si non defuerit -r. 3, 15, 23 p. 378, 22. c. Secundin. 10 p. 919, 19 *v. vol. IV 1029, 31.* **b** *de deo ipso*: Vvlg. sap. 7, 15 *deus* sapientiae dux est, et sapientium -r. Avg. in psalm. 48 serm. 2, 9 p. 509$^{fin.}$ gratias age -i, ut accipias hereditatem a deo qui te emendat. 140, 13 p. 1824$^{init.}$ dignatur loqui dominus ex persona -is. serm. 60, 1, 1 p. 402$^{p. med.}$ *syn.* salvatorem.

fem. **ēmendātrīx**, -īcis. Cic. leg. 1, 58 quoniam vitiorum -em legem esse oportet commendatricemque virtutum. Tusc. 4, 69 o praeclaram -em vitae poeticam!

ēmendātōrius, -a, -um. [*ab* emendare. *W.*] *i. q. ad emendandum aptus, sermone ecclesiastico*: Avg. c. adv. leg. 2, 11, 37 p. 661$^{p. med.}$ serpentes ... inmisit *deus*, plaga -a *eqs.* enchir. 72, 19 p. 266^{B} -a poena (lib. arb. 3, 25, 76 p. 1308^{C} poena ... -a potius quam interfectoria). epist. 211, 11 p. 356, 6 debet -am sustinere disciplinam (*sc. soror eccl.* Regvla Tarnat. 18 p. 985^{A} subeat *monachus*). in psalm. 37, 3 p. 397$^{med.}$ talem me reddas, cui iam -o igne non opus sit. 118 serm. 17, 3 p. 1578$^{p. med.}$ disciplina quae significat -am tribulationem. serm. coll. Morin p. 145, 7 *errantis poena* forte aliqua afflictio, et aliquod flagellum aut -um aut probatorium est. Isid. reg. monach. 18, 1 p. 887^{A} *excommunicatus* adepturus indulgentiam post huius -ae satisfactionis censuram.

ēmendātrīx *v.* emendator *l. 48.*

ēmendātus, -ūs *m. i. q. emendatio*: Ps. Rvfin. in Ioel 1, 6—8 p. 1038^{B} cuius (*auditoris*) -ui tota haec plagarum ambitio parabatur.

? **ēmendīcātīcius**, (-a), (-um). *ex coniectura Gertzii* Sen. dial. 2, 18, 1 *Caesari erat* tanta oculorum sub fronte anili latentium torvitas, tanta capitis destituti et -is (emendicatis ς, em̄dacitatis A^{1}, vel em̄dicitis *s. s.* A^{3}) capillis (*i. fere 'aliunde conquisitis', sc. capillamento alieno; cf. l. 83*) aspersi deformitas.

ēmendīco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* mendicare. Gloss. *ἀποπροσαιτῶ*. *inde a* Svet. (Sen. *?, v. l. 68*).

1 *mendicandi notione servata*: **a** *proprie de mendico, qui rem corpoream (stipem, pecuniam sim., scripta infra l. 79) petit, colligit*: Svet. Iul. 54, 1 a sociis pecunias accepit -tas in auxilium aeris alieni. Aug. 91, 2 ex nocturno visu stipem quotannis die certo -bat a populo cavam manum asses porrigentibus praebens (Arnob. nat. 7, 11 p. 246, 1 stipes -are supremas). Synod. Hil. coll. antiar. p. 56, 1 *Athanasius peragrans* scripta a singulis -ando ecclesias pacificas perturbabat. Avson. 461, 2 *Ulixes a procis* ... -at cibos miserabiliter ambiendo. **b** *in imag. et transl.: rem incorpoream (fere de verbis, argumentis, sententiis) quasi mendicando conquirere, aliunde petere sim.*: Tert. anim. 51 p. 382, 11 quidam ad immortalitatem animae ... argumentationes -ant. carn. 9 p. 444 Oe. edite aliquid in illo (*Christo*) caeleste de septentrionibus et virgiliis et suculis -tum (*s.* semend- *A*, Siculis emendatum *C*). Hier. epist. 143, 2, 1 in eodem ... luto haesitat et exceptis verbis tinnulis atque -tis nihil aliud loquitur (epist. Rev. Bénéd. 27 [1910], 2 p. 4, 8 alter propria verbositate blasphemat, alius -tis verbis loquitur). Avg. epist. 118, 11 p. 676, 4 non opus est ei cognitione dialogorum Ciceronis et collectione -tarum discordantium sententiarum alienarum procurari auditores. Ivl. Aug. c. Iul. op. imperf. 3, 88 p. 1285$^{init.}$ -ta abusivi appellatione *signari.*

2 *obrependo, ambiendo munus, honorem, dignitatem captandam petere* (*per pleonasmum: obreptionem infra l. 21*): Avg. conf. 10, 38, 63 p. 275, 5 qui (*amor laudis*) ad privatam quandam excellentiam contrahit -ta suffragia (Cod. Theod. 6, 27, 19 [*a. 417*] emend⟨ica⟩to suffragio ad honorem principatus ... adspira⟨re⟩. 6, 30, 7 [= Cod. Iust. 12, 23, 7; *a. 384*]. 9, 1, 15 [= Cod. Iust. 9, 2, 14; *a. 385*] -tis suffragiis). Cod. Theod. 6, 22, 5 (*a. 381*) insignibus consularium -tis atque assimulaticiis vestiuntur. 7, 21, 3, 1 (*a. 396*) per privilegia -ae dignitatis (12, 1, 153; *a. 397*). 12, 1, 129 (*a. 392*) ut ei vel affectata vel -ta huius ordinis gratia prodesse non possit. 14, 4, 8 pr. (*a. 408*). Epist. pontif. 334 (*Zosim.*) Migne 20 p. 665^{B} ut sibi concilii illius -ta praestaret obreptio (*v. supra l. 11*) ... potestatem. Cod. Iust. 3, 23, 1 (*a. 397*) penitus -ti honoris praescriptione submota. Novell. Iust. 82 pr. p. 401, 7 aliunde -are iudicandi honestatem (*ἐρανίζεσθαι*).

ēmendo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* mendum. *W.*] *de originatione*: Evtych. gramm. V 473, 9 ab eo quod est menda vel mendum ... verbum fit -o, -as (*seq. Iuv. 14, 67 v. p. 464, 53; Stat. Theb. 1, 270 v. p. 465, 25*). Isid. diff. 1, 357 unde (*a 'mendum'*) et -are dicimus. Not. Tir. 67, 95. *de notione*: Synon. Cic. Char. gramm. p. 420, 9 B. castigat. obiurgat. corripit. -at. corrigit. Gloss.^{L} II Philox. em 14 -at *ὀρθοῦται*. 16 -atur *ἐπανορθοῦται, διορθοῦται*. Gloss. -o *ἐπανορθῶ*. -vi *διώρθωσα*. -tum est *διώρθωται* (diorthosate *cod.*). *al. legitur inde a* Varrone (*semel, v. p. 464, 45*), Cic. *13*^{ies} (*inter quae semel adv.* -te, *v. p. 467, 59; praeterea 1 corrupte, v. infra l. 51*), Hirt. Gall. (*adv.* -te, *v. p. 467, 64*), Pvblil. Nep. *singulis locis; inde ab* Hor. *crebrescit. frequentant* Plin. nat. *et* Qvint. *pro depon.* -or: Conc.^{S} IV 2 p. 71, 26 (*v. p. 460, 65*), *ubi part. aor. διορθωσάμενος per* -tus *quasi part. praet. ad* 'correxit' *antecedens* (*διωρθώσατο*) *redditur. pass. sensu mediali saepius legitur (v. l. 66). intransitive v. p. 459, 83 sqq. hic illic verbi usum tetigisse videtur vox q. e.* emundare (*v. ex. gr. p. 461, 14. 463, 49. 465, 30 et cf. var. lect. infra l. 44*). [*it.* ammendare, *francog.* amender, *hisp.* enmendar. *M.-L.*]

[*variat c.* emundare (*v. l. 41*): Moret. 42 $F^{2}SL$, emund- $FPDRM$ *recte; v. s.* emundo. *cf. p. 460, 9. 461, 84. 464, 55. falso trad. pro* amendare: Amm. 14, 10, 2 (*corr. Bentley*). Ambr. apol. Dav. 1, 14, 67 p. 345, 16 -are *A*, emand- *rell.; corr. Erasmus; inde efficitur, ut et ibid.* 68 p. 346, 8 qui non -atur a facie *legend. sit* amendatur (*cf. quae anteced.*: proicitur a facie *sim.*). *dub.*: Scrib. Larg. 150 (*om. Marcell. 26, 8*). Plin. nat. 22, 156 -at *V (om. rell.). corrupte*: Cic. dom. 76 (expetenda *coni. R. Klotz; alia alii*). *in loco corrupto*: Sen. contr. 2, 6 (14), 9.]

i. q. ***mendis purgare, menda tollere,*** *in meliorem statum transferre;* ***corrigere*** *sim.:*

I ***c. notione minus expressa: variis rationibus corrigere*** (*hic illic de mutatione cogites, ex. gr. p. 460, 38. 56. 461, 30 sq. 33. 43. 52. 462, 19, cuius notionis exempla cum a reliquis haud certo possint secerni, hic afferre maluimus. potius docendo, instruendo [sc. in schola]: l. 68. p. 459, 4. 460, 60. 461, 70 [cf. etiam s. II B, p. 465, 32]; in arte gramm. vel rhet. v. l. 69. p. 460, 32. 33. 44. 59. 462, 12 sqq.*): **A** *in universum*: **1** *homines* (*deos p. 459, 12 [in dogm. christ.: p. 459, 13. 22]; canem p. 459, 44. spectat tam ad doctrinam expoliendam quam ad effingendos mores sim. [ap. Christ. saepe de hominibus ad veram fidem revocandis]*) *eorumque complexum* (*gentem, civitatem sim., v. p. 459, 49*): **a** *transitive*: *α alqm.* (*pass. -ari pro mediopass. l. 76. 82. p. 459, 14. 17 al.*): Cic. ac. 2, 16 Arcesilas Zenoni ... obtrectans nihil novi reperienti sed -anti superiores immutatione verborum. off. 1, 146 facillume corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur -andi causa magistri. Liv. 42, 42, 8 (*verba Persei*) conscius mihi sum nihil me scientem deliquisse et si quid fecerim imprudentiā ... corrigi me et -ari castigatione hac posse. Sen. contr. 2, 1, 9 vicino exemplo -aris (Paneg. 12 [2], 13, 2 -asti volentes *bono exemplo tuo*). 2, 1, 31 si -ti ⌊⟨fuerint liberi mei⟩⌋ (contr. exc. 2, 1, *e quibus* ⌊⌋ *suppl.* Qvint. decl. 265 p. 65, 23 omissa -andi *liberos* cura. *al.*). 2, 4, 10 adulescens est, expecta, -bitur (Qvint. decl. 357 p. 389, 23 auctoritate. Capitol. Gord. 25, 5 adulescentem soceri consiliis -tum atque correctum). 2, 4, 10. 2, 6 (14), 3 si modo -tus est filius meus (2, 6 [14], 5 si coepisti sic -are filium, cum -veras, non desinis? 2, 6 [14], 6 *bis. al.* Qvint. decl. 344 p. 360, 4 *al.* Ps. Qvint. decl. 19, 9 p. 344, 27 in execrationem mei [*sc. patris*] conscientia, quia non -batur [-ebatur *V*], exarserat *filius meus.* Hil. in Matth. 21, 11 p. 1039^{C} filius ... qui iturum se ad opus negaverit et per poenitentiam -tus eo rursum profectus sit [*cf. Matth. 21, 29* ille ... ait: nolo, postea

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

autem poenitentia motus abiit]. *et al.*). *al.* SEN. benef. 5, 22, 3 utar. verbis durioribus, si -ari illum posse speravero. 7, 17, 2 melius istos (*scelestos*) iudex quam ingratus -at. clem. 1, 16, 3 *praeceptor* qui monitionibus et ⟨ve⟩recundia -are ac docere *discipulos* malit. 1, 22, 1 haec tria lex secuta est ... ut eum quem punit, -et (-it *N*), ... poena eius ceteros meliores reddat, ... sublatis malis securiores ceteri vivant (*sim.* dial. 3, 19, 7). dial. 2, 12, 3 non ... se ulciscitur *sapiens*, sed illos (*sc. qui ei iniuriam attulerunt*) -at (*opp. antea*: punit). 4, 13, 1 nos in rectum genitos natura, si -ari velimus, iuvat (epist. 5, 2 quos -ari volumus. *al.*). epist. 11, 9 o felicem illum qui non praesens tantum, sed etiam cogitatus -at. 107, 12 ille pusillus ... qui ... de ordine mundi male existimat et -are mavult deos quam se ([*v. infra l. 73*]. *cf.* HIL. c. Const. 9 p. 586^{B} -as deum homo). *al.* CVRT. 8, 7, 15 tu (*Alexander*) ... si -ari potes. QVINT. inst. 11, 1, 81 potest ... videri satis -tus qui in odium eorum (*neutr.*), in quibus erraverat, ipse conversus est. decl. 356 p. 388, 18 iuvenem. *al.* Ps. QVINT. decl. 14, 8 p. 272, 27 nec -or in amore, sed transferor. PLIN. epist. 1, 10, 7 nec castigat errantes, sed -at (SPART. Hadr. 20, 9 nomina plurimis ... reddidit, quae semel ... audiverat, ut nomenclatores saepius errantes -⟨r⟩it). *al.* TERT. apol. 3, 4 ut quisque hoc nomine (*sc. christiani*) -atur, offendit. adv. Marc. 3, 4 p. 381, 8 quid venit post creatorem, quem -are (*v. p. 458, 62*) non valuit? (*al. v. et p. 466, 26*). 3, 4 p. 381, 11 *v. p. 466, 28. al.* CYPR. mort. 13 p. 304, 27 Paulus ... post carnis et corporis multa ... tormenta non vexari, sed -ari se dicit adversis (CLAVD. DON. Aen. 12, 580 p. 619, 21 *Latinus* tot adversis ... -tus). OPTAT. 5, 11 p. 141, 16 sanctitas ... vestra primo resuscitet sepultos; -et si potest mortuos (*sc. rebaptizando, v. p. 466, 21*) et sic revertatur ad vivos. AMM. 25, 4, 16 -ari se cum deviaret a fruge bona permittens. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 40, 2 p. 34, 4 qui fortassis ... corrigi ... poterunt et -ari (*καὶ τάχα ἂν οὗτοι μεταπεισθεῖέν ποτε καὶ μεταβληθεῖεν*). 8, 15, 3 p. 254, 9 grave est ... plaga percuti, sed ... est gravius castigatum non -ari (*μὴ σωφρονισθῆναι*). hist. 3, 23, 19 p. 245, 2 eum in omnibus -tum ... ecclesiae praeficeret (*gr. aliter*). 5, 28, 8 p. 503, 11 illos -are et corrigere (*ἐνουθέτησεν*). *al.* Ps. AVG. quaest. test. I 102, 1 p. 199, 9 ut *Samaritani* de cetero corrigentes -rentur. *al.* BACHIAR. fid. 7 p. 1035^{B} ut ... aut -er de errore aut confirmer in fide. CHROMAT. beat. 7 p. 326^{D} qua *pacificatione* peccatores -antur (*syn.* corriguntur). COD. Theod. 16, 4, 3 (*a. 392*) deportatione dignus est, qui nec generali lege admonitus nec competenti sententia -tus et fidem catholicam turbat et populum. CONST. Sirmond. 6 p. 912, 16 (*a. 425*) quos ... confidimus -ari (*sc. haereticos episc.; syn.* errata correxerint). *al.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 70, 19 optimus artifex ... ex luto formatum -ans hominem (*διορθούμενος. item* p. 124, 10). *al. et passim.* *de cane* (*v. p. 458, 62*): GRATT. 197 vanae tantum Calydonia *canis* linguae exibit vitium patre -ta Molosso (*i.* '*canis Aetola orietur p. M. correcta* ['*sanata*', *v. p. 463, 49. 464, 40] a vitio inanis latratus*'; vitium *potius acc. gr. ex* -ta *pendens quam ad* 'exibit' *trans.* ['*exuet*'; *sic Vollmer, Enk] referendum*).

β civitatem, populum, multitudinem hominum sim.: CIC. leg. 3, 30 *ut principum* vitiis infici solet tota civitas, sic -ari et corrigi continentia (TAC. dial. 41). HOR. epist. 2, 1, 3 cum ... res Italas armis tuteris, *Auguste*, moribus ornes, legibus -es (*cf.* CAPITOL. Gord. 24, 4 diis ... gratias, quod volente ⟨te⟩te [in te *trad.*] ipso -ta res p. est). PHAEDR. 2, 5, 5 hanc (*sc. ardelionum nationem*) -are, si tamen possum, volo (*cf.* PLIN. epist. 10, 96, 10 quae turba hominum -ari possit, si sit paenitentiae locus). STAT. silv. 5, 3, 189 hi fora pacificis -ant fascibus. QVINT. inst. 1, 10 prooem. vir ille ... qui regere consiliis urbes, fundare legibus, -are iudiciis possit (*i. orator*). TAC. hist. 1, 37 quae usquam provincia, quae castra sunt nisi cruenta et maculata aut ... -ta et correcta (*cf.* TRAIAN. Plin. epist. 10, 32, 1 idcirco te in istam provinciam missum, quoniam multa in ea -anda apparuerint; *seq.* corrigendum). TERT. praescr. 27, 5 cum correptas ecclesias opponunt, credant -tas. MAXIMIN. c. Ambr. 57 p. 21, 5 ipsam gentem Gothorum secun⟨dum⟩ evangelicam ... regulam -vit (APRING. in apoc. 19, 15—16 disciplina ... potestatis, in qua universas corriget gentes, -at pariter [h]ac decernit. *cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 24, 7 *populum Iudaeum* expertum ... misericordiam ... dei nequaquam -tum). RVFIN. hist. 1, 2, 21 p. 23, 19 humanum genus ... contagione corruptum -andum videbatur potius quam delendum (*gr. aliter*).

b *reflexive* (*de toto genere humano: infra l. 82*): SEN. epist. 104, 20 te ... -a, onera tibi detrahe et ⟨d⟩emenda (*Hense*, em- *codd.*) desideria ... contine. 107, 12 *v. supra l. 13.* TERT. nat. 1, 20 p. 93, 2 -ate vosmet ipsos prius, ut Christianos puniatis. ITIN. [Silv.] 45, 4 -et se et cum -verit se ... accedet *eqs.* RVFIN. hist. mon. 1 p. 403^{B} quomodo alios corrigo, qui me ipsum non -o? Ps. AVG. quaest. test. I 69, 5 p. 121, 26 se. I 102, 26 p. 220, 3 (*Corinthii*) quod illum qui publice uxorem patris habebat, non corriperent aut evitarent, ut se -rent. II vet. 5 p. 421, 15 spatium -andi se. *al.* POMER. 1, 22, 2 p. 438^{B} se a suis criminibus -antes. *nota* (*v. supra l. 71*): EDICT. imp. Diocl. I 12 (*a. 301*) *ut* ⟨in gravis⟩simis deprehensa delictis ipsa ⟨se emendaret hu⟩manitas.

c *intrans.*: AMBROSIAST. in II Cor. 1, 4 p. 277^{A} dum illis promittitur spes -antibus ab his qui *eqs.* 10, 1 p. 315^{C} ut componentes se, qui adhuc non -verant, mollirent sibi rigorem apostoli (12, 20 p. 334^{B} non omnes adhuc quos in prima epistola corripuit, -verant [⟨se⟩ *add. edd.*]. PELAG. in II Cor. 2, 3 p. 239, 5 S. *tristitia* augebitur, si vos [*subi.*] non perfecte videro -asse. BENED. reg. 5 si non cum satisfactione -verit. 28 si ... excommunicatus non -verit. 32 [48]. *al.*). 12, 19 p. 334^{A} prodest ei qui corripitur, ut -et (*cf. Souter, a study of Ambros., texts and stud. VII 4 p. 104 sq.*). PELAG. in II Cor. 2, 5 p. 239, 20 S. qui -vit (*antea*: correpti). 13, 10 p. 304, 12 ut et vos (*subi.*) de cetero -etis (emund- *G*) et alii peccare formident. in II Thess. 3, 6 p. 448, 11 -are noluerunt (3, 14 p. 450, 2 si quis ... noluerit [*cf. Souter, Introd. p. 99 sq.*]. SERM. Corp. Vind. 21 p. 272, 4 qui secundum paenitendi tempus -are noluerit [⟨se⟩ *post* qui *add. Engelbr.*]. GREG. M. epist. 5, 44 p. 339, 14 si -are [-ari *r 1. 2*] nolles. BENED. reg. 21). RVFIN. Greg. Naz. orat. 7, 10, 1 p. 220, 21 primi paene -are potuimus (*διορθωθῆναι*). PELAG. Aug. c. Pelag. 1, 21, 39 p. 456, 17 illi quos legimus aliquid peccasse, postea ... eos -asse cognovimus. Ps. AVG. quaest. test. I 44, 16 p. 81, 5 Iudaei ... dum -are (-ari *CNX, om. P*) erubescunt. I 58, 1 p. 118, 7 *ut* peccatores -ent. I 102, 14 p. 211, 1 malivolus ... non habet quod -et (*vix acc. rel., ut* -et *pro trans. sit*); si ... converterit se *eqs.* GREG. TVR. Mart. 2, 40 p. 623, 36 adnuntia ... ut -ent, ne crudeliter in scelere suo depereant. BENED. reg. 4 de ipsis malis de cetero -are. 43 *al.* (*v. Linderbauer p. 171*).

2 *res*: **a** *laxiore sensu*: *α incorporeas*: Ⓘ *res quae pertinent ad intellectum, rationem sim.* (-or *med. v. infra l. 64*): CIC. Mur. 60 ego tuum consilium, Cato, ... vituperare ⟨non possum⟩, nonnulla forsitan conformare et leviter -are possim (*cf.* AVG. civ. 10, 30 p. 451, 14 *sq.* D. si post Platonem aliquid -are existimatur indignum, cur ipse Porphyrius nonnulla et non parva -vit?). ac. 1, 13 certe ... recentissima quaeque sunt correcta et -ta maxime (*sc. in Academ. praeceptis*). Brut. 261 Caesar ... rationem adhibens consuetudinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine -at. orat. 155 a quibusdam sero iam -atur antiquitas (*i. usus locutionum priscarum*), qui haec reprehendunt (*vix pertinet ad II B, p. 465, 31*). VITR. 9 praef. 6 quod (*Rose*, quam *trad.*) magno labore fabri normam facientes vix ad verum perducere possunt, id rationibus et methodis -tum ex eius (*Pythagorae*) praeceptis explicatur. VAL. MAX. 4, 1, 10 *Africanus* in publicis tabulis ad hunc modum carmen -ari (*i.* '*immutari corrigendo*') iussit (*aliter p. 462, 29*). CELS. 3, 18, 11 *studiosis* (*inter phreneticos*) liber legitur aut recte, si delectantur, aut perperam si id ipsum eos offendit: -ando enim convertere animum incipiunt. QVINT. inst. 9, 4, 71 clausulae ... claudae ... sequentibus suscipi ac sustineri solent eoque facto vitium (*v. p. 463, 50*), quod erat in fine, continuatio -at. FRONTIN. aq. 23 ostendere ... quam -andi viam sim secutus. 37 -tis quattuor *modulis*, quos aquarii novaverant. AFRIC. dig. 40, 4, 21 -asse errorem suum testatorem (RVFIN. patr. 1 praef. 3 p. 299$^{med.}$ interpretis. *cf. p. 461, 5*). PAVL. dig. 10, 3, 10, 1 praetor ... rem (*al.*). 12, 2, 28, 2. LAMPR. Alex. 20, 1 ut sibi ab omnibus libere quod sentiebant dici cuperet et cum dictum esset, audiret et cum audisset, ita ut res poscebat, -re⟨t⟩ atque corrigere⟨t⟩ (*cf.* PRAEDEST. 1, 89 p. 619^{D} Cyrillus ... hoc dictum ita reprehendit ... ut ... -ret dictum. *v. et infra l. 63*). CAPITOL. Aur. 20, 5 requirens ... quid quisque de se diceret, -ans quae bene reprehensa viderentur. *al.* AMM. 27, 7, 9 *principes* amicis -andi secus cogitata vel gesta (*v. infra l. 70*) copiam negant. 28, 1, 25 hac ... libertate -tum est crudele praeceptum (*i.* '*mutatum*'). SCHOL. Cic. Gron. D p. 311, 24 St. non intellegebant iudices quid esset 'pugna Cannensis'; sed -vit et praesens (*i.* '*hoc*') exemplum protulit. CONSENT. gramm. V 394, 10 si haec ipsa (*sc. mytacismos in elocutione*) -are velimus. 397, 33 *in declarandis vitiis* nihil impedit ostendi *pueris* et -ari primo soloecismum. AVG. civ. 10, 30 p. 452, 8 D. aliorum Platonicorum opinionem. *al.* MACR. Sat. 1, 16, 38 Romani anni sic ad unguem ... -tum ordinem. PRAEDEST. 1, 89 p. 619^{D} nec sic -are voluit Nestorius ut diceret *eqs.* *et saepe al.* *adde usum medialem* (*v. l. 25. p. 458, 37*): CONC.^{S} IV 2 p. 71, 26 vir egregius ... correxit (*sc. cum dixisset aliqua quae non recta crederentur*) -tusque motam ... criminationem ... abolevit (*gr. I 1, 1 p. 95, 7 v. p. 458, 38; vix passive, ita ut intellegas* '*vir ipse eo quod correxit -tus, sc. errore*' *sim.* [*i.* '*conversus*', *p. 458, 66*]).

Ⓘⓘ *quae spectant ad animum, mores, facta* (*cf. et supra l. 55*) *sim.*: CIC. Lael. 61 cum -ti mores amicorum sint (Ps. QVINT. decl. 14, 7 p. 271, 21. PLIN. epist. 5, 9, 6 publicos. AVG. civ. 1, 1 p. 5, 4 D. corruptos hominum mores bellis. *et al.*). ad Q. fr. 1, 1, 40 (*vituperatur Quinti per duos muneris sui annos impatientia, insolentia sim. ostensa*) tertius annus ita debet esse -tus, ut ne minimam quidem rem quisquam possit ... reprehendere. PVBLIL. E 4 ex vitio alterius sapiens -at suum (SEN. contr. 1, 1, 10. SEN. epist. 25, 1 alterius ... vitia -anda, alterius frangenda sunt. QVINT. inst. 12, 7, 2 orator ... cupidus ... -andi vitia corrigendique mores. CAPITOL. Maximin. 5, 6. *et al.* [*aliter p. 463, 50*]). PROP. 3, 21, 25 seu spatiis (studiis *trad.*) animum -are Platonis incipiam aut hortis, docte Epicure, tuis (SEN. epist. 4, 1 persevera ... et quantum potes propera quo diutius frui -to [*v. p. 467, 5*] animo et composito possis. frueris quidem etiam, dum -as). SEN. benef. 4, 34, 3 numquam sapientem

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

facti sui paenitere nec umquam -are quod fecerit. QVINT. decl. 260 p. 66, 11 en quod fames -et (*sc. inconcessos amores*). *al.* FRONTIN. aq. 114 imprimis . . . hoc quoque (*sc. fraudem aquariorum*) -andum curatori crediderim. PLIN. epist. 6, 2, 9 (*syn.* corrigere). 10, 43, 4 te, domine, rogo, ut . . : consilium meum confirmare aut errorem -are digneris (CALP. decl. 18 p. 17, 17 sicut in vita numquam errare felicis est, ita errorem quam primum -are sapientis. RVFIN. hist. 4, 26, 10 p. 387, 6 errorem qui ex ignorantia venerat [*gr. ἄγνοιαν . . . ἐπηνωρθώσαντο*]. AVG. civ. 8, 24 p. 359, 10 D. *et al. cf* OPTAT. 2, 5 p. 40, 4 utinam . . . agnito peccato super se reverterentur, id est -rent, quod erraverant. *v. et p. 460, 46*). ITALA Ier. 7, 5 (Lucif. Athan. 2, 1 p. 146, 18) si -antes -bitis vias vestras et cogitationes vestras (*ἐὰν διορθοῦντες διορθώσητε*. VVLG. si bene direxeritis). IREN. 2, 4, 2 qui . . . postea -at labem et velut maculam emundat labem (*cf. p. 458, 41*). PELAG. epist. p. 18[B] (Rev. Bénéd. 26, 1909, 186) qui vitam suam -are volunt (RVFIN. hist. mon. 9 p. 424[D] *tempus* quo possim -are vitam meam). RVFIN. Clement. 2, 4 ut . . . actus suos a vitiis -et. AVG. civ. 19, 15 p. 382, 3 D. victoria . . . victos humiliat vel -ans peccata vel puniens (*cf.* lib. arb. 3, 9, 26 p. 1284[med.] ut peccati dedecus -et poena peccati). COD. Theod. 16, 5, 41 (*a. 407*) licet crimina soleat poena purgare, nos tamen pravas hominum voluntates admonitione poenitentiae volumus -are. CONST. Sirmond. 12 p. 916, 4 (*a. 407*) profanos haereticorum spiritus. *et al.*

ⒾⅢ *res quae pertinent ad vitam aut instituta publica, iudicialia sim.*: VELL. 2, 89, 4 leges -tae utiliter (SVET. Aug. 34, 1 hanc [*sc. legem de maritandis ordinibus*] cum aliquanto severius quam ceteras -asset. TERT. apol. 4, 6 Lycurgi leges a Lacedaemoniis -tae [46, 14]. CLAVD. 8, 506 COD. Iust. 6, 51, 1, 1). QVINT. inst. 7, 6, 11 cum -ret testamentum sublatis sestertiis nummis *eqs.* (*i. 'mutaret'. cf.* IVLIAN. dig. 29, 1, 20, 1 amplius si et aliquid interleverit, perduxerit, adiecerit, -verit *in testamento*). 11, 1, 77 neque . . . -ari ab alio *sententiam iudicis* quam ab ipso fas esse (COD. Iust. 4, 1, 12, 2[c]). decl. 331 p. 304, 17 -andum sit fortasse ius (GAIVS inst. 3, 33[b]). GAIVS inst. 1, 75 si quidem per errorem talem matrimonium contractum fuerit, -ari vitium eius ex senatus consulto licet (*ibid.* 1, 87. COD. Iust. 3, 28, 36, 1[a] sancimus . . . -ari vitium *eqs.* [INST. Iust. 2, 20, 34]. *v. p. 463, 50*). 3, 25 iuris iniquitates (3, 41). VLP. dig. 50, 15, 4, 10 censum (*ibid.*). COD. Iust. 1, 14, 9 (*a. 454*) oportet . . . duritiam . . . legum nostrae humanitati incongruam -ari. 2, 1, 3 (*a. 202*) *actionem* -ari vel mutari licet. 7, 62, 39 pr. antiquam observationem. *al. et saepe.*

ⒾⅣ *varias* (*nota* 'in peius -are' *quasi per oxymoron dictum, infra l. 58*): SEN. epist. 107, 9 optimum est pati, quod -are non possis. QVINT. inst. 6, 1, 13 Cicero . . . in Verrem (*I 43*) etiam -ari posse infamiam iudiciorum damnato reo dicit. TERT. nat. 1, 2 p. 61, 20 perducerentur infantariae et coci, ipsi canes pronubi, -ta res esset (AMM. 19, 11, 4 *imperator* rem . . . -turus urgentem. AVG. epist. 83, 2 p. 389, 5 rem dubiam). *al.* CYPR. epist. 15, 4 p. 516, 3 illud . . . redigere et -are debetis, ut nominatim designetis *eqs.* LAMPR. Comm. 19, 8 omnia scis, omnia -a (SPART. Pesc. 12, 3 constat, quod . . . omnia correcturus fuerit, quae Severus vel non potuit -are vel noluit). ARNOB. nat. 2, 50 p. 87, 21 quod bonum natura est, neque -ari neque corrigi (*Ursin.*, corripi *P*) se poscit. HIL. c. Const. 23 p. 599[A]. AMM. 30, 2, 8 haec . . . nec -ari potuerunt nec vindicari. HESYCH. in lev. 19, 13 p. 1026[A] quia *surdus* et -are aut haec cavere, in quibus de eo detrahitur, non potest. *et al.* *nota* (*v. supra l. 42*): EPIST. pontif. 341 (*Zosim.*) Migne 20 p. 675[A] malum aliquod quod ante commiserat, in peius -et (CONC.[S] I 5 p. 83, 43 Apollinaris in peius velut -ans animam . . . in Christo fuisse confessus *eqs.*).

β res corporeas (*praeter l. 66 de operibus exstructis*): PLIN. nat. 36, 121 Agrippa . . . in aedilitate adiecta Virgine aqua ceterisque conrivatis atque -tis lacus DCC fecit. PLIN. epist. 10, 39, 6 architectum dispecturum, utrum sit utilius post sumptum . . . quoquo modo consummare opera (*theatrum, balinea*) ut inchoata sunt, an quae videntur -anda corrigere, quae transferenda transferre. TERT. adv. Hermog. 9 p. 136, 3 materiae, quam si dominus fuisset, -asset (10 p. 137, 5. 6).

γ naturalia corporis (indolis l. 72 sqq.) vitia: MART. 11, 99, 7 -are cupis (*Lesbia*) vitium deforme? *eqs.* (QVINT. inst. 1, 11, 4 in primis vitia si qua sunt oris, -et *doctor* [11, 3, 31]. 11, 3, 130 iactantur et umeri quod vitium Demosthenes ita dicitur -asse, ut *eqs.* [*aliter p. 463, 50*]). *inde linguam* (*fandi inexpertam: l. 74; maledicam l. 75*): AVSON. 323, 5 ut respondendas docili . . . murmure voces -ta rudi proferret lingua *pueri* palato (HIER. epist. 54, 9, 2 maledicam linguam indictum -at silentium). *cf. et p. 459, 45.*

b *sensu strictiore in agricultura (arte coquinaria p. 462, 9): cultura, cura extrinsecus adhibita mitiorem, cultiorem, meliorem reddere*: *α fruges, sativa sim.*: OV. medic. 5 cultus et in pomis sucos -at acerbos (*cf.* COLVM. 5, 10, 15 ea res [*sc. cacumina vino cum lasere oblita*] -vit acorem malorum [arb. 23, 1]). COLVM. 4, 22, 9 mali generis vineta . . . -antur insitione facta. 5, 8, 2 *olea* cum adhibita cultura est, uno anno -atur. 5, 10, 15 *malum Punicum* (arb. 23, 1). arb. 8, 5 priusquam mitescant uvae, *si* inarescunt, hoc modo -buntur (e *ex priore litt.* u *factum S*, emundant *AR*, em*buntur *b*). PLIN. nat. 17, 261 quaedam *arbores* poena -antur. PALLAD. 1, 6, 4 in vineis aratro praetermissa fossor -et. 1, 7, 1.

β plagam (*in putatione*): COLVM. arb. 7, 5 curabis, ut quam acutissima falce ab ea parte, qua *vitis* bifurca est, findas eam et item ferro acuto plagam -es, sicubi inaequaliter findi videbitur.

γ terram: PLIN. nat. 17, 29 carbunculus, quae terra ita vocatur, -ari ⟨intenta cura⟩ (*v. app. crit.*) videtur. 17, 40 terram . . . terrā -andi . . . super tenuem pingui iniectā . . . dementi⟨s⟩ operae est.

δ alimenta, condimenta: PALLAD. 12, 17[tit.] de oleo faciendo secundum Graecos et -ando. APIC. 1, 7 de liquamine -ando.

B *speciatim*: 1 *spectat ad artis opera*: a *libros, scripta, contextus sim.* (*cum de retractatione, expolitione, correctione, quibus opus [saepius per ipsum auctorem] in meliorem statum adducatur, tum sensu technico de textu aut critica arte tangendo [ut originariae lectiones restituantur] aut editioni praeparando, i. q. recensere, διορθοῦν [v. ex gr. l. 23. 36. 41. 66. 68. 70. p. 463, 10. 16; cf. etiam p. 463, 27 sqq. v. Leo, Plaut. Forsch.[2], p. 50 sq.; Pascal, Athenaeum 6, 1918, p. 209 sqq.]. fere i. q.* '*edere*': *infra l. 44. 56. 81*): *cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 10, 53 'mutat' (*Lucilius*) pro eo quod est '-at' positum est. CIC. Att. 2, 16, 4 ut me roget *Q. fr.*, ut annalis suos -em et edam. [HOR. sat. 1, 10, 3] Lucili quam sis mendosus teste Catone . . . pervincam qui male factos -are parat versus ([*notione ambigua; recte Heinze ad l.*]. SERV. Aen. 2, 392). OV. Pont. 1, 5, 17 *quae scripsi* scripsisse pudet quia plurima cerno . . . digna lini. nec tamen -o *eqs.* (*cf.* trist. 4, 10, 62 multa . . . scripsi, sed quae vitiosa putavi -turis ignibus ipse dedi. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 167. PRISC. gramm. II 195, 6 et haec et quaecumque scripsero. *al.* [*v. et infra l. 61*]). trist. 1, 7, 40 quicquid . . . vitii rude carmen habebit -turus . . . eram (SERV. Aen. 1 praef. p. 2, 9 *carmen bucolicum Vergilium* constat triennio scripsisse et -asse. auct. Aen. 1, 560. *aliter p. 460, 38*). MART. 4, 10, 8 non possunt nostros multae . . . liturae -are iocos. 6, 64, 6 -are meos quos novit fama libellos (7, 11, 2. PLIN. epist. 4, 26, 1 petis, ut libellos meos . . . recognoscendos -andosque [*D*, legendos recogn. *RMV*] curem. 7, 12, 1 misi tibi *libellum* . . ., ne tempus -andi eum . . . haberes. *ibid.* 2 *al.* FRONTO p. 190, 14 N. Ciceronianos -tos et distinctos habebis *libellos*, adnotatos a me leges ipse). QVINT. inst. 1, 7, 22 in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut -vit (SIDON. epist. 2, 1, 2 *Seronatus* epistulas . . . publice a iactantia dictat, ab impudentia -at. CASSIOD. inst. div. 8 p. 1119[D] epistulam ad Romanos qua potui curiositate purgavi, reliquas in chartaceo codice conscriptas vobis -andas reliqui). 2, 5, 16 orationem (PLIN. epist. 7, 17, 2). 8, 2, 4 quod in oratione Dolabellae -tum a Cicerone adnotavi. 9, 4, 75 ⟨ut⟩ T. Livius hexametri exordio coepit . . ., nam ita edidit estque melius quam quomodo -atur. 10, 3, 17 verba -antur et numeri *in silva q. d.* (HERMOG. dig. 42, 1, 46 actorum verba -are, tenore sententiae perseverante non est prohibitum. COD. Theod. 1, 1, 6, 1 [*a. 435*] demendi supervacanea verba . . . et demutandi ambigua et -andi incongrua . . . potestatem). 10, 3, 32 pigritiam -andi *tabellarum* angustiae faciunt. 10, 4, 2 nec dubium est, optimum esse -andi genus, si scripta in aliquod tempus reponantur (PLIN. epist. 7, 17, 7 nullum . . . omitto). *al.* PLIN. epist. 1, 2, 1 librum . . . rogo ex consuetudine tua et legas et -es (5, 12, 3. SVET. frg. 20 p. 39, 1 Lucretius . . . cum aliquot libros per intervalla insaniae conscribsisset, quos postea Cicero -vit, propria se manu interfecit. 41 p. 48, 11 Varius et Tucca . . . Aeneidos postea libros -arunt sub lege ea, ut nihil adderent. VLP. dig. 32, 52, 5 GELL. 1, 7, 3. HIL. in psalm. 118 heth 1 p. 423, 9 secundum Hebraeos -tum apud Graecos psalmorum librum. HIER. vir. ill. 35 p. 25, 23 [= RVFIN. hist. 5, 20, 2 p. 483, 5; *ex Iren. transl.*] adiuro te, ut conferas postquam scripseris, et -es librum ad exemplar unde transscripsisti, diligentissime [haec quae scribis RVFIN., *v. supra l. 28; gr. κατορθώσῃς*]. AVG. civ. 22, 26 p. 619, 2 D. *et al.*). PLIN. epist. 2, 5, 10 quaedam *actionis* (5, 12, 2). 7, 17, 13 hoc ipsum quod nos recitaturos cogitamus, -at; quod auditorium ingredimur, -at; quod pallemus . . ., -at. 9, 36, 2 scribenti -antique similis. *al.* SVET. Dom. 20 exemplaribus undique petitis missisque Alexandream qui describerent -rentque (gramm. et rhet. 24 p. 118, 14 multa . . . exemplaria contracta -are ac distinguere et adnotare curavit *Val. Probus.* RVFIN. hist. 5, 28, 17 p. 507, 5 [*gr. κατορθωμένα*]. *et al.*). FRONTO p. 20, 8 N. *si sunt* Aelii manu scripta e⟨xem⟩pla aut a Tirone -ta aut a Domitio Balbo descripta. TERT. adv. Marc. 4, 29 p. 523, 16 'machaeram' (*sc. Luc. 12, 51*) . . . scriptum est, sed Marcion -at (*sim. de singulis vocibus corrigendis*: SERV. auct. georg. 1, 6 'numina' fuit, sed -vit ipse *Verg.* [*sc.* '*lumina*' *scribendo*]). *al.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 1 *poemata* quae ut bona sint cum magno scriptoris cruciatu sint -anda. IVST. praef. 5 quod *corpusculum* ad te non cognoscendi magis quam -andi causa transmisi. DON. vita Verg. l. 125 Br. *poeta* statuit . . . triennio . . . nihil amplius quam -are *Aeneida* ([omnem operam limationi dare ς]. SERV. Aen. 1 praef. p. 2, 11 Aeneidem . . . scripsit annis undecim, sed nec -vit nec edidit). l. 141 Br. *Varius et Tucca* Aeneida post obitum *Vergilii* iussu Caesaris -arunt (*cf.* SERV. Aen. praef. p. 2, 13). HILARIAN. pasch. epil. p. 1114[C] non -ta haec scripta. *ibid.* (*de retractata altera quadam edit.*) -tum opus (*ibid. iterum*). SERV. Aen. 5, 626 quaestionem . . . unam esse de insolubilibus, quas non dubium est -turum

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fuisse Vergilium (*antea syn.* quidam sic purgant). *al.* HIER. epist. 48, 2, 2 ut nugas meas, quando voluerim, -are possim. in Zach. 2 praef. p. 1455[A] -andi spatium. 3 praef. p. 1497[C] urget me ... Sisinius incompta et inpolita transmittere, ut non dicam -andi sed ne relegendi quidem habeam facultatem. *al.* RVFIN. hist. 4, 29, 6 p. 393, 5 dicitur *Tatianus* ... nonnulla ex sermonibus apostoli permutasse tamquam qui -are velit ordinem ... verborum ([*gr. ἐπιδιορθούμενον*]. AVG. loc. hept. 4, 6 p. 583, 6 quidam locutionem istam [*sc.* 'et reddet cui deliquit ei'] transferre nolentes -to ordine verba transtulerunt *eqs.*). SERG. gramm. IV 484, 26 cum sit codex -tus distinctione, media distinctione, subdistinctione (AVG. civ. 18, 43 p. 322, 22 D. nonnulli ... codices graecos interpretationis Septuaginta ex hebraeis codicibus -andos putarunt. COD. Theod. 1, 1, 5 [*a. 429*] -andi vel revocandi *codicem constitutionum* potestate nostrae clementiae reservata. CASSIOD. inst. div. praef. p. 1107[B]. *ibid.* p. 1109[C] reliquos ... codices ... notariis ... relegendos atque -andos reliqui. gramm. VII 210, 10 *al.*). AVG. civ. 15, 13 p. 83, 20 D. neglegenter describuntur et neglegentius -antur. *al.* BOETH. herm. sec. 4, 10 p. 272, 15 scripturam (p. 274, 13). CASSIOD. inst. div. 14 p. 1125[D] textus ... Hieronymi diligenti cura -tus. 15 p. 1130[B] reliquas lectiones (*seq.* correctiones recorrigat). *al.* COD. Iust. de emend. cod. 1 articulus -tus et coartatus. 1, 17, 1, 1 *principum* constitutiones. 1, 17, 1, 2 omnem Romanam sanctionem et colligere et -are et tot auctorum dispersa volumina uno codice indita ostendere. 7, 44, 2 pr. (*a. 371*) ut iudices ... sententias ponderatas sibi ante formarent et -tas statim in libellum ... conferrent. *al.* *et passim.*

adde exempla, quibus librarii certum se auctorem -asse affirmant (*v. p. 462, 16*): CARM. poet. min. V 52, 1 *Asterius* distincxi -ans (*sc. Verg. cod. M*), gratum mihi munus amici suscipiens operi sedulus incubui. *in subscriptionibus*: HOR.: *codd. A λ l Goth. al.* Vettius Agorius Basilius Mavortius ... legi et ut potui -vi conferente mihi magistro Felice. LIV.: *ex. gr. in fin. l. 1 codd. MPFB* Victorianus v. c. -bam dom(i)nis Symmachis (gym- *M*). *al.* MELA: *cod. V* Fl. Rusticius Helpidius Domnulus ... -vi Rabennae. PERS.: *cod. B* Flavius Iulius Tryfonianus Sabinus ... temptavi -are sine antigrapho meum et adnotavi Barcellonae (*a. 402*). MART.: *codd. class. β* -vi ego Torquatus Gennadius. APVL.: *cod. F* ego Sal(l)ustius -vi Rom(a)e felix. NON.: *cod. Montepess.* Iun. Tryfon. Sabinus ... legi ... prout potui sine magistro -ans adnotavi *eqs.* (*v. Lindsay, praef. p. XXIV*). VEG. mil.: *codd. compl.* Fl. Eutropius -vi sine exemplario *eqs.* (*a. 450*). *et al.*

b *opus pictum, sculptum sim.*: PLIN. nat. praef. 26 artifici ... velut -turo quicquid desideraretur. 35, 153 hominis ... imaginem gypso e facie ipsa primus ... expressit ceraque in eam formam gypsi infusa -are instituit Lysistratus (*cf.* PLIN. epist. 3, 10, 6 ut scalptorem, ut pictorem qui filii vestri imaginem faceret, admoneretis, quid exprimere quid -are deberet). *v. p. 466, 80.*

2 *in arte medicinali: morbos, passiones, aegros; fere i. q. sanare* (*cf. et* emundare): **a** *c. nudo obi.*: **α** *morbos, vitia*: SCRIB. LARG. 51 vitia ... cotidie -antur (PLIN. nat. 20, 103 vitia ... in facie rubentes *bulbi* ... inliti cum melle et nitro -ant. 20, 150 narium [MARCELL. med. 10, 64]. 20, 170 *v. l. 60.* 20, 249 cutis ... in facie [24, 56. 26, 163 testas in facie aliaque cutis vitia. *al.*]. 25, 143 epiphoras et si qua in oculis vitia sunt, -at verbascum. 26, 163 vitia omnia. *al.* MARCELL. med. 16, 85 vitium *tussis. et al. cf. et p. 464, 26* [*aliter p. 460, 43. 76. 461, 35. 69. 464, 46. 58. 465, 18. 20. 48*]). PETRON. 134, 10 (*verba Oenotheae*) istum ... morbum (*sc. virilitatem effetam*) sola sum quae -are scio. PLIN. nat. 20, 38 inula ... tussim -at (20, 170 cunila ... tussim quoque -at et iocinerum vitia [*v. l. 52*], laterum dolores [*v. p. 464, 8*]. 20, 225 *al.*). 20, 63 urinae difficultates sucus *lactucae* (26, 155 mensum ... difficultatem). 20, 106 flos bulborum tritus crurum maculas varietatesque igni factas (20, 142 sanguinem oculis suffusum et ... cicatrices aut maculas. 22, 151 farina *ervi* ... varos [23, 23 *al.*], sed et maculas cutis toto corpore -at. DIOSC. 2, 88 albas [*gr. 2, 105, 3 aliter*]. *et al.*). 20, 129 alopecias (21, 125. 22, 70 et rimas pedum. 24, 86 alopecias ..., item putrescentia ulcera [*v. p. 464, 4*]. *al.* DIOSC. 2, 96 alopicias -at *rafanus* [*gr. 2, 112, 1 ἀλωπεκίας τε δασύνει*]). 20, 141 psoras et lepras *ruta* (MARCELL. med. 19, 29. *al.*). 20, 181 in facie cutem (21, 76. 22, 84 *al.*). 20, 251 ungues scabros (24, 39. 28, 223 *al.*). 20, 238 *sinapi* pusulas (DIOSC. 2, 68 pustulas minutas corpori -at *frumentum tritici; gr. 2, 85, 2 aliter*). 21, 127 furfures in facie (24, 31 cutis. *al.*). 21, 148 *holochrysos* lichenas; *syn.* medetur (22, 149 et lichenas et testium inflammationes. *al.*). 22, 87 graveolentiam alarum -at *scolymum* (24, 76 sucus hederae taedia narium graveolentiamque. *al.* *cf.* 22, 139 *panis* gravitatem odorum in cubiculis ustus -at [28, 139 oris gravitatem ulceraque (*v. l. 67*) butyrum at. *al.*]. MARCELL. med. 10, 59 nares graviter olentes. *sim. al.*). 22, 155 *lupinum* livores -at, inflammationes ... sedat (MARCELL. med. 19, 52 potenter). 23, 8 genarum scab⟨rit⟩iem ... oculorumque lacrimationes (23, 95 scabritias ... cutis in facie; *syn.* tollit. 28, 71 *al.* *cf.* 23, 117 palpebrarum ... scabiem [35, 185 *al.*]). 23, 97 suggillata (25, 175 *al.*). 24, 24 strumas ... nervorumque nodos. 25, 165 narium oza⟨e⟩na⟨s⟩ -at aristolochia cum cypero (*cf.* MARCELL. med. 10, 58 polypum -at herba Proserpinalis [DIOSC. 1, 75 polipum naribus em⟨en⟩dat haec aqua; *gr. 1, 74, 1 πολύπους τοὺς ἐν τοῖς μυκτῆρσιν ἴᾶται*]). 26, 120 eruptiones pituitae. 28, 97 sterilitatem mulierum (28, 253). 28, 100 faetores et ulcera oris (33, 85 putria ulcera et taetri odoris. *et al. v. etiam p. 463, 67. 77*). 29, 117 glaucomata. 32, 75 palpebras. *al. saepe.* SER. SAMM. 233 lentiscus myrtusque -ant (-at *A*) oris odorem. PLIN. med. 1, 1 p. 10, 6 veteres dolores et vertigines betae nigrae suco ... -antur (MARCELL. med. 9, 122 dolorem *aurium.* 20, 40 continuo -bis [-bitur *L*] stomachi dolorem. MISC. Tir. p. 55, 21 ventris. *v. et p. 463, 60*). CHIRON 103 p. 34, 8 periculum. *al.* MARCELL. med. 11, 11 murinus cinis ... halitum fetidi oris -at. 16, 78 sanguinulentas excreationes. *al.* PLAC. med. 4, 64 H.-S. rec. *α fel caprae* faciem inlinatam -at. CASS. FEL. 2 p. 11, 10 si forte canosi capilli fuerint nati, frequenter psilotro -bis caput. ORIBAS. syn. 1, 6 p. 807 (*Aa*) mentem insanam *venus* -at (*gr. 1, 6 p. 9, 11 sq. καθίστησι ... εἰς τὸ ἐμφρονέστερον καὶ τοὺς ἄλλον τρόπον ἐκμανέντας*). ISID. sent. 3, 46, 12 p. 716[A] ut vulnus quod occulte sanari nescit, manifeste debeat -ari. *et al.* *lac mulieris*: ORIBAS. syn. 5, 9 p. 51 quomodo -anda est lactis, si mala fuerit ([*gr. 5, 4 p. 200 tit. πῶς διορθωτέον τὰς κακίας τοῦ γάλακτος*]. *ibid.* lactis quae mala fuerit -ari oportet [*gr. ibid. p. 200, 3 διορθοῦν*]. *ibid.* si pinguis fuerit per vomitum -ari oportet [*gr. aliter*]. *ibid.* p. 52; *gr. p. 201, 12 διορθοῦν*).

β *ipsos aegrotantes, vitio laborantes* (*fort. c. dat. l. 34*): PLIN. nat. 23, 124 lusciosos ex oleo inlitus -at *cinis fici* dentiumque vitia (*v. p. 463, 50*). MARCELL. med. 16, 45 lotium humanum ... veteres tusses (*v. p. 463, 59*) et eos qui crassa pituita vexantur, -at. SORAN. p. 35, 19 quomodo -amus illas (*sc. nutrices*), quae lac aquatum habent? ANON. med. ed. Piechotta 155 ad raucos ut -es (*seq. confectio medicaminis*). PLAC. med. 2, 20 H.-S. rec. *β* vulpis pulmo ... suspiriosos -at (*rec. α*: sanat). 3, 4 rec. *β* leporis cerebrum potum submeiulos -at. 3, 21 rec. *β* leporis cor *caducos. sim. al.* DIOSC. 2, 68 farina sitania cum aceto aut vino cocta ut gluten et manducatum emtoicis (*v. l. 24*) -at (*gr. 2, 85, 2 αἱμοπτυικοὺς ὠφελεῖ*).

b *c. additam. indicante, a quo quis (quid) sanetur* (*abl. separ.: l. 36; praep.* de: *l. 38*): CHIRON 36 p. 14, 26 vitio (-a *Oder*) -buntur puncta (per *add. O.*) supra noda excrescentia (*de abl. v. Ahlquist, Stud., Uppsala 1909, 45*). 965 p. 288, 13 de omni morbo -bis *iumentum.*

sim. struct.: a criminibus: *p. 459, 80.* a vitiis: *p. 461, 17.* de errore: *p. 459, 36 (cf. p. 460, 9. 22). cf. et* vitium (*acc. gr.*) *p. 459, 45.*

II ***inest vis significantior certa quadam ratione corrigendi*: A** *corrigere sic, ut id quod -ari dicitur, plane reparetur*: **1** *sensu latiore*: **a** *i. q. tollere incommoda, vitia (fere naturalia) irrita reddere*: VARRO rust. 1, 4, 4 haec *fundi* vitia (*sc. ex natura et qualitate loci provenientia*) -ari solent domini scientia ac sumptu (VITR. 4, 3, 5 ut omnia vitia et metoparum et intercolumniorum ... quod aequales divisiones factae erunt, -entur [*aliter v. p. 463, 50*]). VITR. 6, 1, 2 ita quod ultra natura laedit, arte erit -andum. COLVM. 9, 11, 3 potest ... in iis domiciliis, quae aliqua peste vexata sunt, paucitas apium -ari. PLIN. nat. 31, 49 fit et ... gravior aër, quem -ant adsiduo linteorum iactatu eventilando. IVV. 14, 67 *dominus trepidat*, ne stercore foeda ... atria displiceant *venturo amico*, ne perfusa luto sit porticus et tamen uno semodio scobis haec -at (emund- *codd. dett.*) servulus unus.

b *i. q. compensare rem adversam, crimen, culpam sim.* (*fere i. q. componere satisfaciendo: p. 465, 12*): NEP. Them. 1, 1 *Themistoclis* vitia (*v. p. 463, 50*) ineuntis adulescentiae magnis sunt -ta virtutibus. HOR. sat. 2, 8, 85 Nasidiene, redis mutatae frontis, ut arte -turus fortunam (*cf.* FRONTIN. strat. 2 praef. 10 si res durius cesserit, de adversis -andis). OV. fast. 4, 596 nos haec (*Ceres raptum Proserpinae*) patiemur inultae: reddat *Pluto* et -et facta priora novis (CLAVD. DON. Aen. 4, 690 p. 420, 20 *Didonem* facti paenitudinem gerere, quod iam -ari non poterat. 9, 725 p. 278, 14. *cf.* CHIRON 2 p. 4, 13 si quid ... per ignorantiam male factum vel contrarium circa animalium corpora fuerit, -ari non potest). fast. 5, 205 vim tamen -at *Zephyrus* dando mihi (*sc. Chloridi*) nomina nuptae. trist. 5, 13, 13 remne piam praestas, si mihi verba negas? hoc precor -a! quod si correxeris unum *eqs.* LIV. perioch. 59 p. 72, 25 victoria cladem acceptam -vit. VAL. MAX. 6, 3, 7 late ... patens opprobrii deformitas severitate supplicii -ta est. SEN. dial. 11, 18, 3 multa providit *Fortuna*, quibus hanc -ret iniuriam, multa ... dabit, quibus redimat. COLVM. 1, 8, 14 cum -atur vel imprudentia vel neglegentia (11, 1, 28 quamvis interdum -ta sit perperam facti [*SAR*, factum *edd.*] vel imprudentia vel neglegentia. *cf.* QVINT. inst. 1, 3, 15 nunc fere neglegentia paedagogorum sic -ari videtur, ut *eqs.* [6, 5, 7 HIER. epist. 7, 2, 3]. *cf. et l. 83*). PETRON. 91, 7 nihil iam queror, nihil iam memini, si bona fide paenitentiam (sententiam*?, Buech., v. 91, 2*) -as. 130, 6 placebo tibi, si me culpam -are permiseris (BACHIAR. repar. laps. 16 p. 1054[A]). QVINT. inst. 4, 1, 45 in iis quae negari non potuerint, elaborandum, ut ... aut -ari posse paenitentia aut satis iam punita videantur (TERT. adv. Marc. 2, 28 p. 375, 11 neglegentia [*cf. supra l. 73*] salutis humanae non nisi per paenitentiam -ta apud deum vestrum). decl. 309 p. 216, 20 gratias

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ago ... iudicibus: -verunt contumaciae meae detrimentum. PAVL. dig. 45, 1, 91, 3 (*ex Celso*) eum qui moram fecit in solvendo Sticho quam promiserat, posse -are eam moram postea offerendo. CLAVD. DON. Aen. 11, 150 p. 429, 10 quasi -are male gesta ulla ratione potuisset. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 32 p. 611^{B} istud commissum ... quomodo -bitur; immo nefas quomodo expiabitur? BACHIAR. repar. laps. 20 p. 1058^{B} crimen hoc -andum nuptiis. SIDON. epist. 5, 19, 2 meam haec sola seu compositio seu satisfactio vel mediocriter contumeliam -at (*i. cum filium nutricis tuae, qui filiam meae nutricis stuprator rapuit, manu miseris*). CASSIOD. Ios. antiq. 10, 5 p. 284 opera maiorum ..., in quibus deliquerant, velut senior -bat (*gr. 10, 50 τὰ ... ἔργα τὰ ... ἁμαρτηθέντα διώρθου*). *nota* (*v. p. 464, 57*): LEX Sal. 14 add. 5 (*class. 3 α*) si quis corpus sepultis (-um *al.*) exfodierit ... wargus sit id est expellis, set usque in diem quam ipsa causa ⌊cum parentibus defuncti faciat⌋ (⌊ ⌋ parentes d. faciant *3 s*) -are (*seq.*: antequam cum parentibus defuncti satisfaciat).

c *i. q. reficere, resarcire laesam rem corpoream*: FRONTIN. aq. 121 vitia (*v. p. 463, 50*) ... eiusmodi sunt, ut aut non interpellato cursu subveniatur eis aut -ari nisi averso (-a *cod.*) non possint. PAVL. dig. 8, 5, 7 ut iubeat adversarium iudex -are vitium parietis et idoneum praestare (*aliter p. 463, 50*). PALLAD. hist. mon. I 20 p. 299^{A} (*mulier ad sarcinatorem*:) nos ad -andas res nostras artifices nostros habemus (*gr. ἡμεῖς ἔχομεν ἡμετέρους ῥάπτας*).

2 *strictiore sensu: quasi rituali modo, fere i. q. expiare*: STAT. Theb. 1, 270 quo tempore ... terrarum furias abolere et saecula retro -are sat est? 12, 551 quid ... septena moveri (-e *BM*) castra et Agenoreos opus -are penates? OPTAT. 6, 6 p. 154, 13 si catholicorum vestigia et in vico et in platea calcavimus, quare non omnia -atis, *Donatistae* (*cf. l.* 15 si post nos purificanda putatis omnia). *cf. etiam* emundare.

B *animadvertendo sive censendo aut vituperando, fere i. q. monere* (*v. l. 40 sqq., in corrigendis discipulis [cf. etiam p. 458, 59]*); *reprehendere* (*v. ex. gr. l. 35. 38. 43. 45. 48*): PHAEDR. 5, 9, 5 qui doctiorem -at, sibi dici putet. SEN. clem. 2, 6, 3 ad calamitosos pro portione improbandosque et -andos. PLIN. nat. 10, 83 intellegitur -tae *lusciniae* (*quasi discipulae cantum, versus discentis*) correptio et in docente quaedam reprehensio. QVINT. inst. 1, 6, 19 Augustus ... in epistulis ad C. Caesarem scriptis -at, quod is 'calidum' dicere quam 'caldum' malit. 2, 2, 5 quo saepius monuerit *praeceptor*, hoc rarius castigabit, minime iracundus nec tamen eorum quae -anda sunt, dissimulator. 2, 2, 7 in -ando quae corrigenda erunt, non acerbus. 2, 6, 4 *ceteri discipuli*, qui recta esse, quae praeceptor non -verit, credent (*antea*: vitia aperte coarguenda). 2, 9, 2 -ti non irascentur, laudati gaudebunt (*item opp.*: AVG. civ. 5, 26 p. 241, 24 D. cohibeant suas nugas et potius a prudentibus -ari quam laudari ab imprudentibus eligant. epist. 33, 3 p. 20, 4 mavult ... *propheta* severa misericordia iusti -ari [-are *M*] quam leni adulationis unctione laudari). 8, 3, 54 -vit hoc (*sc. πλεονασμοῦ vitium*) etiam urbane in Hirtio Cicero. HIER. epist. 57, 12, 3 tu quicumque reprehensor es, tu me, obsecro, -a, praeceptor. *cf. et p. 460, 33.*

C *plectendo, castigando, puniendo, coercendo*: **1** *c. obi. solo* (*pendet inf.: l. 60*): TAC. ann. 15, 20 culpa quam poena tempore prior, -ari quam peccare posterius est. COLL. Mos. 1, 11 (*verba Taur. Egnatii procons. Baet. in consult. ad imp. Hadr. directa*) cupiditatis culpa coercendum credidi, ut ceteri eiusdem aetatis iuvenes -rentur. VLP. dig. 47, 10, 7, 2 servum ... liberum conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit vel quod leviter pulsaverit vel -verit. TERT. pudic. 13 p. 244, 30 apostolus Hymenaeum et Alexandrum satanae tradidit, ut -rentur (*Gel.*, enim darentur *trad.*) non blasphemare ([*cf. I Tim. 1, 20 ἵνα παιδευθῶσιν μὴ βλασφημεῖν, de inf. v. l. 52*]. fug. 2 p. 467 Oe. Phygellum et Hermogenem *traditos* satanae, ut -entur ne blasphement. PACIAN. epist. 3, 18 p. 81 peccator incestus ... traditur ... satanae ad -andum, ad colaphizandum, ad paenitendum. *al.*). ITALA psalm. 140, 5 (Aug. c. Petil. 2, 67, 150 p. 98, 28 *al.*) -bit me iustus in misericordia et arguet me (*παιδεύσει*, VVLG. corripiet). ITALA prov. 13, 24 (Cypr. testim. 3, 105 p. 180, 4) ne destiteris parvulum -are ([parvo lumen mendare *A*, p. -ando *WLMB*; *gr. ὁ δὲ ἀγαπῶν ἐπιμελῶς παιδεύει*, VVLG. instanter erudit]. *inde ap.* ECCL.: CYPR. hab. virg. 1 p. 187, 17 si ... deus quem diligit corripit et corripit ut -et. *al.* AVG. in epist. Ioh. 7, 8 p. 2033$^{med.}$ sive -es, dilectione -es. in psalm. 30, 1, 20 p. 229$^{init.}$ *et al.*). ITALA Ier. 10, 24 (Ps. Cypr. ad Novat. 10 p. 60, 21) -a nos domine (*παίδευσον*, VVLG. corripe). *al.* PSALT. Cas. 117, 18 -ans -vit me (*παιδεύων ἐπαίδευσέ με*, VVLG. castigans castigavit). *al.* CYPR. testim. 3, 105 p. 106, 26 (tit. cap.) frequenter -andos qui delinquunt (*cf.* NOVELL. Theod. 11 pr. [*a. 439*] per quas *leges* delinquentes pro qualitate criminum convenit -ari). epist. 11, 7 p. 501, 10 praesenti tribulatione correctos -tosque. *al.* SPART. Pesc. 3, 11 -a ... primum tribunos, deinde militem (NOVELL. Iust. edict. 8, 3 pr. p. 770, 19 milites -ans [*gr. στρατιώτας σωφρονίζων*]). LAMPR. Alex. 51, 7 per praeconem, cum aliquem -ret, dici iubebat: quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. FILASTR. 79, 8. VVLG. Luc. 23, 16 (*παιδεύσας*). AVG. civ. 7, 30 p. 313, 5 D. cum sic -andum et castigandum est genus humanum. c. epist. fund. 1 p. 193, 11 dominus ... homines ... -andos esse potius quam perdendos iubet. in psalm. 54, 2 p. 628$^{med.}$ (*opp.* blandiatur). serm. 49, 5, 5 p. 322$^{fin.}$ quod tibi in te ... displicet, castiga, -a, corrige. *al.* COD. Theod. 6, 35, 4 (*a. 321*) quod facinus licet graviore poena plectendum est, tamen ita volumus -ari, ut *eqs. al.* PALLAD. hist. mon. I 57 p. 341^{A} ut ... calumniatrix -retur in poenis (*παιδευῦσαι*). *et al.* *v. etiam l. 30. 31. 32.*

2 *acced. abl. instr.* (per *c. acc. infra l. 15*): VLP. dig. 1, 16, 9, 3 libertum non obsequentem -are aut verbis aut fustium castigatione. PS. CYPR. mont. 15 p. 118, 14 *diabolus* a puero caeleste correptus et flagris spiritalibus -tus. LACT. mort. pers. 22, 3 domestici et administratores lancea -bantur. AVG. enchir. 72 p. 266$^{med.}$ qui -at verbere in quem potestas datur (*seq.* coercet). NOVELL. Iust. edict. 8, 2 p. 770, 1 quae hactenus delicta commissa sunt, competentibus -et suppliciis (*gr. τὰ ... ἡμαρτημένα ταῖς προσηκούσαις μετελθεῖν τιμωρίαις*). per *alqm.* (*v. l. 7*): AVG. in psalm. 117, 13 p. 1499$^{init.}$ saepe filios paterfamilias per nequissimos servos -ari iubet.

nota bestias domandas: COLVM. 6, 2, 11 eum (*bovem in sulco decumbentem*) non saevitia, sed ratione censeo -andum. *ibid.* utilius est citra corporis vexationem fame potius et siti cubitorem bovem -are.

D *singulariter: i. q. rebaptizare* (*fluxit notio ex ea quam habes p. 459, 27*): OPTAT. 1, 5 p. 8, 17 per quod semel licet *baptisma*, ideo post vos non -amus, quia apud nos et apud vos unum est sacramentum.

gerund. ēmendanda, -ōrum *n. pro subst.: i. q. res quae corrigi debent*: TERT. adv. Marc. 3, 4 p. 381, 11 si -vit creatorem (*v. p. 459, 22*), post illum revelatus, ut -anda praecederent, ergo et Christum eius aeque -turus (*v. p. 459, 23*) exspectasse debuerat.

cf. et antithesin per -andus *et* -tus *factam velut in his*: AVG. in psalm. 140, 13 p. 1824$^{init.}$ nec respuit *dominus* personam -ti vel -andi (*i. 'puniti', 'puniendi'; v. p. 465, 51*). COD. Theod. 16, 2, 27, 1 (*a. 390*) hoc absque dubio -andis pro lege erit, -tis pro consuetudine, ut illi habeant testimonium, isti incipiant timere iudicium (*i. 'castigandis', 'castigatis'; v. p. 465, 51*). *sim. al.* (*cf. et l. 67*).

part. perf. pass. ✖**ēmendātus**, -a, -um *pro adi. (subst. v. l. 48. p. 467, 24. 27. 45). compar.* -ior: PETRON. 126, 13 VLP. dig. 4, 3, 11, 1 TERT. paenit. 6, 22 *bis.* PANEG. 10 (4), 34, 1. *al.* *superl.* -issimus: SEN. contr. 9, 5 (28), 15 SEN. dial. 3, 5, 3 QVINT. inst. praef. 3 PLIN. epist. 8, 22, 2 VOPISC. quatt. tyr. 1, 1. *al.* GLOSS. -us *διωρθωμένος. εὐδιόρθωτος.* -um *εὐκατόρθωτον. al.* [APVL. Plat. 2, 27 -iorem *suspic. Rohde* (emendatione *trad.*).]

i. q. mendis purgatus, vitiis carens: **A** *de qualitate, i. q. perfectus, expolitus, eximius, purus sim.*: **1** *de rebus*: **a** *de variis rebus ad artem spectantibus*: *α de sermone, scriptis, aliis rebus ad cultum ingenii pertinentibus* (*techn. in arte gramm. et critica: l. 51. 59. 62. 68; in rhetor.: infra l. 49; in schola: l. 50. 58 bis. plur. neutr. pro subst.: infra l. 62. 67*): CIC. Brut. 258 solum ... et quasi fundamentum oratoris vides locutionem -am et Latinam (*cf.* AVSON. 138, 1 -a potest quaenam vox esse magistri, nomen qui proprium cum vitio loquitur? PHOC. gramm. V 410, 15 -i sermonis praecepta [DOSITH. gramm. VII 376, 3]). HOR. epist. 2, 1, 71 carmina Livi (*cf. p. 467, 31*) ... -a videri pulchraque ... miror. VITR. 9, 8, 15 de his ut corpus -um architecturae perficiatur, insequenti volumine incipiam scribere. *al.* QVINT. inst. praef. 3 multum ... in tua ... fide ac diligentia positum est, ut in manus hominum quam -issimi *libri mei* veniant (LACT. inst. 2, 4, 4 in ... -issimis). 1, 1, 33 donec exercitatione *lectionis* contingat -a velocitas (*cf.* 1, 4, 3 enarrationem praecedit -a lectio). 1, 5, 1 cum oratio tres habeat virtutes, ut -a, ut dilucida, ut ornata sit (2, 4, 15 rectae atque -ae. 11, 3, 30 *oratio* quoque -a erit, id est vitio carebit, si *eqs.*). 1, 5, 33 *ὀρθοέπεια*, id est -a cum suavitate vocum explanatio. 1, 6, 30 nonnumquam ... barbara ab -is (*v. supra l. 48*) conatur discernere *etymologia*. 8, 1, 1 ut -a *verba sint*. 11, 3, 30 *pronuntiatio* -a, dilucida, ornata, apta esse debet. PLIN. epist. 10, 65, 3 quae (*edicta, epist. principum*) ideo tibi non misi, quia et parum -a ... videbantur et quia vera et -a in scriniis tuis esse credebam. HIL. c. Const. 23 p. 599^{B} -a ... iterum emendando condemnas (*v. supra l. 29*). HIER. hom. Orig. in Ier. 5 p. 626^{A} iuxta -issima ... exemplaria (praef. Vulg. pentat. -iora. *et al.*). AVG. gen. ad litt. 5, 14 p. 157, 25 -iores codices (quaest. hept. 3, 53 p. 284, 4 *al.* PRISC. metrol. II 83, 8 in antiquissimae scripturae -is codicibus. CASSIOD. gramm. VII 210, 26 *al.*). *v. et p. 467, 80.*

β in architectura: VITR. 1, 2, 5 decor autem est -us operis aspectus probatis rebus compositi. 1, 3, 2 utilitatis *ratio* ... ⟨cum fuerit⟩ -a et sine impeditione usus locorum dispositio. 4, 3, 3 proportiones ... quibus -as et sine vitiis efficere possit aedium sacrarum dorico more perfectiones (5, 8, 2 theatrorum). 5, 8, 2 -us erit prudentia ad utilitatem in theatris vocis effectus. 7, 3, 5 -a tectoriorum (*loc.*, tectorum *trad.*) in picturis ... species. 9 praef. 6 normam.

γ de eo quod artifex procreavit (*de opere naturae tamquam artificis l. 82*): SEN. dial. 3, 5, 3 qui optimo eius (*naturae*) operi et -issimo hoc ferum ... vitium adsignat (*cf.* PLIN. nat. 34, 92 *Callimachi* sunt saltantes Lacaenae, -um opus, sed in quo gratiam omnem diligentia abstulerit).

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *de moribus, animo, factis, vita gerenda sim.*: Sen. contr. 9,2(25), 18 tamquam pro facto non -o, non scelerato tamen (contr. exc. 9, 2). 9, 5 (28), 15 homo rarissumi etiamsi non -issimi ingenii. Sen. dial. 6, 23, 3 victorem omnium voluptatium animum, -um, carentem vitio (epist. 4, 1 *v. p. 460, 83.* 124, 23 -us ac purus). Vlp. dig. 4, 3, 11, 1 luxurioso atque prodigo aut alias vili adversus hominem vitae -ioris (Schol. Cic. Bob. p. 121, 19 St. virtus -ae vitae et honesti animi professio est. Rvfin. Adamant. 1, 1 p. 3, 3 [*gr. τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου δίοδον εὖ μάλα βιοῦν*]. hist. mon. 6 p. 410[A] *al.* Pallad. hist. mon. I 25 p. 311[C]). Arnob. nat. 2, 49 p. 86, 14 *homines* inculpatis atque -issimis moribus.

c *de legibus*: Avg. civ. 2, 16 p. 72, 2 D. leges Solonis ... meliores et -iores facere conati sunt *Athenienses.*

d *de pulvere (in medicam.), i. q. purificatus, purus*: Inscr. ocul. Corp. XIII 10021, 6 Albuci melin(um) delac(rimatorium) ex em(endato) pul(vere).

2 *de personis (et de scientia, doctrina, qua quis excultus est [infra l. 23. 39 bis] et de perfecto morum cultu [v. infra l. 24. 29. 36. 37]. de scriptore stili expoliti: infra l. 31. 32)*: ***i. q. egregius, probus.*** *abscedit in titulum honorificum: infra l. 41 sqq. (superl.); hinc explicari videtur etiam exemplum infra l. 35 (compar., de senatu) allatum.* Hor. epist. 1, 16, 30 cum pateris (pot- *al.*) sapiens -usque vocari (*cf.* Porph. *ad l.*). Sen. epist. 25, 3 dum interquiescit *veteranus*, dum -o similis est. Plin. epist. 3, 3, 5 vir est -us et gravis (Apvl. apol. 103 a tam bono tamque -o viro. Avson. 419, 71 -issimi. Symm. or. 5, 4 Trygetio clarissimo et -o viro). 4, 27, 6 adulescens. 8, 22, 2 ego optimum et -issimum existimo qui *eqs.* Tert. nat. 1, 4 p. 64, 21 alii quos (aliquos *A*) retro ante hoc nomen vagos viles improbos norant, -os repente mirantur. 1, 20 p. 93, 4 si fueritis Christiani, eritis -i. paenit. 6, 22 -iorem (*bis*). Porph. Hor. epist. 2, 1, 71 indignor *Livium* (*cf. p. 466, 52*) pro ⟨per⟩fecto et -o auctore laudari (*cf.* Vopisc. quatt. tyr. 1, 1 Suetonius ... -issimus et candidissimus scriptor). Capitol. Ver. 5, 8 ut timore bellico -ior rediret *Verus.* Treb. Claud. 2, 8 talis in re p. fuit, ut eius stirpem ad imperium summi principes eligerent, -ior (*v. supra l. 21*) senatus optaret. Valer. 5, 7 primus genere, nobilis sanguine, -us vitā (Itin. [Silv.] 9, 2 *episcopus* tam eruditus in scripturis ... aut tam -us in omni vita sua. *cf. et infra l. 46*). Ps. Avr. Vict. epit. 13, 7 *Traianum* excultum atque -um. Svlp. Sev. dial. 2, 5, 9 -ior. Ennod. epist. 4, 16, 3 p. 110, 24 quotiens apud -issimos hominum cogor subire testimonium (*sic pro tit. honorif.* [*v. supra l. 20*]: 4, 18, 2 p. 112, 1 quam rem, -i hominum, non negabitis [*de uno solo homine ut* 5, 3, 3 p. 126, 14]. 4, 19, 2 p. 112, 23 -issime hominum [7, 13, 2 p. 181, 15]. 4, 35, 2 p. 122, 19 -issimus hominum domnus Faustus). epist. 7, 27, 2 p. 193, 22 qui colit -os. *al.* Vigil. Thaps. c. Eutych. 5, 2 p. 135[D] eos -iores factos. Corp. VI 36417 filio ... omni vitae ratione (*v. l. 36*) -issimo.

B *de forma, specie: i. q. pulcher, speciosus*: Cic. nat. deor. 1, 80 ecquos *deos* silos, flaccos, frontones, capitones, quae sunt in nobis, an omnia -a in illis? Petron. 126, 13 dominam producit *ancilla* ... mulierem omnibus simulacris -iorem. Paneg. 10 (4), 34, 1 nullam matronarum, cui forma -ior fuerit, boni sui pig[n]uit (*seq. syn.* species luculenta).

adv. **ēmendātē.** *compar.* -ius: *infra l. 67. 70. 73. 80. superl.* -issime: *infra l. 78.* [*dub.*: Vitr. 9 praef. 4 quod *genus numeri* multiplicationibus non invenitur, eo (ex *Mach., recte ut vid.*) descriptionibus linearum -is (-ius *Krohn*) reperitur.] ***i. q. sine vitiis, mendis; perfecte, recte sim.*** (*maxime de elocutione; v. l. 60 sqq. 65. 72 sqq. in munere gerendo: i. q. probe: l. 76*): Cic. opt. gen. 4 quoniam eloquentia constat ex verbis et ex sententiis, perficiendum est, ut pure et -e loquentes, quod est latine, ... elegantiam persequamur ([*inde* Char. gramm. p. 258, 19 B.]. Qvint. inst. 1, 5, 1 -e loquendi regulam. 1, 7, 32 -e loquendi scribendique [*v. infra l. 78*] partes. 8, 1, 2 de ratione latine atque -e loquendi. Svlp. Vict. rhet. 15 p. 320, 36). Hirt. Gall. 8 praef. 6 ceteri ... quam bene atque -e, nos ... quam facile atque celeriter eos (*sc. commentarios Caesar*) *perfecerit* scimus ([*locum citat* Svet. Iul. 56, 3, *ubi haec verba suppl.* Capitol. Gord. 24, 1 eius saeculum -ius ac diligentius socero adiuvante perfectum]. *cf.* Vitr. 3 praef. 3 platearum ... et vicorum uti -e fiant distributiones in moenibus. Plin. nat. 34, 58 *Myronem* capillum ... et pubem non -ius fecisse quam rudis antiquitas instituisset). Vitr. 10, 6, 2 his ita -e descriptis. Qvint. inst. 8, 3, 1 -e ... ac lucide dicentium tenue praemium est (Char. gramm. p. 137, 7 B. -ius 'custodiae', 'Maiae' ... dicimus *quam* '*Maias*' *sim.* p. 159, 7 Hortensius ... 'cicatricum mearum' [*or. frg. p. 371*] quod -e dictum sit. Vel. gramm. VII 75, 2 -ius). Iren. 3, 3, 1 quibus -e agentibus (*v. supra l. 58*) fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas (*gr. ὧν κατορθούντων*). Porph. Hor. epist. 2, 2, 106 ostendit ... quam laboriosum sit -issime scribere (*v. supra l. 62*). Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 28 p. 607[B] in *quibus* (*sc. comm. in epist. ad Eph.*) ... te putaveras aliquid -ius condidisse (*vix dupl. acc., v. p. 466, 72*).

deriv.: emendabilis, emendatio, emendator. *Krohn.*

emenipse. *nomen herbae q. e. dictamnus*: Ps. Apvl. herb. 62, 20 H.-S. Aegyptii -e (eminepsae *Ca*) *vocant*, alii dipsacos *eqs.* Gloss. III 561, 55 -e i. diptamnus. *K.-M.*

ēmēnsio, -ōnis *f.* [*ab* emetior. *W.*] *i. q. cursus*: Dionys. Exig. epist. de pasch. 1 p. 491[A] epactas Aegyptii annuas ... accommodant (*sc. summae trecentorum quinquaginta quattuor dierum*); ut ita ... lunaris -o rationi solis adaequetur (*sim.* Isid. orig. 6, 17, 29)

ēmēnsus *v.* emetior. *Burckhardt.*

ēmentior,** -ītus sum, -īrī. *ab* ex *et* mentiri. *de formis et usu*: Prisc. gramm. II 379, 10 (*inter verba depon., quae tam act. quam pass. habentur*). *usurpatur pass. (nonnisi part. perf.* -tus, -ta, -tum *i. q. falsus, fictus): infra l. 30. 35. 36. 41. 44. 48. 53. 54. 55. 56.* Hil. trin. 5, 6 p. 139[C]. 5, 39 p. 156[C] Dict. 1, 20 *(quem usum a rell. exemplis secernere et seorsum ponere non e re visum est). gerund.*: -undo *l. 38. al.* Not. Tir. 51, 52. *de notione*: Gloss.[L] III Abstr. em 24 -itur valde mentitur (I Ansil. em 35 II Abav. em 5). III Abol. em 2 -itur simulat confingit (I Ansil. em 34). II Philox. em 18 -ir⟨i⟩ *ἀποκρύψαι* (*ἀποτυψε trad.*), *ψεύσασθαι* (*v. et infra l. 30. 67*). *legitur inde a* Plavto (*v. infra l. 28. 72*), Memm. (*v. infra l. 29*), Cic. (*21 locis*), Sall. Ov. (*sing. l.*), Liv. *per totam latinitatem.* [*conicitur*: Liv. 26, 26, 5 (*Luchs*, edita ficta ***P*, recte ut vid.*). Qvint. inst. 8, 3, 6 fuco -tum colorem (*Obrecht*, eminentium *AG; locus praeterea nondum sanatus*).]

i. q. sive mentiendo sive simulando fingere, fingendo proferre, contendere sim. (*passiva notione v. supra l. 8 sqq.; fere i. q. fallere, decipere infra l. 71*): **I** *cum additamento*: **A** *c. obi.* (*dat. ex gr. versione p. 469, 1 [cf. et l. 80. p. 469, 7]. c. dupl. acc. v. infra l. 73. 76. 83*): **1** *alqd.*: **a** *generatim: varias res (fere incorporeas, abstractas; formam exteriorem infra l. 45) fingere, falso edere sim.* (*audacius de nocte lucem diei imitata: infra l. 58*): Plavt. Amph. 411 quin quae dixisti modo omnia -tu's. Memm. or. frg. Prisc. gramm. II 386, 4 quam stulte conficta, quam aperte sunt -ta (*ἐψευσμένα*). Cic. dom. 50 me non modo non -tum esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam ... diligentissime senatui paruisse. Balb. 5 genus suum -tus (*cf.* Liv. 9, 18, 4 [*de Alexandro*] vanitatem -endae stirpis). opt. gen. 21 *Aeschines a Demosthene* capitis accusatus, quod legationem -tus esset. Tusc. 3, 58 fit ... ut, quantum sit -ta opinio, appareat. nat. deor. 2, 56 quae ... his (*veritate, ratione, constantia*) vacant -ta et falsa plenaque erroris, ea ... infra lunam ... in terrisque versantur. Sall. Catil. 49, 4 ipsi singillatim circumeundo atque -undo, quae se ex Volturcio aut Allobrogibus audisse dicerent *eqs.* Liv. 25, 3, 10 -ti ... falsa naufragia. Petron. 82, 3 *v. infra l. 74.* Tac. ann. 2, 66 occidi Cotyn iubet mortemque sponte sumptam -itur (Capitol. Aur. 24, 7 -ta morte Antonini Cassium imperatorem se appellasse). Gell. 1, 2, 7 sanctissimae *Stoicae* disciplinae nomen -rentur ([nomine ment- *ω*]. Hil. c. Const. 9 p. 585[B] ne ... me hoc fallax in te -tumque nomen *dei* illuderet). 15, 30, 3 faciem vehiculi *petorriti* (*v. supra l. 26*) -tus *eqs.* Apvl. apol. 17 famulitii paucitatem obprobaris, quam ego ... -iri debuissem. Lampr. Alex. 35, 5. Hil. in Matth. 25, 2 p. 1053[C] falsi prophetae ... multos ... -ta veritate pervertent (*cf. Matth. 24, 11 πλανήσουσιν πολλούς*, Vvlg. seducent). in psalm. 125, 1 p. 605, 11 putarent ... nos quasdam commenticias assertiones et -tas (*sic R*, em̃tias *P*, ementicias *edd.*) interpretationes inquirere. *al.* Hier. epist. 20, 6 aliquid -iri (emendare *al.*). Cod. Theod. 9, 2, 2 (*a. 365*) ne sub specie vel verae vel -tae dignitatis facinora dilabantur (*cf.* 10, 19, 14 [*a. 393*] cautium -ta nobilitas cum aedificiorum qualitate taxatur). Avell. p. 6, 21 sub -ta piae fidei professione (p. 41, 12. Cod. Iust. 4, 19, 14 [*a. 293*] non nudis adseverationibus nec -ta professione ... sed matrimonio legitimo concepti). *et al.* *nota* (*v. supra l. 27*): Manil. 5, 60 quo (*sc. Orione*) fulgente ... -ta (*G*, et m-*LM*) diem nigras nox contrahit alas.

b *speciatim*: ***α*** *accusationes, crimina sim.*: Cic. Verr. II 2, 89 ut animum suis in Sthenium inflammarent -endo aliquid et criminando. Sull. 44 tu, cum tua vox numquam sit audita, cum indicio lecto ... quieveris, ... repente tantam rem -are (*T*, enuntiare *cett.*) *eqs.* Hil. trin. 6, 32 p. 183[A]. ***β*** *auspicia*: Cic. Phil. 2, 83 magna ... tua potius quam rei publicae calamitate -tus es auspicia (2, 88 me de -tis auspiciis ... esse dicturum [3, 9; *ad quem l.* Prisc. gramm. II 386, 7 '-tis' *ψευσθεῖσιν*]. div. 1, 29 *Appius* censor C. Ateium notavit, quod -tum auspicia subscriberet. esto, fuerit hoc censoris, si iudicabat -tum. Liv. 21, 63, 5 auspiciis -endis).

2 *personas (fere i. q. hominem falso se gerere infra l. 80; i. q. decipere, fallere c. dat. [v. supra l. 24]: p. 469, 1*): Plavt. Trin. 985 quia illum quem -tus es, ego sum ipsus Charmides, quem tibi epistulas dedisse aiebas. Ov. met. 5, 188 Nileus, qui se genitum septemplice Nilo -tus erat. Petron. 82, 3 *miles* inquit, ... ex qua legione es aut cuius centuria? cum constantissime et centurionem et legionem (*v. supra l. 40*) essem -tus *eqs.* Tac. ann. 13, 47 auctorem eius doli Sullam -itur. Tert. nat. 2, 12 p. 117, 25 nato mox et abalienato Iove saxum infantis -ti (infantem -tum *prop. Reiff.*) ⟨de⟩glutivit. anim. 34 p. 359, 22 *Simon hominibus, angelis* fallendis et ipse configuratus aeque et hominibus hominem -tus (*v. supra l. 70*) in Iudaea ... filium, in Samaria ... patrem gesserit (*aliter Löfstedt, Zur Sprache Tert. p. 51, sc. per ellipsin pro acc. c. inf.* [*v. p. 469, 3*]). cult. fem. 2, 2 p. 718 Oe. Isaac sororem -tus (*A*; mentitus *rell.*) Rebeccam salutem contumelia redemit (*cf. gen. 26, 7*). *nota* (*v. l. 71*):

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ITALA III reg. 13, 18 (Legion.) -tus est ei (ἐψεύσατο αὐτῷ, VVLG. fefellit eum).

B *pendet acc. c. inf.*: CIC. Planc. 73 eo me beneficio obstrictum esse -or. LIV. 1, 8, 5 *condentes urbes* humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem -bantur. 25, 3, 11. CVRT. 7, 5, 26 illi qui vinxerant *Bessum*, iussu Alexandri fecisse ipsos -ti. FRONTIN. strat. 2, 7, 10 *Capitolinus* cedentibus Romanis (*abl. abs.; vix dat.*) -tus est in altero cornu hostes fugatos. TAC. hist. 2, 42 repertis qui descivisse a Vitellio exercitum -rentur. SVET. Cal. 51, 3 consilium ... apud tumultuantes milites -endi ipsum sibi manus intulisse. Nero 22, 1 de Hectore se loqui -tus est. 33, 3 cum ille (*Britannicus*) ad primum gustum *veneni* concidisset, comitiali morbo ex consuetudine correptum apud convivas -tus *est*. PROB. Verg. ecl. 6, 78. *cf. etiam p. 468, 82.*

C *pendet interrog. indir.*: HIL. trin. 8, 55 p. 277^{C} -ire saltem, cuius plenitudo divinitatis in Christo inhabitet corporaliter.

II *nude ponitur*: CIC. S. Rosc. 127 ego haec omnia Chrysogonum fecisse dico, ut -retur, ut malum civem Roscium fuisse fingeret, ut eum apud adversarios occisum esse diceret, ut *eqs.* Font. 40 dom. 80. 125 -iri, fallere, abuti deorum immortalium numine. *ibid. iterum.* Brut. 42 quoniam quidem concessum est rhetoribus -iri in historiis, ut aliquid dicere possint argutius (FILASTR. 121 unde postea historiografi ... diversis sunt falsitatibus -ti. *de re v. Peter, Gesch. Lit. üb. d. röm. Kaiserzeit II 290 sqq.*). part. 50 quod ... multi in tormentis -ti persaepe sint. *ibid.* alii -ti sint in eos, quos oderant. SVET. Iul. 66. FILASTR. 46 in omnibus.

[**ēmentīcius,** (-a), (-um). FIRM. err. 17, 4 p. 42, 4 videtis ut ⟨istos⟩ commenticios (cōmenticios *P*; -os, ementitos *edd. vett.*) et fictos deos turbulentus error ⟨ex⟩cog⟨itet⟩. HIL. in psalm. 125, 1 p. 605, 11 *v. s.* ementior *p. 468, 50.*]

[CORP. II 2244 ⟨...⟩ C. P. ⟨...⟩ **ementricus** ⟨...⟩ o poni iussit ⟨...⟩ CC ⟨...⟩ uxor XX non deduxit (*fort. nom. propr., v. Onom.*).] *Groth.*

ēmentum *v. s.* eminiscor.

ēmeo, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ex *et* meare. NOT. Tir. 80, 39^{c} (*post* meat, *ante* com-, re-, sub-). [PORPH. Hor. sat. 1, 9, 35 *pro* emant *trad.* em⟨e⟩ant *coni. Stowasser, Serta Hartel. p. 127* (*alia alii temptaverunt*).] *i. q. meando penetrare* (*trans.; i. q. mare pervehi l. 41*): MAR. VICTORIN. ad Iustin. 9 p. 1004^{C} ea *species*, quae totum quod aeternitas est et immensum -at (*i.* '*permeat*'). AMM. 29, 5, 5 -to ... mari cum classe (*v. l. 38*).

[CORP. X 3161 ⟨...⟩orum quidquid con⟨...⟩ taberna et balineum ⟨...⟩ erit aut **emerae** (*?*) ⟨...⟩ m. HSS. CM N.]

ēmercor, -ātus sum, -ārī. [ex *et* mercor. *W.*] *vox in* TAC. *obvia indeque ab* AMM. *sumpta; praeterea* HEGES. *i. q. mercando sibi comparare, acquirere, alqm. sibi obsequentem reddere* (*v. l. 49. 57; acced. additam. fin.: l. 49. 51; c. abl. instr. l. 51. 53. 54. 57 sq.*): **1** *pro depon.*: TAC. ann. 12, 14 *Gotarzes* nectere moras, ... et missis corruptoribus exuendam ad fidem hostes -ari. 12, 45 avaritiam praefecti -atur *Radamistus*. 13, 44 *Octavius Sagitta Pontiae* ingentibus donis (*v. l. 58*) adulterium et mox, ut omitteret maritum, -atur. 16, 1 principis aditum -tus. AMM. 22, 9, 12 ut plerique territi -rentur (aemertar- *V*) molestias pretiis clandestinis. HEGES. 1, 41, 2 p. 94, 11 nisi cruentus atque impiis factionibus gratiam sibi regis -retur (*gr. 1, 514 εἰ μὴ δι' αἵματος ἐμπορεύσεται τὴν βασιλείαν*). **2** *pass.*: AMM. 21, 6, 8 Armeniae et Hiberiae reges cultu ambitioso indumentorum -bantur (emersab- *V*) et multiformibus donis (*v. l. 51*). 26, 2, 4 non -ti, sed consoni totius multitudinis paria volentis clamores audiebantur. *K.-M.*

✱**ēmereo,** -uī, -itum, -ēre *et* **ēmereor,** -itus sum, -ērī. *ab* ex *et* mereo(r). *scribitur* ae-: MART. CAP. 5, 437 *codd. R B s. X, L s. XI.* é-: CARM. epigr. 1066, 6 *v. p. 472, 37.* -teis: R. GEST. div. Aug. 3, 30. *ἠμερίτω*: CORP. III 14695 *v. p. 471, 24. part. perf. notatur per* em: CORP. VII 284 *v. p. 471, 26.* 323. emer: CORP. X 3541. emerit: CORP. X 3373 *v. p. 471, 27.* 3630 *v. p. 471, 23. al. corripitur* e: PLAVT. Most. 131 (*v. p. 470, 19. at cf. adn. Lindsayi*). *de genere: act.* -o *enumerat* CHAR. gramm. p. 468, 10 B. *inter* verba quae voce tantum activa proferuntur latine, apud Graecos autem passivam significationem habent. *formam depon. v. p. 470, 82. 471, 76. 472, 83. inf. perf. act. pro praes. ap. dactylicos, v. p. 472, 78. 81. 82. impersonaliter p. 470, 61. de notione*: GLOSS. -o (-or *a*): *ἀπολύομαι στρατείας.* -or: GLOSS.^{L} I Ansil. EM 36 complaceo (III Abstr. EM 18 V Abba EM 15). GLOSS. *ἀποστρατεύομαι. στρατεύομαι.* obtineo, impetro. -tus: GLOSS.^{L} I Ansil. EM 44 -tis (*v. p. 471, 4*): -ti dicuntur veterani soluti a militia. 45 -ti (*v. p. 472, 23*): antiqui. 47 -tus: miles veteranus. qui iam complebit (-vit) miliciam, quia [e]mer⟨er⟩i militare dicitur (III Abstr. EM 20—21 V Aa B 288). II Philox. EM 19 -tis: *ἐξανύσασιν, πληρώσασιν.* 20 -tus: *ἀπολ⟨ε⟩ιτουργεσας* (*-ήσας*) *ἢ ἀποστρατευσάμενος.* 24 -tus: *ἔντιμος κατὰ στρατιωτικοὺς καμάτο⟨υ⟩ς.* GLOSS. egressus de militia. -ta arma (*v. p. 471, 65*): GLOSS.^{L} I Ansil. EM 42 victricia (III Abstr. EM 20—21 V Abba EM 17). NOT. Tir. 39, 68^{b} -ens. 39, 69 -tus. *Graeca vocabula, quae per* -ere (-eri) *redduntur, v. p. 472, 48. 473, 13 (cf. etiam* R. GEST. div. Aug. *p. 470, 25. 26. 27).*

legitur inde a PLAVTO, *v. infra l. 8. 19. 61.* [*confunditur in codd. hic illic cum* mereor *vel* et mereor: EPICED. Drusi 466 *v. p. 472, 63.* LIV. 27, 11, 14 -uerant *P*, meruerant *Σ*, *edd. plerique.* QVINT. inst. 4 prooem. 1 *v. p. 472, 34. al. restituitur pro* mer-: VAL. MAX. 5, 7, 1 *v. infra l. 37.* FAVST. REI. grat. 2, 12 p. 92, 4 *v. infra l. 58.* INSCR. christ. Diehl 3538 a, 3. *ex coni.*: MANIL. 5, 245 *Housman.* COD. Theod. 5, 11, 7 (*a. 365*). 7, 20, 4, 1 *v. p. 472, 12. loco corrupto*: PLAVT. Aul. 735 (*post lacunam*) com- *vel* demerui *edd. incert. interpr.*: MEROB. poet. 120 heros (*i. filius*) ... -tum praestantibus innovat actis ('*defunctum sc. patrem*' *explicat Vollmer, ind. p. 343; at seq. lacuna*). TAB. devot. Audollent 295, 26. *in loco vix sano*: HIST. Apoll. rec. B 36 facundiam oris mei populo -bor ([*sic b, om. β*]. rec. A facundia sermonis mei spectaculum praebeo). *falso trad. pro* emerit SIL. 16, 625.]

I ***transitive:*** **A** *i. q.* ***merendo*** *exsequi, absolvere, finire* (*sc.* ***tempus statutum, praescriptum***): **1** ***act.*** **-o: a** ***proprie:*** ***α in re militari*** (*in imagine infra l. 35. 53. 58. syn. implere*: COD. Theod. 7, 1, 7. *opp. v. infra l. 29. 51. 58*): Ⓘ ***stipendia:*** PLAVT. Most. 131 unum ubi -tum est stipendium. S. C. Cic. epist. 8, 8, 7 *milites*, qui eorum stipendia -ta aut causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant (*cf.* LIV. 34, 56, 9). SALL. Iug. 84, 2 cogere homines -tis stipendiis secum proficisci. Ps. SALL. rep. 1, 8, 6. R. GEST. div. Aug. 1, 17 ex quibus deduxi in colonias aut remisi in municipia sua stipen⟨dis -⟩tis millia aliquant⟨o plura qu⟩am trecenta ([*ἑκλυομένας μυριάδας*]. *sim.* 3, 30 [*στρατιώταις ἀπολυομένοις*]). 3, 38 qui vicena ⟨aut plura⟩ stipendia -uissent ([*ἐστρατεύσαντο*]. *cf.* LIV. 42, 34, 11 viginti duo stipendia annua in exercitu -ta habeo. INSCR. Dessau 1995 [*a. 82*]. *al., v. ind. p. 493*). LIV. 3, 57, 9 non iuniores modo sed -tis etiam stipendiis pars magna voluntariorum ... praesto fuere (37, 4, 3). 21, 43, 10. 23, 31, 10 in Sicilia cum fide stipendiis -tis. 25, 6, 16 spes -endi stipendia. 39, 19, 3. 43, 14, 9 quorum ante -ta stipendia gratiosa missio sibi visa esset (*cf.* VLP. dig. 3, 2, 2, 2 quae -tis stipendiis vel ante ... indulgetur). *al.* Ps. QVINT. decl. 3, 3. IVST. 14, 3, 8 post tot annos -torum stipendiorum redeuntes. *et al. in imagine*: CIC. Cato 49 tamquam -tis stipendiis libidinis *eqs.* VAL. MAX. 5, 7, 1 omnibus ... et virtuti[bu]s et vitae -tis (meritis *codd., em. Gryphius*) stipendiis (APVL. Socr. 15 p. 152). SEN. dial. 8, 2, 2 ut possit hoc aliquis -tis iam stipendiis, profligatae aetatis ... facere. COLVM. 3, 6, 4 ubi plurium (*Aldina*; plurimis *SA*) velut -tis annorum stipendiis fides surculo constitit. AMBR. exc. Sat. 1, 67 veterana -tis (meritis *P P' L*) stipendiis pudicitia. Ⓘ ***varia:*** OV. trist. 4, 8, 21 miles ... -tis (-tus *Dp*) non est satis utilis annis (CARM. epigr. 460, 3 [*s. II*]. *cf. infra l. 71*). CARM. epigr. 990, 8 (*s. I in.*) Cottanum ... produxit honore tribuni, quem fortis castris Caesaris -uit. LVCAN. 7, 258 haec *dies* ... -to faciat vos Marte colonos ([*vers. om. plerique codd., del. edd.*]. *cf.* STAT. silv. 3, 2, 128 bello). SVET. Cal. 44, 1 commoda -tae militiae (IVST. 11, 6, 4. COD. Theod. 6, 26, 13 [*a. 407*]. *al.*). VLP. frg. Vat. 145 (= 222) munus -tum prodest. EDICT. imp. Diocl. II 4 (*a. 301*) ut ⟨ideo me⟩ssem militiae suae et -tos labores milites nostri sectoribus omnium comferre videantur (COD. Theod. 7, 1, 7 [*a. 365*], *opp.* in labore positos. 6, 27, 3 [*a. 380*]. 6, 28, 3 [= COD. Iust. 12, 21, 1; *a. 386*] post palmam laboris -ti. *in imag. ap. Christ.*: SVLP. SEV. epist. 3, 19 FAVST. REI. grat. 2, 12 p. 96, 10. *cf. l. 68*). PAVL. NOL. carm. 16, 22 pater -tis sub Caesare vixerat armis (*i.* '*stipendiis*', *v. Kraus, Die poet. Sprache d. Paul. Nol. p. 38. aliter v. p. 471, 65*). COD. Theod. 8, 5, 23 (*a. 365*) qui -tis officiis palatinis missione donati sunt. FAVST. REI. grat. 2, 12 p. 92, 4 (*in imag.*) post -tam (mer- *P*) servitutem (*opp.* stipendiis militiae praesentis).

β extra rem militarem: Ⓘ *absolute*: PLAVT. Bacch. 43 (*de meretrice a milite in annum conducta*) ubi -tum sibi sit (*cf. v. 45* ubi ei dederit operas). PERS. 5, 74 (*de servo*) libertate opus est. non hac, ut quisque Velina Publius (*sc. fit*): -uit, scabiosum tesserula far possidet (*sic dist. Buecheler, Leo*; -uit *c.* libertate *coni. schol., cf. p. 472, 55*). Ⓘ ***munera sim.***: CIC. Att. 6, 2, 6 (*de proconsulatu*) annuae ... mihi operae a. d. III Kal. Sext. -entur (6, 5, 3 annuum tempus prope iam -tum habebamus). MART. CAP. 1, 92 -tis (*v. adn. crit.*) ... laboribus (*cf. l. 59*) *Mercurii.* AVSON. Mos. 452 -tae post munera (*G*, tempora *R B L*) disciplinae.

b ***in imag. et transl.: annos, temporis spatium, vitam sim. exigere***: OV. met. 15, 226 -tis medii ... temporis annis (MART. 7, 63, 11 -tos Musis ... tradidit annos. CARM. epigr. 1128, 3. *al.; cf. supra l. 43*). fast. 3, 43 quo minus -tis (mer- *D*^{1}) exiret cursibus annus restabant ... duo (sua *l. v.*) signa. MANIL. 2, 251 libra sub -to considens orbe laborum. PAVL. FEST. p. 139 mortuus ab -ta vita dictus (NEMES. ecl. 1, 19 CLAVD. 5, 473 INSCR. christ. Diehl 1049, 1). SEN. Ag. 908 stat ... Titan dubius -to die. STAT. silv. 3, 5, 7 si ... quattuor -tis per bella, per aequora lustris errarem. NEMES. cyn. 280 his (*equis*) ... -to vigor est iuvenalis in aevo. CLAVD. 15, 115 ego (*sc. urbs Roma*) ... deseror: -tae ... praemia nulla senectae. AVG. serm. coll. Morin p. 702, 3 *mater* veluti -tae aetatis.

2 ***dep.*** **-or: a** *c. acc.*: VAL. MAX. 6, 1, 10 ⟨C.⟩ Cornelium fortissimae militiae stipendia (*v. supra l. 19*) -tum ... vinculis oneravit. **b** *part. perf.* -tus *absolute*: ***α proprie:*** Ⓘ ***de***

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

militibus, i. q. veteranus ([*syn. l. 4*]. *cf.* ISID. orig. 9, 3, 34 GLOSS. *p. 469, 74 sqq. v. Lacour-Gayet, Daremberg-Saglio II 596; Fiebiger, PW V 2496. ponitur vice subst. l. 4. 7. al.*): *ap. scriptores* (*in imag. l. 7*): LVCAN. 1, 344 quae sedes erit -tis? . . . quae *rura* noster veteranus aret? TAC. ann. 1, 28 COD. Theod. 7, 21, 3, 2 (*a. 396*). *cf. et infra l. 40.* PHOC. carm. de Verg. 97 -tas . . . cohortes. *in imag. ap. Christ.*: PS. APVL. Ascl. 11 ut -tos atque exutos mundana custodia, nexibus mortalitatis absolutos . . . puros restituat. RVFIN. hist. mon. 1 p. 401^{D} tamquam -to militi suo (INSCR. christ. Diehl 1041, 2; *a. 476*). INSCR. christ. Diehl 435 Fortunatus in pace bene -tus vetranus. *in titulis militaribus*: INSCR. Dessau 9060 (*a. 122*) T. Haterius Nepos . . . L. Valerio Nostro equiti alae Vocontiorum . . . -to honestam missionem dedit (CORP. VIII 2094 C. Iulius Dexter vet(eranus) . . . dimis(sus) -tus honesta missione). 9100 in locum . . . actari missi -ti. CORP. XIII 8251. *al. accedit: cogn. imp.*: CORP. VI 669 -tus Aug(usti) nostri (3490. 3491 Augustorum). *pars exercitus*: INSCR. Dessau 2180$^{add.}$ (*a. 118*) -ti ex numero eod(em) *equitum sing. Aug.* hom(ines) c(entum). INSCR. Ephem. epigr. VII 816 Ulpius Silvanus -tus leg(ionis) II Aug(ustae) (CORP. VII 51 ex leg(ione). XII 687. 2230. *al. cf.* CARM. epigr. 273, 5 [*s. III*] *balneum* s⟨acravi⟩t in usum -tis quondam Alexand⟨r⟩e⟨o⟩ nomine dignae [*sc.* '*legionis*' *suppl. Renier, v. adn. crit.*]). CORP. VII 323 al(ae). X 3630 cl(assis) pr(aetoriae) Mis(enensis) (*cf.* III 14695 *Φλ. Ζήνωνι ἡμερίτῳ στόλου Μισηνῶν*). INSCR. Dessau 2125 ex coh(orte) XIII urb(ana). *et al., v. Ruggiero, Diz. epigr. II p. 2104. ordo*: CORP. VII 284 ex decu(rione) (INSCR. Ephem. epigr. IX 1215). X 3373 ex c(enturione).

Ⓘⓘ *de iis, qui munere, opera, labore sim. perfuncti sunt* (*tam liberius de quavis opera quam strictius de munere publico, v. l. 37 sqq.*): STAT. silv. 5, 1, 124 videt (*Sabina coniunx*) -ti iam prospectantibus astris tempus adesse viri. CLAVD. 7, 106 iam libertate reducta, quamvis -tum peteret natura reverti numen . . ., distulit Augustus cupido se credere caelo. 17, 11 te . . . naturae sacris mundique vacantem, -tum pridem desudatisque remotum iudiciis . . . rursum . . . potestas evehit. COD. Theod. 8, 5, 34, 3 (*a. 377*) mancipum . . . accipienda . . . obsequia . . . ab officio proconsulari qui missione donantur, vel ex aliis officiis, quos idoneos atque -tos (mer- *T*) esse constiterit. 12, 1, 4 (*a. 317*) quibus -tis omnis honor iure meritoque debetur ([*ibid.* post expletos honores civicos]. *cf.* 12, 12, 13, 1 [*a. 392*] quos -tos honor a plebe secernit [*i.* '*honoratos*', *v. Mommsen, Strafrecht p. 1033, 7; cf. infra l. 83*]). DRAC. Romul. 7, 6 -to . . . auspice (*in nuptiis*). *? de liberta*: CORP. VI 8519 Aur(elia) Aug(ustorum) lib(erta) Bonitas ex -tis (*v. Daremberg-Saglio l. c.; PW l. c.*).

β translate et in imag. (ponitur adi. vice l. 46. 55. 63. al.): de corporis partibus (*de cadavere l. 51. coniunct.* invalidum *v. ex. seq.*): OV. am. 3, 11, 14 lassus . . . amator invalidum referens -tumque latus. CLAVD. carm. min. 27, 25 *Phoenix* -tos artus . . . reformat. *per hypallagen*: PRVD. c. Symm. 2, 1084 *anus* transfert -tas ad fulcra iugalia rugas (*cf. 1082* nubit anus veterana sacro perfuncta labore). PAVL. PETRIC. Mart. 3, 391 (*de veterano*) -tos (*S*; -tus *RPV*) celat veneranda casside canos. DRAC. laud. dei 3, 438 senis -tum formidavere cadaver (*i. senis -ti, vix* '*defunctum cadaver*'). *de bestiis* (*coniunct.* fessis *l. 55*): OV. fast. 4, 688 dempserat -tis (et m- *A*) . . . iuga Phoebus (*cf. l. 58*) equis (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 319 iugales). PLIN. nat. 11, 27 fessis aut iam -tis *apibus. de rebus naturae personatis* (*cf. etiam I A 1 b*): OV. met. 15, 186 cernis . . . -tas (*FN*^{2}, *al.* [*recc.*]; emensas *pars dett., edd. plerique; alii al.*) in lucem tendere noctes. STAT. Theb. 1, 336 per -ti surgens confinia Phoebi (*cf. l. 53*) Titanis. *de rebus corporeis*: OV. fast. 1, 665 rusticus -tum palo suspendat aratrum (CLAVD. 19, 59 -tam suspende togam). SEN. Thy. 797 -tos solvere currus. LVCAN. 3, 520 -tas repetunt navalibus alnos (*cf.* STAT silv. 2, 2, 142 [*in imag.*] puppem. MART. 10, 85, 5). PLIN. nat. 17, 206 palmitem -tum pluribusque induratum annis. STAT. Theb. 12, 522 *victoriam Thesei* -tis hilaris tuba nuntiat armis (PLIN. paneg. 15, 3 quotiens equos, quotiens -ta arma mutasti. PANEG. 12 [2], 10, 2 AVSON. 400, 1. [*aliter p. 470, 54*]). STAT. Theb. 12, 638 pharetras. IVV. 6, 498 -tā . . . acu. CLAVD. 24, 101 (*de praeside provinciae*) post -tas . . . secures discrimen letale subit. *huc fort. referre licet* CASSIOD. var. 3, 5, 5 (*v. p. 472, 27*). *incorporeis* (*fere i. q. praeteritus*): MIN. FEL. 21, 9 divi ceteri reges, qui consecrantur non ad fidem numinis, sed ad honorem -tae potestatis. SERV. Aen. 8, 464 hoc nomen (*sc. heros*) non tantum praesentis est virtutis, sed et praeteritae: unde est, quod Euandrum heroem dicit, cum sit virtutis (*aliter v. p. 472, 39*) -tae.

B *i. q.* ***pro merito*** *accipere, sibi acquirere quod quis meruerit* (*dep. v. p. 472, 4. 34. 43. 60. 79. 80*): **1** *res*: **a** *c. nudo obi.* (*accedit adv. infra p. 472, 51; abl. instr. infra p. 472, 4. 35. 43. 47. 60*): *α praevalente vi meriti de praemiis sim., plerumque in part. perf. sensu passivo fere i. q. bene meritus, debitus* (*opp.* recusare VAL. MAX. 4, 1, 6. *i. q. lucrari, comparare v. p. 472, 19*): PROP. 4, 11, 61 -ui generosos vestis honores (VAL. MAX. 4, 1, 6 SERV. georg. 1, 24 HEGES. 4, 6, 3. COD. Theod. 8, 11, 1 [*a. 364*] *de honoratis* [*v. supra l. 40*]: viri . . . -to iam honore pollentes. *aliter p. 470, 45*). PROP. 4, 11, 72 (*de morte Corneliae*) laudat . . . -tum . . . fama rogum. GRATT. 282 illa (*sc. canis gravida*) *non* . . . -tae servat fastigia laudis (VOPISC. Prob. 12, 6). MANIL. 1, 414 Argo in caelum subducta mari . . . -tum . . mundum tenet. 1, 795 censu Tullius oris tus caelum (SIL. 7, 19 -to sacrum caput insere caelo. 11, 461). PHAEDR. app. 18, 10 -ui libertatem (*aliter v. infra l. 55*), canus servio. LVCAN. 1, 357 Laelius -ti . . . gerens insignia doni (VOPISC. Prob. 6, 1. *cf. infra l. 51*). SVET. Aug. 24, 2 *legiones* citra commoda -torum praemiorum exauctoravit. TERT. praescr. 43, 5 promotio -ta (*cf.* COD. Theod. 6, 5, 1 [*a. 383*] *provectio*). VIGIL. TRID. ad Simpl. 3 p. 551^{D} vulneribus fatigatum . . . -ta quiete sepelivit (INSCR. christ. Diehl 2172, 7). SERV. ecl. 1, 7 Augustus templa vivus -uit. PAVL. NOL. carm. 6, 46 -tum sanctis inpendere . . . amorem. COD. Theod. 7, 20, 4, 1 (*a. 325*) *missio* ([*loc. secl. Mommsen*]. 6, 35, 11 [*a. 381*]). RVSTIC. Conc.^{s} I 4 p. 177, 26 *episcopus Acylinus* olim coronas -uit (INSCR. christ. Diehl 104, 10). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 708 sanctorum . . . coronis inserit -tas domini sententia gemmas. *de coniuge victori praemio danda*: CYPR. GALL. iud. 34 accipit -tam (*aliter p. 473, 8*). *nota* (*v. p. 471, 80*): GELL. 7, 7, 5 Acca Larentia . . . pecuniam . . . -uerat ex eo quaestu. APVL. met. 2, 12 stipibus -endis.

β notione meriti aut debilitata aut plane abolita (*v. infra l. 49. 54. 57*) *fere i. q. impetrare, assequi* (*opp. amittere l. 51.* OROS. hist. 6, 1, 13): Ⓘ *commoda: emolumenta publica*: LVCAN. 5, 7 -ti remanet *consulibus* pars ultima iuris (SPART. Did. 3, 3 *Iulianus* tribuniciam potestatem, ius proconsulare . . . -uit). CASSIAN. conl. 2, 3, 1 regnum. SIDON. epist. 8, 6, 5 ut . . . horas . . . congrua -torum fascium laude honestarent ([*L*, mer- *rell.*]. CASSIOD. var. 3, 5, 5 sume post consulares fasces -tos patriciatus insignia [*'post depositos fasces' Mommsen, praef. p. XXXIV; v. p. 471, 69*]. INSCR. christ. Diehl 1070 a, 11 [*a. 501*]). SIDON. carm. 2, 209 *Anthemius* conscendit . . . senum puer ipse curulem, sedit et -to iuvenis veteranus in auro (*i. aurea sella vel trabea, cf. v. 2*). *varia* (*fere privata*): VELL. 2, 47, 1 vix ulla *aestate* non iustissimus triumphus -tus *est.* QVINT. inst. 4 prooem. 1 quale iudicium hominum -rer (mer- *A*). 4, 1, 2 -endi favoris gratia (OROS. hist. 6, 1, 11 optimo genere sacrorum . . . praecipuum deorum favorem. 6, 1, 13). CARM. epigr. 1066, 6 (*s. I*) quid prodest *puerum* . . . cuncta . . . blanditiis -uisse suis? TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 540, 25 neque . . . credibile est -uisse medicinam a destructore legis observatores legis. NEMES. cyn. 188 -tae laudem virtutis amare (PRISCILL. tract. 3, 58 p. 46, 6. *aliter v. p. 471, 74*). SPART. Hadr. 4, 4 praesumptionem adoptionis -uit. 12, 7 a senatu supplicationes. VOPISC. Car. 8, 1 imperatoris Persi⟨ci⟩ nomen. LACT. inst. 4, 25, 6 spiritum iustitiae operibus -eri ([⟨m⟩[e]reri *G*, emendari *P*, et mereri *V*]. *cf.* IVNIL. 2, 22 sancti spiritus infusionem). AMBR. epist. 21, 5 cui adhuc -enda baptismatis sacramenta servantur. obit. Valent. 10 p. 1362^{A} *veniam* (BACHIAR. repar. laps. 11 p. 1047^{B}. *cf.* EVGIPP. Sev. 14, 3 gratiam). HEGES. 1, 22, 1 *Antipater* vir egregie factus ad -endam muneribus atque amicitia societatem potentium (*gr. 1, 181 ἐξοικειούμενος . . . τοὺς . . . δυνατούς*). CLAVD. carm. min. app. 12, 4 *nobilem undam* (*in balneo, v. adn. Birtii*). AVG. persev. 6, 10 hoc . . . dei donum (*i. perseverantiam, cf. supra l. 6*) suppliciter -eri potest, sed . . . amitti contumaciter non potest. MART. CAP. 5, 437 -tae granditatis pudor. SIDON. epist. 3, 5, 3 cui rem parentum . . . sicut recepisse parum fructuosum, sic non -uisse nimis videtur ignavum. ENNOD. epist. 7, 2, 2 p. 173, 16 frugem. GREG. TVR. Mart 2, 59 post -tam libertatem (*aliter supra l. 5*). *de re*: FAV. EVL. p. 6, 27 quod (*sc. colligi posse ex partibus suis*) hic (*senarius numerus*) . . . solus -uit. Ⓘⓘ *incommoda*: LVCAN. 3, 622 -ta iam morte (*i. plaga mortifera*). SVLP. SEV. dial. 3, 11, 8 ambo . . . pertinacioribus studiis . . . iram victoris -ti. **b** *pro obi. est enunt.*: *α infinitivus*: OV. am. 3, 1, 47 -ui (*sc. ego Elegia*) plus quam tu (*sc. Tragoedia*) posse. ars 3, 409 Ennius -uit . . . contiguus poni, Scipio magne, tibi. fast. 4, 58 -uit vocis habere fidem. EPICED. Drusi 466 laudari . . . Caesaris ore -ui (*A*^{2}; et merui *O*). LVCAN. 5, 688 CYPR. GALL. iud. 70. PRVD. apoth. 1033 solus homo -uit domini formabile dextra, os capere. PETR. CHRYS. serm. 5 p. 197^{B} (*allegorice de parabola filii prodigi*) *Christus* duos filios habuit conditoris beneficio, non necessitate generantis, duos filios habuit, quos non -uit esse sed iussit. INSCR. christ. Diehl 1705. *β ut fin.*: SERV. auct. Aen. 2, 649 quod cum Iovi Venus questa esset, -uit, ut in Anchisem fulmina mitterentur. SACR. Leon. p. 398 ut ad martyrium perveniret -uit pro praemio.

2 *personam, i. q. quasi propriis meritis alqm. sibi vindicare, obligare; alicuius gratiam inire* (*coniunct. captare l. 81. accedit abl. instr. l. 80. 82*): TIB. 1, 9, 60 nec lasciva soror dicatur plura bibisse pocula vel plures -uisse viros (*obscaene, fere i. q.* '*amatoriis officiis sibi conciliare*' *[cf.* OV. am. 3, 11, 14 *p. 471, 46]. aliter*: OV. epist. 6, 138 *Medea* ipso crimine dotatast -uitque virum. trist. 4, 8, 52 aequantem superos -uisse virum). OV. am. 2, 8, 24 unumst e dominis -uisse satis. QVINT. decl. 318 p. 251, 20 me . . . -eri debet et a me istud petere. PANEG. 11 (3), 19, 4 eum adsiduis obsequiis -bantur donisque captabant. ORIENT. comm. 1, 394 solum vult caelebs -uisse deum. 2, 94 munere quo speres -uisse hominem?

II ***intransitive*** (*dep.* -eri) *i. q. bene mereri (fere part. perf. accedit abl. instr. p. 473, 7. ponitur subst. vice p. 473, 1. i. q. acceptum*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

esse v. l. 11): *de hominibus*: Ov. Pont. 1, 7, 61 -tis (mer- *γ*) referenda est gratia (*item substantive*: Avson. 342, 6 diis ... inserit -tos laus). Val. Max. 5, 2 ext. 4 *genus humanum* iuvandi et -endi cupiditate flagrat. Ps. Cypr. rebapt. 1 p. 70, 11 contra ... cunctorum -torum sanctorum ... observantiam. Avson. 339, 14 mens ... caelesti sensu rigat -tum cor. Mart. Cap. 5, 432 oratores -ti. Pavl. Petric. Mart. 5, 110 operatio praesens martyrii -tos prodit virtute patronos. Inscr. christ. Diehl 1685, 2 coniux ... -ta ([*de nom. proprio cogitat Buecheler*]. *aliter p. 472, 17*). *de bestiis*: Stat. Theb. 3, 591 nec pudor *est* -to clipeum vestisse iuvenco. silv. 3, 1, 58 coronat -tos Diana canes. *fere i. q. probari, acceptum esse*: Itala gen. 17, 1 (Ambr. Abr. 1, 4, 27 p. 522, 1) -ere in conspectu meo et esto sine querella (*εὐαρέστει ἐνώπιον ἐμοῦ*, Vvlg. ambula coram me).

part. perf. pass. **ēmeritum**, -ī *n. pro subst.*: *i. q. praemium veteranorum*: Men. dig. 49, 16, 5, 7 ut veteranus erit restituendus et praemia et -um capit (*cf.* Mod. dig. 49, 16, 3, 11—12). Mod. dig. 49, 16, 3, 9 qui militiae tempus in desertione implevit, -o privatur. *extra rem militarem*: Cypr. Gall. gen. 507 (*loquitur Abram*) nec datur -tum (meritum *A*) post mortem linquere natum (*cf. 505* dona).

deriv.: emeritio. *v. Onom.* *Burckhardt.*

✖**ēmergo**, -sī, -sum, -ere. *ab* ex *et* mergere. Not. Tir. 72, 74 -it. 72, 81 -sit. *de notione*: Synon. Cic. Char. gramm. p. 416, 14 B. accidit. evenit. -sit. actum est. conti[n]git. factum est. gestum est. Ps. Ascon. Verr. p. 234, 23 St. -it, exoritur, exsurgit. Gloss.^{L} III Abstr. em 9 -sit surrexit vel contigit. Abol. em 1 -ere exsurgere, exsuperare. II Philox. em 23 -sit *ἀνέδυεν*, *συνέβη*. *de usu*: Don. Ter. Ad. 302 '-i' nove. nam -o dicitur, non -r. sed ideo usus est, quia sine compositione et mergo et mergor facit. *adhibetur plerumque intransitive* (*inde a* Ter.), *quo accedit eodem prorsus sensu part. perf. pass.* (*aliter infra l. 43*) *pro medio passivo* (*fere 25ies*), *sc. ut succurrat in locum part. praeteriti* (*act., non exstantis*), *v. l. 72. 73. 74. 79. 83. p. 474, 23. 61. 69. 475, 4. 48. 50. 477, 34. 35. 479, 23. 27 al. nota infin. perf.* -sum esse (*pro* -isse *intrans.*) Cod. Iust. *p. 479, 73.* Novell. Iust. *p. 479, 59; praeterea occurrunt formae med. pass.: infin.* -i: Ter. Ad. 302 Pavl. Fest. p. 31 Cod. Iust. 1, 17, 2, 18. *imperat.* -ere: Octavia 134. *legitur impersonaliter p. 478, 42. reflexive inde a* Ter., Cic. (*9ies*: *v. p. 474, 11. 38. 47. 70. 477, 55*). *transitive*: Catvll. 64, 14 Dirae 57 (*p. 474, 14 sq.*). Liv. 44, 33, 2 *p. 476, 16.* Compvt. cod. Col. *p. 475, 38.* Greg. Tvr. *p. 476, 81.* Cod. Iust. de cod. confirm. 3 -enda (*v. p. 479, 58 causative, pro partic. pass. fut.*). *p. 479, 82 sqq. part. perf. pass. (aliter l. 31): p. 474, 18. 475, 30. 64. legitur inde a* Ter. (*ter*), Cic. (*deest rhet.*), Catvll. (*v. p. 474, 14*), Lvcr.

[*ex coni.*: Liv. 44, 33, 2 *v. p. 476, 16.* Lampr. Alex. 38, 1 (mersit *codd.*). *v. et p. 474, 59. 63.* *dub.*: Ivl. Val. 3, 45 una ... aditicula ..., qua sept⟨u⟩m fluminis vel irrumpi oporteat vel -i (*an i. q. superari?, cf. p. 479, 82*). Ps. Cypr. aleat. 1 p. 93, 1 ⟨qui ali⟩os ad nequitiam, se in la⟨que⟩um mortis -unt (e- *pro* '*de-*' *accipiendum esse censet Löfstedt, Eranos 8, 1908, 115*). *falso*: *pro* (se) mergere: Liv. 8, 7, 21 Cvrt. 4, 4, 4 Apvl. apol. 83. *var. lect.*: Ov. met. 6, 664. 15, 186 Sen. nat. 3, 11, 3. *del. ut gloss.*: Min. Fel. 3, 6.]

I ***foras vel sursum mergere*** (*indicatur locus: unde aliquis -it: per praeposs.*: ex: *saepissime inde a* Ter. Andr. 562, Cic. [*fere 20ies*]. *rarius*: ab: Cic. div. 1, 72 Plin. nat. 2, 58 Sil. 4, 587. *al.* de: Liv. 22, 3, 1 Vitr. 1, 6, 11. *al.* *per abl. separ.*: Sall. hist. frg. 4, 28 Dirae 57 Paris 1, 4 ext. 2 Octavia 134. 706. *et al. saepe.* *quo aliquis -it: per praeposs.*: ad: Cic. div. 2, 136 Lvcr. 2, 13. 5, 698 Sen. epist. 22, 12. 44, 1. *et al.* in *c. acc.*: Ov. hal. 36 met. 14, 155 Liv. 21, 25, 9. 44, 37, 10 Vell. 2, 65, 1. *et saepe*).

A ***proprie*** (*nonnullis locis, quibus usum transl. [cf. p. 477, 22 sqq.] segregare e re non visum est, etiam exempla quamvis not. transl. inserta invenies, v. p. 475, 53. 65. 476, 32. 477, 3*): **1** *aqua, mari, paludibus sim. in altum vel foras mergendo aut exsurgere, in conspectum venire, aut egredi*: **a** *-unt animantia*: Cic. fin. 3, 48 qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non longe absunt a summo, ut iam iamque possint -ere (*cf.* 4, 64 ex alto. 4, 65). nat. deor. 2, 124 avis, quae se in mari mergerent; quae cum -issent piscemque cepissent *eqs.* (Paris 1, 4 ext. 2 p. 20, 11 avium multitudo proximo lacu -sa. Plin. nat. 10, 9). div. 2, 67 -sit e flumine *equus* (2, 140 subito sum visus -sus e flumine [*v. infra l. 75*]. *cf.* Vvlg. gen. 41, 3 -bant de flumine *boves*). 2, 136 de -so me et equo ad ripam (*sc. in somnio, cf. l. 73*). Ov. met. 3, 684 (*de nautis Tyrrhenis in delphinas transformatis*) -untque iterum redeuntque sub aequora rursus. Liv. 1, 13, 5 ex profunda -sus palude equus Curtium in vado statuit (22, 3, 1 de paludibus -isset *Hannibal, sc. in siccum.* Tac. ann. 1, 65 Varum ... paludibus -sum cernere ... visus est. *v. l. 83. cf.* Amm. 31, 13, 13 abiectum ... in paludem, nec -ere potuisse). 29, 32, 9 inter virgulta ulterioris ripae -erunt. Cvrt. 4, 9, 21 qua ... amnis aperit vadum -sere *milites*. Mela 1, 99. 3, 82 *serpentes* ex limo (Amm. 22, 15, 26 ex ... paludibus). Octavia 706 talis -sam freto spumante ... Thetin (*sic de deabus*: Sil. 7, 414 aequoreae pelago ... -sere sorores [Stat. silv. 1, 5, 17 deae viridis ... quales -itis altis fontibus]. Apvl. met. 5, 29 *Venus* e mari. *cf.* 11, 3 pelago medio ... divina facies. Avson. 106, 1 -sam pelagi nuper genitalibus undis Cyprin [*gr. Anthol. Plan. 16, 178 τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ ματέρος ἄρτι θαλάσσας*]. 400, 2). Plin. nat. 9, 152 dum conetur -ere *urinator*. Sil. 4, 587 liquidis ... -sit ab undis ille *miles*, celer nandi *eqs.* Stat. Theb. 9, 240 fugit in imos turba *piscium* lacus ..., nec prius -si *eqs.* silv. 2, 2, 119 -unt pelago ... delfines. Mart. 14, 174, 1. Svlp. Sev. epist. 1, 6 gentium praedicator (*i. Paulus, cf. II Cor. 11, 25*), quem fluctus absorbuit et post triduum ... -entem e profundo unda restituit. *et al.* *reflexive*: Itin. Alex. 9 *cum Granicum flumen transirent milites*, vix ... profundo sese -issent mutuo adminiculabundi. *transit.*: *partem corporis in altum dare, emittere* (*cf. p. 475, 38*): Catvll. 64, 14 -sere freti candenti e gurgite vultus aequoreae ... Nereides. Dirae 57 multa mari ... portenta natare, monstra repentinis terrentia saepe figuris, cum subito -sere furenti corpora ponto (*vix intransit.*). *vi passiva de polypo capiendo per hamum elato*: Ov. hal. 36 elato calamo cum demum -sus in auras bracchia dissolvit.

sensu spirituali, de iis qui baptizantur: Tert. bapt. 8 p. 207, 29 carni nostrae -enti de lavacro *baptismatis*. pudic. 6 p. 230, 10 caro quaecumque in Christo reliquas sordes pristinas solvit, ... nova -it. Inscr. christ. Rossi II p. 110, 65 *eunuchus* quiescit -sus (*ex aquis baptismatis, cf. act. 8, 36; Arator act. 1, 688* qui gurgite mersus deposuit *eqs.*).

b *-unt res corporeae*: *α universim*: Ⓘ *de rebus variis in aquam iniectis (de re naturali se ex aqua segregante v. infra l. 33), quae quasi natando efferuntur*: Lvcr. 2, 200 nonne vides quanta vi tigna trabesque respuat umor aquae? nam quo magis ursimus alte derecta ... tam cupide ... remittit, plus ut parte foras -ant exiliantque (*cf.* Avg. civ. 21, 5 p. 496, 8 D. lignum cuiusdam ficus ... mergi, et ... ad aquae superficiem rursus -ere). Sen. epist. 79, 1 *v. infra l. 40.* Plin. nat. 35, 178 limus (*unde bitumen fit*) e Iudaeae lacu ... -ens. Svet. Claud. 21, 6 *Triton argenteus* e medio lacu per machinam -erat. Fronto p. 219, 10 N. Polycrates anulum ... in mare abiecit, unde numquam ⟨...⟩ -ret (*cf.* Ps. Avr. Vict. epit. 23, 6 corpus ... adiecto pondere, ne umquam -ret, in fluvium proiectum est). *refl.*: Sall. hist. frg. 4, 28 Charybdis, mare verticosum, quod ... illata navigia sorbens gurgitibus ... Tauromenitana ad litora trahit, ubi se laniata naufragia fundo -unt (*de eadem re* Sen. epist. 79, 1 *intrans., v. supra l. 33*). Ⓘⓘ *de rebus variis aliquo modo ex aqua exsurgentibus, fere i. q. eminere* (*motionis vi evanida l. 43. 47*): Manil. 4, 636 tot ... minora solo tamen -entia ponto litora. Plin. nat. 13, 109 caput ipsum et florem *loti herbae* vespera mergi ... totumque abire in altum, ... ad ortus solis -ere extra aquam. Lvcan. 4, 128 stagnis -ere colles incipiunt *prima diei luce*. *refl.*: Avien. orb. terr. 630 septem sese aequoris aestu -unt arces. Ⓘⓘⓘ *sursum mergendo (fere ex mari) per motum terrae (in mundi creatura l. 50) oriri* (*cf. p. 475, 82 sq.*): Manil. 1, 165 -sere fretis montes orbisque per undas exsiliit. Plin. nat. 2, 202 nascuntur et alio modo terrae ac repente in aliquo mari -unt. 2, 203 iuxta Cretam -sit ... *insula* (4, 70 Thera. Ivst. 30, 4, 1 repente ex profundo. Avr. Vict. Caes. 4, 14 in Aegaeo mari. Amm. 17, 7, 13 Delos). *ibid.* alio ... motu terrae stagnum -isse.

β speciatim: de astris (aliter p. 476, 40 sqq. de coluro l. 68), quae cum in conspectum venerunt ex mari se elevare videntur, fere i. q. oriri (*sim. de luce diei l. 65*): Cic. Arat. 77 sese ostendens -it (*sic Cic. nat. deor. 2, 113*, ostendat *codd.*) Scorpios alte. 460 -it (et m- *codd.*) Nixi caput. 470 -unt ... e terris volucres. Vitr. 1, 6, 11 sol, cum -it (Tac. Germ. 45 sonum ... -entis *solis* audiri. Mart. Cap. 6, 591 -si solis exortus). Sen. nat. 7, 17, 2 *cometa* circa undecimam horam diei -sit. 7, 27, 3 intra brevissimum tempus Aries extollitur, Libra tardissime ⟨e⟩mergit[ur]. Plin. nat. 2, 58 *stellae errantes.* 2, 106 arcturi ... sidus. 2, 179 e freto ... -entibus ... sideribus. 18, 271. Val. Fl. 5, 1 altera lux haud laeta viris -sit Olympo (Mart. Cap. 6, 592 primi luminis fulgor). Homer. 126 cum primum Titan -erit undis. Apvl. met. 11, 1 video ... lunae ... orbem ... marinis -entem fluctibus. *al.* *de coluro*: Mart. Cap. 8, 832 in regionem inconspicuae nobis partis obruitur, unde -sus infra Cetus *eqs.* *refl.*: Manil. 5, 198 cum iam vicesima Cancro septimaque ex undis pars sese -it in astra. Avien. Arat. 1104 cancro sese -ente per aethram. orb. terr. 127 lux se rursus eoa -it pelago.

2 *respicitur notio proveniendi (v. etiam p. 476, 68 sq.), exeundi (sc. fere ex locis occultis, interioribus, periculosis sim.), i. q. prodire, exsurgere, efferri (hic illic cum vi subito apparendi, saepius ita ut nihil nisi motus localis notio spectetur)*: **a** *de animantibus*: *α in universum: fere i. q. prodire, egredi, surgere, proficisci* (*v. l. 76. i. q. efferri p. 475, 30 sq.*): Ter. Eun. 555 quo pergam, unde -am (exeam Gloss. V 533, 57. *cf.* Don. Ter. *ad l.* proprie dixit '-am', ut ex lustris atque inhonestis locis utpote meretriciae domus). Cic. Manil. 7 ut se non Ponti ... latebris occultare velit *Mithridates*, sed -ere ex patrio regno *eqs.* Sest. 12 Catilina, cum e pruina atque e nivibus illis -isset. 126 numquam est conspectus *Clodius* cum veniret *ad gladiatores spectandos.* -bat

[Sulser]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *intransitive*: **A** *respicitur actio subito et quasi micante motu proveniendi* (*hic illic notione 'subitanei' plus minus attenuata, v. ex. gr. infra l. 68. 79. p. 484, 47*): **1** *i. q. profluere*: **a** *de sanguine, sudore sim.*: LVCR. 2, 195 e nostro quom missus corpore sanguis -at exultans alte (4, 1050 illam -at in partem s. unde icimur ictu. OV. met. 6, 260 se ... eiaculatus in altum -at [*seq.* prosilit]. 9, 130 per utrumque foramen -uit [STAT. Theb. 12, 776]. LVCAN. 3, 639 sicut volnere s. -uit lentus. CORIPP. Ioh. 8, 416. 564. *cf.* CVRT. 9, 5, 10 magna vi s. -ante). OV. met. 4, 121 cruor -at alte ([CORIPP. Ioh. 6, 727]. LVCAN. 1, 614 nec c. -uit solitus, sed ... pro sanguine virus. CORIPP. Ioh. 4, 176). AVG. anim. 1, 9, 11 p. 312, 4 aqua illa, quae de vulnere lateris eius -uit. PS. THEOD. PRISC. add. 1, 86 p. 293, 4 in balneo sudore -ante (CAEL. AVR. acut. 1, 9, 68 sudor ... per vultum et thoracem). **b** *de fontibus* (*in similitudine de spiritu: infra l. 82*): LIV. 44, 33, 3 scaturiges turbidae primo et tenues -are, dein liquidam ... fundere aquam ... coeperunt. PLIN. nat. 2, 166 *aqua* in summis iugis ... siphonum modo -at (2, 224 aquae dulces iuxta mare ut fistulis -antes. 31, 4). 18, 114 fontes Araxi (*cf.* 31, 108 scatebrā fonticuli semper -ante). SOL. 37, 6 Tigris ... profundum specum ... subterlabens in altero latere ... -at. CLAVD. carm. min. 26, 88 flumina laxatis -uere iugis. *nota* (*v. l. 75*): SEN. nat. 6, 18, 3 *spiritus* per novum *terrae* volnus -uit. *cf. et p. 484, 37.*

2 *i. q. provenire sive saliendo sive rumpendo*: **a** *de telis emissis*: OV. met. 5, 67 -uit nervo penetrabile telum. LIV. 42, 65, 10 *telum* excussum velut glans -bat. 44, 10, 6 saxis tormento -antibus. **b** *de hominibus et bestiis*: *α speciatim: prosilire ad pugnandum*: VERG. Aen. 9, 736 Pandarus ingens -at. VAL. FL. 6, 551 *Iason* in Sueten magnique in fata Ceramni -uit. 6, 636 talis (*sc. qualis imber et torrens*) in extremo proles Iovis -at aevo (HOMER. 483 -at interea Veneris pulcherrima proles; *Il. 5, 514 Αἰνείας δ' ἑτάροισι μεθίστατο. v. et p. 486, 57*). SIL. 1, 376 -at ante omnis ... Murrus. 12, 459 amisso si tigris concita fetu -et. *al.* HOMER. 665 Tydides ardentibus -at armis per medios⟨que⟩ hostes ... fertur. HEGES. 3, 25, 1 p. 232, 7. CLAVD. 15, 176 dapibus crudelis in ipsis -at ad nutum stricto mucrone minister. *al.* AVG. civ. 3, 13 p. 112, 15 D. nisi raptae (*Sabinae*) laceratis crinibus -rent. DRAC. Romul. 8, 322. *β generatim* (*vario sc. modo; c. respectu loci vel status, ex quo quis prodeat [aliter p. 486, 33]. translate l. 32*): VERG. Aen. 5, 319 primus abit longeque ante omnia corpora (*sc. currentium*) Nisus -at. 5, 337 -at Euryalus (*i. primum locum occupat inter currentes;* CLAVD. DON. p. 460, 12 -bat utpote victor [*i. 'gaudebat'? v. p. 483, 45*]). OV. met. 10, 653 signa tubae dederant, cum carcere pronus uterque -at (*cf.* SIDON. carm. 5, 170 carceris antro -uit pernix ... virago. *v. et p. 486, 10*). GRATT. 446 *Vulcanus* adversis specibus ruptoque e pectore montis venit ovans austris et multo flumine flammae -at. PLIN. nat. 11, 197 dracones -uisse de extis laeto prodigio traditur. VAL. FL. 3, 582 -uit Calabris taurus per confraga saeptis. SIL. 12, 9 evolvit serpens arcano membra cubili et ... novus -at. FLOR. epit. 1, 18, 4 *Tarentini Romanos* hostem rati -ant (*ex theatro*). PANEG. 12 (2), 23, 2 in ultimum prope Italici generis excidium ecfracto Cn. Lentuli ludo mirmillonum agmen -uit (*cf.* OROS. hist. 2, 13, 5 [*translate*] novo ... incepto -uit agmen tyrannorum). PRVD. praef. 44 vinclis o utinam corporis -em liber. perist. 3, 161 -at inde (*ex ore martyris*) columba repens. 14, 91 exutus inde spiritus -at liberque in auras exilit. AVG. civ. 2, 29 p. 96, 10 D. abice *falsos deos* ... in veram -ans libertatem. SIDON. carm. 7, 268 vulsisque a cardine portis -at *Avitus*. **c** *de rebus variis*: AETNA 505 -at examen plagis (*i. ex eis locis ubi lava quam dicimus discluditur*), ardentia saxa. SEN. Oed. 232 *e specu* -at vasto fragore maior humano sonus. PLIN. nat. 2, 115 *e specu praecipiti* turbini similis -at procella. 8, 169 *asini dormiunt* ictu pedum crebro, qui nisi per inane -uit, ... clauditatem ... adfert. STAT. Theb. 5, 573 hasta ... monstri ora subit ... perque iubas stantes capitisque insigne corusci -at. TERT. anim. 14 p. 319, 23 *anima* quae ... per sensualia variis modis -et (*cf.* PHYSIOGN. 10 animam dicunt per oculos -are [AVG. epist. 137, 8 p. 106, 13 acie ... per oculos -ante]). TER. MAVR. 212 nulli dubium est faucibus -et quod ipsis h littera. ITALA apoc. 1, 16 (Victorin. Petav. in apoc. 1, 4 p. 22, 5) gladium bis acutum de ore ipsius -antem (ἐκπορευομένη, VVLG. exibat). LACT. ira 10, 18 p. 88, 3. CHALC. comm. 89 p. 160, 13 umbrae *ex corpore*. *v. etiam p. 483, 82.*

3 *i. q. enitescere*: **a** *proprie*: *α generatim de fulmine, igni, aliis rebus nitidis* (*de oculis p. 485, 8*): VARRO Men. 170 tela dextra vibrant, russa †tia (sagula *Bücheler*) -ant (*seq.* scuta ... fulgent). OV. met. 8, 356 -at ex oculis, spirat quoque pectore flamma (*M, vulg.*; flammas [*cf. p. 487, 33*] *N* ς. VAL. MAX. 1, 6, 1 Servio Tullio ... puerulo ... circa caput flammam -uisse [*sim.* PLIN. nat. 2, 241]. SEN. benef. 2, 27, 3 *flamma* ex maiore incendio. PLIN. nat. 2, 203 repente flamma ex eo [*monte Epopo*]. SVET. Aug. 94, 5 quod *ex ara* ... tantum flammae [flamma *Modderman, cf. p. 486, 52*] -uisset, ut ... ad caelum usque ferretur. APVL. mund. 3 se iaculari atque -are et scintillare fl. [*Ps. Arist. p. 392^{b}, 3 φλόγες ἀκοντίζονται*]. *et al.*). SEN. contr. 7, 1, 4 -bant (*v. app. crit.*) densis undique nubibus fulmina (CVRT. 8, 4, 3 ab omni parte caeli. LVCAN. 1, 153 per nubila fulmen ... -uit. *et al.*). GERM. 202 sic -at ore (*Andromedae*), sic magnis umeris candet nitor. VELL. 2, 125, 4 *v. p. 483, 58.* VAL. MAX. 1, 1, 7 cum carbasum ... foculo imposuisset, subito ignis -uit (SEN. nat. 2, 26, 4 ignem non continuum sed ex intervallis -antem fulminum more. 6, 9, 1 ignis ex hoc collisu nubium cursuque elisi aëris -uit. *al.* PLIN. nat. 2, 207 ignium tot locis -antium perpetua ... incendia. SVET. Cal. 46. OBSEQ. 54 p. 129, 18 globus ignis a septemtrionali regione ... -uit [SVLP. SEV. dial. 2, 2, 1 de capite]. AVIEN. Arat. 1719 si flammis -et ignis [*i. lucerna*] effluus [*i. scintillans*]. *et al.*). SEN. epist. 93, 5 aliquando ... validi sideris fulgor per nubila -uit (PLIN. nat. 37, 125 ille -ans in amethysto fulgor, *v. et p. 485, 26*). SEN. nat. 1, 1, 11 si ... tanta vis -uit *facum* (PLIN. nat. 2, 96 -ant et faces. *cf.* LVCAN. 1, 533 nunc iaculum longo, nunc sparso lumine lampas -uit caelo. PLIN. nat. 2, 92 *cometes*. 2, 96 trabes). SEN. nat. 1, 14, 1 aliquando -at stella (DRAC. satisf. 182 cuius [*Christi*] et -uit stella per astra poli). 2, 57, 1 fulgurat, cum repentinum late lumen -uit (*cf.* APVL. mund. 15 ignescunt penetrabiles spiritus -atque lux clara, hoc dicitur coruscare [PAVL. NOL. carm. 18, 157 positis ex ossibus -uit lux]. PAVL. NOL. carm. 21, 235 in tenebris impiarum mentium lucis videmus -asse semina [*cf. p. 485, 55*]. *et al.* AVG. civ. 13, 18 p. 580, 32 D. ab igne removere urendi qualitatem, lucendi relinquere, quae per oculos -ret). SEN. nat. 7, 1, 4 *in caelo* si quid turbatum est aut praeter consuetudinem -uit (*sim.* 7, 20, 2). STAT. Theb. 1, 381 ab Inachiis ... tectis -uit lucem ... fundens Larisaeus

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apex (*i. arx Argiva. cf.* CLAVD. 26, 459 sideris instar -uit Stilichonis apex et cognita fulsit canities). QVINT. inst. 8, 5, 29 scintillis inter fumum -antibus (ARNOB. nat. 1, 17 p. 13, 22 ut ex eorum [*sc. iratorum hominum*] luminibus scintillae -ent flammeae. PASS. Barth. p. 146, 8 -antes ex ore [*gr. ἐξερχομένας*]. *et al.*). APVL. mund. 34 incendia de nubibus -arunt (AVG. civ. 4, 2 p. 148, 3 D.). TERT. spect. 8 p. 9, 13 *Solis* effigies de fastigio aedis. CYPR. GALL. gen. 88 detersa nocte nitentes -uere oculi. SOL. 52, 59 lychnites in purpurae -at claritatem (*cf. p. 487, 37*). MACR. Sat. 1, 17, 47 ex quo arcu *solis* radii in modum -ant sagittarum (*v. p. 484, 1*). EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 887^{B} aquae ... repercussione lucis -antes (*cf. gr. p. 45^{B} μαρμαρυγῶν παντοχόθεν ἀποπαλλομένων τοῦ ὕδατος*). *et al.* *β speciatim de die, sideribus orientibus*: VAL. FL. 1, 655 -uit reserata dies (PS. DAMAS. epigr. 71, 2 martyris ... Agathae. ANTH. 488, 7 alma. CORIPP. Ioh. 1, 315 alta). 4, 97 *Sol* super terras et eoi cornua montis -uit (MART. CAP. 1, 29 Sol repente clarus -uit. BOETH. cons. 1 carm. 3, 10 -at et subito vibratus lumine Phoebus. *cf.* PRVD. cath. 2, 56 cum sol resurgens -at. OROS. hist. 5, 16, 15). LACT. Phoen. 44 primi ...-uit luminis aura levis (*cf.* PRVD. cath. 1, 15 paulo ante quam lux -et). AVIEN. Arat. 748 ubi magnus -at Orion. 873 donec de boreae rutilum iubar -et axe (DRAC. laud. dei 1, 670. CORIPP. Iust. 4, 96 axe sereno). DRAC. laud. dei 2, 8. **b** *in similitudine et translate*: PS. RVFIN. in Ioel 2, 22 p. 1052^{B} antequam gloria resurrectionis -ret. PRVD. cath. 7, 22 detersa ... intus -et prudentia. ditt. 183 maius ... Christi opus -uit. AVG. quaest. hept. 7, 47 p. 489, 30 maior *martyrum* gloriae fulgor (*cf. p. 484, 70*) -uit. EVSTATH. Bas. hex. 4, 6 p. 908^{B} *speciositas* quae ex vultu maris -uit (*gr. p. 92^{B} τερπνὴν ... ὄψιν θαλάσσης πεφηνέναι*). INSCR. christ. Diehl 1714, 18 claris ... quattuor astris (*sc. filiis*) -uit *mater*. CASSIOD. in psalm. 118, 148 p. 889^{D} post tenebras peccatorum ... domini vitalis praesentia -uit. GREG. M. in Ezech. 1, 7, 8 p. 844^{A} *sermo scripturae sacrae* in cogitatione sua nullo intellectus lumine -at. 1, 8, 26 p. 866^{B} ad notitiam gentium necdum eius (*spiritus sancti*) lumen -uerat. moral. 4, 6 p. 641^{B} *diabolus* diem se simulans ex promissione divinitatis -uit.

4 *i. q. nascendo, oriendo prodire*: **a** *c. notione aut foras aut in altum (fere de plantis, sativis sim.)*: *α proprie*: COLVM. 3, 17, 2 sagittam rustici vocant novissimam partem surculi, sive quia longius recessit a matre et quasi -uit atque prosiluit (*cf. p. 484, 1*). 4, 20, 5 materiam, quae protinus -et in iugum (*sim.* PLIN. nat. 17, 160. 180). 4, 24, 14 si longius ... a capite vitis -uerit (PLIN. nat. 17, 184 obiter *fructus* deprimens prohibebit *vitem* in excelsum -are [emittere *E*, emitare *D*^{1}]). 4, 33, 1 nux ... celeriter -at. 11, 3, 46 terra commoveatur, ut ... facilius stilus (*asparagi*) -et. LVCAN. 4, 550 semine Cadmi -uit Dircaea cohors (*i. Sparti. cf.* DRAC. Romul. 10, 578 -uit galeata cohors. *v. et p. 486, 16*). PETRON. 127, 9 -uere rosae violaeque et ... cyperon (*cf.* PLIN. nat. 21, 64 viola alba ... tepidioribus ... locis etiam hieme -at). PLIN. nat. 12, 23 rami in excelsum -ant. 12, 95 *frutex*. 16, 91 folia. 16, 142 nisu naturali (*v. app. crit.*) *cupressus* gignitur protinusque -at (*v. p. 483, 56*). 19, 146 thyrso ...-ante (21, 87). 21, 67. 27, 62 multis calamis ex una radice -antibus. EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909^{D} sole antiquior terrenae fecunditatis ornatus (*i. plantae*) -uit (*gr. p. 96^{B} πρεσβυτέρα τοῦ ἡλίου ἡ περὶ γῆν διακόσμησις*). *β per imaginem*: GELL. 20, 1, 39 populus Romanus e parva origine ad tantae amplitudinis instar -uit. APVL. Plat. 2, 3 *hominem* habere semina *boni et mali* ... cum nascendi origine copulata, quae ... in partem alteram debeant -are. AMBR. Iac. 2, 4, 19 p. 42, 19 virga Aaron ..., qua sacerdotalis gratia sanctificationis -uit. RVFIN. patr. 10, 3 p. 331^{A} in tantum -uit, ut usque ad invidiam cresceret. **b** *c. vi debilitata*: *fere i. q. nasci, oriri*: ARNOB. nat. 2, 70 p. 105, 2 *Minerva* Iovis ex cerebro sine ullius seminis -uit iactu (*syn. l. 6* enata. *sim.* 4, 16 p. 154, 12). 2, 70 p. 105, 13 inspicere ... ex quibus proruperint -uerintque radicibus *dii* (*l. 11* exorti). LACT. opif. 17, 7 ut (*fetus in utero*) crebris pulsibus gestiat -are. PRVD. apoth. 793 solus de corde parentis filius -uit. cath. 9, 27 *Christus* -at promissus olim (PAVL. NOL. carm. 32, 168 dei verbum patrio de pectore Christus -uit). CLAVD. 21, 316 unde rudis tanto tirone iuventus -uit (CYPR. GALL. exod. 28 quo mage tristi laborum sub fasce fuit, hoc cuncta iuventus fortior -uit [*cf. exod. 1, 12* quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur et crescebant]). AVG. doctr. christ. 2, 28, 43 gentis Hebraeorum in qua unius dei cultus -uit. CANON. Migne 56, 490^{B} novam -uisse versutiam ... cognovimus. MAR. VICTOR aleth. praef. 23 a te (*deo*) principium traxit quodcumque repente ex nihilo -uit. *v. et p. 486, 12.*

5 *i. q. emergere*: MANIL. 5, 597 *cetus* innitens orbibus alte -at ac toto sublimis corpore fertur (SIL. 11, 479 subito -uere per undas ... cete toto exultantia ponto). SEN. nat. 2, 26, 5 cacumen usti montis -uit (*sc. e mari. cf.* OROS. hist. 7, 6, 13 insula de profundo -uit). PLIN. nat. 9, 20 *delphini* ut arcu emissi ad respirandum -ant tantaque vi exsiliunt ut *eqs.* (*cf. p. 484, 1.* STAT. Theb. 9, 247 nec prius emersi *pisces*, quam summa per aequora flexus -et). MIN. FEL. 3, 6 is lusus est testam teretem ... super undas inrotare, ut illud iaculum vel dorsum maris raderet [vel enataret] (*del. Bursian ut glossem.*), dum leni impetu labitur, vel summis fluctibus tonsis -ret [emergeret] (*del. Wower*), dum adsiduo saltu sublevatur. CLAVD. carm. min. 49, 21 (*de torpedine*) metuendus ab imis -at horror aquis (*sc. cum eam captare voluerit piscator*).

6 *i. q. apparere; prodire sic ut alqd. aut manifestum fiat, conspici possit aut utique existat*: **a** *personaliter*: HOR. epist. 2, 1, 73 inter quae (*carmina Livi*) verbum -uit si forte decorum, si *eqs.* SEN. contr. 10, 4, 2 naturae proceritas (*v. p. 483, 55*). SEN. Tro. 181 -uit ingens umbra Thessalici ducis (*cf.* VAL. FL. 5, 92 ab aequorei consurgens aggere busti -uit *Sthenelus mortuus*). VAL. FL. 7, 397 subito ... Iason -uit. SIL. 16, 318 toto prima -uit vix ungula cornu (*sc. e carcere, cf. p. 484, 19*). TAC. ann. 13, 16 Agrippinae is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, -uit, ut *eqs.* FLOR. epit. 4, 12, 1 *bella* diversis orbis oris -bant (*fort. ad 4 b, p. 485, 59*). TERT. anim. 3 p. 302, 28 nullas haereses oportuisset existere, ut probabiles quique -rent. adv. Marc. 5, 18 p. 638, 11 falsum. PANEG. 10 (4), 16, 6 ut iam infantulo (*Herculi*) indoles futuri roboris -ret. ARNOB. nat. 5, 37 p. 207, 9 -uit Summanus e terris curru quadriiugo vectitatus (*cf. p. 485, 44.* MART. CAP. 2, 157 Tages sulcis -uit). LACT. ira 15, 2 bonum. VOPISC. Prob. 23, 2 felicitas. PACIAN. epist. 3, 25 p. 94 nec in uno habitu -at tanta diversitas. PRVD. apoth. 559 opus egregium, per quod sollertia ...-at. ham. 696 nec tamen est virtus, ni deteriora refutans -et (CLAVD. 26, 261 utque manus utero [*luporum*] virides patuere retecto, Romula post ruptas virtus sic -at Alpes. OROS. hist. 2, 4, 12 inter domestica vitia virtutesque forinsecus -antes. GREG. M. moral. 1, 7 p. 531^{C} [*aliter p. 487, 26*]). CLAVD. 10, 323 pudor -at una formosusque rigor. PAVL. NOL. carm. 24, 777 *Ioseph* -ante gloria famae bonae notescat in regis domo. AVG. conf. 1, 10, 16 eadem curiositate ... per oculos -ante. MART. CAP. 8, 810 *divorum* habitus motusque et quicquid in his ignotum credebatur -uit. EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 964^{C} evidenter dogma veritatis -uit (*gr. p. 205^{A} παραδηλοῦται*). VITA Desid. 6 p. 632, 8 sufficienter ... de gratia sanitatum sermo generalis -uit. *et al.* **b** *impers.*: AVG. lib. arb. 1, 7, 16 bestiae ... sicut iam -uit, rationis expertes sunt.

B *pertinet ad motum vehementem in aliquam partem factum (tam c. notione aliquo ruendi [v. ex. gr. l. 41. 58] quam subsiliendi [l. 41. 54], se extollendi [v. ex. gr. l. 49. 56. 64], consurgendi [v. ex. gr. infra l. 44. 48. 74]. audacius de corde micante: l. 38 sq.* [*aliter infra l. 78*]): **1** *proprie*: PLAVT. Aul. 627 meum cor coepit artem facere ludicram atque in pectus -are (VELL. 2, 70, 5 cum mucronem ... admovisset mamillae ad eum ipsum locum, quo cor -at). VERG. Aen. 2, 175 *Pallas* ter ... ipsa solo ...-uit (exsiluit SERV. auct. *ad loc.*). 6, 5 iuvenum manus -at ardens litus in Hesperium ([*propter ea quae sequuntur*: quaerit pars semina flammae *verbum* -are *positum esse suspicatur inepte* SERV. auct. *ad l.*]. *cf.* VAL. FL. 2, 543 in scopulos). 11, 496 *equus* -at arrectisque fremit cervicibus alte luxurians (*v. p. 483, 41. sim. in imagine*: SIDON. epist. 4, 3, 9 amplitudo proloquii ...-at ... ut equi potentis animositas). 12, 327 *Turnus* saltu ...-at in currum (ANTH. 15, 35). 12, 728 -at hic ... et corpore toto alte sublatum consurgit Turnus in ensem (VAL. FL. 4, 289). OV. met. 1, 27 ignea ... vis ... caeli -uit summaque locum sibi fecit in arce (*cf.* 15, 248 in superos aer tenuissimus -at ignes. GANN. carm. frg. 3, 3 -at in nubes nidoribus ardor adoris. OBSEQ. 37 p. 123, 9 per inferiores locos ut ignis ad os [*virginis*] -uerit. *al. v. et. p. 484, 56*). OV. met. 1, 776 -at extemplo laetus *Phaethon* (*i. laetitia exultat*). hal. 26 *lupus* in auras -at (HOMER. 86 *Thetis* per auras -at aethereas et in aurea sidera fertur. *cf. et infra l. 73*). VAL. FL. 4, 501 -at (*i. evolat*) hic subito seseque Aquilonia proles (*v. p. 484, 6*) cum clamore levat. SIL. 7, 376 Poenus ... in patulos exultans -at agros. 16, 523 Eurytus ... ad praemia victor -at (*cf. p. 484, 16*). *al.* STAT. Theb. 6, 570 *Parthenopaeus* volucri super agmina saltu -at. 10, 660. CLAVD. 17, 322 puer amentatus in arcem (*hominum corporibus exstructam*) -at (*cf. p. 484, 1*). *et al.* *aliter p. 484, 14.*

2 *in imagine et translate*: SEN. dial. 11, 11, 6 *animus* levis ... quandoque emissus fuerit ad summa -turus (nat. 1 praef. 11. epist. 79, 12 in cogitationes divinas). dial. 12, 9, 8 *defunctus* ex humili atque depresso in eum -uit locum, ... qui ... animas ... recipit. SIL. 3, 85 ubi flore novo pubescet firmior aetas, -et in Martem (*Hannibalis filius*). CLAVD. carm. min. app. 2, 98 -at omnis in laudes mox turba tuas. PAVL. NOL. carm. 27, 311. epist. 16, 6 p. 120, 1 virtutes ad nobilem famam non nisi per labores et pericula -uisse memorantur. AVG. in euang. Ioh. 92, 2 p. 1864 *Petrus* ad testimonium de Christo perhibendum. epist. 167, 12 p. 599, 16 nisi *sapiens* ex profundo quodam emergendo repente -et in auras (*v. supra l. 54*) sapientiae liberas. CYPR. GALL. num. 687 -at hic populus, veluti cum ... leo sese arduus infert (*num. 23, 24* ecce populus ut leaena consurget et quasi leo erigetur). GREG. TVR. vit. patr. 16, 4 p. 726, 31 vitam percepturus aeternam -uit saeculo (glor. conf. 54 p. 779, 18. 85 p. 802, 27). GREG. M. moral. 8, 33 p. 820^{C} sic (*sc. ut nubes*) corda ... ad alta -ant.

C *respicitur eminentia, excellentia*: **1** *sensu corporali et proprio, i. q. eminere (de opere exstructo, fere i. q. in altum se erigere p. 487, 2)*: TERT. nat. 1, 12 p. 82, 14 corpori nostro tacita et secreta linea crucis situs est, quod caput -at *eqs.* AVIEN. orb. terr. 109 procera cacumina celsis -uere iugis. 850 nec tamen hic (*mons*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Taurus) uno signatur nomine ubique, sed dum flectit iter novus -at. *nota* (*v. p. 486, 81*): Pavl. Nol. carm. 28, 6 opera (*i. aedificia*) ... quae molibus undique celsis cernitis -uisse. Carm. epigr. 279, 20 (*a. 375*) *Constantii obeliscus* -uit pulsatque polos.

2 *sensu translato, i. q. excellere, praestare sim.*: **a** *de hominibus*: Cvrt. 7, 6, 20 *Cyrum et Semiramin* et magnitudine animi et claritate rerum longe -uisse. Val. Fl. 6, 596 aspicis ut (*Iason*) Minyas inter proceresque Cytaeos -et effulgens. Sol. 1, 77 Milon ... Tarquinii Prisci temporibus -uit (*i. floruit*). Vopisc. Car. 11, 2 qui[n]que (*Nemesianus*) omnibus coloni⟨i⟩s (*v. app. crit.*) inlustratus -uit. Lampr. Diad. 3, 3 *Diadumenus* quasi sidereus et caelestis -uit. Treb. Gall. 11, 9 quibus (*versibus orationibusque*) tam in⟨ter⟩ poetas quam inter rhetores -uit. Carm. epigr. 654, 2 (*a. 385*) inter avos proavosque tuos sanctumque parentem virtutum meritis et honoribus -uisti. Ambr. exc. Sat. 1, 49 p. 1307A quam incredibili admiratione ... sublimis -uit. Iac. 2, 2, 9 p. 36, 14 fidei ... dignitate. Heges. 4, 29, 2 p. 287, 28 Vespasianum in Gallicanis partibus et Britanniarum victoriis -uisse. Cypr. Gall. Ios. 87 haec inter princeps (*Iosue*) domini dignatus honore -at (*cf. Ios. 3, 7 dominus ad Iosue*: incipiam exaltare te *eqs.*). Pavl. Nol. carm. 19, 12 *Felix* nominis -uit titulo. Svlp. Sev. dial. 1, 22, 2 in omni genere virtutum perfectus -uit. Conc.S I 5 p. 286, 8. Cod. Iust. 1, 17, 2, 9 qui similiter eloquentiae et legitimae scientiae artibus decoratus et in ipsis rerum experimentis -uit. Greg. M. moral. 2, 92 p. 600A. 19, 43 p. 125C qui donis spiritalibus -ant. *et al.* **b** *de rebus*: Flor. epit. 4, 2, 40 egregia virtus Scaevolae centurionis -uit (Heges. 1, 19, 3 p. 31, 6 egregie Antonii virtus -uit [*gr. 1, 165 κατὰ ταύτην ἀριστεύει τὴν μάχην ὁ ... Ἀντώνιος*]. 2, 14, 5 p. 173, 5 [*gr. 2, 520 γενναιότατοι ... ἔδοξαν*]. *aliter p. 486, 20*). Tert. pudic. 5 p. 227, 6 illi (*idolatriae*) de medio -anti adulamur (*sc. moechia et homicidium*; adunamur *Lat., quod ante*: coniungimur). Ivst. 2, 9, 15 inter ceteros ... Themistoclis ... gloria -uit. Prosp. carm. de ingrat. 43 orientis rectorum cura -uit.

II *transitive*: Apvl. met. 9, 34 terra dehiscens imitus largissimum -uit sanguinis fontem (largissimus ... fons *F alt. m.*). 11, 3 super frontem plana rotunditas in modum speculi vel immo argumentum lunae candidum lumen -bat. Cassiod. or. frg. p. 481, 17 hyacinthi ... cum luminibus claris mixtas cernuntur -are nigredines (*an* ⟨in⟩ nigredines? *cf. p. 485, 8*).

indicatur: unde aliquid -et: ab: *p. 484, 60. 67. 84. 486, 1. 7.* de: *p. 483, 72. 484, 23. 485, 6. al.* ex: *p. 483, 64. 484, 22. 485, 3. al. abl. nudus: p. 483, 78. 484, 1. 485, 44. al.* caelitus: Pass. Paul. 16. *quo aliquid -et* (*ad I A 1—4. B 1. 2*): ad: *p. 485, 32. 54. 486, 52. 58. 64. 70. 79.* in: *p. 483, 65. 484, 5. 485, 56. al.*

vis verbi augetur adverbiis, adverbialibus, adiectivis: alte (in altum): *p. 483, 66. 70. 485, 74.* ardens: *p. 486, 41.* celsus: Sil. 15, 158. evidenter: *p. 486, 29.* in excelsum: *p. 485, 41. 47.* extemplo: *p. 486, 53.* exultans: *p. 483, 65. 486, 58.* forinsecus: *p. 486, 23.* laetus: *p. 486, 53.* longe: *p. 487, 7.* repente (repens): *p. 484, 31. 485, 16. 73. 486, 73.* saltu: *p. 486, 47. 60.* subito: *p. 484, 63. 485, 17. 75. 486, 8. 56.* sublimis: *p. 487, 16.*

part. praes. **ēmicāns,** -antis *pro adi.* (*compar.* -tior). *i. q. eminens, elatus*: Tert. adv. Hermog. 29 p. 157, 9 segregatis ... aquis in cavatiorem sinum -tior facta est arida (*sc. terra*), quae antehac aquis tegebatur.

deriv.: emicatim, emicatio. *Rehm.*

ēmicrānium *v.* hemi-. **ēmicyclos** *v.* hemi . **ēmigrānea** (-um) *v.* hemicrania (-um). *K.-M.*

ēmigrātio, -ōnis *f.* *ab* emigrare. [*confunditur in codd. c.* migratio: *infra l. 66.* Avg. civ. 4, 7 p. 154, 16 D., *ubi* migratio *edd. recc.*] *i. q. actio emigrandi*: Vlp. dig. 39, 2, 28 detrimentum ... propter -em inquilinorum. Hier. chron. a. Abr. 913 Aristarchus Ionica -e *ponit Homerum* (*ibid.* -is Ionicae tempore. 980). *de morte* (*cf.* emigro *p. 488, 52 sqq.*): Avg. pecc. mer. 2, 28, 46 p. 117, 16 si ... consequatur ab hac vita -o (*v. l. 61*).

✖**ēmigro,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* migrare. *scribitur* ex-: Plavt. Men. 823. ae-: Hil. in psalm. 61, 5 p. 212, 24 *cod. P, s. IX—X.* i *brevis probatur in ultima thesi senarii posita*: Plavt. Most. 503. *legitur c. syll. alt. longa*: Dirae 101 *v. p. 488, 45.* Stat. Theb. 2, 22 *v. p. 488, 38. de formis: formae perf. breviores* -astis, -arunt, -arat *al. inde a* Plavto. *passiv. pro depon.*: Itala psalm. 61, 7 (Veron.) *v. p. 488, 59. impersonaliter v. p. 488, 8.* Not. Tir. 89, 69 -at. *legitur intransit. inde a* Plavto, *transit. v. p. 488, 64. omnia exempla afferuntur praeter ea quae ad 1 b β pertinent.* [*confunditur in codd. cum* migrare: Avg. civ. 1, 22 *v. p. 488, 55. ibid.* p. 37, 21 D. 13, 7 p. 564, 13 D. *al.* demigrare: Hil. in psalm. 51, 16 p. 109, 5. *restituitur pro* migr-: Plavt. Men. 822. *loc. corr.*: Titin. com. 147—48 quod pestis, senia et iurgia † sesemet diebus (aedibus *edd.*) -arunt. *falso trad. pro* emic-: Plin. nat. 16, 142, *cf. p. 483, 56.*] [*prov.* eimeirá. *M.-L.*]

1 *intransitive: i. q. extra migrare, abire*: **a** *proprie* (*de mortuo p. 488, 36. de apibus p. 488, 38. additur: quo*: quo *p. 488, 5; acc.: p. 488, 25. 26. 29;* ad *p. 488, 33;* in *p. 488, 29. unde*: hinc *infra l. 6;* inde *infra l. 8. 31; abl.: infra l. 9. 15. 18. 34. 38;* ex *infra l. 7. 10. 13. 26;* de *infra l. 11. 35*): *α strictiore sensu: ex aedibus, domo sim., mutandae habitationis causa* (*dist. ab exire infra l. 9*): Plavt. Men. 822 †ludere negas (*sc. te habitare in illis aedibus*), nisi quo nocte hac -asti (*Itali*; migr- *codd.*). 823 num hinc -asti⟨s⟩ (Most. 503. 953). Most. 471 in hasce aedes pedem nemo intro tetulit, semel ut -vimus. 951 iam diu ex hisce aedibus. Argvm. Plaut. Most. 5 inde pridem (*v. app. crit.*) -tum. Cic. Verr. II 2, 89 *Verres* hospitium ei (*Sthenio*) renuntiat, domo eius -at atque adeo exit; nam iam ante -arat (II 5, 30 huc ex illa domo praetoria. Itala lev. 14, 36 [Monac.] imperavit [*i.* -bit] sacerdos -are de domo [*ἀποσκευάσαι τὴν οἰκίαν*. Vvlg. ut efferant universa]. *cf. infra l. 18*). Alf. dig. 19, 2, 27, 1 si quis timoris causa -asset *e cenaculo* (39, 2, 43, 1). Paneg. 9 (12), 16, 5 qui (*Maxentius*) ... palatio -verat, ... in privatam domum ... concesserat. Cod. Theod. 7, 8, 2 (= Cod. Iust. 1, 9, 4; *a. 368?*) in synagogam Iudaeicae legis hospitii velut merito inruentes iubeas -are. *β latiore sensu: ex urbe, patria, sim.*: Caes. Gall. 1, 31, 14 ut *Galli* domo (*cf. supra l. 9*) -ent, aliud domicilium ... petant. Sen. nat. 6, 1, 10 *isti*, qui Campaniae renuntiaverunt quique post hunc casum (*i. motum terrae*) -verunt. Tert. coron. 1 p. 418 Oe. nec dubito quosdam ⌊secundum⌋ scripturas -are, ... fugae accingi de civitate in civitatem (*sic B²; ⌊ ⌋ om. rell., Oehler, qui 'leges sacras migrare, transgredi' explicat [v. infra l. 72]; at v. Hoppe, Syntax u. Stil des Tert. p. 130; Kroymann, Gnomon 9, 1933, 325*). Ivst. 5, 10, 4 ut ... exercitus XXX tyrannos -are Eleusinam iuberet ([*sim.* 5, 10, 7 ex urbe Eleusinam]. 5, 10, 9. Rvfin. hist. 3, 5, 3 ecclesia ... in Hierusolymis ... congregata ... -are iubetur et transire ad oppidum ... Pellam [*gr. μεταστῆναι τῆς πόλεως*]. *cf. supra l. 17. infra l. 38*). 20, 4, 17 Pythagoras ... Metapontum. 43, 4, 2 Graeci in Galliam. Avg. civ. 16, 13 p. 148, 1 D. inde (*ex gente Chaldaea*) sive paenitendo sive persecutionem passus ... et ipse (*Nachor*) -vit. Pavl. Med. vita Ambr. 27 sacerdos, derelicta civitate Mediolanensi ... ad Bononiensem civitatem -vit *eqs.* (*cf.* Oros. hist. 3, 23, 26 *Avieniatae* relicto patrio solo et antiquis habitaculis -antes, novas sedes ... requirebant). Evgipp. Sev. 40, 4 omnes ... de his oppidis -antes ad Romanam provinciam ... pervenient. *de mortuo*: Stat. Theb. 2, 22 seu ... adegit Erinys ire diem contra, seu te (*i. Laium*) furiata sacerdos ... arcano iubet (*v. supra l. 27*) -are sepulchro. *de apibus*: Pallad. 7, 7, 5 post haec tempora non facile fugere aut -are consueverunt *apes*, quamvis aliquae statim et procedere et abire non dubitent.

b *in imag. et translate*: *α de rebus* (*acced.* de: *infra l. 45. 50*; ab: *l. 52*): Titin. com. 147—48 *v. p. 487, 80.* Dirae 101 prius ... migrabunt casus aliena in corpora rerum, quam tua de nostris -et cura medullis. Lact. inst. 7, 12, 18 cum eam partem *corporis* vis aliqua morbi vitiaverit, movetur *mens* loco et quasi conquassata sede sua -at *eqs.* Fvlg. Virg. cont. p. 94, 24 (*spectat ad Didonis in rogo mortem*) amor contemptus emoritur et in cineres exustus -at. Avg. serm. 187, 2, 2 p. 1001fin. verbum (*dei*) potuit matris uterum ... fecundare, et de sinu patris non -are. 288, 3 p. 1305p. med. numquid ... quod dicendo ... facio, ego amitto? sonus ... a me non -vit. *β de hominibus: e (de) vita, i. q. mori*: Cic. leg. 2, 48 nulla est ... persona, quae ad vicem eius, qui e vita -arit, propius accedat. Avg. civ. 1, 22 p. 36, 29 D. ferunt ... se praecipitem dedisse de muro atque ita ex hac vita -asse (*v. p. 487, 76*) ad eam quam credidit esse meliorem. *ibid.* p. 37, 21 D. bapt. 1, 2, 3 p. 147, 23 de hac vita (c. Pelag. 3, 5, 14 p. 503, 6 *al.*). *al. f. i. q. cedere, moveri*: Itala psalm. 61, 7 (Veron.) quoniam ipse est deus meus, ... susceptor meus, non -bor ([*v. p. 487, 72. μεταναστεύσω*. Vvlg. -bo. *ibid. v. 3* non movebor amplius]. *cf.* Hil. in psalm. 61, 5 p. 212, 24). *f. i. q. transire, pervenire*: Cod. Theod. 7, 3, 2 (*a. 409*) quotiens codicillis ... ullus ex alio ad alium gradum cum isdem stipendiis -arit.

2 *transitive*: **a** *i. q. -are iubere, transferre, expellere*: Itala psalm. 79, 9 (Epiphan. in cant. p. 75) vineam (*i. Israelitas*) ex Aegypto -asti (*μετῆρας*. Vvlg. transtulisti). Vvlg. psalm. 51, 7 deus destruet te in finem, evellet te, et -bit te de tabernaculo tuo ([*μεταναστεύσαι σε*]. *ad quem loc. spectant*: Hil. in psalm. 51, 16 p. 108, 9 omnis ... infidelis a ... dei tabernaculo revelletur et -bitur, spiritalis huius tabernaculi indignus habitaculo. *ibid.* p. 109, 5. 51, 17 p. 109, 24. 51, 19 p. 111, 6. Avg. in psalm. 51, 4 genus hominum ... non ... perseverans in aeternum, sed -andus). [**b** *? i. q. migrare, transgredi*: Tert. coron. 1 *v. l. 22.*]

deriv.: emigratio. *Burckhardt.*

? **emimimusoma** Corp. IV 4037.

ēmina *v.* hemina.

ēminātio, -ōnis *f.* *ab* eminari. *cf.* minatio. *fere i. q. minatio*: Plavt. Capt. 799 quae illaec -ost nam? nequeo mirari satis (*cf. vs. 791 et v. s.* **eminor** *p. 496, 31*).

ēminēns *v.* emineo. **ēminenter** *v.* emineo *p. 495, 69.*

✖**ēminentia,** -ae *f.* *ab* eminere. Gloss.L I Ansil. EM 77 -a celsitudo. Gloss. *ἐξοχή. ὑπεροχή. ὑψηλότης. ὑπερβολή.* -ae *ἐξοχαί.*

I *corporaliter i. q. prominentia, altitudo, celsitudo*: **A** *sensu abstracto* (*i. q. extensio p. 489, 2*): Cic. nat. deor. 1, 105

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

si tantum modo ad cogitationem valent *di*, nec habent ullam soliditatem nec -am (*v. p. 488, 84*). Hyg. mun. castr. 56 castra quae ex campo in -am (*an ad B 2, l. 15 sqq.?*) leniter attolluntur. Apvl. flor. 83 culminum (*cf.* Ambr. Abr. 2, 3, 11 montis. *al.*). Chalc. comm. 336 cum erit *res* in aliquo habitu et comparatione -ā sua vel humilitate adversum alterius -am aestimanda. Avg. in psalm. 70 serm. 1, 15 p. 889^{D} in -a caeli. Macr. somn. 1, 6, 56 *ἀμφίκυρτος luna* mediam luminis curvat -am. Favst. Rei. serm. 27 p. 331, 29 auri lamina -am frontis ornabat.

B *de ipsis rebus eminentibus*: **1** *de rebus ad corpus animantium pertinentibus*: Scrib. Larg. 228 -as tollere sine ferro ut . . . verrucas (*cf.* Marcell. med. 11, 37 -as quasi callosas). Serv. Aen. 6, 600 fibrae sunt -ae iecoris. Ps. Soran. quaest. med. (Archiv 14, 1906) p. 367, 5 *aurium* -ae autem antilobia. Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 31 p. 405^{B} in nodis vel in -is costarum. **2** *de locis editis*: Gell. 14, 3, 11 duae -ae. Ps. Cens. frg. 2, 3 p. 56, 20 -as terrarum (Chalc. comm. 60 naturales -as terrae). Sol. 9, 8. Ivl. Val. 1, 29 loci. Chalc. comm. 60 elatiorem. Serv. Aen. 5, 273 agger est media viae -a (Isid. orig. 15, 6, 7). Serv. auct. Aen. 10, 653 crepidines viarum, id est ipsae -ae dextrae sinistraeque. **3** *de rebus variis*: Chalc. comm. 240 ob -am marginis *speculi* (*ibid.* superiorem -am). Serv. auct. Aen. 4, 88 minae *sunt* -ae murorum (*cf.* Hier. epist. 106, 63 p. 279, 4 in tecto . . . quasdam -as). Macr. somn. 1, 20, 28 (*de solario*) primam curvi labri -am (*cf. 29* summo vasis labro).

II *translate*: **A** *i. q. prominentia, magnitudo, excellentia, praestantia* (*nota locutionem* per -iam *ex hoc usu ortam p. 490, 27. opp. v. p. 490, 8. 10*): **1** *de rebus corporeis (e. g. infra l. 31. 32. 44) et incorporeis, fere laudabilibus (praeter infra l. 33. 51. 56, ubi mera prominentiae, extantiae notio intellegenda est; fere ubique acced. genet. obi. [subi. infra l. 38, ident. l. 48. 59] vel adi.)*: Vell. 1, 17, 4 -am cuiusque operis (*artificum*) artissimis temporum claustris circumdatam. Gell. 5, 11, 9 -ā . . . quadam significari formarum turpes et pulchrae *feminae* videntur. Tert. adv. Marc. 5, 11 p. 614, 23 -a virtutis (*al.* Ps. Rvfin. in Am. praef. p. 1057^{C}; *opp.* humilitas, obscuritas. *al.*). Itala II Cor. 12, 7 (Hil. in psalm. 118, 11 p. 481, 7) revelationum (*ὑπερβολῇ*. Vvlg. magnitudo). Chalc. transl. 44^{D} est . . . caput praeter ceterum corpus honoratius et optimati quadam -a (*gr. deest. cf.* comm. 213 principali). 48^{E} genus unum perpetuum carens generatione exemplaris -ae (*ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος eqs.*). comm. 166 potestatem faciendi quae velint regiam quandam -am existimantes (231 regali). 191 praestantissimum animal id esse *eqs.* sequi per ordinem quendam inferioris -ae (*i. ordinis*) potestates. Mar. Victorin. gen. div. verb. 13 p. 1027^{B} necessario . . . deum per praelationem et -am *τῶν ὄντων* dicimus. Hil. in Matth. 22, 1 p. 1041^{C} legis (*cf.* Avg. c. Faust. 11, 5 p. 321, 8 canonica -a sacrarum litterarum. Mvtian. Chrysost. bom. 1, 1 p. 237$^{extr.}$ novi *testamenti* [*ὑπεροχήν*]). Filastr. 139, 2 certamina . . . in diversis doctrinis ac virtutibus, in diversitate sublimitat⟨is⟩ -ae (Avg. epist. 140, 62 p. 208, 21 altitudo . . . cum in excelso [*opp.* profundo] dicitur, sublimitatis -a commendatur). Ambr. in psalm. 61, 12 p. 1171^{C} -a delictorum. Vvlg. II Macc. 6, 23 aetatis ac senectutis . . . -am dignam (*ὑπεροχῆς*). Rvfin. Orig. princ. 2, 11, 2 p. 185, 20 secundum mundi huius dispositiones dignitatum vel ordinum . . . vel -as potestatum. Avg. bapt. 3, 14, 19 p. 210, 29 caritatis. c. Faust. 3, 2 p. 263, 9 auctoritatis. mus. 5, 4, 5 iambicus senarius aut non erit versus, aut erit sine ista finis -a (*sc. varietate pedum non in conspectum cadet, i. spondeum pes sextus non recipit*). spir. et litt. 23, 38 p. 191, 4 ad . . . -ae perfectionem *futuram* (*cf.* Pomer. 1, 9, 2 p. 426^{C} quantalibet quis excellentia sanctitatis emineat, quantalibet -a perfectionis excellat). *al.* Clavd. Mam. anim. 1, 6 p. 42, 9 propter -am visus. Ennod. opusc. 3, 14 p. 334, 12 *Epiphanii* staturae proceritas decens, quae -am secuturae dignitatis praefiguraret. Mvtian. Chrysost. hom. 1, 1 p. 237$^{init.}$ temporis (*ὑπεροχήν. ibid.*). Novell. Iust. 143 pr. fortunae . . . -a (*i. dignitas imperatoris*). *et al.* *de dei qualitatibus, nomine sim.* (*cf. l. 72 sqq.*): Itala II Cor. 4, 7 (Aug. epist. 188, 2, 5 p. 123, 15 *al.*) ut -a virtutis sit dei (*ὑπερβολή*. Vvlg. sublimitas. *et al.*). Arnob. nat. 2, 54 p. 90, 10 maiestatis (*al.*). 6, 1 p. 214, 16 nominis (*cf.* 7, 46 p. 281, 7 vocaminis). Chalc. comm. 276 deum percipi . . . ob -am naturae. Mar. Victorin. in Phil. 3, 4 p. 1218^{C} propter -am carnis *Christi*. Conc.^{S} I 5 p. 211, 25 in divinitatis -a vere esse *creditur Christus (al.)*. *et al.*

2 *de animantibus*: **a** *de deo (cf. l. 64 sqq.; sensu christ. praeter l. 80), Christo, angelis*: Tert. adv. Val. 12 p. 192, 6 quae erit -a . . . *soteris* inter satellites coaequales. adv. Marc. 3, 21 p. 413, 19 templum . . . constitutum super omnes -as virtutum et potestatum. 5, 11 p. 618, 25 *dei* (Hil. in psalm. 63, 11 p. 231, 25. *al.*). Itala Phil. 3, 8 (Mar. Victorin. in Phil. 3, 8 p. 1219^{A}) propter -am Christi (*ὑπερεχούσης γνώσεως*. Vvlg. eminentem scientiam. *et al.*). Iren. 2, 6, 1 invisibilis *deus* propter -am. *ibid.* Arnob. nat. 2, 52 p. 89, 24 magnitudini eius (*dei*) et -ae. 4, 21 p. 158, 14 supernarum . . . -a potestatum (*v. supra l. 72*). *al.* Conc.^{S} I 3 p. 7, 34 incomparabilibus differentiis gloriae et -ae salvatoris nostri (*ὑπεροχῆς. ibid.* p. 147, 24). p. 9, 18 dic mihi ex qua seniori -a homine potiore, ut esset homo, descendit (*gr. I 1, 1 p. 16, 16*). I 5 p. 214, 28 divinae . . . *Christi* -ae maiestatem. Favst. Rei. spir. 1, 6 p. 108, 18 super aquas . . . dominantis -a ferebatur (*cf. gen. 1, 1*). Pomer. 3, 33, 2 p. 518^{C}. Orig. in Matth. 12, 9 p. 995 secundum -am qua supereminet *Christus* omnibus. *et al.*

b *de hominibus*: *α in universum*: Serv. auct. Aen. 1, 65 'divine pater' pater . . . a Vergilio ad -am (*sc. significandam*) ponitur ut 'pater Aeneas'. Heges. 5, 15 p. 323, 7 penes paucos -a, penes plurimos mansuetudo. Hier. in Mich. 2, 7 p. 1219^{C} amicitia pares aut accipit, aut facit, ubi inaequalitas est, et alterius -a, alterius subiectio. Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 137, 11 B. quantum -ae sponsus suus habeat ad sodales. Avg. civ. 16, 3 p. 126, 7 D. propter eius (*i. Nebroth gigantis*) -am (*i. potestatem*). *β speciatim: appellatio sollemnis (cf.* eminens *p. 494, 75 sqq.*; *de re v. p. 495, 3 sqq.)*: *praefecti praetorio*: Cod. Theod. 12, 12, 3 (*a. 364*) ad sedis tuae -am (*sc. praefecturae praet.*). 13, 5, 14 (*a. 371*) per -am tuam. 15, 1, 25 (*a. 389*) sublimis -a tua. 9, 38, 9 (*a. 396*) excellens -a tua (15, 1, 38; *a. 398*). *al.* Cod. Iust. 1, 3, 25, 3 (*a. 456?*). *al.* Cassiod. var. 7, 47, 3 p. 227, 9 -ae vestrae. *item*: Greg. M. epist. 10, 8 p. 243, 5 (*a. 600, praef. pr. Italiae*). 10, 16 p. 251, 7 (*a. 600, praef. Africae*). *praefecti urbis*: Cod. Theod. 10, 1, 9 (*a. 365*). 1, 5, 8 (*a. 378*). 11, 30, 49 (*a. 389*) sublimi -ae tuae (*al.*). *comitis largitionum*: Cod. Theod. 6, 30, 15 (*a. 399*). *magistri officiorum*: Cod. Iust. 12, 19, 12, 1. *praesidis prov. Lyciae*: Pass. Claud. Aster. 5 secundum praeceptum -ae tuae. *aliorum*: Ennod. epist. 7, 30, 2 p. 197, 2 -ae vestrae (8, 37, 2 p. 224, 6. 9, 4, 1 p. 231, 3. 9, 23, 6 p. 246, 1. 9, 29, 5 p. 251, 16). Greg. Tvr. Franc. 4, 26 p. 161, 18 salve rex glorios[a]e sedis . . . apostolica -ae tuae salutem mittit.

nota (v. p. 489, 26) i. q. κατ' ἐξοχήν: Vlp. reg. 11, 3 legitimi tutores . . . per -am . . . dicuntur, qui ex lege XII tabularum introducuntur.

B *usu quasi technico*: **1** *in pictura de partibus colore illustratis* (*opp.* umbrae, *cf. p. 492, 60*): Cic. acad. 2, 20 quam multa vident pictores in umbris et in -a, quae nos non videmus. **2** *fere i. q. ὑπεροχή in arte mathem.*: Cassiod. art. 6 p. 1216^{A}. p. 1216^{B} *v. p. 492, 79.*

ēmineo, -uī, -ēre. [*cf. c.* imminere, prominere, *island.* møna '*eminere*' *et c.* mons, *cambr.* mynydd '*mons*'. *W.*] Synon. Cic. Char. gramm. p. 439, 12 B. *v. p. 483, 40.* Gloss.^{L} I Ansil. em 82 -et: ex⟨s⟩tat aut excellit. 83 altum est. 84 altitudinem extollit. Gloss. -o *ἐξέχω. ὑπερέχω.* *legitur inde a* Plavto *p. 491, 46*, Catone, Varrone, Cic.; *perf.* -ui *sensu propr. (sc. durativo) non ante* Lvcan. 5, 76 (*v. p. 483, 51*). Stat. Theb. 10, 871 *al.*; *sensu transl. inde a* Vell., Sen. epist., *saepe.* [*ex coni.*: Qvint. inst. 11, 3, 75 oculi, per quos maxime animus -et (*Spalding, cf. p. 491, 59*; anima se manat *B*). *cf. et p. 483, 50 sqq.* *falso trad.*: Qvint. inst. 8, 3, 6, *v. p. 468, 19.*]

I *intransitive*: **A** *proprie* (*acced.*: *praeposs.*: a, ad, circa, de, ex, extra, in *c. acc. et abl.* [*instr. et loci*], inter, per, super, supra, tenus, ultra. *dativ.*: *e. g. l. 76. 83. p. 491, 41.* *abl. instr., loci, separ. [v. l. 78].* *acc. [l. 54. 73] et abl. [l. 58. 82] mensurae.* *adv.* foras *p. 491, 57. 61*, foris *p. 491, 4*, gradatim *p. 491, 64*, intus *p. 491, 12.* *cf. etiam p. 491, 25*): **1** *fere i. q. prominere, exstare* (*v. syn.: p. 491, 9; opp.: l. 66. p. 491, 19*): **a** *de rebus corpor.* (*de re incorp. in similit. l. 64; de acie l. 74*): Cato agr. 45, 3 supra terram ne plus IIII digitos -eant *taleae* (46, 2 semina. Colvm. 3, 13, 2 duabus . . . gemmis *vitis. al. cf.* Cels. 8, 10, 7^{K} paxillus . . . ut capite paululum supra ulcus -eat. Sen. Thy. 655 supra *silvam* -ens despectat alte quercus. Pallad. 3, 17, 3 quattuor digitis supra lutum possit surculus -ere. *al.* *tropice*: Sen. dial. 2, 1, 1 *vertex* supra fortunam). Varro ling. 5, 111. rust. 1, 48, 2 arista quae . . . longa -et e gluma (*sic* -ere ex: Cic. Tusc. 1, 68 globum terrae -entem e mari. div. 1, 93 ex terra nihil [Caes. Gall. 7, 73, 6 stipites]. *et al.*). 3, 5, 17 -ens radius a cardine . . . ita movetur (*sic* -ere ab: Caes. Gall. 7, 73, 3 Plin. nat. 17, 116 Pallad. 4, 10, 9). Cic. nat. deor. 1, 75 nihil concreti habeat . . . nihil -entis (*sc. deorum species* [*v. l. 53*]. 2, 47 *sphaera* nihil -ens habet. Tim. 17, *gr. deest*). *al.* Lvcr. 1, 780. 3, 284 *opp.* subsit. Caes. civ. 2, 24, 3 iugum . . . -ens in mare (Ov. met. 5, 139. Liv. 44, 11, 3 in altum lingua. Cvrt. 4, 9, 5 spicula . . . in adversum. 5, 1, 33 stipites . . . in L pedum altitudinem [7, 11, 2]. *et al.*). Sall. Iug. 93, 4 -entibus saxis (*al. cf.* Ov. am. 2, 11, 19 quibus -eant violenta Ceraunia saxis). Ov. met. 9, 226 scopulus (*al.*). Pont. 3, 1, 19 arbor (*al.*). Liv. 8, 7, 12 ut per costas ferrum -ret (Cvrt. 7, 4, 35). 24, 34, 10 tollennone super murum -ente (Sen. epist. 86, 18 non plures super terram -ere debet truncus quam tres . . . pedes. *al.*). 27, 48, 8 dextra . . . acies extra proelium -ens (Cels. 6, 7, 9^{B}. Plin. nat. 26, 50 aquam [*al.*]. *et al.*). 38, 7, 7 cumulus repente terrae (*M*; -a *B*) -ens (*al.*). 44, 46, 6 *arx* velut insula -et (Pavl. Fest. p. 111. *al.*). Manil. 1, 238 *pars terrae* ad Arctos. Pavl. Fest. p. 43 satis -enti iugo. Cvrt. 4, 2, 21 paulum moles aquā -bat. 4, 15, 4 hastae multum ultra temonem -entes. Plin. nat. 2, 191 *mons* ad formam puppis (*cf.* Sol. 11, 2 ad navis effigiem scopulus). Sil. 2, 446 -et excelso consurgens colle Saguntos. Sol. 5, 9 *Sicilia* -et montibus Aetna et Eryce. Veg. mil. 1, 11 pali . . . sex pedibus. Ambr. hex. 6, 9, 55 caelum -et aeri, terris, mari. Vvlg. II Esdr. 3, 25 *turris* -et de domo regis. *et al.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *de animantibus*: *α de membris ex corpore (aliter infra l. 22) exstantibus*: CIC. Vatin. 4 te tamquam serpens e latibulo oculis -entibus ... intulisti (PLIN. nat. **11**, 152 VLP. dig. 21, 1, 12, 2. VOPISC. quatt. tyr. 4, 1 foris. *aliter infra l. 22*). nat. deor. 2, 143 genae ... leniter. 2, 144 extra ... -ent aures (CELS. 5, 26, 23F ex -entibus *partibus* quales aures, labra. *al.*). PRIAP. 12, 15 naso (*al.*). OV. ars 1, 519 nihil -eant ... ungues. PAVL. FEST. p. 78 exta ... quae maxime extant -entque. CELS. 5, 26, 36C -entem carnem (SCRIB. LARG. 227 [*syn.* excrescentem]. 240). 5, 28, 1A super *carbunculum* ... non nimium pusulae -ent (5, 28, 13B *ulcus* minus super corpus [5, 28, 14B verruca]. *al.*). 7, 7, 15F venis (CHIRON 6, *cf. p. 492, 78*). 8, 4, 17 quidquid ... intus -et, excidendum est. 8, 10, 1F si qua parte os -et (*al.*). SEN. nat. 4, 2, 14 dorso -entes *spinas* (PLIN. nat. 8, 121). COLVM. 8, 2, 8 ne cruribus -eant *digiti*. PLIN. nat. 8, 76 cornu ... media fronte ... -ente (*cf.* 8, 85. *al.*). 11, 181 cor ... homini ... infra laevam papillam ... in priora -ens (*cf.* PHYSIOGN. 106 p. 130, 13 scapulis in acutum). MART. 11, 100, 4 *v. s.* emico *p. 483, 52*. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 34 *angues* ex eo (*i. Cerbero. al.*). PHYSIOGN. 19 p. 30, 11 cilium et quod -et et quod subiacet oculo. COD. Theod. 12, 7, 1 (*a. 325*) tres reliqui *digiti* liberi ad susceptorem -eant. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 9 p. 358C ut oblonga facies ... -ret in naribus.

aliter (*v. l. 1*): VELL. 2, 19, 2 Marius ... obrutus oculis tamen ac naribus -entibus. PLIN. nat. 35, 92 *in pictura* digiti -ere videntur (*syn.* extra esse). *v. et p. 493, 3 sqq.* *β de animantibus ipsis* (*fere additur*: inter, praeter alios *sim. aut abl. partem corporis qua quis -et significans aut locus sim. ex quo quis -et indicatur; praeterea cf. p. 490, 46 sqq.*): VERG. Aen. 10, 227 Cymodocea ... dorso -et ([PLIN. nat. 9, 14 multum supra aquas. 9, 35]. *cf.* VAL. MAX. 9, 2 ext. 11 capitibus. PHAEDR. 2, 7 *mulus* celsa cervice. STAT. Ach. 1, 369 cervice comisque. *et al.*). OV. met. 15, 697 deus -et alte (*sc. e mari. cf.* STAT. Ach. 1, 58 undis. *Neptunus*). LIV. 3, 11, 7 in medio ... agmine ... -ens inter alios (CVRT. 8, 14, 13 belua ... inter ceteras. *et al.*). 21, 55, 7 elephanti -entes ab extremis cornibus. SEN. contr. 1, 2, 21 altior ... humanā visa est circa me species -ere. SEN. Ag. 254 Cassandra turbā -et. CVRT. 3, 3, 16 quo (*curru*) ipse *rex* -ens vehebatur (3, 11, 8 curru sublimis. *al. cf.* STAT. Theb. 4, 222). 8, 13, 7 elephantus supra ceteras beluas (STAT. Theb. 10, 871 *Capaneus* celsus fastigia supra -uit. *v. l. 28*). VAL. FL. 3, 334 medio rex aggere longe -et. STAT. silv. 1, 2, 115 Latias ... quid ultra -eat matres. FLOR. epit. 3, 3, 10 vir proceritatis eximiae super tropaea sua -bat. SCHOL. Stat. Theb. 4, 165 Capaneus ... omnibus. HEGES. 5, 15, 1 p. 323, 7 tauri armentis -ent (*acced. sensu transl., cf. p. 490, 7*). AVG. in psalm. 118 serm. 9, 3 p. 1524B sedentes, hoc est in iudiciariis sedibus -entes, principes.

2 *acced. motu locali: fere i. q. exsurgere, emergere, ascendere*: **a** *de hominibus*: PLAVT. Capt. 504 (*tropice*) vix ex gratulando miser iam -bam. AVG. c. acad. 3, 15, 34 p. 952A ex alio viae cornu ... lautus quidem et urbanus equo insidens -et. **b** *de rebus naturae: de astris*: Q. CIC. carm. frg. 18 squama ... torta Draconis -et. OV. fast. 2, 145 iam puer Idaeus media tenus -et alvo. AVIEN. Arat. 1120 vix lumine parco -et Eridanus. *de campis Pharsalicis*: LVCAN. 6, 350 postquam discessit Olympo ... Ossa ... melius mansura sub undis ... Pharsalos -et. **c** *de voce in altum edita (cf. p. 494, 35), fere i. q penetrare*: OV. met. 15, 607 per confusa ... verba ... vulgi vox -et una 'quis ille est?'. **d** *de rebus incorporeis: α variis*: CIC. rep. 6, 29 si iam tum cum erit inclusus *animus* in corpore -bit foras et ... quam maxime se a corpore abstrahet (SEN. dial. 9, 9, 2 animum in futura -entem [*v. Philippson, Gnomon 7, 1931, p. 374 adn.*]. *cf. p. 490, 44*). SEN. dial. 5, 13, 2 si -ere illi (*i. irae*) extra nos licuit, supra nos est. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 3, 2 p. 1099D motus ... ut foras -eat *eqs.* *β de oratione*: SACERD. gramm. VI 470, 14 exoche ... est, cum duo nomina specialia (*i. species*) ponuntur et sic -ens oratio ad generale nomen (*i. genus*) ascendit (*ibid.* 19 quod gradatim oratio -eat: nam -ere graece ἐξέχειν dicunt).

2 *strictiore sensu*: **a** *de publicatione, divulgatione*: *α libros, scripta sim.* (*subintellegenda notione inveniendi infra l. 48*): CIC. epist. 7, 33, 1 si quando aliquid dignum nostro nomine -simus. HOR. epist. 1, 20, 6 non erit -sso reditus tibi (*liber. sim.* SVLP. SEV. Mart. prooem. 2 vereor, ne ... -ssus semel revocari non queat). ars 77 quis ... exiguos elegos -serit auctor grammatici certant. SEN. vita patr. p. 31 si quaecumque composuit pater meus et edi voluit, iam in manus populi -sissem *eqs.* MART. 4, 33, 2 plena laboratis habeas cum scrinia libris, -is quare Sosibiane nihil? 7, 69, 5 vivet opus quodcumque per has -seris aures (*i. permissu h. aurium. an* -seris *i. q.* im-? *v. p. 510, 11; cf. Hor. ars 180* demissa per aurem): tam non femineum nec populare sapit *Theophila*. QVINT. inst. praef. 1 ut libros ... -ere inciperem (6 prooem. 3 eum librum, quem de causis corruptae eloquentiae -si. SVET. Claud. 33, 2 *al.*). 7, 2, 24 cuius (*causae*) actionem et quidem solam in hoc tempus -seram. TAC. dial. 3 ut ... -res Catonem non quidem meliorem sed tamen securiorem. PLIN. epist. 1, 2, 6 libelli quos -simus dicuntur in manibus esse. 2, 10, 6 de editione interim ut voles: recita saltem, quo magis libeat -ere. 3, 10, 4. 9, 11. COD. Iust. 1, 5, 8, 9 (*a. 455*) nulli ... liceat aliquid vel dictare vel scribere vel edere atque -ere. *ap. Ictos: saepius fere i. q. edicere* (*l. 73. 75; v. et p. 507, 19*): SCAEV. dig. 2, 14, 47, 1 si quod instrumentum a te -ssum (COD. Iust. 4, 32, 4, 1. *al.*). VLP. dig. 48, 18, 1, 3 rescripto divorum fratrum ad L. Tiberianum -sso declaratur (COD. Theod. 1, 2, 11 [*a. 398*]. *al.*). frg. Vat. 134 Arcari Caesarini ... ex sacris constitutionibus multifariam -ssis habent immunitatem (COD. Theod. 5, 1, 2 [*a. 369*]. *al.*). MOD. dig. 23, 3, 15 propter -ssam manum (*i. manuscriptum*) ab eis. SVLP. SEV. chron. 2, 13, 4 edictum -itur Iudaeos necandos (*cf. p. 507, 26*). NOT. dign. or. 2, 72 p. 7 praefectus praetorio orientis evectiones annuales non habet, sed ipse -it (*saepius.* COD. Theod. 8, 5, 33 [*a. 374*]). 2, 12, 4 (*a. 393*) quod procuratio -ssa praescripserit (COD. Iust. 2, 12, 21, 1 [*a. 315*]). 3, 9, 1 (*a. 398*) secundum eam legem, quae de hoc articulo non dubitatur -ssa (*saepius.* COD. Iust. 5, 27, 7 [*a. 519*]. *al.*). 8, 7, 21 (*a. 426*) -ssa ex sacris scriniis probatoria (*saepius*). 11, 16, 8 (*a. 357*) indictione ... -ssa. 11, 28, 11 (*a. 416*) -ssam generalem indulgentiam. 12, 6, 2 (*a. 325*) ut pro omnibus fundis securitas -ssis cautionibus detur (COD. Iust. 4, 30, 1 [*a. 197*]. *al.*). 12, 1, 185 (*a. 429*) securitatem (*saepius.* COD. Iust. 10, 22, 2 [*a. 429*]). *et al.*

β varia: SEN. dial. 6, 4, 3 cui non tantum quae in publicum -unt⟨ur⟩ nota, sed omnes sunt secretiores animorum vestrorum motus (benef. 6, 32, 1 Augustus filiam ... impudicam relegavit et flagitia principalis domus in publicum -sit). epist. 102, 16 verba, quae

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

conceptam laudem egĕrunt et in notitiam plurium -unt. SVET. Cal. 60 ab ipso Gaio famam caedis simulatam et -ssam (*antea*: caede vulgata). GREG. TVR. Franc. 4, 39 p. 172, 20 falsa haec et maxime a Romano -ssa deprehensa sunt. 5, 18 p. 211, 22 quod ... falso clamore populo (*sic*) ... vociferat ... sciunt omnes a te haec -ssa.

b *spectat ad generationem i. q. procreare, parere, gignere*: *α de creatura viva*: Ⓘ *animantia* (*cf. et p. 501, 16. sensu christ. de regeneratione per baptismum infra l. 22*): SEN. epist. 102, 23 nos maternus uterus ... praeparat illi loco, in quem videmur -i iam idonei spiritum trahere et in aperto durare. *ibid.* 26. PLIN. nat. 11, 101 *locustae ova* e terra subsequenti anno exitu veris -unt parvas *locustas*. 13, 54 *terebinthus* fert et folliculos -entes quaedam animalia. MART. epigr. 14, 2 sus ... fetum. TERT. carn. 23 p. 462 Oe. nam nupsit ipsa patefacti corporis lege, in quo nihil interfuit de vi masculi admissi, an -ssi. ARNOB. nat. 2, 16 p. 61, 8 nos ... ex alveis fundimur atque -imur matrum (*antea*: nascimur. *cf.* INSCR. christ. Diehl 1714, 14 alvus quas matris mundo -serat). PROB. Verg. georg. 1, 12 *in campis Petraeis* locus Petra nomine percussus tridente Neptuni -sit equum, qui Scyphios vocatur. AMBR. patr. 4, 19. AVG. pecc. mer. 1, 29, 57 p. 57, 5 *virgo* quae non ex peccati vulnere germen (*cf. infra l. 36*) piae prolis -sit. SORAN. p. 73, 15 ut ... pecus -at *matrix*. *nota* (*v. supra l. 8*): ALC. AVIT. carm. 5, 707 -itque novam parientis lympha lavacri prolem post veteres quos edidit Eva reatus.

Ⓘⓘ *res*: *fruges, sativa, herbas*: MANIL. 3, 653 et varios audet flores -ere tellus (PLIN. nat. 20, 262 *carduus* florem purpureum -it inter medios aculeos. 21, 89. *et al. cf.* PS. APVL. herb. 6 l. 5 H.-S. nec eam [*herbam*] scire poteris, nisi cum flosculum -serit). SEN. epist. 124, 11 *sati bonum* non est in prima fronde, quae -ssa cum maxime solum rumpit (HERM. Pal. sim. 4, 1 arbores ..., quarum aliquae frondes -bant [*βλαστῶντα*]. *et al.*). COLVM. 12, 11, 10 frumentum spicas -it (11, 3, 21). 3, 18, 6 sarmentum ... radices e capite -it (5, 10, 13 = arb. 22, 2). 4, 17, 4 pampinos (PLIN. nat. 16, 153). 4, 17, 5 ut e capite quicquid teneri est per bracchia -ssum provocetur (*cf.* PLIN. nat. 16, 152 *helix* alba -it bracchia). *al.* PLIN. nat. 12, 72 herba a radice folia -ens (18, 58. 21, 106). 13, 58 *ficus Cypria* germen -it sine ullis foliis (STAT. Theb. 7, 225 -ssa ... lucent germina. AVG. civ. 11, 27 p. 499, 24 D.). 16, 70 Gallicum buxum in metas -itur (17, 90 si *ulmi* -antur in ramos. *v. p. 510, 36*). 17, 161 malleoli ... palmitem -unt (17, 175. *saepius*). 18, 57 fabae in folia exeunt ac deinde caulem -unt (19, 103. *al.*). *saepius*. VVLG. Ezech. 17, 6 vinea ... fructificavit in palmites, et -sit propaginem. *partes corporis*: ALEX. TRALL. 1, 4 libanum ... cum aceto tritum cito facit capillos -ere (*gr. p. 443 ποιεῖ φύεσθαι. aliter p. 501, 82*).

β de inanimis: Ⓘ *res corporeas*: OV. met. 15, 270 hic fontes natura novos -sit (LACT. inst. 5, 14, 17 *deus* -it omnibus fontes. VVLG. psalm. 103, 10. CLAVD. carm. min. 26, 79 quocumque -eris ortu [*Aponus fons*]. *cf.* SEN. benef. 4, 6, 1 *deus* tot flumina [*cf. p. 507, 73*] -sit terra). VITR. 7, 2, 1 *recens calx* pustulas -it. 8, 3, 8 lacus est ... India, qui sereno caelo -it olei magnam multitudinem (*cf. ibid.* bituminis maximas moles. PLIN. nat. 2, 235 limum — maltham vocant — flagrantem). SEN. nat. 5, 18, 12 nulla terra tam longe remota est, quae non -ere aliquod suum malum possit. COLVM. 1, 5, 6 *palus* serpentium ... pestes venenatas -it. PLIN. nat. 9, 35 testudines ... Indicum mare -it.

Ⓘⓘ *substantias metaphysicas* (*cf.* emissio, *p 499, 12*): TERT. anim. 16 p. 321, 23 (*agitur de rationali parte animae*) quid ... non rationale, quod deus iussu quoque ediderit, nedum id, quod proprie afflatu suo -serit? adv. Prax. 7 p. 237, 16 quanto magis, quod ex ipsius (*dei*) substantia -ssum est, sine substantia non erit? adv. Val. 7 p. 185, 9 *Nus* -it ex semetipso Sermonem et Vitam. IREN. 1, 1, 1 *Aeonem* voluisse a semetipso -ere hunc Bythum (*gr. ἀφ' ἑαυτοῦ προβαλέσθαι*). *passim*. CANDID. gen. div. 5 p. 1016^{B} si *deus* ... -itur a semetipso, aliquid primum minuitur. *saepius*.

C *fere i. q. protendere, extendere*: **1** *partes corporis* (*metaphorice l. 66 sqq.*): CIC. Flacc. 41 *Dorylensis* mortuus est aculeo iam -sso (*V, Schol.*, de- *cett.*) ac dicto testimonio (Cael. 29 vestrae sapientiae, iudices, est ... nec quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra ... -ere [mittere *GE*] ... in reum. LIV. 23, 42, 5 CVRT. 4, 14, 13). PLIN. nat. 11, 123 *natura cornua* aliorum (*cervorum*) fudit in palmas digitosque -sit ex iis. TERT. paenit. 6, 4 pretium non exhibere, ad mercem manum -ere (pudic. 6, 1 ne ad vetera m. -as. VVLG. Iob 30, 24 non ad consumptionem eorum -is m. tuam. *al.*). SORAN. p. 78, 20 *infans nascens* ut ... aliquando unum pedem vel utrosque foris -at (*sim.* p. 92, 11).

2 *varias res* (*in comparatione infra l. 80*): MELA 1, 84 Pandion collis in mare -ssus. PLIN. nat. 3, 43 *Italia* per sinus lunatos duo cornua -ens. 3, 99 Calabriam in paeninsulam (9, 102 *conchae* margine in mucronem -sso. *cf. p. 510, 36*). 5, 98 Taurus *mons* ... ubi bracchia -it temptanti maria similis. HIL. in Matth. 24, 1 p. 1048^{C} *pharisaei qui* sese ... ex honore legis -ssos tamquam fimbrias ex veste magnificent.

3 *t. t. math. et grom.*: lineam, *i. q. ducere*: PLIN. nat. 2, 165 omnes ... linias, quae -antur ex eo (*centro terrae*) ad proximas aquas (CENS. 8, 6 p. 14, 25 si a primo zodio ad tertium ... a tertio ad quintum ... l. -antur. MART. CAP. 6, 722 ab omni signo ad omne signum directam l. ducere et terminatam directam per continuum in directam -ere. *v. et p. 500, 43*). HYG. lim. grom. p. 135, 6 Th. in utramque partem limites -serunt. NIPS. grom. p. 288, 3 ab umbilico soli -es perpendiculum ita, ut in puncto lapidis cadat.

4 *propositionem, fere i. q. mentem dirigere*: BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 139, 23 unde fit ut, cum dico 'omnis homo' in numerum propositionem tendam, cum vero dico 'Socrates' aut 'Plato' non in numerum -am, sed qualitatem proprietatemque unius ... constringam.

D *transit in notionem aliis verbi 'mittendi' compos. propriam*: **1** *immittendi* (*v. et p. 500, 68. 508, 53; acced. notione porro mittendi l. 14. 18*): OV. hal. 62 *aper* -sso (im- *Heinsius*, de- *Birt*) moritur per viscera telo. CELS. 4, 1, 7 hanc iuncturam *πυλωρόν* Graeci vocant, quoniam portae modo in inferiores partes ea quae excreturi sumus -it. 7, 22, 3 acus ... per membranam *venae* -itur (*FV*, im- *J*). RVFIN. Clement. 8, 29 aures ad audiendum ita formatae, ut cymbalo similes suscepti verbi repercussum sonitum altius reddant et usque ad sensum cordis -ant.

2 *transmittendi*: SEN. nat. 1, 12, 1 mobiles *nubes* ... spargunt illam (*faciem solis*), rarae -unt (*antea*: transmittunt).

3 *demittendi*: TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 511, 9 panem petentibus de caelo dedit mannam et carnem desiderantibus -sit ortygometram. ITALA lev. 6, 10 (Lugd.) vestietur sacerdos tunicam lineam et c⟨r⟩ura⟨l⟩e lineum -et supra corpus eius (*ἐνδύσεται*, VVLG. *om.*). CLAVD. DON. Aen. 11, 595 p. 508, 4 quicquid de summo fuerit -ssum necesse est ut det sonitum. CHIRON 358 si quod iumentum a plectora laborabit, signa erunt haec: ubi plus ebiberit, caput -it et superemittit, oscitatur (PELAGON. 140 tunc etiam et caput habebit in terram -ssum [et missum *trad.*, de- *Ihm*]. *v. Löfstedt, Eranos 8 [1908], p. 115*). VVLG. apoc. 6, 13 stellae de caelo ceciderunt super terram, sicut ficus -it grossos suos. EVSTATH. Bas. hex. 3, 8 p. 899^{A} de caelo dicit -i rorem vel pluviam (*φέρεσθαι*). 9, 3 p. 959^{C} imbres -i de nubibus (*ἐπιῤῥυέντα*).

structurae selectae: ARVS. gramm. VII 473, 10 -ssus ex hoc loco: Cic. in Catil. 1, 27 (*p. 504, 22*). -ssus hoc loco: Verg. georg. 4, 58 (*p. 501, 52*). *c.* in *consecutivo*: LVCAN. 4, 765 at vagus Afer equos ut primum -sit (misit *PU*) in agmen. *v. et p. 509, 37. 77.* *sim. c.* ad: PLIN. nat. 18, 182 incipiente culmo, cum iam se ad bina ternave -serit folia.

indicatur unde quis -atur per acc.: EPICED. Drusi 445 -ssus nebulosum litus Averni (*v. Vollmer ad loc.*; nebulosi litore *sim. edd.*).

foras -ere: *p. 501, 29. 73. 504, 36. 52. 506, 60.* EXPOS. mundi 54 p. 119, 14. foris: *p. 508, 11. 509, 74.*

deriv.: emissaculum, emissarius, emissibilis, emissicius, emissio, emissor, emissorium, emissus.

compos.: superemittere.

emituliarius, -ī *m. de derivatione et notione non satis constat. adiutorem videtur significare sebaciarii* (*cf. Cantarelli, Bull. d. Comm. archeol. 15, 1887, p. 77 sqq.*). CORP. VI 3057 (*a. 219*) Flavius Rogatianus ... sebaciaria fecit ... scripsi IIII Kal. Iunias. tuta. ago gratias -o. VI 3076 (*a. 222* = Dessau 2176) Rubrius Dexter sebaciaria fecit mense Maio, nomine Claudii ⟨Fortu⟩nati. omnia tuta. salvo -o feliciter.

emmelēs, *ἐμμελής*. *plur.* -īs (*i. gr.* -εῖς), *infra l. 59 sqq. i. q. canorus*: CHALC. comm. 44 canorae vocis, quae a Graecis -es dicitur et est modis numerisque composita, principales partes sunt hae *eqs.* BOETH. mus. 1, 8 p. 195, 2 sonus est vocis casus -es, id est aptus melo. 5, 11 p. 361, 5 non unisonarum ... vocum aliae ... sunt aequisonae, aliae consonae, aliae -is, aliae dissonae, aliae ekmelis (*opp.; v. p. 49, 20 sqq.*). *ibid.* p. 362, 5 -is ... sunt, quae diapente et diatessaron dividunt. 5, 12 p. 363, 4 -is soni.

emmēlinus *v.* mēlinus.

?emmera. DIOSC. 3, 15 potireon aut frinion aut -a aut vacineton vocaberunt plurimi. frutex est maior *eqs.* (*gr. 3, 15, 1 οἱ δὲ φρύνιον, Ἴωνες δὲ νευράδα, οἱ δὲ ἀκιδωτὸν καλοῦσι*).

emmetrus, (-a), -um, *ἔμμετρος*. SYMM. epist. 1, 1, 2 Acindyno ... -a (*Scioppius*, eminetra *Γ*, eminet rara *VF*) verba libavi.

emmotus, *ἔμμοτος*. PS. SORAN. quaest. med. 232 quae per adimpletionem carnis curantur, tardius propter -os (*Rose*, immatosin *cod.*), id est linteola quae calcantur. CASS. FEL. 19 p. 29, 7 iterum medicamentum ... diachartu inicies aut certe chloran -on (*v. app. crit.*) appellatam ex veteri oleo liquidius solutam (22 p. 38, 15 ipsis ... carbunculis parvi salis diachartu medicamentum melli admixtum e moto tilto [*i. μοτῷ τιλτῷ*] appones aut certe chloran quam appellant -on [*v. adn. crit.*]).

emnaticos *v.* emphaticos. *Rehm.*

***emo**, ēmī, ēmptum, -ere. [*i. q. samnit.* pert-emest '*perimet*', *umbr.* emantur '*emantur*', *hibern.* air-ema '*suscipiat*'; *cf. c. lithuan.* imù '*sumo*', *cuius verbi praeteritum* ēmiaũ *conferas cum lat.* ēmī *et c. slavon.* jemljaç '*sumo*'. ima$_{C}$ '*capio*'. *W.* (*cf. Walde-Hofmann, Et. W. s. v.*).] *de scriptura (exempla tantum ex titulis afferuntur)*: *perf.*: εm-: INSCR. christ. Diehl 3821. *al.* aem-: *ibid.* 3739 G adn. hem-: *ibid.* 3758 adn. *cf.* DIOM. gramm. I 452, 14 (*barbarismus fit adiectione adspirationis*) hemo pro emo. him-:

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Inscr. christ. Diehl 3758. inm-: *ibid.* 3740 C. umerunt: *ibid.* 3740 A. ?merum: *ibid.* 2153. *part. perf.* emt-: Inscr. 17. Ber. d. Röm.-Germ. Komm. 1929 p. 213 n. 372, a 7 (*a. 116*). Inscr. Dessau 5441 (*ca. a. 210/12*). 7893. Inscr. christ. Diehl 481 *al., v. ind. p. 521. probatur ap.* Mar. Victorin. gramm. VI 21, 14. *v. Stolz-Leumann, Lat. Formenl. p. 170. notatur*: ēmit *per* em: Inscr. Not. d. scavi 1914 p. 383, 45. e: Corp. VI 38508, 4. -ptus *per* emp: Inscr. Dessau 7902. empt (emt): Corp. VI 4884. 34661. XII 2610 Inscr. Not. d. scavi 1914 p. 383, 50. emu(ndum): Corp. I² app. 198 (*ca. a. 100 a. Chr.*). *de* ***prosodia*****:** emĕrunt: Ter. Eun. 20 (*cf.* Don. *ad l.* mediam corripe. Diom. gramm. I 350, 11). ēmīt: Plavt. Capt. 34 Poen. 1059. *de* ***coniugatione:*** *praes.*: -ent: Inscr. christ. Diehl 3739 F. *perf.* -et: Inscr. christ. Diehl 3739 A. *ibid.* C. 3745 B *al., v. ind. p. 521.* -eront: Inscr. christ. Diehl 3746. -erut: Corp. I² 1513. -erum: Inscr. christ. Diehl 2153 *al., v. ind. p. 521. cf. Stolz-Leumann l. c. p. 339. formae in* -s-: empsim: Plavt. Cas. 347 (*ex coni., v. p. 514, 71*). Mil. 316 (*ex coni., v. p. 514, 74*). -pseris: Comm. instr. 1, 14, 4 (*duo codd. dett., falso ut vid.*). -psit: Schol. Hor. app. epist. 2, 2, 168. *cf. Neue-Wagener, Formenl. III³ p. 515. part. perf.* emitum: Corp. VI 37652 a (*Romae in columbario. ibid.* b *in titulo gemello* emptum). *gerund.* -und-: Plavt. Amph. 2, *v. p. 514, 13.* Ter. Ad. 967 Phorm. 665. Cic. Verr. II 3, 163 (*β*, -end- *O*). Corp. I² app. 198 *v. l. 9.* -end- *legitur inde a* Varrone ling. 9, 93. *cf. Neue-Wagener l. c. p. 332 sqq. ex gramm. doctrina*: Varro ling. 10, 33 accedunt ad has species a copulis divisionum quadrinis: ab infecti et perfecti, -o edo, ēmi edi *eqs.* Char. gramm. p. 320, 10 B. sexta forma est qua perfecto prima syllaba ex correpta producitur, velut . . . -o, -is, ēmi (Prisc. gramm. III 527, 29. *cf.* Prisc. gramm. II 528, 11). *inter verba activa coniug. tertiae adnumerat* Char. gramm. p. 477, 4 B. *inf. perf. act. pro praes.*: Cato agr. 5, 4 Liv. 39, 17, 3. *et al.*

de ***notione*****:** Gloss.: -o *ἀγοράζω, ὠνοῦμαι.* -pta vendita: -it enim qui vendit. Gloss. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A *ἐξ ἔμπτο. ἡ τοῦ ἀγοραστοῦ ἀπαιτοῦσα τὸ πραθὲν πρᾶγμα* (*sc. ἀγωγή*). *ἔμπτα ἐνβεδίτα ἐνερεδιτάτης* (*l. ἔμπταε βενδίταε νερεδιτάτης*). *al.* Pavl. Fest. p. 4 -ere . . . antiqui dicebant pro accipere (p. 270. *cf.* p. 76. *desunt nobis exempla certa; vix recte Skutsch, Kl. Schr. p. 145. 206. cf. et infra l. 55*). Synon. Cic. Char. gramm. p. 423, 27 B. -it. coemit. mercatur. parat. conparat. commercatur. nundinatur. negotiatur. adipiscitur. consequitur. cupit. sectatur. adpetit. adfectat. desiderat. concupiscit (Adnot. Lucan. 4, 374. *aliter* Vlp. dig. 32, 47, 1 inter -ptum et paratum quid interest, . . . in -pto paratum inesse, in parato non continuo -ptum contineri. 32, 49, 3. *cf. infra p. 517, 31. 37*). Pavl. dig. 18, 1, 1, 1 ut aliud est vendere, aliud -ere, alius emptor *eqs.* Avg. serm. 167, 1, 3 p. 910 $^{p. med.}$ das et accipis, aliquid amittis, aliquid acquiris; hoc est -ere *eqs.* Ps. Primas. in Gal. p. 591^{B} qui -it, alienum -it: qui autem redimit id -it proprie quod suum fuit et suum esse desivit (Isid. diff. 1, 189. *cf.* Rvfin. Adamant. 1, 27). *inter* verba quae praepositionibus additis aliam significationem habent *enumerat* Char. gramm. p. 470, 1 B. Not. Tir. 26, 88 -it. 26, 92 ēmit. *respondent in Graecis*: *ἀγοράζειν: p. 512, 80. 83. 513, 42 al. ποιεῖν: p. 516, 34. legitur inde a* Carm. Sal.? (*v. infra l. 55*), Ennio (*v. p. 514, 12*), Plavto *per totam latinitatem.*

[*loci corrupti vel inc. interpr.*: Carm. Sal. (Varro ling. 7, 27) 1 M. divum† -pta cante, divum deo supplicante (-pta *pro n. pl.* *'capta' explicat Fay, AJPh. 35, 1914, 255*). Lvcil. 256. Varro ling. 5, 15 id -it ([i] demit *Madvig*). Sen. contr. 2, 5, 17. *ex coni.*: Plavt. Epid. 608 Most. 1160 Cic. Tull. 14 Att. 9, 13, 6 Manil. 4, 132 *v. p. 514, 34.* Sen. suas. 7, 3 Sil. 16, 625 Vlp. reg. 20, 4 Lampr. Alex. 21, 9. *falso trad.*: Varro rust. 3, 7, 11 -issem (*pro* et misissem). Bvc. Eins. 1, 12. Apvl. met. 3, 27 (*pro* temere). Comm. instr. *v. supra l. 18.*]

I ***sensu stricto:*** *constitutum pretium solvendo* ***merces, venalia*** *sim. sibi* ***comparare,*** *i. q.* ***mercari*** (*accedit hic illic ad notionem conducendi, v. e. g. p. 512, 27. 513, 74. 514, 63 al. et cf.* Gaivs inst. 3, 145 *sq. constat pretium in re, non in pecunia numerata, p. 513, 35.* Mart. 10, 3, 3. *al.; cf.* Pavl. dig. 18, 1, 1, 1 *et p. 512, 9. v.* emptio *1 a. ludit c. notione dominii quod quis -endo accipit* Mart. 1, 29, 4. 2, 20, 1. *Ictorum exempla plurima omisi; v. V. i. R., indd. ad Codd. Theod. et Iust.*): **A** ***absolute*** (*aut suppl. obi.; cf. etiam p. 513, 50. 514, 46. 47 sq.*): Plavt. Aul. 377 nihil est qui -am. Capt. 179 roga -ptum (Ivlian. dig. 18, 1, 41 pr. *cf.* Ov. ars 1, 424). Merc. 456 prius tu -is quam vendo. Persa 587 fac pretium. :: tua mers est, tua indicatiost . . . :: vin bene -ere? :: vin tu pulchre vendere? (Petron. 75, 9 bene -o, bene vendo. *cf.* Mim. inc. Aug. trin. 13, 3, 6 [frg. 12 Ribb.] vili vultis -ere et caro vendere). *al.* Ter. Haut. 611 respondeo 'non -o'. *al.* Lex agr. (Corp. I² 585) 23 (*a. 111 a. Chr.*) queive ab emptore eius ēmit -eritve. Varro rust. 2, 8, 3 stipulamur . . . in -endo (3, 16, 19. *et al.*). Cic. Verr. II 3, 88 si erat Heraclio ab senatu mandatum ut -ret, -isset: si non erat, qui poterat sua sponte pecuniam numerare? II 3, 148 potestatem -endi (Colvm. 7, 12, 6. *et al.*). II 4, 10 concede ut *Verres* impune -erit, modo ut [in] bona ratione -erit, nihil pro potestate, nihil ab invito, nihil per iniuriam (leg. agr. 1, 14). leg. agr. 2, 65 hanc . . . -endi et vendendi quaestuosissimam . . . mercaturam (*cf.* Tusc. 5, 9 Svlp. Sev. chron. 1, 23, 5). Att. 14, 13, 5 Quintus . . . de -endo nihil curat (*opp.* de venditione). *al.* Caes. Gall. 2, 33, 7. Sall. Iug. 18, 5 ab Hispanis -endi aut mutandi copia erat (Plin. paneg. 50, 7). Sen. contr. 10, 5, 8 utinam . . . auctionem cum exceptione fecisses: ne quis Atheniensis -ret (*cf.* Plin. nat. 33, 148). Qvint. decl. 250 p. 25, 28 ius -endi (Vlp. reg. 19, 5 commercium est -endi vendendique invicem ius). Vlp. dig. 6, 2, 7, 11 (*ex edicto*) praetor ait: 'qui bona fide ēmit'. 17, 2, 52, 11 si qui societatem ad -endum coierint (17, 2, 69). Pavl. dig. 18, 1, 1 pr. origo -endi vendendique a permutationibus coepit. Tert. cult. fem. 2, 9 p. 727 Oe. (*cf.* Vvlg. I Cor. 7, 30) praeterit . . . habitus mundi huius. et qui -unt, sic agant, quasi non possidentes (*cf.* Vvlg. Ezech. 7, 12). *et saepe. proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichwörter p. 124*): Plavt. Persa 273 -ere oportet, quem tibi oboedire velis (*cf.* Trin. 1061). Cic. Verr. II 4, 12 profecto hinc natum est: 'malo ⌊-ere⌋ (⌊ ⌋ *codd. recc., v. adn.*) quam rogare' (*cf.* Sen. benef. 2, 1, 4 Apvl. Hor. 16 p. 69). de orat. 2, 286 ut -as . . . si uti velis. Rvfin. Adamant. 1, 27 non venit ad te antiquum proverbium quia 'qui vendit et qui -it fratres sunt'? (*gr. ὁ πωλῶν καὶ ὁ ἀγοράζων ἀδελφοί εἰσιν*).

B *c. obi.* (*obi. est enunt. fin. p. 513, 69*): **1** *sensu iuridicali*: **a** *in universum*: **α** *homines* (*per imag. infra l. 73 sqq.* [*ap. Christ. fere i. q. redimere infra l. 78 sqq.*]): Plavt. Capt. 34 ēmit hosc' (*captivos*) de (e *plerique edd., at v. Lindsay, comm. ad l.*) praeda ambos de quaestoribus (111. 453. *cf.* Epid. 64. 621 Liv. 32, 26, 6). 274 (*c. lusu verborum*) Thalem talento non -am Milesium (*sim. iocose* Cas. 538 non ecastor vilis -ptu'st [*sc. meus vicinus*] modius qui venit salis). 455 dubitavi, hos homines -rem an non -rem diu (Varro ling. 9, 93. Cic. Sest. 84 homines . . . -isti coegisti parasti. 134 ex ergastulis. Planc. 62. Call. dig. 48, 15, 6, 2 [*lex Fabia*] qui hominem ingenuum . . . -erit sciens dolo malo. *et al.*). Curc. 343 de illo ēmi virginem triginta minis, vestem, aurum (433 Vlp. dig. 18, 1, 11, 1. *al.*). 382 puerum (Cato or. frg. 3, 1 duos pueros in foro de mensa. Cic. Phil. 2, 45 Mart. 2, 44, 1. *al.* Vlp. dig. 18, 1, 11, 1. *et al.*). 528 minis . . . decem puellam parvolam (Rud. 59 Vitr. 8, 3, 25; *aliter v. p. 514, 62*). 617 quis tibi hanc (*sc. ancillam*) dedit mancupio? aut unde -isti? (Persa 584. 597 ne temere hanc te -isse dicas me impulsore aut inlice [*A*; de suasu atque inpulsu meo *P*]. 713 non -isti hanc, verum fecisti lucri [*cf.* 626]. *al.*). Epid. 48 mandavit mihi ab lenone ut fidicina . . . -retur sibi (90. *al. cf.* 373 *fidicina*, nummo conducta quae sit, quae se -ptam simulet). Epid. 51 quid istanc quam ēmit, quanti eam ēmit? :: vili :: . . . quot minis? :: tot: quadraginta minis. 131 *ancillam* (Merc. 413 -ero matri tuae ancillam viraginem aliquam. *al.* Ter. Phorm. 511. 665. *al.* Sen. contr. 1, 2, 7 ancillae ex lupanaribus sacerdoti non -untur. *et al.*). Epid. 295 quanti -i potest minimo? :: illane? ad quadraginta fortasse eam posse -i minimo minis ([*Bentley*; minas *cod.*]. Merc. 490. *al.* Ter. Ad. 191. *al.*). Epid. 471 estne -pta mihi istis legibus? 704 fateor . . . eo argento . . . me -isse amicam fili . . . pro tua filia (Merc. 545 Most. 23. *al.* Ter. Ad. 800. Q. Cic. pet. 8 quo . . . in magistratu amicam de machinis ēmit. *cf.* Plavt. Merc. 500 [*de amica*] mercimonium). Merc. 615 cui est -pta? Poen. 842 pretiis -ptos maximis . . . servos (Varro ling. 8, 6. Cic. Sest. 95 servos ad caedem idoneos ēmit. Liv. 22, 61, 2 servos ad militiam -endos armandosque. 25, 6, 22. 34, 6, 12. *al.* Val. Max. 7, 6, 1 publice. *et saepe. cf.* Vlp. dig. 4, 4, 11, 4 [*de servo*] -endo sibi rem pernecessariam, licet mortalem). *al.* (*v. Lodge, Lex. Plaut. s. v.*). Ter. Eun. 982. *al.* Cato mor. frg. 2 *v. p. 513, 7.* Cic. Cluent. 47 Diogenem ([*al.*]. 176 Stratonem. Svet. gramm. 3. 13. *cf.* Pomp. dig. 34, 2, 10 'Stichum'. Gaivs inst. 4, 59. *al.*). Sull. 54 gladiatores -ptos . . . ad caedem (55. off. 2, 58 rei publicae causa. *cf.* Att. 4, 4^{b}, 5). ad Q. fr. 2, 4, 5 familiam a Catone (Qvint. decl. 269 p. 100, 21). Hor. sat. 2, 7, 43. epist. 2, 2, 18 prudens -isti vitiosum (*servum*). Liv. 22, 57, 11. *al.* Sen. contr. 1, 6, 5 -ptis . . . mancipiis (Sen. dial. 2, 13, 4. Tab. cer. [Bruns fontes⁷ 134] A 6 [*a. 61*] *in emptione imaginaria fiduciae causa contracta*: ea . . . mancipia singula sestertis nu⟨mmis sin⟩gulis . . . emit ob seste⟨rtios . . et⟩ mancipio accepit). Mart. 11, 70, 1 Tac. Agr. 39. *al.* Itala lev. 22, 11 (Aug. loc. hept. 3, 52 p. 580, 1) si . . . sacerdos possederit animam -ptam pecunia (*ψυχὴν ἐγκτητον ἀργυρίου*. Vvlg. quem . . . -erit). *et talia saepe. in* ***adoptione***: Svet. Aug. 64, 1 Gaium et L. adoptavit domi per assem. et libram -ptos a patre Agrippa. *in coemptione* (*cf. l. 75*): Gaivs inst. 1, 113 adhibitis . . . v testibus . . . item libripende, -it ⌊vir⌋ (⌊ ⌋ *Seckel-Kuebler*; eum *V*) mulierem, cuius in manum convenit.

in imag.: virum dote (*ap. poetas*): Verg. georg. 1, 31 te (*Octavianum*) . . . sibi generum Tethys -at omnibus undis (Serv. *ad l.* quod . . . ait '-at' ad antiquum pertinet ritum, quo se maritus et uxor invicem coemebant, sicut habemus in iure). Ov. met. 8, 54 qua dote . . . vellet -i (*Minos*), tantum patrias ne posceret arces. *ap. Christ. de iis, quos Christus morte sua redemit*: Itala apoc. 5, 9 (Cypr. testim. 2, 15 p. 81, 21) -isti (red- *Mv*) nos de sanguine tuo ex omni tribu *eqs.* (*ἠγόρασας*. Vvlg. redemisti nos deo in sanguine tuo). Vvlg. I Cor. 6, 20 membra vestra templum sunt spiritus sancti . . . et non estis vestri. -pti . . . estis pretio magno (7, 23. *cf.* II Petr. 2, 1 eum, qui ēmit eos, dominum negant [*gr. ubique ἀγοράζειν*]). *inde*: Tert. pudic. 16 p. 253, 25 adv. Marc. 5, 7 p. 593, 24. *al.* Optat.

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 11 p. 98, 7 Avg. in psalm. 147, 16 p. 1925[init.] *et al.* *cf. et* emptio *p. 536, 4.* emptor *p. 537, 27.*

β pecudes: Plavt. Persa 262 boves quos -rem, non erant (Varro rust. 1, 20, 1. *al.* Inscr. [17. Ber. d. Röm. Germ. Komm. 1929] p. 213 n. 372 [*a. 116*] Gargilius Secundus n(ummis) cxv a Stelo ... r(ite) ita uti l(iceat habere) bovem ēmi *eqs.*). Cato mor. frg. 2 equos carius quam coquos -bant ([*hinc* Plin. nat. 9, 67]. *cf.* Avg. in psalm. 143, 10 p. 1863[init.]). *et talia saepe.*

γ res: Ⓘ *aedes, agros sim. (fructus agrorum infra l. 22. 34; cf. et p. 514, 29)*: Plavt. Most. 638 aedes (670 de vicino ... tuos ēmit aedis filius. :: bonan fide? :: siquidem tu argentum reddituru's, tum bona, si redditurus non es, non ēmit bona. Trin. 124 *sq. al.* Varro rust. 3, 2, 7 Seianas. Cic. dom. 116. *et al.*). Cato agr. cap. 1 quo modo agrum -i pararique oporteat (*al.* Lex agr. [Corp. I² 585] 45 [*a. 111 a. Chr.*]. 57 ⟨ei eum agrum lo⟩cum neive -ptum neive adsignatum esse neive fuise iudicato. 65. 66 HS n(ummo) I -ptus esto. Cic. leg. agr. 1, 2. 14 Att. 1, 19, 4. *saepe.* Hor. epist. 2, 2, 165 modo isto [*sc. usu*] paulatim mercaris agrum, fortasse trecentis aut etiam supra nummorum milibus -ptum. Pavl. Fest. p. 58 censui censendo agri proprie appellantur, qui et -i et venire iure civili possunt. *et al.*). Cato agr. 1, 1 *praedium* ne cupide -as (Cic. epist. 13, 8, 2 a Caesare de bonis Plotianis. *et al.*). 145, 1 oleam (146, 1 *pendentem*). Corp. I² 680 (*a. 99 a. Chr.*) mag(istrateis) ... loc(a) privat(a) de stipe Dian(ae) -endum ⟨et faci⟩endum coeraver⟨e⟩ ([*v. adn.*]. I² 1471. *al. v. infra l. 51*). Lex Tarent. (Corp. I² 590) 30 (*aetatis Ciceronianae*) seive quis eorum aedificium -erit mancupiove acceperit (S. C. de aedif. [Corp. X 1401] 11 [*a. 44—56*] negotiandi causa. *cf.* Cic. Att. 1, 14, 7). Varro rust. 1, 1, 2 fundum (3, 3, 8 Tusculanum. *al.* Cic. off. 2, 84. *al.* Cic. fil. Cic. epist. 16, 21, 7. Nep. Att. 9, 5 secunda fortuna ... in diem. Colvm. 1, 2, 2. Nerat. dig. 21, 2, 48 cum fundus 'uti optimus maximusque est' -ptus est. Gaivs inst. 4, 117 litigiosum sciens a non possidente. *et saepe. cf.* Vlp. reg. 24, 19 [*form.*]). Varro rust. 3, 1, 8 conductos aut -ptos habent saltus. *al.* Cic. Verr. II 3, 31 non se decumas -isse, sed bona fortunasque aratorum (II 3, 76. 84 decumas tritici medimnis dc. *saepe*). leg. agr. 2, 71 harenam aliquam aut paludes. dom. 115 ēmit domum licitatoribus (*Pantagathus*; litiga- *codd.*) defatigatis prope dimidio carius quam aestimabat⟨ur⟩ (Att. 1, 6, 1. 1, 13, 6. *al.* Sall. [?] in Tull. 3 Plin. nat. 36, 103 Mart. 3, 52, 1. *et al.*). off. 3, 58 hortulos (*cf.* Mart. 5, 62, 8 Plin. paneg. 50). Att. 10, 5, 3 HS l ... de Canuleio deversorium (epist. 7, 23, 3). *al.* R. Gest. div. Aug. 4, 21 theatrum ... in solo magna ex parte a p⟨r⟩i⟨v⟩atis -pto feci ([ἐπὶ ἐδάφους ... ἀγορασθέντος]. Plin. nat. 36, 103). Liv. 39, 44, 7 separatim Flaccus molem ad Neptunias aquas, ut iter populo esset, et viam per Formianum montem, Cato atria duo ... in lautumiis et quattuor tabernas in publicum ēmit (44, 16, 10. Plin. nat. 29, 12 publice). Petron. 57, 6 glebulas ēmi, lamellulas paravi. *et sim. al.* *in titulis sepulcralibus locum, monumentum sim.*: Corp. I² 1319 C. Hostius C. l. Pamphilus medicus hoc monumentum ēmit sibi et Nelpiae M. l. Hymnini et liberteis et libertabus omnibus postereisque eorum. 1405 ēmit aedificavit sibi et suis. Inscr. christ. Diehl 3739 E Lucia se viva locum sibi ēmit. *et sim. passim* (*v. Inscr. christ. Diehl capp. XXV et XXVI*).

Ⓘ *bona, nomina sim.*: Cic. Quinct. 76 -isti bona Sex. Alfeni L. Sulla dictatore vendente (S. Rosc. 6 Gaivs inst. 2, 98. *al.*). Ivlian. dig. 18, 4, 19 si Titius tibi decem sub condicione debeat et ego abs te nomen eius -am (Vlp. dig. 18, 4, 17. *al.*). Gaivs dig. 16, 1, 13 pr. si hereditatem -erit et aes alienum hereditarium in se transcribat (inst. 2, 257. *al. cf.* Scaev. dig. 44, 4, 17, 2).

Ⓘ *ius aut collegium adeundi (l. 60 sqq.) aut aliquid faciendi, possidendi (infra l. 66 sqq.)*: Cic. Verr. II 3, 184 noli hos *scribas* colligere, qui nummulis corrogatis..., cum decuriam -erunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt (Fast. cos. colleg. sepulcr. a. u. c. 754 [Corp. I² p. 69] *quater* [*cf. Schieß, Die röm. collegia funeraticia, München 1888, p. 72*]). Scaev. dig. 32, 35 pr. patronus liberto statim tribum -i petierat. Tac. hist. 5, 12 per avaritiam Claudianorum temporum -pto iure muniendi struxere muros *Iudaei* (Iavol. dig. 8, 1, 20 *viam* aut aliquid ius fundi. Corp. VI 10298, 14 [*s. I*] nisi in duabus lacunis p(opuli) R(omani) ius -et). Ivlian. dig. 8, 5, 16 si a te -ero, ut mihi liceat ... in aedes tuas stillicidium immittere. Pompon. dig. 19, 1, 3, 2 si iter actum viam (*v. l. 67*) aquae ductum per tuum fundum -ero, vacuae possessionis traditio nulla est. 21, 1, 48, 6 usum fructum in homine (Vlp. dig. 7, 4, 29, 1. *al.*). Lex met. Vipasc. frg. Bruns fontes⁷ 113, 22 partes puteorum, quas *coloni* a fisco -erint. *ibid.* 23.

b *speciatim in formulis: mancipationis*: Gaivs inst. 1, 119 hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio isque mihi -ptus esto hoc aere aeneaque libra (-ptus esto Gaivs *ubique in hac form.*, est Boeth. in top. Cic. 3 p. 322, 11 *et* Pavl., *v. l. 79*). 2, 104. 3, 167. Pavl. frg. Vat. 50 *fundus* -ptus mihi est pretio, deducto usu fructu ex kal. illis. *emptionis*: Varro rust. 2, 2, 5 de reliquo antiqua fere formula utuntur. cum emptor dixit 'tanti sunt mi -ptae (*sc. oves*)?' et ille respondit 'sunt', .. emptor stipulatur. Ivlian. dig. 18, 1, 41 pr. si ... emptor interrogaverit: 'erit mihi fundus -ptus ita, ut eum intra kalendas Iulias liberes' (*cf.* Scaev. dig. 19, 1, 48 vendidit ita: 'fundus Sempronianus, quidquid Sempronii iuris fuit, erit tibi -ptus tot nummis'. Vlp. dig. 18, 1, 7, 2. 18, 1, 37 Pavl. dig. 18, 2, 1). Gaivs dig. 18, 1, 35, 1 illud constat imperfectum esse negotium, cum -ere volenti sic venditor dicit: 'quanti velis, quanti aequum putaveris, quanti aestimaveris, habebis -ptum'. Vlp. dig. 18, 1, 7, 1. 18, 4, 11 hoc modo admittitur esse venditionem: 'si qua sit hereditas, est tibi -pta'. Pavl. dig. 18, 1, 34, 6. 18, 6, 8, 1.

2 *ita ut notio iuris non praevaleat (fere de rebus; in re amatoria de puellis infra l. 62)*: a *quaecumque veneunt*: *α merces cuiuscumque generis* ([*necnon fabulas l. 23*]. *v. et l. 36.* *-unt nummi l. 19*): Enn. frg. var. 39 Surrenti elopem fac -as, glaucumque aput Cumas. Plavt. Amph. 2 in vostris ... mercimoniis -undis vendundisque (*aliter p. 512, 49*). Aul. 385 tusculum ... et ... coronas floreas. Cas. 241. 493. Curc. 34 nemo ... votat quin quod palam est venale, si argentum est, -as. Merc. 87 merces (Hor. ars 419 Ov. am. 1, 14, 48. *al.*). Mil. 687 lanam (*cf.* Varro ling. 9, 39). Most. 821 eo pretio *postes* -pti fuerant olim. :: audin 'fuerant' dicere? Persa 685 quid ei nummi sciunt? :: cruminam ... -ere. Pseud. 301 -e (*AP*; -ito *Festus*) die caeca ... olivom, id vendito oculata die: iam ... ducentae fieri possunt praesentes minae (*v. Fraenkel, Glotta 7, 1916, 35*). 1188. *al.* (*v. Lodge, Lex. Plaut. s. v.*). Ter. Eun. 20 Menandri Eunuchum ... aediles -erunt (*cf.* Hec. 57 pretio -ptas *fabulas* meo [*cf.* Don. *ad l.*]. Ov. trist. 2, 508. 510). Lvcil. 441 ostrea. Cato agr. cap. 144 quem ad modum tunicas ceterasque res et ubi -as (Cic. Verr. II 4, 36. *et passim*). agr. 21, 5. 22, 3 trapetus -ptus est in Suessano HS cccc et olei pl (*cf. ibid.* ornatus). *al.* ad fil. frg. 10 -as non quod opus est, sed quod necesse est ([*cf. Plut. Cato 4, 6*]. Cic. Att. 12, 23, 3). Varro rust. 1, 22, 1. *al.* Cic. div. in Caec. 32 -ptum est ex senatus consulto frumentum ab Siculis (Verr. II 3, 12. *passim. cf.* Caes. Gall. 1, 16, 6. Lvcan. 4, 95 toto censu non ... exiguam Cererem). *al.* Nep. frg. 10 dibapha Tyria, quae in libras denariis mille non poterat -i. Ov. ars 3, 165 femina ... densissima crinibus -ptis (*cf.* Mart. 6, 12, 1). Manil. 4, 132 -ere (gemere *cod., corr. Regiomont.*) et varias in quaestum vendere vestes (*i. fere* '*negotiari vestibus*'). *et talia passim.* *item iactum retis (pro piscibus capiendis) sim.*: Val. Max. 4, 1 ext. 7 a piscatoribus ... everriculum trahentibus quidam iactum -erat (Cels. dig. 19, 1, 12). *ibid.* fortunam ductus (Apvl. apol. 31). Svet. rhet. 25 bolum. Pompon. dig. 18, 1, 8, 1 quasi alea -itur. quod fit, cum captum (captus *dett.*) piscium vel avium vel missilium -itur. *et al.*

in inscr. instrumenti domestici: in lucernis: Corp. VIII 22642, 4 -ite lucernas colatas ab asse (5 -e *eqs.* XIII 10001, 19. *cf.* VIII 22642, 6—10. *adn.*: '*colatas lucernas dici putant a colare scilicet mundas nitidasque ... easque inde ab asse ... apud venditorem prostare*'. *cf.* VIII 22642, 1 ab assene lucernas venales). VIII 22642, 17 qui fecerit vivat et qui -erit. 22643, 1 XV 6232. 6752. *in ponderibus plumbeis Pompeianis*: Corp. X 8067, 5 -e habebis (*ter*). *in vasis*: Corp. XII 5686, 328 -e (XIII 10017, 29). XIII 10017, 39 a adulter † quinio (Quinto?) sum -tus. *ibid.* Callistus ēmi. *in poculis*: Corp. XIII 10018, 72 -o. 73. 74. 75 -e me da. 76. 77.

β amorem venalem: Plavt. Most. 286 amator meretricis mores sibi -it auro et purpura (*vers. secl. Ritschl, Leo*). Poen. 274 quoius *mulieris* nebulai cyatho septem noctes non -am (Prop. 2, 20, 25 Val. Max. 9, 1, 7 Mart. 9, 2, 7. Vir. ill. 86, 2 *Cleopatra* tantae libidinis fuit, ut saepe prostiterit, tantae pulchritudinis, ut multi noctem illius morte -erint [*Schott*; -rent *A*]). Prop. 3, 13, 34 his ... blanditiis ... puellae oscula ... -pta dedere viris. 4, 5, 33 ubi amplexu venerem promiseris -pto (*cf.* Ov. am. 1, 10, 34). Ov. epist. 5, 144 turpiter ingenuum munera corpus -unt. Liv. 27, 31, 7. Porph. Hor. carm. 3, 6, 32 adulteria (Schol. Iuv. 3, 136). Avson. 90, 4 quantum deprensi (*moechi*) damna pudoris -ent. Val. Cem. hom. 20, 8 p. 755[A] corruptionem *corporis.* *de puellis (aliter p. 512, 33; at cf. p. 512, 47 sqq.)*: Prop. 1, 9, 4 tibi ... quaevis imperat -pta modo. Ov. am. 1, 8, 34 si te non -ptam vellet, -endus erat. Stat. silv. 1, 6, 67 intrant *in amphitheatro* faciles -i puellae.

b *per similitudinem de rebus (corp. et incorp.) quae per se -i non possunt*: Plavt. Asin. 198 diem, aquam, solem, lunam, noctem, haec argento non -o: cetera quae volumus uti Graeca mercamur fide (Sen. nat. 4[b], 13, 3 nobis dolet, quod spiritum, quod solem -ere non possumus, quod hic aer etiam delicatis ... ex facili nec -ptus venit). Cas. 347 non ego istud verbum -psim tittibilicio ([-psi cum tittibilicio *codd. Pauli p. 366*; emisim [*vel* emissum] tit tibi stalitio *codd. Plaut., v. p. 511, 16*]. Most. 298 bene -ptum tibi dare hoc verbum volo). Mil. 316 non ego ⌊tuam -psim vitam⌋ vitiosa nuce ([⌊ ⌋ *Lindemann*; mutuam ea ipsi tui tam *codd., v. p. 511, 17*]. Sen. suas. 7, 3. *aliter v. p. 515, 53*). Ter. Ad. 219 ego spem (*aliter p. 515, 29*) pretio non -o. Cic. fin. 2, 42 quasi ... -endum eis sit, quod addant ad virtutem, ... vilissimas res addunt. Sen. contr. exc. 3, 1 res publica debilitatem consolatur (*sc. dando mille denarios caeco*), non -it. epist. 27, 8 bona mens nec commodatur nec -itur *eqs.* at mala cotidie -itur. Mart. 5, 58, 6 cras istud quanti ... possit -i? Ps. Qvint. decl. 9, 16. Tac. Agr. 31 nata servituti mancipia semel veneunt atque ultro a dominis aluntur: Britannia servitutem suam cotidie -it, cotidie pascit. Vvlg. prov. 17, 16. *et al.*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *sensu latiore: i. q. quodvis quovis pretio dato sibi adquirere* (*sive pecunia expensa sive opera, labore impertito sive [rarius] merito, virtute sim.* [*per meram transl. infra l. 46. p. 516, 4*]): **A** *c. nudo obi.*: **1** *homines*: **a** *fere i. q. aliquem sibi obligare*: PLAVT. Asin. 72 neque puduit eum ... beneficiis me -ere gnatum suom sibi (*cf.* Bacch. 919 quasi ducentis Philippis ēmi filium). Asin. 673 fer amanti ero salutem, redime istoc beneficio te ab hoc, et tibi -e hunc isto argento. Persa 35 -ere amicum tibi me potis es (PVBLIL. A 53). Trin. 1056 talento inimicum mi ēmi, amicum vendidi. LVCAN. 9, 1021 tanto te pignore (*i. morte Pompei*), Caesar, ēmimus, hoc tecum percussum est sanguine foedus. TAC. hist. 2, 71 *Vitellius* luxu (*dat.*) et saginae mancipatus -ptusque (*fere i. q.* '*deditus et obnoxius*', *Heraeus ad l.*).

b *in malam partem: favorem, operam alicuius argento, muneribus impetrare, saepius fere i. q. corrumpere* ('*sententias*' *hominum infra l. 20,* '*linguam*' *hominis loco infra l. 28;* '*spem mortis*' *pro eo, cuius mors speratur infra l. 29,* '*libertatem civium*' *pro ipsis civibus infra l. 32*): CIC. Verr. II 3, 145 vicisse Verrem, -ptos habere iudices, alium HS ↀↀↀↀ, alium HS ɔ, quem minimo, ↀↀↀ! (Att. 1, 16, 10. *cf.* Cluent. 102 sententias *iudicum*. Att. 1, 18, 3 -pto constupratoque iudicio). Flacc. 83 quid -bat, cum te -bat? ut ad se transires? p. red. in sen. 29 -ptus intercessor. p. red. ad Quir. 13 consules -pti pactione provinciarum (Planc. 86 consules ... -pti [*Gulielmius*; -ptis *ω*] provinciis a senatu ... defecerant). Sest. 72. 74. 87 *tribunos* ad impediendum (Pis. 35 praeter ... duos de lapide -ptos tribunos [*cf.* ASCON. Pis. p. 17, 23 St. de lapide -ptos ait, quia mercede id faciebant]. LIV. 4, 13, 9). Att. 10, 1, 2. 16, 15, 1. Ov. am. 1, 10, 39 turpe reos -pta ... defendere lingua (*v. supra l. 16*). ars 2, 271 turpiter his *donis* -itur spes (*aliter p. 514, 77*) mortis (*v. l. 16*) et orba senectus. 3, 652 cum minimo custos munere possit -i. LIV. 4, 15, 6 Spurium Maelium ... bilibris farris sperasse libertatem (*aliter v. infra l. 70*) se civium suorum -isse *eqs.* 36, 11, 8. *al.* SEN. epist. 94, 62. CVRT. 4, 1, 12 talentis mille ... percussorem in me. LVCAN. 1, 314 clientes. PERS. 2, 30 qua ... mercede deorum -eris auriculas? pulmone et lactibus unctis ([*v.* SCHOL. *ad l.*]. *cf.* ARNOB. nat. 7, 12 p. 246, 16). PETRON. 119 vs. 39 -pti ... Quirites (*syn.* venalis populus). 122 vs. 165 mercedibus -ptae ac viles operae (*cf.* PANEG. 11 [3], 19, 1). TAC. hist. 1, 5 accessit Galbae vox ... legi a se militem, non -i ([*sim.* SVET. Galba 16, 1. *an ad I B 1 a α, p. 512, 21 sqq.?*]. *cf.* 4, 57. FLOR. epit. 3, 1, 9 exercitus [*ibid.* corrupit]). ann. 13, 5 ad causam orandam mercede aut donis (*cf.* PLIN. epist. 5, 9, 4 et venire advocationes et -i). *al.* HEGES. 1, 1, 8 trecenta *talenta* adnumeravit Antiocho, ut obsidionem relinqueret, pretio -ptus abiret (*cf. gr. 1, 61 πείσας τριακοσίοις ταλάντοις*). *et al.*

c *notione -endi abolita fere i. q. sibi conciliare*: BOETH. cons. 3, 12, 43 donamus comitem (*i. Eurydicen*) viro -ptam carmine coniugem.

2 *res*: **a** *-endi notione aut plane aut aliquatenus servata*: *α argento, donis sim. aliquid adipisci*: Ⓘ *operas sim.*: PLAVT. Epid. 120 operam Epidici ... me -ere pretio pretioso velim (CIC. off. 1, 150 sordidi quaestus *sunt* mercennariorum, ... quorum operae, non quorum artes -untur). SEN. benef. 6, 15, 2 -is a medico rem inaestimabilem, vitam (*aliter p. 514, 74*) ac bonam valetudinem, a ... praeceptore studia liberalia *eqs.*; ... his non rei pretium, sed operae solvitur (*cf.* 6, 16, 4). Ⓘⓘ *res tales quae alioqui non pretio, sed virtute (sim.) fere comparantur, unde in malam partem -i dicuntur* (*munera v. infra l. 76 sqq.*): PLAVT. Poen. 587 lites (SIDON. epist. 5, 7, 2). CIC. Verr. I 8 *Verrem* tempus (*cf. p. 516, 20*) ipsum -isse iudicii sui, quo cetera facilius -ere ... posset (PS. ASCON. *ad l.* p. 208, 1 St. id est dilationem temporis impetrasse). II 3, 144 desinat ea se putare -ere, quae ipse semper habuit venalia, fidem, iusiurandum, veritatem, officium, religionem (CLAVD. 8, 501). Sest. 115 plausus. prov. 4 pro -pta pace (LIV. 42, 62, 14. LVCAN. 10, 107 pax [*i. gratia*] ubi parta ducis [*Dorvillius*, duci *codd.*] donisque ingentibus -pta est. PLIN. nat. 33, 14. *et al.*; *cf. p. 516, 25*). Pis. 31 proficiscebamini *consules* ... in provincias vel -ptas vel ereptas. Mil. 14 -pta intercessione. SALL. Iug. 8, 2 *de amicitia*: periculose a paucis -i quod multorum esset (*cf.* VAL. MAX. 4, 3 ext. 3). LIV. 1, 12, 4 arcem ... scelere -ptam Sabini habent. perioch. 5. VAL. MAX. 6, 4 ext. 1 libertatem (IVV. 6, 140). 9, 6, 4 victoriam ... non meruit *Caepio*, sed ēmit (SALV. ecl. 3, 63). SEN. Ag. 447 -pto redditum corpus *Hectoris* rogo. LVCAN. 3, 57 *metum*. 4, 824 PLIN. nat. 14, 140. MART. 1, 66, 14 silentium (HIL. in Matth. 33, 9 p. 1076^{B}). TAC. Agr. 42. *al.* PLIN. epist. 2, 11, 8. HIL. in Matth. 32, 5 p. 1071^{C} *sacerdotes* sanguinem *Christi*. AVG. civ. 21, 27 p. 546, 7 D. licentiam malefactorum *a Christo*. *et al.* *munera*: CIC. Verr. II 1, 100 *praeturam*. II 2, 124 ad istum (*Verrem*) -ptum venerunt illum locum senatorium non solum veteres, verum etiam novi. II 2, 137 fatebere, abs te haec petita esse — nam -pta non audebis dicere —, te eos magistratus hominibus beneficii, non rei publicae causa permisisse? (II 2, 139). SALL. or. Phil. 7 nunc est *Lepidus* pro consule cum imperio, non -pto, sed dato a vobis. LIV. perioch. 69 C. Marius, ... qui sextum consulatum pecunia per tribus sparsa -erat (ASCON. Scaur. p. 23, 4 St. *cf.* PANEG. 11 [3], 18, 5 nec sane mihi gratuito consul factus viderer, si honorem precibus -issem. AVSON. 419, 15). COD. Theod. 12, 1, 25 (*a. 338*) -ptae dignitatis obtentu (12, 1, 87 [*a. 381*]). *et al.*

β per meram translationem: laboribus consumptis sim. aliquid impetrare (*coniunctum* accipere *infra l. 24*): CIC. ad Q. fr. 3, 8, 1 quid ... erat, quod discessu nostro -endum putaremus? VERG. Aen. 9, 204 animus ... qui vita bene credat -i ... honorem (*aliter supra l. 1*). HOR. epist. 1, 2, 55 nocet -pta dolore voluptas (MANIL. 5, 113 turpis ... -itur vel morte voluptas. *cf.* SEN. dial. 7, 14, 3). 1, 18, 48 cenes ut pariter pulmenta laboribus -pta. Ov. am. 2, 10, 32 miles ... aeternum sanguine nomen -at (BOETH. cons. 4, 6, 148). MANIL. 4, 10 luxuriam ... lucris -imus, luxuque rapinas (*cf. Housman ad l.*). SEN. suas. 7, 10. VAL. MAX. 5, 4 ext. 2 patri tuo sepulturam voluntariis vinculis -ere non dubitasti. 6, 1, 10. 7, 2 ext. 17 ut ... maximo beneficio (*i. dimittendo legiones inviolatas*) gratia hostium -retur. 9, 13, 3. SEN. Ag. 170 cruore ventos ēmimus, bellum nece (*in Aulide*). benef. 3, 23, 4 egregium factum fama sceleris. nat. 5, 18, 16 Plato dicit ... minima esse, quae homines -ant vita. CVRT. 9, 6, 11 tuo ... capite (*i. Alexandri*) ignobilem vicum -i, quis ferat? SIL. 4, 754 quocumque periclo bellandi tempus (*v. p. 515, 59*). STAT. Theb. 10, 764 date gaudia Thebis, quae pepigi et toto quae sanguine prodigus ēmi. QVINT. inst. 9, 3, 71 'morte immortalitatem' (CYPR. epist. 10, 2 p. 492, 2 pretiosa mors haec est quae ēmit immortalitatem pretio sui sanguinis, quae accepit *eqs.*). PANEG. 7 (6), 12, 4 hoc est non pacem -ere (*aliter p. 515, 63*) parcendo, sed victoriam quaerere provocando. CLAVD. 7, 188 non dominantur opes ...: -itur sola virtute potestas. 15, 79 hoc damnis ... Cannensibus ēmi? SALV. eccl. 3, 49. *et sim. al.*

b *notione -endi prorsus abolita abscedit in eam vim q. e. capere* (*videtur auctor hunc usum e compositis velut* 'sumo', 'ad-', 'eximo' *sim. quasi retrograde derivasse, ita ut -o tamquam simpl. evadat eorum compos. quibus notio* '*capiendi*' *est*): VITAE patr. 3, 212$^{extr.}$ cum ... fecero ... funiculos, et -ero ex eis nummos decem (= *5, 12, 9* facio plus minus sedecim nummos. *gr. Cotelier p. 520 ποιῶ*).

B *obi. est enunt.*: **1** ut (ne) *fin.*: CIC. prov. 7 -isti a ... tribuno ..., -isti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos ... dicere liceret. SEN. contr. 10, 5, 8 ne Parrhasii manus temere ludat coloribus, internecione humana -endum est? SIL. 10, 286 quantine (-ve *Sang.*) -ptum velit Hannibal, ut nos vertentis terga aspiciat? (16, 625). IVST. 23, 2, 8 nec invitam *se* periculo spiritus sui -pturam, ut extremos viri spiritus exciperet. RVSTIC. Conc.^{s} I 4 p. 183, 23. **2** *infinit.*: VERG. Aen. 10, 502 Turno tempus erit, magno cum optaverit -ptum intactum (*sc. esse*) Pallanta. LVCAN. 7, 282 -ptum minimo volt sanguine quisquam barbarus Hesperiis Magnum praeponere rebus? SIL. 5, 601 sero ... -ptum volet impia Roma, non violasse mei corpus mucrone Sychaei. 7, 620 unanimi vel morte -isse volebant spectari Fabio. STAT. Theb. 1, 163 furiis ... inmanibus -ptum *est* Oedipodae sedisse loco. CLAVD. rapt. Pros. 3, 194 aspectus miserae non ferre parentis -ptum morte velit. PAVL. NOL. epist. 8, 3 vs. 48 potens, qui celsior omnibus esse -erit.

***structurae selectae*: I** *ponitur c. dupl. acc.*: *p. 512, 41. 74. al.* **II** *certae eaedemque sollemnes ex ratione servorum -endorum locutiones*: de praeda: PLAVT. Capt. 34. 111. 453 Epid. 64. 621 (*A*; ex pr. *P*). ex praeda: PLAVT. Epid. 608 (*v. adn.*). 621 (*P, v. l. 54*). VARRO rust. 2, 10, 4 LIV. 32, 26, 6. de mensa: *p. 512, 31.* de lapide: *p. 515, 25.* de machinis: *p. 512, 49.* de catasta: SVET. gramm. 13. sub corona: VARRO rust. 2, 10, 4.

III *additur pretium*: **A** *per abl.*: **1** *nudum*: **a** *substantivi: indicata certa summa* (*in libras: p. 514, 32.* PLIN. nat. 12, 28. 33, 147): *p. 512, 24. 30. 513, 6. 514, 26.* VARRO Men. 404 illum ... volunt -ere milibus centum, te ... nemo centussis (*i. centum assibus*). *passim.* *indefinita summa: p. 512, 50. 67. 514, 52. 68. passim.* **b** *adiectivi*: duplo: SEN. contr. 1, 7, 5. magno: CIC. Tull. 14 Verr. II 3, 68. *et al.* minimo: *p. 512, 44. al.* nimio: PLAVT. Most. 905. parvo: CIC. Att. 13, 29, 3 HOR. sat. 2, 3, 156. *et al.* quadruplicato: PLIN. nat. 14, 51. quanto: TRYPH. dig. 49, 15, 12, 18. vili: *v. p. 511, 75. 512, 40. et al.* vilissimo: VARRO rust. 1, 22, 2. **2** *ex praep. pendentem*: ex: LIV. 44, 16, 10 ex ... pecunia (POMPON. dig. 24, 1, 29 GAIVS dig. 4, 4, 27, 1. VLP. dig. 5, 3, 20, 1 ex pecunia hereditaria. *et al.*). 45, 14, 6 ex centum pondo argenti. VVLG. Bar. 6, 24 ex omni pretio (*ἐκ πάσης τιμῆς*). *et al.* de: ITALA *v. p. 512, 79.* VVLG. I Esdr. 7, 17. Bar. 1, 10 de quibus *pecuniis* (*τοῦ ἀργυρίου*). AVG. epist. 96, 2 p. 515, 18 VEN. FORT. carm. 2, 7, 4. *cf.* MART. 10, 29, 4 MARCIAN. dig. 46, 3, 47, 1.

B *per genet.*: quanti: *p. 512, 40. saepe.* tanti: PLAVT. Merc. 490 VARRO rust. 2, 2, 5 *v. p. 513, 82. al.* tantidem: TER. Ad. 199 CATO agr. 22, 4 CIC. Verr. II 3, 192 (*β*; tanti *V*; tantum *O*). pluris: VARRO ling. 9, 39. 93. *al.* CIC. Tull. 14 dimidio ... pluris. Verr. II 3, 151 multo pluris. *al. et passim.* minoris: VARRO rust. 2, 1, 13 CIC. Verr. II 4, 14. *et al.* *cf.* CHAR. gramm. p. 139, 22 B. plure aut minore -ptum antiqui dicebant ... sed consuetudo 'pluris' et 'minoris' dicit (*cf.* ROMAN. Char. gramm. p. 274, 10 B., *ubi affertur* LVCIL. 1253 plure foras vendunt quod pro⟨inde⟩ minore ⟨erat⟩ -ptum. *de* pluri', minori' *cogitat J. B. Hofmann, Lat. Syntax*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 440). duorum aureorum: IAVOL. dig. 47, 2, 75. INST. Iust. 3, 29, 4 centum. multi: RVSTIC. Conc.^{s} I 4 p. 183, 23. **C** *per acc.*: quantum: AVSON. 90, 4 *v. p. 514, 61* (*cf. Löfstedt, Spätl. Studien p. 80*). auri solidum (-os): INSCR. christ. Diehl 2137 (*a. 426*) co⟨n⟩stat [i] nos -isse ... locum ... auri solidum un(um) semes(sem). 3780 Susta, qui -et (*v. p. 511, 13*) a Delfino auri solidos duo. 3786^{A}. *al.* *falso per* ad *c. acc.*: *p. 512, 44*. **D** *per adv.*: bene: PLAVT. *p. 511, 73. al.* CIC. Att. 1, 13, 6. 12, 23, 3 VERG. *v. p. 516, 7. et al.* care: VARRO rust. 1, 16, 3 HOR. epist. 2, 1, 238. *et al.* carius: *p. 513, 7*. CIC. dom. 115 dimidio. male: PLAVT. Most. 799 CIC. Att. 2, 4, 1. *et al.* melius: CATO agr. 1, 4 CIC. off. 3, 61. *et al.* salubriter: PLIN. epist. 1, 24, 4. sumptuosius: PLIN. epist. 9, 12, 1. vilius: IAVOL. dig. 17, 1, 36, 1. vilissime: COLVM. 2, 10, 1.

IV *de pondere et mensura*: pondere: PLIN. nat. 18, 29. 35, 197. mensura: PLIN. nat. 35, 197. per assem et libram: *p. 512, 69. cf. p. 513, 77.*

coniunguntur, iuxta ponuntur, distinguuntur: *verba negotiandi*: vendere: *passim. in sollemniore sermone legum sim.*: CIC. Cluent. 148 (*de veneno*). LIV. 39, 17, 3. VLP. dig. 48, 10, 9, 2 (*lex Cornelia*). S. C. Volus. Paul. dig. 18, 1, 52. *et al.* *abundante alterutro membro*: PLAVT. Trin. 134 neque de illo quicquam neque -res neque venderes (*tantum de -endo agitur; v. Vahlen, opusc. ac. I p. 107*). *cf. et p. 514, 34.* mancipio accipere: *p. 512, 64. 513, 26.* TAB. Dac. 6 (Corp. III p. 937) int. 3 (*a. 139*). 7 (Corp. III p. 940) int. 1 (*a. 142*). 8 (Corp. III p. 944) int. 1 (*a. 159*). 25 (Corp. III p. 959) int. 1 (*a. 160*). CORP. VI 36245. conducere: LEX vic. Furf. (Corp. I^{2} 756) 11 (*a. a. Chr. 58*) -ere conducere locare dare. CIC. off. 2, 40. 2, 64. 3, 70. *et saepe.* mutare: *p. 512, 2*. PALLAD. hist. mon. I 3 p. 263^{D} pater -endis vel mutandis mercibus studens (*gr. πατρὸς ἐμπόρου*). parare: *p. 512, 27. 513, 14.* CIC. Att. 1, 7 LIV. 24, 18, 14 LABEO dig. 32, 29 pr. *et al.; cf. p. 511, 42.* *alia*: aedificare: *p. 513, 50.* CIC. off. 2, 83 SEN. epist. 101, 4. *verba edendi* (*c. soni similitudine*): edere: PLAVT. Men. 106 VVLG. Luc. 17, 28. comedere: VVLG. deut. 2, 6 Is. 55, 1.

syn.: mercari: *p. 514, 68*. PLAVT. Epid. 45. 460. *et al.* praestinare: PLAVT. Epid. 278. parare: SEN. benef. 4, 12, 3 COLVM. 1, 3, 12 MART. 3, 62, 6. *et al.* (*v. p. 511, 39 et cf. supra l. 31*). comparare: VAL. MAX. 7, 6, 1 COLVM. 3, 3, 8. *et al.* INSCR. christ. Diehl *ind. capp. XXV et XXVI passim.* liceri: PLIN. nat. 7, 126.

part. praes. ✖**emēns,** -entis *pro subst. i. q. emptor*: SEN. benef. 6, 15, 4 cum de pretio inter -entem vendentemque convenerit (IAVOL. dig. 7, 1, 54). epist. 80, 9 -entibus ornamenta ... suspecta sunt. COLVM. 8, 6, 2. PLIN. nat. 12, 70 pretia ex occasione -entium varia (*cf.* IVST. 11, 4, 8). 16, 63 TAC. Agr. 28. POMPON. dig. 40, 7, 8, 1 (*ibid.* emptoribus). *et al.*

part. perf. ✖**ēmptum,** -ī *n. pro subst.* **1** *i. q. contractus emendi, emptio* (GLOSS. *v. p. 511, 32*): VARRO rust. 2, 2, 6 emptor pote ex -o vendito illum damnare, si non tradet. CIC. nat. deor. 3, 74 reliqua, quae ex -o aut vendito aut conducto aut locato contra fidem fiunt. LIV. 40, 58, 1 neque Thraces commercio faciles erant ⟨neque⟩ Bastarnae -o contenti esse poterant. SEN. benef. 6, 38, 2 *constat* negotiatio eius ex -o et vendito. TAB. aliment. Baeb. (Corp. IX 1455) praescr. (*a. 101*) obligarunt prae⟨dia, ut ex em⟩pto Ligures Baebiani ⟨usuras ... percipiant⟩. POMPON. dig. 18, 1, 6, 1 in -is ... et venditis ... id quod actum ... sequendum est. VLP dig. 13, 6, 5, 2. *structurae Ictorum selectae*: **ex empto:** agere: LABEO dig. 18, 1, 78, 2. *et passim.* praestare: NERAT. dig. 2, 14, 58. *et al.* teneri: POMPON. dig. 18, 1, 13. *al.* consequi: VLP. dig. 15, 3, 7, 4. *al.* actio: PROC. dig. 18, 1, 68, 2. *et saepe.* obligatio: POMPON. dig. 18, 1, 8, 1. iudicium: GAIVS inst. 4, 62. *et al.* condemnatio: VLP. dig. 19, 1, 13 pr. **empti:** obligatio: POMPON. dig. 18, 1, 6, 2. *et al.* iudicium: POMPON. dig. 19, 1, 6, 9. *et al.* ius: SCAEV. dig. 44, 4, 15. *et al.* actio: VLP. dig. 19, 1, 1, 1. *et al.* contractus: COD. Theod. 3, 1, 7 (*a. 396*). titulus: COD. Theod. 10, 17, 3 (*a. 391*). *et sim. saepe; v. V. i. R., indd. ad Codd. Theod. et Iust.*

2 *i. q. res empta*: CIC. prov. 7 id -um ita vendidisti, ut ... ius non diceres. PAVL. FEST. p. 337 sectores ... qui secant dicuntur et qui -a sua persequuntur. PETRON. 14, 2 vs. 6 iudicium nihil est nisi publica merces, atque eques in causa qui sedet, -a probat. VLP. dig. 18, 2, 6, 1 CAPITOL. Aur. 17, 5. *et al.* (*cf. p. 511, 41*).

deriv.: emacitas, emax; empticius, [empticus], emptio, emptito, emptivus, emptor, empturio, emptus.

compos.: abemo, coemo, como, demo, promo, sumo; ad-, dir-, ex-, inter-, per-, redimo; inemptus. *Burckhardt.*

ēmoderor, -ārī. *ab* ex *et* moderari. *i. q. temperare, lenire* (*vox metri causa ab Ovidio novata; v. et s.* emodulor *l. 84*): OV. rem. 130 cum dederit lacrimas animumque impleverit aegrum (*sc. mater ob fil. morte abreptum*), ille dolor verbis -andus erit. [*falso trad.*: CAES. Gall. 7, 75, 1 (ne -ari *χBM*^{1} *pro* nec moderari *rell. codd.*).]

ēmodulor, -ārī. *ab* ex *et* modulari. *fictum eadem ratione atque* emoderor (*v. supra l. 78*) *ab* OV. *i. q. modulari*: OV. am. 1, 1, 30 cingere ... tempora myrto, Musa, per undenos -anda pedes (*i. disticha elegiaca*).

*?***emola,** -ae *f. i. q. vas quoddam*: VVLG. III Esdr. 1, 12 hostias coxerunt in -is et in ollis cum benevolentia (*gr. 1, 11 ἐν τοῖς χαλκείοις καὶ λέβησι*). *v.* hamula (*corrupt. ex* enolis *i.* '*aenulis*' *putat Niedermann in plagulis; cf.* enulum caldarium GLOSS. V 597, 50).

K.-M.

ēmōlior, -ītus sum, -īrī. *ab* ex *et* molior. *inf.* -irier: *l. 27. part. perf.* -tus *passive*: *l. 19.* *inde a* PLAVTO (*l. 25*); CELSO, COLVM. [*ex coni. certa*: CELS. 4, 13, 2^{A} -itur *Caesarius* (emollitur, moll- *codd.*). *dub.*: GLOSS. V 263, 7 aemolire *falso trad.* adduceret (= GLOSS.^{L} Corp. A 528 amolire: abducere).]

1 *proprie: i. q. molem loco movere*: **a** *fere i. q. egerere, eicere*: CELS. 4, 13, 2^{A} sicca tussis ... quae nihil (*sc. pituitae vel sanguinis*) -itur (*v. supra l. 10*). 7, 26, 1^{A} res ... interdum cogit -iri manu urinam, cum illa non redditur. COLVM. 8, 5, 21 per nares -iri pituitae nauseam. APVL. met. 4, 12 cumque iam cuncta rerum naviter -tus nec toro quidem aniculae quiescentis parcere vellet *latro*. PELAGON. 430 ad -tum (*sc. oculum, cf. Hippiatr. gr. II 61, 20 πρὸς ὀφθαλμὸν κατάπλασμα. nota pass., v. supra l. 9*). **b** *fere i. q. evertere, excutere*: SEN. Ag. 471 sua quisque (*sc. ventorum*) mittit tela et infesti fretum -untur, turbo convolvit mare. **c** *delendi causa, i. q. demoliri* (*in imagine*): CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 37, 9 non impendio -enda (de- *coni. Schottus*) sunt, quae per se labascunt.

2 *translate, fere i. q. moliendo perficere*: PLAVT. Bacch. 761 insanum magnum molior negotium metuoque ut hodie possiem -irier.

*?*effimate inpure **emolles** GLOSS. V 497, 67 (= GLOSS.^{L} V Aa E 116 eff⟨em⟩inatae: impure molles).

ēmollēsco, -ere. [*cf. c.* emollio *et c.* mollio. *W.*]. *de significatione*: GLOSS. emol⟨l⟩esco *τρυφερὸς γίνομαι*, -ere *ἁπαλύνασθαι. i. q. mollem fieri, emolliri* (*cf. II B, p. 519, 52*): RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 5, 7 p. 1366^{A} *illa via quae* luxuria dissolvitur, quae in carnis voluptatibus -it. HESYCH. in lev. 1, 3 p. 795^{A} ut nullatenus mandatorum effeminetur sive -at operator.

✖**ēmollio,** -iī (-īvī), -ītum, -īre. *ab* ex *et* mollio. *de formis*: -iit: SEN. dial. 5, 8, 2. -ierit: TAC. Agr. 11. -ierat: LIV. 37, 41, 4. -iverat: PS. AVR. VICT. epit. 1, 14. *de significatione*: GLOSS. -io *ἐκμαλάσσω. legitur inde ab* OV. (*v. p. 519, 8*), LIV. (*v. p. 519, 53*). [*perperam recept.* COLVM. 12, 52, 10 corticulis (*sic vulg.*, torculis *SA*) -tis (emoli *vel* et moli *codd., v. p. 519, 80*).]

I *proprie de corporalibus, i. q. mollire, mollem vel tenerum reddere*: **A** *in universum res varias* (*audacius de plaga arietis, fere i. q. irritum reddere infra l. 57*): LIV. 37, 41, 4 umor arcus fundasque et iaculorum amenta -ierat (*cf.* MACR. Sat. 7, 16, 29 ligna quae luna vel iam plena vel adhuc crescente deiecta sunt, inepta sunt fabricis quasi -ta per humoris conceptionem). COLVM. 12, 15, 5 *ficos* in sole viescere patiuntur, quas deinde bene siccatas, cum calore solis -tae sunt, colligunt. 12, 52, 10 *v. l. 40.* PLIN. nat. 10, 167 ova aceto macerata in tantum -untur, ut per anulos transeant. 17, 168 -iri terram minutis in scrobe imo sulcis (OP. imperf. in Matth. 40 p. 855$^{init.}$ terram). 18, 76 sq. *amylum* madescit dulci aqua in ligneis vasis..., -tum priusquam acescat *eqs.* (*cf.* SERV. Aen. 1, 177 *Cererem* corruptam undis: aqua -tam). 31, 66 marinae *aquae* ... pecorum ... lanas. 37, 164 *v. p. 519, 68.* VEREC. in cant. 1, 9 unde aquae gelare sunt dictae, quae postea -tae Aegyptium in profundo populum receperunt. *nota* (*v. supra l. 44*): HEGES. 3, 11, 2 Iosephus saccos paleis repletos in eum dimitti locum praecepit, in quem aries a Romanis intorquebatur, ut laxo saccorum sinu elusa plaga omnis arietis -retur (*gr. ὡς πλάζοιτο ἡ ἐμβολή, καὶ δεχόμενοι [sc. οἱ σάκκοι] τὰς πληγὰς ἐκνεοῖεν τῇ χαυνότητι*).

B *speciatim in arte medica*: **1** *corpus humanum eiusque partes curandas sanandasve* (*i. q. infirmare infra l. 81*): CELS. 2, 14, 10 ut tantummodo summam cutem -at *frictio.* 2, 33, 6 praecipue ... ad -endum potest cataplasma *eqs.* 3, 20, 6 imponendum ... quod simul et reprimat et -at ([*PJ*; molliat *FV*]. 4, 12, 1. 4, 12, 4. 4, 31, 5 sic reprimunt, ut -ant. *al.*). 5, 18, 6 haec ... dolorem levant, dura -unt (*al.*). 5, 26, 27^{B} *aqua calida* duritiam -at (PLIN. nat. 20, 214 nervorum duritias [*aliter infra l. 83*]. 21, 129 narcissinum oleum ad -endas duritias. 21, 142. *saepe*). 5, 26, 34^{D} -tum in eo (*sc. balneo*) vulnus (PLIN. nat. 35, 38. *al.*). 6, 7, 7^{B} *sordes auris.* 7, 27, 3 vitabitur ... ceratum, quod ad recipiendum id malum (*sc. cancrum*) corpus -it (PLIN. nat. 31, 115 CAEL. AVR. chron. 2, 1, 33). *al.* PLIN. nat. 20, 11 *pepones* -unt alvum (20, 49. 32, 64 leniter. *al.*). 20, 222 -endo ventre (22, 32 difficilem ventrem. *al.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 112. *al.*). 20, 228 vulvas et cibo et infusione -it *malva* (*al. cf.* 28, 255 callum vulvarum). 20, 259 radix *cannabis* articulos contractos. 23, 118 *folia ficulnea* strumis inlinuntur omnibusque quae -enda sint discutiendave (23, 127 omnem collectionem -unt et discutiunt. 24, 11). *al.* CAEL. AVR. chron. 2, 4, 76 (*de dentium dolore*) passio ... nunc lenimentis -ta. *cum effectu infirmandi, fere i. q. laxare*: CELS. 1, 9, 6 *calor* si nimius est, corpus effeminat, nervos -it (PLIN. nat. 23, 90 natura eius [*sc. cypri*] excalfacit, -it nervos. *aliter supra l. 69*).

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *emplastra, remedia*: CELS. 8, 4, 11 -endum id emplastrum, adiecto cerato ex rosa facto. PLIN. nat. 26, 141 *plantago* igni -ta melior et cum cerato crassa ulcerum labra purgat. CAEL. AVR. acut. 3, 3, 14 panis ... mulso diligenter -tus (chron. 5, 2, 37. *cf.* chron. 1, 1, 14 *cataplasma* ex panico diligenter -to). chron. 5, 2, 38 ceram.

II *translate*: **A** *i. q. mitigare, lenire* (*in bonam fere partem*): **1** *animum, mores, affectus* (*ipsos homines infra l. 11. 20. 36*): OV. Pont. 2, 9, 48 adde quod ingenuas didicisse fideliter artes -it mores nec sinit esse feros. SEN. benef. 7, 20, 3 artifices scenae et scorta et quae feritatem eius -ant libens offeram. PLIN. nat. praef. 1 ut obiter -am Catullum (*sc. versum* 'namque tu solebas ⌊nugas⌋ esse aliquid ⌊meas⌋ putare')...ille enim...permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit *eqs.* (*v. infra l. 46*). LAMPR. Heliog. 7, 9 ex eo -tam insaniam ferunt *Hadriani*. HIL. in Matth. 19, 11 p. 1027^{B} gentium immanitas ad oboedientiam ...-itur. AMM. 23, 2, 4 nondum ira ...-ta (*cf.* CLAVD. carm. min. 22, 27 rabiem). AMBR. Hel. 12, 43 habet unum hoc temulentia, ut -at et resolvat corda temulentorum (VVLG. II par. 34, 27 FVLG. RVSP. praedest. 3, 23 p. 663^{D}. *al.* *cf.* SIDON. epist. 4, 1, 4 corda cornea fibraeque glaciales ...-rentur egelidarentur). HEGES. 1, 12, 2 *Aristobolum* acriorem animo, expertem potestatis -bat privati humilitate (*gr. διὰ θερμότητα κατεῖχεν ἰδιώτην*). HIER. epist. 39, 2, 1 visceribus (*i. mente*) -tis. PAVL. NOL. epist. 40, 4 p. 342, 26 -ta sensus (cordis *FPU*) nostri duritia (AVG. doctr. christ. 2, 6, 7 p. 38$^{extr.}$ APON. 12 p. 221. GREG. M. moral. 12, 20 p. 996^{B} *deus duritiam peccantium* ad poenitentiam -it). PAVL. MED. bened. 2, 4 p. 718^{C} *dura indignatio non* potuit -iri. GREG. M. moral. 3, 20 p. 609^{C} -iri itaque prius debet animus, ut afflicto congruat. *inde, praecipue apud* ECCL., *i. q. precibus flectere, ad misericordiam inducere*: CYPR. GALL. iud. 685 ⟨nec iam fert⟩ fictos mens -ta (*Samsonis*) maerores (*cf.* AMBR. epist. 83, 8 p. 1281^{C} ad unius mulieris petitionem paternis visceribus mentem -tus). PS. CYPR. pud. 10 p. 21, 9 non illos -ire potuit invita generosi sanguinis memoria. SPART. Sept. Sev. 17 non -tus (est mollitus *codd.*) tam prudente dicto. ARNOB. nat. 2, 62 p. 98, 14 magi cunctas -ant et commulceant potestates (*ibid. antea* p. 97, 26 commendaticias se habere preces quibus -tae nescioquae potestates *eqs.*). HEGES. 1, 40, 5 his et talibus -to patre (*gr. τούτοις ... πατέρα πείσαντες*). CASSIOD. Ios. antiq. 18, 12 p. 537$^{med.}$ fortassis ... possit C. Tiberius -iri (*gr. 18, 275 ἐπικλασθέντα τὸν Γάϊον*).

2 *praecepta, sententias*: PS. AVR. VICT. epit. 48, 13 modica dilatione -bantur severa praecepta. AVG. adv. Don. 17, 21 p. 120, 16 *iudicibus* semper licuit lenire atque -ire sententiam.

3 *spectat ad verborum metrorumque compositionem sive modulationem*: SEN. contr. exc. 6, 8 tu verba pedibus tuis -as et severitatem templo debitam modulatione frangas? contr. 7, 4, 8 omnia in illo epilogo non tantum -tae conpositionis sunt, sed infractae. PLIN. nat. praef. 1 *v. supra l. 11.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 135, 28 *metrum* est ... iocosis motibus -tum. 154, 19 galliambicum ... metrum -ta ac tremula modulatione formatum.

4 *colorem, fere i. q. iucundiorem visu reddere*: PLIN. nat. 35, 198 veros ... et pretiosos colores -it Cimolia et quodam nitore exhilarat contristatos sulpure.

B *i. q. effeminare, debilitare sim.* (*in malam partem*): LIV. 27, 3, 2 ne suum quoque exercitum sicut Hannibalis nimia urbis amoenitas -ret (*cf.* 38, 49, 4 hostem -tum amoenitate Asiae. TAC. hist. 3, 2 circo quoque ac theatris et amoenitate urbis -tos). SEN. contr. 1 praef. 9 -ti enervesque. SEN. dial. 5, 8, 2 impudicorum coetus fortem quoque...virum -it. epist. 51, 8. 92, 10 voluptas ultro dissolvit et omne robur -it. LVCAN. 8, 366 -it gentes clementia caeli. TAC. Agr. 11 PS. AVR. VICT. epit. 1, 14. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 24, 3 p. 249, 14 quem luxuria non enervet, quem lascivia non -at? hex. 3, 1, 5 p. 61, 15 *acroamata scaenica* mentem -ant ad amores (*cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 15, 2 p. 429$^{init.}$ ad libidines Antonium; *gr. 15, 27 πρὸς τὰς ἡδονὰς ἑλκύσαι*). OROS. hist. 5, 16, 14. MAR. VICTOR aleth. 3, 426 turpi Sodomae luxu -ta iuventus. DRAC. Orest. 333 -it Cytherea trucem ...Martem. CASSIOD. in psalm. 140, 6 p. 1002^{A} *dilectio simulata verborum* rigorem veritatis -it. *et al.*

part. perf. pass. **ēmollītus**, -a, um *pro adi.* *i. q. mollis*: PLIN. nat. 37, 164 Gorgonia nihil aliud est quam curalium nominis causa, quod in duritiam lapidis mutatur -um in mari (*cf. Ov. met. 15, 416 sq.*). *cf. etiam* MAR. VICTORIN. gramm. VI 154, 19, *supra l. 47.*

structurae notabiliores: -ire *aliquem* ad *aliquid*: ad oboedientiam: *supra l. 15.* ad amores: *supra l. 61.* ad libidines: *supra l. 62.* ad ea quae pertinent ad caritatem dei: GREG. M. in euang. 17, 14 p. 1146^{B}. ad poenitentiam: *supra l. 25.* *aliquem* ab *aliqua re*: APON. 12 p. 221 a sua duritia -iri.

ēmolo, -uī, -itum, -ere. *ab* ex *et* molere. **1** *vi praepositionis servata, i. q. molendo exhaurire vel consumere*: PERS. 6, 25 messe tenus propria vive et granaria, fas est, -e. **2** *vi praepositionis evanida, idem fere ac molere*: **a** *proprie*: COLVM. 12, 52, 10 olivae postea resolutis corticulis -i (*sic SA*, et moli *L*; *v. p. 518, 41*) debebunt. PLIN. nat. 16, 15 inopia frugum arefactis (*sc. glandibus*) -itur (emollitur *D*, molitur *E*) farina. VEG. mulom. 2, 88, 7 hordeum -tum furfuribus admixtum. AMBR. epist. 64, 3 *v. p. 520, 3.* PS. RVFIN. in Am. 4, 4—6 p. 1072^{A} *quia dentes* desuevissent incidere aut -ere cibos *eqs.* **b** *per allegoriam* (*ex Matth. 24, 41 = Luc. 17, 35* duae molentes in mola *eqs. sumptam*): AMBR. epist. 64, 3 p. 1220^{C} denique illa mulier quae bene -uerit assumetur; ea autem quae male -uerit derelinquetur. *ibid.* 4 (*v. p. 519, 83*) -e ergo et tu fidem tuam. PS. AMBR. serm. 13, 6 p. 630^{C} ecclesia quae domino cibum sanctitatis -uit (MAX. TAVR. hom. 3 p. 230^{C}).

ēmolumenticius, -a, -um. *ab* emolumentum. *i. q. ad emolumenta pertinens*: CASSIOD. var. 9, 6, 2 p. 272, 21 a vinculo te -i terroris (*i. qui timueris, ne emolumenta amitteres*) absolvimus et praedicti (*sc. Baiani*) lavacri munere sublevamus.

✖ēmolumentum, -ī *n.* . [*ductum ab* ex *et* molere, *sc.* '*quod molendo molitor percipit*'. *W.*] *de significatione*: CIC. fin. 3, 69 -a et detrimenta, quae *ὠφελήματα* et *βλάμματα* appellant. CHAR. gramm. p. 461, 45 B. *ὠφέλεια* (HIER. in Mich. 2, 4 p. 1195^{A}). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 433, 1 B. lucrum. compendium. -um *eqs.* (*cf. ibid. l.* 26). AVG. in psalm. 118 serm. 11, 6 p. 1530$^{extr.}$ *πλεονεξία*, quam Latini interpretes in hoc loco nonnulli interpretati sunt '-um'. GLOSS. *ὠφέλεια. κέρδος. ὄνησις. ἐπίνοια. μέθοδος.* adquisitio cuiuscumque rei. lucrum. usura aut praemium. fructum. merces laborum. -a *τοὺς χρηματισμούς. propria vis verbi abolevit, attamen opera ad percipiendum commodum impendenda plerumque intellegitur; duobus locis (v. p. 522, 63) non commodum, sed opera dumtaxat significari videtur. legitur apud poetas inde a* PLAVTO, LVCR. *singulis locis (v. p. 522, 24. infra l. 64), binis apud* IVV. *(v. l. 84. p. 521, 5); apud scriptores inde a* VARRONE (*v. p. 522, 63*), RHET. Her. (*v. l. 38*).

⌊*in loco praeterea mendoso*: SVET. Iul. 22, 1 TERT. scorp. 6 p. 157, 22. *falso trad.*: CAES. Gall. 1, 34, 3 sine magno commeatu atque molimento (*sic Faernus*; -o *vel* emulomento *codd.*). *fort. et* DIDASC. apost. 54, 16 p. 76 *mundus* semper gubernatur subinde non cessantibus emolume⟨n⟩tis nec punctum horae a motione sueta universa et perennis motio eorum ... fit (*leg.* elementis?, *an recte trad., ita ut* -um *idem fere sit ac res quae -um pariat, i.* '*auxilium*'?, *v. p. 522, 68*).]

I *i. q.* ***commodum, utilitas, lucrum*** *sim.*: **A** *de utilitate, quae extrinsecus alicui obvenit sive ad condicionem statumque sive ad res eius augendas* (*de valetudine v. l. 74. p. 521, 9*): **1** *generatim*: **a** *de singulorum commodis*: *α absolute*: RHET. Her. 2, 3, 4 *defensor* inicum esse dicet omnes, ad quos aliquid -i ex aliqua re pervenerit, in suspicionem malefici devocari. 2, 19, 29 omnes ... illa, quae multo maxima sunt maleficia, aliquo certo -o inducti suscipere conantur. CIC. inv. 2, 157 est quiddam, quod sua vi nos adliciat ad sese, non -o captans aliquo, sed trahens sua dignitate (LIV. 23, 15, 15; *antea*: omnis honos atque omne praemium). 2, 164. S. Rosc. 84 sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque -o accedere. Verr. II 3, 227 dixi ... ipsam rationem arandi spe magis et iucunditate quadam quam fructu atque -o teneri (*sic syn.* fructus: part. 90. *ibid.* 92 fin. 2, 83. AMM. 31, 14, 5 -a fructusque; *v. praeterea p. 522, 40*). Font. 27 Cluent. 52. dom. 145 commodis meis omnibus -is praemiis praetermissis (*sic syn.* praemium: or. frg. B 27 [= 30 M.]. de orat. 2, 346 sine -o ac praemio. rep. 3, 26. *v. p. 521, 5*). Mil. 32 boni nullo -o impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo. leg. 1, 49 etiamsi -is, non suapte ⟨vi⟩ virtus expetitur, una erit virtus, quae *eqs.* fin. 1, 53 plusque in ipsa iniuria detrimenti est quam in iis rebus -i, quae pariuntur iniuria (PACIAN. paraen. 6 p. 110 quibus -is tot ecclesiae detrimenta pensabis [*sc. tu, sacerdos; aliter p. 522, 32*]. CLAVD. DON. Aen. 1, 1 p. 8, 12). fin. 2, 45 multa ob eam unam causam faciunt, quia honestum est, etsi nullum consecuturum -um vident (*sic opp.* honestum: 2, 55 off. 3, 17. 18). 2, 56. 85. 5, 48. off. 3, 21 si ... sic erimus adfecti, ut propter suum quisque -um spoliet aut violet alterum *eqs.* 3, 22 -i sui gratia (COD. Theod. 7, 4, 28 = COD. Iust. 12, 37, 12; *a. 406*). 3, 57 -i tui causa (3, 81). Tusc. 4, 20 voluptatis ... partes hoc modo describunt, ut malevolentia sit voluptas ex malo alterius sine -o suo. epist. 7, 10, 4. LVCR. 5, 166 quid ... inmortalibus atque beatis gratia nostra queat largirier -i? LIV. 3, 72, 2. 4, 35, 7 eo impendi laborem ac periculum, unde -um atque honos speretur (*sic opp.* periculum: 44, 20, 2 *legati* nuntiant maiore periculo quam -o exercitum ... in Macedoniam inductum. CELS. dig. 17, 1, 48, 1 [*cf. etiam p. 521, 31. 61*]). LIV. 5, 4, 4 nusquam nec opera sine -o nec -um ferme sine impensa opera est. 22, 22, 7. 24, 48, 13 Romanis quoque in Hispania legatorum regis adventus magno -o fuit. 26, 43, 3. SEN. benef. 2, 31, 3 *qui beneficium dedit* speravit et -i aliquid. 4, 22, 4. PLIN. nat. 18, 263 in ipso pabulo non minus -i est quam e feno. 28, 209 si et coagulum addatur *remedio*, maioribus -is fiat (*v. supra l. 36*). APVL. apol. 90 respondeat Aemilianus ob quod -um ... Pudentillam ... ad matrimonium pellexissem. *al.* ITALA psalm. 118, 36 (Veron.) inclina cor meum in testimonia tua et non in -um (*πλεονεξίαν*). SCHOL. Cic. Bob. p. 120, 1 St. ita moratus nec ullo -o provocatus. *al.* CLAVD. DON. Aen. 9, 270 p. 223, 29 quod ex illarum (*sc. mulierum*) partu magna possent -a conquiri. HIER. in Matth. 18, 8/9 p. 129^{D} -is carnalibus careas. AVG. in epist. Ioh. 6, 4 p. 2021 nullum -um exspectans a fratre nisi salutem ipsius. serm. 33, 4, 3 p. 208 terrenum -um. *et al.*

β acced. genet.: *subi.*: CIC. off. 3, 36 -a ... rerum. LIV. 21, 43, 8 laborum periculorumque (IVV. 3, 22). VELL. 2, 105, 3 anni

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius aestiva . . . immanis -um fecere victoriae (CLAVD. DON. Aen. 8, 200 p. 145, 12. COD. Iust. 7, 68, 1 [*a. 223*] -um victoriae [*i. appellationis*]). VELL. 2, 114, 4 hiems -um patrati belli (*aliter infra l. 16*) contulit. PLIN. nat. 18, 21 miramur ergastulorum non eadem -a esse quae fuerint imperatorum. IVV. 16, 35 praemia . . . atque . . . -a . . . sacramentorum. TAC. ann. 11, 7 pacis. 15, 56 silentii. GELL. 1, 13, 5 incommoda . . . cum -o spei (*i.* '*-o sperato*') pensitanda esse. APVL. apol. 48 incantandi. TERT. paenit. 10, 10 quae per insuavitatem medentur . . ., -o curationis (*v. p. 520, 36*) offensam sui excusant. *al.* AMBR. Iob 3, 6, 17 p. 258, 9 nec praemia virtutis sunt -a thensauri (*opp.* inopia). HIER. in Matth. 13, 37 p. 94^{C} omnia istius mundi -a contemnere (*cf.* AVG. c. Cresc. 1, 7, 9 p. 332, 9 -um saeculi huius). *et al.* *obi.*: SEN. epist. 14, 9 nihil . . . quod cum magno -o insidiantis eripi possit. PLIN. nat. 18, 206 spes ardua . . . sed temptanda tam (iam *coni. Mayh.*) grandi vitae -o. GELL. 2, 12$^{tit.}$ *lex* ad usum et -um salubritatis penitus reperta. IVST. 9, 1, 2 ad cuius (*sc. belli, aliter supra l. 3*) -um . . . pertinere ratus *Philippus*, si *eqs.* AMM. 22, 11, 16 -is aerarii proficere. FERRAND epist. 7, 5 p. 933^{A} laborare pro utilitatibus aliorum sine -o cupiditatis. *explicat.*: IVL. VAL. 3, 6 p. 116, 20 *bestiae* refugere coepere . . . nullum auxilii ullius -um dominis adferentes. COD. Theod. 13, 3, 11, 5 (*a. 376*) oratoribus viginti quattuor annonarum e fisco -a donarentur (14, 17, 10, 5 [= COD. Iust. 11, 25, 1, 1; *a. 392*] perceptarum annonarum -a. *aliter l. 75. 77*). *inhaerentiae*: VLP. dig. 12, 3, 4 pr. sub alieni compendii -o etiam periurium anceps subire. PS. RVFIN. in Os. 4, 8 p. 985^{A} per lucri sui -a.

b *de commodo publico*: CIC. S. Rosc. 142 sin autem victoria nobilium ornamento atque -o rei publicae debet esse *eqs.* de orat. 1, 34 in id studium in quo estis incumbite, ut et vobis honori et amicis utilitati et rei publicae -o esse possitis. LIV. 6, 39, 6 maximo privatim periculo, nullo publice -o. 26, 16, 12 cum -o quaesita etiam apud socios lenitatis species. SVET. Aug. 25 proelium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum maior -i spes quam damni metus ostenderetur (*inde* PS. AVR. VICT. epit. 1, 12 p. 134, 12). SALV. gub. 1, 10 p. 7, 23 omnia . . . studia omnes conatus suos ad communia -a *conferre*.

2 *technice*: **a** *apud* ICTOS *de eo lucro quod cui aut ex possessione (adquisitione) aut actione forensi fit*: *α absolute*: IVLIAN. dig. 36, 2, 16, 1 cum neque in praesentia ullum -um hereditati adquiratur (*sc. legato quod servo datur*) *eqs.* AFRIC. dig. 46, 1, 21, 4 nonnullis . . . casibus -um habituram *fideiiussionem*. MARCELL. dig. 24, 1, 49 ut res cum omni -o . . . ad filium transiret. PAPIN. dig. 17, 2, 52, 6. *al.* TRYPH. dig. 23, 3, 75 cuius interest non esse evictum quod in dote fuit . . . huius . . . -i potestatem esse creditur. 23, 3, 78 pr. *al.* VLP. dig. 4, 4, 44 quod adquirere -um potuerunt, *omiserunt*. 11, 7, 12, 4. 13, 7, 22, 4 *al.* PAVL. dig. 22, 1, 17, 2 in tacito fideicommisso omne -um heredi auferendum et fisco praestandum divus Pius rescripsit: ergo et usurarum -um (*v. infra l. 71*) aufertur heredi. COD. Theod. 2, 9, 3, 2 (= COD. Iust. 2, 4, 41; *a. 395*). 8, 18, 9, 2 (= COD. Iust. 6, 60, 3, 2; *a. 426*). *al.* LEX Burg. Rom. 38, 1 ad solutionem poenae . . . cum -i amissione tenendus est. *et al.*

β acced. genet.: *personae vel rei ad quam* -um *pertinet*: filii: PAPIN. dig. 49, 17, 15, 3. mulieris: TRYPH. dig. 23, 3, 78, 2. heredis: COD. Theod. 9, 4, 3, 17 (= COD. Iust. 9, 8, 5, 3; *a. 397*). *et al.* *rei vel negotii ex quo* -um *percipitur*: actionis: VENVL. dig. 42, 8, 25, 7. bonorum: PAPIN. dig. 29, 6, 21, 1. collationis: IVLIAN. dig. 37, 6, 3, 2 PAPIN. dig. 37, 6, 9. debiti: PAVL. dig. 34, 3, 25. fideicommissi: VLP. dig. 34, 1, 14, 3 MOD. dig. 31, 34, 4 COD. Iust. 6, 53, 5, 2 (*a. 226*). hereditatis: SCAEV. dig. 36, 3, 18, 1 VLP. dig. 28, 4, 2. *al.* legati: PAPIN. dig. 31, 66 pr. *al.* legis: MARCELL. dig. 35, 2, 56, 5. *et al.* negotiationis: IAVOL. dig. 18, 4, 10 (*opp.* periculum, *v. p. 520, 66*). COD. Theod. 13, 5, 26, 3 (= COD. Iust. 11, 2, 2; *a. 396*). petitionis: COD. Theod. 10, 8, 5, 24 (*a. 435*). portionis (-um): PAPIN. dig. 28, 7, 24. *al.* bonorum possessionis: VLP. dig. 37, 6, 5 pr. 37, 10, 3, 3. *al.* praedii: COD. Theod. 11, 1, 25, 2 (= COD. Iust. 10, 16, 10; *a. 398*). rei: PAPIN. dig. 31, 66, 6 (*sc. fundi*). PAVL. dig. 34, 9, 5, 3 (*sc. legati*). *al.* *cf.* COD. Theod. 3, 1, 4, 9 (= COD. Iust. 4, 44, 15; *a. 383*) familiaris rei. 11, 3, 1, 2 (= COD. Iust. 4, 47, 2; *a. 319*) rei annonariae. societatis: VLP. dig. 17, 2, 63, 8 (*aliter p. 522, 29*). successionis: MACER dig. 49, 13, 1 pr. COD. Theod. 3, 18, 1, 4 (*a. 357*). *al.* usurarum: *v. supra l. 48*. ususfructus: MAECIAN. dig. 35, 3, 9. *talia passim (v. V. i. R. s. v.; indd. ad Codd. Theod. et Iust.)*.

b *de mercedibus, quae pro certis officiis, praecipue magistratuum militumque, dantur*: COD. Theod. 1, 5, 6, 2 (*a. 358*) nullum patimur praefectorum in aliena dioecesi -a annonaria erogare. 6, 20, 1, 5 (*a. 413*) -is contenti quae tempore militiae perceperunt. 7, 4, 27, 3 (*a. 406*) annonas vel -a. 7, 4, 35, 6 (= COD. Iust. 12, 37, 15; *a. 423*). 7, 7, 3, 3 (= COD. Iust. 11, 61, 2; *a. 398*) universi cognoscant de -is eorum (*sc. militum*) . . . duodecim libras auri fisci commodis exigendas. *al.* CASSIOD. var. 1, 10, 2 p. 18, 29 pro -is sollemnibus nec integri ponderis solidos percipere *eqs.* 4, 13, 1 p. 120, 14 -a deesse laborantibus non oportet. 6, 23, 2 p. 195, 25 -orum commoda (6, 25 p. 196, 30). 7, 30, 2 p. 218, 18 excubiarum suarum . . . competentia privilegia consequatur, quia nullum -o consueto fraudari desideramus (*cf.* 8, 16, 6 p. 247, 17 privilegiis atque -is *comitis sacrarum*). *al.* hist. 6, 7 p. 1035^{A} ut clerus sufficientia -a (*var. lect.* alimenta) perciperet. COD. Iust. 1, 24, 1 (*a. 398*) -a quae *iudex* acceperit. 12, 16, 5 (*a. 497*) quaecumque solaciorum sive -orum vel donationum seu hereditatum . . . nomine per militiam . . . adquisita sunt (12, 17, 4 solaciis ac -is fruantur omnibus. FRG. rescr. princ. [Jb. d. g. dtsch. Rechts VI, 1863, 398 sqq.] I 27 solacia sive -a ex militia . . . ⟨debita⟩ . . . restituere. *cf.* COD. Iust. 12, 20, 5, 1 praeter -a . . . principatus etiam solacio debent esse contenti). 12, 19, 14, 1 (*a. 527*) stipendiorum aut -orum (VITA Caes. Arel. 1, 39 p. 427, 7 indigentiam genetricis -is ac propriis stipendiis sustentabat). *al.*

B *de animi commodis quae rebus secundis, virtutibus, studiis sim. parantur*: **1** *generatim*: **a** *absolute*: VELL. 1, 17, 5 huius . . . ingeniorum similitudinis congregantis . . . se et in studium par et in -um causas cum . . . requiro *eqs.* VAL. MAX. 6, 8, 7 maximum esse -um eius, a quo tam graviter punitus erat, salutem iudicavit. QVINT. inst. 3, 8, 7 ubi (*sc. in panegyricis*) -um non ⟨in⟩ utilitate aliqua, sed in sola laude consistit. GELL. 5, 15, 9. RVFIN. hist. 4, 18, 1 *in Iustini studiorum monumentis* -i plurimum invenire possunt ii, qui amorem doctrinae et scientiae gerunt (*gr. ὑπομνήματα πάσης ὠφελείας ἔμπλεα*). SVLP. SEV. Mart. 1, 3 p. 110, 19 quid posteritas -i tulit legendo Hectorem pugnantem aut Socratem philosophantem?

b *acced. genet.*: *explicativus*: PLAVT. Trin. 694 tibi sit -um honoris, mihi quod obiectent siet. GELL. 11, 13$^{tit.}$ sine ullo sensus -o. *subi.*: GELL. 10, 22$^{tit.}$ -a philosophiae (13, 8, 5). 11, 13, 5 quae vis quodve -um eius sententiae foret. 16, 8, 16 -um eius (*sc. dialecticae*). APVL. Plat. 2, 22 honesta -a virtutis. VVLG. eccles. 4, 9 *duo* habent . . . -um societatis suae (*aliter p. 521, 69*). SALV. gub. praef. 3 ut in nobis . . . salubria rerum -a laudentur (*opp.* inania saeculorum ornamenta; *nisi potius ad 2 pertinet*).

2 *speciatim: spiritali Christianorum usu*: *absolute*: TERT. scorp. 9 p. 165, 10 non frustra, id est non sine -o, casuros in terram repromittit. pudic. 3 p. 225, 11 *paenitentia* non vacabit ab -o, si non vacaverit ab officio. adv. Marc. 1, 5 p. 296, 24 duo summa magna (*sc. numina*), duo paria cui operae pretio, cui -o deputarentur? paenit. 10, 7 grande plane -um verecundiae occultatio delicti pollicetur. FILASTR. 79, 7 non . . . sine utilitate et -o futuro. HIER. in Matth. 13, 3 p. 85^{C}. *acced. genet. rei e qua* -um *percipitur*: TERT. resurr. 56 p. 115, 25 vacaturo scilicet -o et fructu resurrectionis. paenit. 4, 8 ut in adseveratione divinae gratiae permanentes in fructu quoque eius et -o perseverare possimus (*v. p. 520, 46 sqq.*). CYPR. epist. 75, 21 p. 823, 19 -um veritatis et fidei. SALV. gub. praef. 3 *v. supra l. 30*. VITA Cypr. 7 -um gratiae per fidem proficientis.

II *spectatur non tam utilitas quam* ***ipsa pecunia,*** *quae commodum parit* (*inde liberius de pecunia expensa, sumptu: infra l. 61*): SVET. gramm. 9 p. 106, 23 *Orbilius docuit* maiore fama quam -o. VOPISC. Aurelian. 35, 3 decrevit et -a sartis tectis et ministris. COD. Theod. 4, 8, 21 (= COD. Iust. 7, 18, 3, 2; *a. 323*) quae ex eorum rerum -is empta confectaque sunt. 7, 20, 11, 5 (*a. 373*) proventuum (*sc. agrorum*) -a. 10, 1, 4, 3 (*a. 320*) diutius non oportet privatorum sive fisci (*v. exempl. sq.*) -a fatigari. 12, 6, 5, 5 (*a. 365*) ne . . . fisci nostri seu publica -a vacillent (15, 1, 17, 5 [*a. 365*] videris exaedificare etiam, si -a publica adverteris postulare). COD. Iust. 11, 48, 8. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 258^{B} conficiunt linteamen, ex cuius operis -o nulli eorum quidquam deficit ad vitam. *huc refero*: COD. Theod. 15, 1, 19, 3 (*a. 376*) novum quodque opus qui volet in urbe moliri, sua pecunia, suis operibus absolvat, non contractis veteribus -is, non effossis nobilium operum substructionibus *eqs.* *nota* (*v. supra l. 47*): CORP. XII 2643 ⟨Gund⟩obadus rex clementiss⟨. . .⟩ -o propr⟨i⟩o (*i.* '*sua pecunia*') spatio mult⟨ip⟩lica⟨. . .⟩.

III ***singulariter*****:** **A** *i. q. labor, opera*: VARRO rust. 3, 14, 1 nec de cochleis ac gliribus quaero, quod relicum est: neque enim magnum -um (*sic codd.*, molimentum *edd.*) esse potest. COLVM. 2, 20, 6 hoc supremum est aratoris -um percipiendorum seminum, quae terrae crediderat. **B** *? de re quae* -um *affert, fere i. q. auxilium*: DIDASC. apost. 54, 16 p. 76 *v. p. 520, 29*.

deriv.: emolumenticius. *Friedrich.*

ēmoneo, -ēre. *ab* ex *et* monere. *i. q. valde monere*: CIC. epist. 1, 7, 9 te vero -o cum beneficiis tuis, tum amore incitatus meo, ut *eqs.* *vox iure addubitatur; cf. Krebs-Schmalz, Antib. I*^{7} *p. 504.*

? **emonitidis** scolopendria GLOSS. III 562, 62 (*fort. ex ἡμιόνιον corrupt.; cf. Diosc. 3, 134, 1*). **ēm(o)pt-** *v.* haem-.

[**emoracium** DIOSC. 2, 96 (*gr. 2, 112 p. 187, 14 ἀρμοράκιον*) *i.* armoracium *v. vol. II 621, 82 sqq.*]

ēmordico, -āre. *ab* ex *et* mordicare. *i. q. valde mordere*: FACVND. defens. 5, 4 p. 650^{D} Nestoriana illa non est epistola, nam profecto non eam nescio quae modo vulpecula -ret, sed tunc Leo (*papa*) fortissimus invasisset.

ēmorrīgia *v.* haemorragia. *K.-M.*

✖**ēmorior,** -mortuus sum, -ī. *ab* ex *et* morior. *de formis: infinit.* -iri: PLAVT. Pseud. 1222. TER. Eun. 432 (DON. *ad l.* disciplina est comicis, ut stultas sententias ita etiam vitiosa *[Krohn]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

verba ascribere ridiculis imperitisque personis ... itaque hic '-iri' dixit, at vero Atticus adulescens in Heaut. [*971*] '-i cupio'). -iēre: PLAVT. Truc. 624. -tus *pro* -tuus CELS. *sing. codd.* (*varie*): 7, 14, 5. 7, 21, 1[C]. 7, 29, 1. *de significatione*: PRISC. gramm. III 35, 12 est quando (*praepositiones*) abundant syllabice, id est auctionis syllabarum causa tantummodo nulla significationis additione, ut -i pro mori. SERV. Aen. 2, 458 'evado'; 'e' vacat, ut -tuus. GLOSS.[L] III Abstr. EM 26 -tuus ex parte mortuus. GLOSS. ἀποθνήσκω, ἀποθανεῖν. *legitur inde ab* ENNIO, PLAVTO, CAECIL., TER. [⟨e⟩mor- (*praesertim* e *littera praecedente*): PLAVT. Most. 233 MIM. inc. Cic. de orat. 2, 274 *bis*. PVBLIL. Q 4. QVINT. inst. 12, 10, 75 evanescunt ... atque -untur. *variantur vv. q. s.* -i *et* mori: CIC. Cael. 59 PVBLIL. B 7. *al.* *loco mend.*: PLAVT. Cist. 277/9 CARM. de fig. 33. *deletur*: PLAVT. Poen. 840 faciet mortuo *Ussing* (facite mortuo *BD*; facit -o *FZ, Lindsay*). *dub.*: [LVCIL.] frg. 251 Baehrens. AVR. Fronto p. 34, 18 N.]

1 *proprie de vivis*: **a** *i. q. mori, vivere desinere* (*transit. in fig. etym. infra l. 62*): *α de animantibus* (*etiam de morte non vera per locutionem auctam*: risu -i *infra l. 34. cf. et infra l. 50. 76*): ENN. frg. var. 80 deinde Glauca parva -itur. PLAVT. Asin. 810 -i me malim quam haec non eius uxori indicem (Aul. 661 -tuom ego me mavelim leto malo [*fig. etym., cf. infra l. 62*], quam *eqs.* CIC. Phil. 9, 6. AVG. soliloq. 2, 16, 30 p. 899[extr.] malit -i frigore, quam *eqs. al.*). Aul. 154 -ar priusquam ducam (*cf.* TER. Eun. 888 -ar, si non hanc uxorem duxero). Bacch. 1204 quam quidem actutum -amur. Cas. 334 repente ut -antur humani Ioves. Men. 36 aegritudine ... -tuost. 39. 243 qui sese dicat scire eum esse -tuom. Mil. 721 si ei (*i. filio*) forte fuisset febris, censerem -i. Poen. 61 eorum alter vivit, alter est -tuos. Pseud. 338 ex tua re non est, ut ego -ar. 339. 1222 te hau sinam -iri (*A*, sina moriri *B*), nisi mi argentum redditur. Stich. 216 paene sum fame -tuos (*v. app. crit.*). Trin. 42. 535. CAECIL. com. 163 placere occepit graviter, postquam -tuas⟨t⟩. TER. Haut. 971 -i cupio (CIC. epist. 14, 4, 1 in tuo conplexu). Phorm. 956 -i hercle satius est. Eun. 432 risu omnes qui aderant -iri (*v. l. 19 et l. 1*). VARRO Men. 332 nascimur enim spissius quam -emur. CIC. carm. frg. 31 M. (46 B.) *vs. Epich.* -i nolo, sed me esse mortuum nihil aestimo. Cluent. 30 *Cluentia* subito in media potione exclamavit se maximo cum dolore -i, nec diutius vixit. 42. Catil. 1, 20 si -i aequo animo non potes. Sest. 80 Planc. 90 Rab. Post. 29. de orat. 1, 243 nasci prius oportere quam -i. Tusc. 1, 96 non miserabiliter vir clarus -itur. 1, 97. 1, 98 equidem saepe -i, si fieri posset, vellem. Cato 71 quid est ... tam secundum naturam quam senibus -i? off. 3, 114. Att. 7, 23, 2 *pro Pompeio* -i cum pie possum, tum lubenter (8, 2, 4 epist. 2, 15, 3). *al.* CATVLL. 52, 1 quid est, Catulle? quid moraris -i? (*item* 4). PVBLIL. B 7 bis ⌊-i est⌋ (est mori *l. v.*) alterius arbitrio mori. SALL. Catil. 20, 9 Iug. 14, 24 OV. met. 3, 391. PHAEDR. 1, 6, 8 *sol* cogit ... miseras arida sede -i *ranas*. COLVM. 9, 13, 10 -entur pulli *apium. al.* PLIN. nat. 5, 42 *scorpiones*. 7, 16 *effascinantes* quorum laudatione ... -antur infantes (*inde* GELL. 9, 4, 8). *al.* PS. QVINT. decl. 5, 20 p. 107, 4 super infamiam nominis huius -ar. CALP. decl. 15 cur dubitem per infamiam senex -i. APVL. Plat. 2, 18 eos ... e[o]mori praesta[n]t. 2, 22. TERT. anim. 5 p. 304, 21 animal (*ibid. l.* 22). ITALA deut. 5, 25 (Lugd.) -emur (ἀποθάνωμεν. VVLG. moriemur). LACT. inst. 5, 13, 2 cruciari ... et -i (*ibid.* 15. 7, 9, 17 dolore [*cf.* AVG. civ. 2, 23 p. 85, 25 D. excruciari]). TREB. Gall. 5, 3 multi terrore -tui *sunt*. FILASTR. 69, 4 ut et dolere possit corpore et -i. MACR. somn. 1, 13, 18 nec dicit quod, nisi mors naturalis advenerit, -i non poteris, sed huc venire non poteris. MARCELL. chron. II 78, 432, 3 Bonifatius vulnere ... -itur. *et al.* *in imag. et per alleg.*: HIER. epist. 22, 32, 1 gemmis codices vestiuntur et nudus ante fores earum Christus -itur. *de aversione a saeculi illecebris* (*nota accus.* mortem, *v. infra l. 63. cf. supra l. 22*): PAVL. NOL. epist. 45, 4 p. 382, 23 ut doceas me ... mortem istam evangelicam prius -i (AVG. epist. 95, 2 p. 507, 10 evangelicam mortem prius -endum). *β de corpore, corde, animo* (*cf. p. 524, 9*): VARRO frg. Tert. nat. 2, 2 p. 97, 15 cum est ... in nobis (*animus i. ignis*), ipsi sumus, cum exivit, -imur. CIC. Cato 80 animos, dum in corporibus essent mortalibus, vivere, cum excessissent ex eis, -i (*cf.* MELA 2, 18 alii *putant animas* -i quidem, sed id melius esse quam vivere). PLIN. nat. 11, 181 *tradunt oculos* primum -i, cor novissime. AVG. civ. 13, 17 p. 577, 17 D. animalium terrestria ... corpora ... *necesse est* dissolvi et -i (13, 19 p. 581, 20 *animae a corpore separatione* corpus animantis ... evidenter -itur. CLAVD. MAM. anim. p. 70, 17 NICET. symb. p. 50, 16. *cf. p. 524, 29. 47*). *inde in similitud.*: VVLG. I reg. 25, 37 indicavit ei (*Nabal*) uxor sua verba haec et -tuum est cor eius intrinsecus et factus est quasi lapis.

b *i. q. vitalem potestatem vel amittere vel non amplius habere*: *α de herbis, arboribus sim.*: VITR. 2, 9, 3 inutilis liquor effluens per torulum non patietur -i in eo (*i. arbore caesa*) saniem. 2, 9, 11 *ulmus et fraxinus* vetustate sunt aridae factae aut in agro †perfecto qui est eis liquor (*fort.* praecepto vi aestus liquore) stantes -untur (*cf.* COLVM. 5, 6, 1 ne -tuis arboribus rarescat *arbustum* [PLIN. nat. 17, 85 arbores]. 5, 8, 7 *olea* etsi non -itur in eiusmodi solo, nunquam tamen convalescit [arb. 17, 3]. PLIN. nat. 24, 1. *al.*). SEN. Oed. 51 arente culmo sterilis -itur seges. COLVM. 2, 9, 4 *ordeum* si lutoso (*solo*) commiseris, -itur. 2, 11, 4 totus frutex -itur. 4, 24, 5 dolabella conveniet expurgare quidquid -tuum est (*in vite*). 4, 24, 15 illa (*resectio sc. vitis*) celerius et latius -itur. 11, 3, 41 *lepidium* frigoribus violatum -itur. PLIN. nat. 12, 115 *eutheriston genus balsami* ferro laedi vitalia odit; -itur protinus. GELL. 9, 4, 8 *v. p. 523, 49.* ARNOB. nat. 1, 3 p. 6, 18 difficiles pluviae sata faciunt -i. VVLG. Iob 14, 8 si ... in pulvere -tuus fuerit truncus. *al.* *β de membris aut partibus corporis* (*cf. p. 523, 69*): CELS. 5, 26, 34[D] membrum, quod paulatim -itur, abscidere. 5, 28, 14[D] clavus. 6, 4, 1 -tua summa pellicula (*cf.* 7, 2, 6 *cutem*). 6, 6, 9[C] si (*oculus*) induruit et sic -tuus est. 7, 7, 8[B] quo fit, ut omnes pilorum radices adustae -antur (*J*; mor- *cett.*). 7, 21, 1[A] donec -atur et excidat (*quantum ex utero prolapsum est*). 7, 29, 1 si iam prope maturus partus intus -tuus (*FJ*; -tus *V*) est (7, 29, 2). *al.* PLIN. nat. 10, 115 qua iniuria uber -itur. CAEL. AVR. acut. 2, 34, 182 *cor leviter laesum non similiter ceteris partibus* aut -itur aut durescit.

2 *translate: i. q. vigere desinere, deficere*: **a** *de rebus naturalibus* (*quasi vi vitali praeditis*): CVRT. 4, 7, 10 nondum tam vastis nudisque solitudinibus aditis, iam tamen sterili et -ente terra. 9, 4, 18 inmobiles undas, in quibus -ens natura defecerit. MELA 3, 78 *Euphrates* inde tenuis rivus despectus -itur et ... deficit. PLIN. nat. 16, 23 carbo in aerariorum ... officinis ... desinente flatu protinus -ens. TERT. nat. 2, 2 p. 97, 17 mundus -itur. PANEG. 10 (4), 21, 2 imperatoris fuit cura, non modo ut incendium non adiutum senesceret, sed oppressum -i posset (*cf.* HIER. epist. 54, 13, 4 flamma deficientibus nutrimentis paulatim -itur). ARNOB. nat. 1, 2 p. 4, 23 -tuis flaminibus *ventorum*. **b** *de rebus (fere) incorporeis*: CIC. Scaur. 50 neque tuorum quicquam potuit -i praeter corpus (*v. p. 523, 71*). parad. 18 quorum laus -i non potest. OV. rem. 654 per ... gradus molles -atur amor. CELS. 2, 10, 2 -itur enim vis *vitalis*, si qua supererat, hoc modo erepta. QVINT. inst. 1, 1, 2 *spes* -itur aetate. *al.* PS. QVINT. decl. 8, 18 p. 162, 22 cum homine qui propter intellectum languoris occiditur, ipse quoque paulatim languor -itur. GELL. 1, 22, 20 si res publica -atur et pereat, nolle se vivere. 20, 1, 10 passus est *populus Romanus* leges istas ... situ atque senio -i. ARNOB. nat. 1, 48 p. 32, 6 *an* fecerit et -i valetudinum causam. FVLG. Virg. cont. p. 94, 23 amor contemptus -itur et in cineres exustus emigrat. p. 99, 20 libido iam contemptu -tua. AVG. trin. 10, 1, 2 p. 974[init.] iam ex usu loquendi, quem nunc habemus, hoc vocabulum -tuum. THEOD. PRISC. log. 36 p. 135, 14 calorem ingenitum -entem reparare. *ibid. l.* 16 vires -entes *exsuscitare*.

part. perf. pro adi. ×**ēmortuus**, -a, -um. **1** *proprie: i. q. mortuus, exanimatus, vitali potestate privatus*: **a** *notione propria*: *α de animantibus eorumque corpore partibusve corporis* (*acced. signif. alleg. vel spiritalis e. g. l. 53. 54. 74*): CELS. 5, 26, 26[A] hoc *indicium est* -i corporis (7, 29, 3. *cf.* AMBROSIAST. in I Cor. 15, 36 ut non credat resurgere resoluta et -a corpora [PS. AVG. quaest. test. I 114, 18 neque -a et dissoluta corpora rursus reparari ad vitam. II nov. 47]. *v. l. 65. al.*). 6, 7, 5 -i vermes. 8, 3, 10 inter integram atque -am (*J*; mort- *FV*) partem. PLIN. nat. 20, 139 -os partus (22, 100. *al.*). 35, 98 lacte. TERT. pudic. 20 p. 267, 19 in carne *hominis* ... quod -um (-o *B*) delicto habebatur (*i. per peccatum caro -a est in similit. leprae morbi*). HIL. myst. 1, 22, 3 p. 19, 26 in pellibus -arum pecudum formam peccatoris adsumit *Iacob* (*cf.* CASSIAN. inst. 1, 11, 2 accinctio ... lumborum et ambitus pellis -ae significat eum [*i. militem Christi*] mortificationem circumferre membrorum. *sim.* 1, 11, 3). HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 6 p. 295, 30 B. quando ... insanabiles plagae sunt et in -a carne alta putredo contabuit (POMER. 2, 7, 2 caro morbis -a si non abscisa fuerit. *al.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 6, 1 p. 242, 20 velut carorum suorum -is adsident cadaveribus. Orig. in exod. 13, 5 p. 393[A] pilus ... species est -a, exsanguis et exanimis, hanc qui offert, ostendit in se sensum peccati iam mortuum. AVG. anim. 3, 5, 7 p. 366, 1 (*affertur Vinc. Victor*) -a membra ... in vigorem pristinam redanimata. *ibid. l.* 3 corpus -um redivivam animam recepit. PS. APVL. herb. 109, 32 H.-S. (*interpol.*) -os et exesos dentes tollit *herba titimallus. et al.* *inde quasi speciem rei -ae praebens* (*alleg. l. 74*): TERT. resurr. 28 p. 65, 13 Moyses manum in sinum condit et -am profert ([*opp.* vividam explicat]. 55 p. 114, 22 mutatur Mosei manus et quidem ad instar -ae exsanguis est, exalbida, frigida). HIER. in Ezech. 5, 1 sqq. p. 52[A] quae (*caesaries et barba*) si radantur, foeda nuditas apparet et universi corporis pars extrema, atque ut ita dicam -a, in capillis atque pilis est. ita Ierusalem et populus eius -us *eqs.* *β de arboribus, frumento sim.*: AMBR. hex. 3, 13, 54 arbores, quae senili atque -a radice successionem sui ... reparare non noverint. HIER. in Ioel 1, 7 p. 955[D] ut omni virore consumpto albi atque -i ramusculi remaneant. in Agg. 1, 9 p. 1596[C] frumentum -um et vacui folliculi. RVFIN. symb. 44 p. 583[A] lignum -um iterum vitam recipere. *al.*

b *in imag. et per allegoriam*: TERT. resurr. 30 p. 67, 25 statum ... Iudaeorum deformari quodammodo -um et exaridum et dispersum in campo orbis. *de sepulchro Christi* (*in lusu verborum*): ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 8 expulisti ... morticinum dogmatis alieni (*quippe cum Christus re vera mortuus non sit*) et fortitu-

[Krohn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dinem eius -o (*L*) de sepulchro suo quasi ossa honore carentia proiecisti (*i. quasi officio carens s. -um dicitur*).

2 *translate*: **a** *i. q. nullam vim habens, iners, inefficax*: PLAVT. Epid. 117 nam quid te igitur retulit beneficum esse oratione, si ad rem auxilium -um est? TERT. adv. Hermog. 34 p. 164, 16 *deum* etiam universitatem ex nihilo, velut -am, quae scilicet non erat, in hoc, ut esset, suscitasse. RVFIN. Orig. in lev. 8, 11 p. 412, 19 B. omne quidquid -i operis animae positae in peccatis exortum est ... abicere.

b *i. q. sine sensu vitae, insensibilis: de rebus pertinentibus: ad corpus*: SEN. nat. 4, 13, 10 quid sentire possunt -ae fauces et occallatae cibis ardentibus? HIER. epist. 66, 8, 4 illecebras crinium (*mulieris, i. sapientiae saecularis*) atque ornamenta verborum cum -is unguibus seca. *ad mentem, sensum*: HIL. trin. 10, 14 p. 352^{C} in -am sensus sui oblivionem mens sucis violentioribus occupata conficitur. 10, 53 p. 385^{B} ut ... usque ad -um videndi sensum oculorum natura revocetur. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 184, 10 B. *anima* nihil -um, nihil insensibile habet.

c *i. q. extinctus, exoletus*: *α de carbone, igni, favilla*: PLIN. nat. 16, 24 -o carbone sacrificatur. HIER. in Am. 2 praef. p. 1023^{B} raro inter -os cineres scintilla sublucens reviviscere nititur. in Is. 30, 12/14 p. 344^{A} ignem -um reaccendere. *sim.*: SEDVL. op. pasch. 5, 6 mendacia vanis accusantium favillis -a, non fidei calore viventia. *β de corpore (aetate fere consumpto) invalido ad vicem suam fungendam*: MAR. VICTORIN. in Gal. 4, 23 p. 1185^{C} cum vel -o semine vel -a etiam vulva ambo iungerentur (VVLG. Rom. 4, 19 nec consideravit corpus suum -um et -am vulvam Sarae. MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 1 p. 389 $^{p.\ med.}$ [*gr. p. 172$^{extr.}$ νεκρᾶς*]) AMBR. Abr. 1, 8, 66 Sarrae genitalia. AMBROSIAST. in Rom. 4, 17 p. 86^{D} ut ... -a corpora senectute generarent sanctum Ioannem (PELAG. in Rom. 4 p. 665^{B} Abraham iam -o corpore filios ... generaverit. AVG. civ. 16, 28 p. 171, 26 D. *al.* PETR. CHRYS. serm. 90 p. 453^{A} de Abrahae et Sarae -is extrema senectute corporibus. *al.*). VVLG. Hebr. 11, 12 ab uno orti sunt et hoc -o (*νενεκρωμένου*). ENNOD. dict. 1, 16 p. 427, 23 -is per compages artubus ... sola anima ... sustinebat. *γ de rebus incorporeis*: HIL. coll. antiar. p. 146, 27 -am de Athanasio ipso iam tempore quaestionem et veritatis indicio consepultam (COD. Theod. 16, 7, 3, 1 [*a. 383*] hereditariae quaestiones temporum varietate longorum prorsus -ae). HIER. hom. Orig. in Luc. 17 p. 259^{A} *ut cogitationes malae* interfectae atque -ae esse desinerent. epist. 143, 2 non ut convincamus haeresim -am.

deriv.: emortualis.

comp.: inemorior, superemorior. *Krohn.*

[*?* **emoritus** (immaturus *Goetz*; emortu(u)s *Heraeus*) *πρόμοιρος* GLOSS. II 419, 16. *inde* 578, 25 -us bene moratus.]

ēmoroides *v.* haemo-.

***?* ēmoror** *διατρυπᾶ* (*i. διατρίβω*) GLOSS. II 275, 18 (⟨r⟩emoror *Heraeus*).

ēmorragia, ēmorrois *v.* haemo-. *K.-M.*

ēmortuālis, -e. [*cf. c.* mortualia, -ium *et c.* emorior, emortuus. *W.*] *cf. Leumann, d. lat. Adi. auf -lis, Straßb. Diss. 1917, p. 37.* *i. q. feralis*: PLAVT. Pseud. 1237 certumst mi hunc -em facere ex natali die. *Krohn.*

ēmortuus *v.* emorior. **ēmostasis** *v.* haemo-

ēmōtio *ἀποκίνησις* GLOSS. II 61, 9.

✖ēmoveo, -mōvī, -mōtum, -ēre. *ab* ex *et* movere. *scribitur* ex-: PLAVT. Pseud. 144 *A* (am- *P*). Truc. 78. *forma brev. perf.*: -mōstis: LIV. 37, 53, 25. GLOSS. -ti expulsi. evulsi. *ἀποκινηθέντες*. -tus *ἐκβλητος καὶ ἀπόβλητος, ἀποκινηθείς*. *legitur inde a* PLAVTO.

I *proprie: fere i. q. loco movere*: **A** *res*: **1** *incorporeas: fere i. q. pellere* (*morbum v. l. 78 sqq.*): PLAVT. Pseud. 144 nisi somnum socordiamque ex pectore -etis ([*v. l. 57*]. Truc. 78 mihi haec meretrix ... Phronesium suom nomen omne ex pectore -vit [*v. l. 57*] meo). VERG. Aen. 6, 382 his dictis curae -tae pulsusque ... corde dolor (*inde*: PRVD. psych. 629. *cf.* CYPR. GALL. Ios. 226 his factis curae -tae). HOR. carm. 4, 15, 10 culpas.

2 *corporeas* (*fere ex sede sua; aliter l. 81. p. 526, 2*): **a** *res quae ad hominum corpus aut pertinent aut ex eo (praeter l. 84 sqq.) removentur* (*i. q. foras movere, proicere l. 71*): *α partes corporis*: NIGID. frg. Gell. 10, 4, 4 '*vos*' cum dicimus, ... labeas sensim primores -emus (*v. l. 69*) ac spiritum atque animam porro versum et ad eos, quibuscum sermocinamur, intendimus. SEN. contr. 2, 5, 9 *mulier* deserebatur distortis manibus, -tis articulis. LACT. inst. 1, 4, 3 p. 12, 6 quis enim mentis -tae (*i. insanae*) non modo futura praecinere sed etiam cohaerentia loqui possit? (4, 27, 2 p. 384, 17 hominum ... mentes -tas et malis *daemonum* incursionibus furiatas. *cf. et p. 526, 29*). VVLG. Iob 37, 1 super hoc expavit cor meum et -tum est de loco suo. *β morbum (v. supra l. 61), squamam (sc. oculum vexantem) sim.*: HOR. sat. 2, 3, 28 -vit veterem *morbum* mire novus, ut solet, in cor traiecto lateris miseri capitisve dolore (*aliter p. 526, 2*). PLIN. nat. 29, 21 squamam in oculis -endam potius quam extrahendam. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 51 affectans stationem sensuum -ere fomento frigidae. chron. 2, 3, 70 sic ... intardata corporibus -eri atque excludi mutatione poterant curationis. *nota morbum e terra pellere* (*v. p. 525, 61*): LIV. 41, 21, 11 populus in foro votum concepit, si morbus pestilentiaque ex agro Romano -ta esset *eqs.*

encyclios (*v. l. 39*) *et* **encyclius**, -a, -um, ἐγκύκλιος. *scribitur* enk- *saepius in* EPIST. pontif. (*ex. gr.* 1055 Conc.[S] IV 2 p. 110, 1. 1056 p. 113, 38. 45. 114, 11. *al.*). *de orig. graeca cf.* VICT. TONN. chron. II p. 188, 3 (*a. 468*) extant *Leonis imperatoris*, quae -a Graeco eloquio vocitantur. *i. q. rotundus, circularis* (*tantum transl. et techn.*): **1** *de disciplina plena et rotundata, quae septem illas artes liberales circumplectitur* (ἐγκύκλιος παιδεία, ἐγκυκλοπαιδεία): VITR. 1, 1, 12 -os ... disciplina uti corpus unum ex his membris est composita. 6 praef. 4 parentibus ago ... gratias, quod ... me arte erudiendum curaverunt et eā, quae non potest esse probata sine litteratura (-ae *trad., fort. recte*) -oque doctrinarum omnium disciplinā (*nota utrubique adi. more graeco duarum terminat. esse*).

2 *usu eccles. de circularibus litteris, scriptis sim. (vel eorum collectione in corpus redactorum; v. l. 51. 55), quae res synodales (fere Chalcedonensis concilii) complectentes quasi per gyrum mittuntur (maxime de -is Leonis papae, v. infra l. 62. 65. 66 sq. al.; episcopi infra l. 69; imperatoris l. 35. 71):* *cf. def.*: EPIST. pontif. 1055 Conc.[S] IV 2 p. 110, 1 in enkycliis ..., quod est episcopalium collectio litterarum (*v. l. 46*). CASSIOD. inst. div. 23 p. 1138[C] legite quas habetis in promptu synodum Ephesinam et Chalcedonensem nec non et -a, id est epistolas confirmationis supra dicti concilii (*cf. et* 11 p. 1123[C] codicem [*v. l. 59*] ἐγκύκλιον, id est totius orbis epistolarium). LIBERAT. brev. 15 p. 1018[C] hae epistolae vel relationes (*sc. syn. Chalced.*) episcoporum omnium in uno codicis corpore redacta vocantur -a (*v. supra l. 46*). **a** *pro adi.*: CASSIOD. inst. div. 11 p. 1123[C] Chalcedonensis ... synodi testis est codex -us (*v. et supra l. 54*). **b** *neutr. plur.* encyclia, -ōrum *pro subst.* (*coniungitur* epistola *infra l. 65; opp.* epistula [*tamquam pars -orum?*]: *infra l. 67*): IOH. MAXENT. Conc.[S] IV 2 p. 3, 33 papa Leo ... coactus est, diversorum patrum sententiis per illa quae dicuntur -a, contradicentium ora obstruere *eqs.* EPIST. pontif. 1056 Conc.[S] IV 2 p. 113, 28 in scriptis vestris ex sancti ... Leonis epistolis ac enkycliis testimonia adiungitis (*cf. ibid.* p. 114, 11 interiectis ... duobus testimoniis de enkycliis adsumptis. *ibid.* p. 115, 33 testimonium ex epistola de encykliis ponitis). *ibid.* p. 113, 45 in enkycliis (p. 116, 6. CASSIOD. in psalm. 76, 8 p. 549[A] de quo loco Stephanus episcopus in -is ad Leonem principem scribens). *ibid.* p. 128, 37. CONC.[S] IV 2 p. 180, 21 -a Basilisci adversus orthodoxam fidem (*v. l. 27*).

encym- *v.* enchym-. **encytus** *v.* enchytus.

endecachordus, endecagonus *v.* hendeca-.

ende⟨i⟩a [d]egentia Graece (*i.* ἔνδεια) GLOSS.[L] I Ansil. EN 15.

endelechīa, -ae *f.*, ἐνδελέχεια. FVLG. Virg. cont. p. 86, 1 non illa ... quaerimus, in quibus ... Plato ideas aut Ermes astra aut Crisippus numeros aut -cias (*U*, -ti- *PD*, -lech- *vel* -lich- *HL, EG*) Aristoteles inversat. [CIC. Tusc. 1, 22 *nunc graece* (endelecheian *GKVH*).] *v. et Onom. et s.* entelechia.

endelechismos *m.*, ἐνδελεχισμός. *i. q. continuatio* (*de festo quodam*): Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 4 p. 809 audierat *Titus* eo die, qui erat mensis Iulii septimus decimus, divinam observantiam, quae -os (ent- *ed. Basil. a. 1524*) vocatur, ... defuisse *eqs.* (*gr. 6, 94 ἐπέπνστο ..., Πανέμου δ' ἦν ἑπτακαιδεκάτη, τὸν ἐνδελεχισμὸν καλούμενον eqs.*).

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. Soran. quaest. med. 106 p. 259, 16 quid est **endēmon** nosema? (*ἔνδημον νόσημα*, endima nossima *trad.*). aegritudo est quae dicitur peregrina, quae *eqs.*

ende[nt]ēs ⟨e⟩gens Graece (*i.* *ἐνδεής*) Gloss.^{L} I Ansil. en 14.

endiadis (*ἓν διὰ δύς*) *v.* hen-.

endiathetos, -on, *ἐνδιάθετος.* *i. q. intus efformatus, interior* (*opp.* *προφορικός*): Iren. 2, 12, 5 si . . . -on Logon dixerint, -os erit et Sige; et nihilominus solvetur ab -o Logo. quoniam autem non est -os, ipsa haec ordinatio ipsorum emissionis (*v. app. crit., i.* *προφορικός*) significat. [*gr. litt.* Don. Ter. Ad. 30 p. 14, 10 Schol. Hor. sat. 1, 4, 138; *utroque loco opp.* *προφορικός*.]

endivia, -ae *f.* *nomen herbae*: Cael. Avr. chron. 2, 7, 102 intybi aut -ae decoctionem aut buxi aut rosarum (*an del. pro gloss. ad vocem q. e.* intybi *adscripta?*).

1. endo (*?*) mansuetus Gloss.^{L} I Ansil. en 16.

2. endo *v.* in(du).

endocetum *v.* indigestus. **endoclūsa** *v.* includo.

endodecārit *v.* indico. **endofestābat** *v.* infesto.

endogenia *v.* ingenius. **endoitium** *v.* initium.

endop- *v.* imp-. [**endopicus** *v.* intra.]

endoriguus *v.* irriguus. **endotatus** *v.* inclitus.

endotercīsus *v.* intercīdo.

endotueor *v.* intueor (*et sim. rell. compos. ab* endo- *incipientia*).

endoxos, (-on), *ἔνδοξος.* *i. q. clarus, honestus* (*trslt. de fig. rhet.*): Fortvn. rhet. 13 p. 109, 4 quot istae *figurae materiarum?* (*i.* *σχήματα*). quinque: -os id est honesta, amphidoxos id est anceps *eqs. ibid. l.* 7 in -o qualem iudicem faciemus? benivolum. [*gr. script.* Ivl. Vict. rhet. 6, 4 p. 402, 32.]

endromida, -ae *v.* endromis *l. 33.*

endromis, -idis *f.*, *ἐνδρομίς.* *de formis:* *nom.* -is: Mart. 14, 126 tit. *gen.* -dis: Tert. pall. 4. *acc.* -da: Mart. 14, 126, 2. *v. et infra l. 34.* -dem: Ivv. 3, 103. *plur.: acc.* -das (*an* -ās? *v. infra l. 36*): Ivv. 6, 246. *sec. I^{am} decl.*: endromida, -ae: Mart. 4, 19, 4 -am (*T* [-edam]; -eda *B^{A}* [-mia *C^{A}*] *Linds., Friedl.*; -da *Heraeus*). Gloss. V 656, 19 (*ex Iuv. 6, 246; v. infra l. 49*) -a pallium philosophi est (*cf.* Gloss. I p. 387). *v. etiam supra l. 32.* *inde a* Mart. *i. q. vestimenti genus densioris ac villosi, quod fere ad frigus, imbres sim. arcendos (post corporis exercitationes, ne perfrigescas: v. l. 44. 50) superinicitur* (*maxime speciei vilioris [v. infra l. 43. 46]; contra de tegumento pretioso infra l. 49; opp.* multicia synthesis *infra l. 53.* *acced. adi.* solox: *infra l. 52* [*v. et* pinguis *infra l. 42*]): Mart. 4, 19, 4 hanc tibi Sequanicae pinguem textricis alumnam, quae Lacedaemonium barbara nomen (*i.* *ἐνδρομίδα*) habet, sordida, sed gelido non aspernanda Decembri dona, peregrinam mittimus -a (*cf. quae seq. et v. supra l. 38*). 14, 126 tit. -is: 14, 126, 2 pauperis est munus, sed non est pauperis usus: hanc tibi pro laena mittimus -da. Ivv. 3, 103 igniculum brumae si tempore poscas, accipit *histrio Graecus* -dem (*cf.* Schol. *ad l.*: lodicem qua se cooperiunt [cooperia[n]t *Wessner*]). 6, 246 -das Tyrias et femineum ceroma quis nescit? (*sc. post exercitationes corporis; v. supra l. 38*). Tert. pall. 4 p. 937 Oe. *pugil Cleomachus* sicut vestigia cestuum viriis occupavit, ita et -dis solocem (*pro* '*-da solocem', v. adn. Oehleri*) aliqua multicia synthesi extrusit (*i.* '*vilem crassamque vestem subtiliore expulit*'). *de re v. Amelung, PW. V 2556, 50; Blümner, Edict. Diocl. p. 149; Privataltertümer p. 220.*

endromidātus, (-a, -um). *ab* endromis (*cf.* fasceatus *infra l. 58*; lacernatus *sim.*). *i. q. endromide vestitus*: Sidon. epist. 2, 2, 2 tu -us exterius, intrinsecus fasceatus . . . discipulis . . . exponere oscitabundus ordiris (*opp.* in carbaso, bombyce *sudare*). *K.-M.*

[**eneamus** *v.* enneamusus.] **ēnecātio** *v.* enecium, enectio.

ēnecātrīx, -īcis *f.* *ab* enecare. *quae enecat*: Tert. adv. Marc. 1, 29 p. 332, 19 duritia Pharaonis nascentium -x (*v. sub* eneco *p. 562, 61*).

ēnecium enecatio, hoc est occisio hominis Gloss. V 568, 24.

✖**ēneco** (ēnico), -āvī (-uī), -ātum (ēnectum), -āre. *ab* ex *et* neco. *de formis:* *formae debilitatae* enic- *apud* Plavt. Ter. Varronem *fere codicibus commendantur* (*v. praeterea p. 562, 79*). *inde a* Laber. (*v. p. 562, 35*) *formae* enec- *plerumque restitutae sunt (v. Battré, de recompos. in verbis lat. adhibitae usu et notione, diss. Jena 1909, p. 33 sq.).* *perf.* -ui: Sen. (*v. p. 563, 32*). Svet. (*v. p. 562, 57*). *fut. II* -asso: Plavt. (*v. p. 562, 24. 29*). *part. perf.* -ctus: Trag. inc. (*v. p. 563, 51*), Cic. Hor. Ov. Liv. Sen. Colvm. *al.* (*ex inscr.?, v. p. 562, 8*). Gloss.^{L} I Ansil. en 30 -ctum pallore[m] (*cf. p. 563, 42*): ⟨p⟩ro -tum posuit aut pro languidum. 31 -ctus: -tus, strangulatus. -tus: Obseq. (*v. p. 562, 20*), Oros. (*v. p. 562, 55*). Marcell. chron. (*v. p. 563, 18*). *utramque formam praebent* Plin. nat. Greg. Tvr. *de prosodia*: Carm. adv. Marc. 4, 44 ēnecans. *de significatione*: Char. gramm. p. 472, 17 B. -o *πνίγω*. Evgraph. Ter. Andr. 660 'cur me -as': cur me interrogationibus crucias (Phorm. 856. *v. p. 563, 82*). Schol. Ter. p. 89, 7 -as: iacularis et interficis tuis verbis. p. 132, 28 -as: iugulas, fallis, circumvenis vel decipis. Gloss.^{L} III Abol. en 7 -are infocare (*cf. p. 562, 11*). *v. et supra l. 74 sq.* Gloss. -as occidis. -ctus interfectus. -o *ἀποπνίγω*. -at *ἀποσφάττει. al.* *legitur inde* a Plavto (*v. p. 562, 17 sqq.*

563, 48 sqq. 73), *sic tamen, ut apud* Cic. Hor. Ov. Liv. Val. Max. *solum part. perf.* -ctus, -a, -um *exstet; raro apud poetas* (*exceptis comicis*).

[*in sententia dub. tradit.*: Plavt. Poen. 1267 nolo ego istuc enicam (*sic vel* -ari *P* [*A non leg.*]; -as me *Goetz-Sch.*, istunc -ari *Lindsay*). Colvm. 5, 6, 37. *ex coni. incerta*: Apvl. met. 9, 32 -bar *Wiman, Kronenberg* (enitabar *trad., alia alii*). Tert. nat. 2, 8 p. 109, 20 (-ctos *Oehler*, ineptos *trad.*). *dub.*: Inscr. christ. Diehl 1540 Eufronia . . . et m⟨at(er)⟩ naufragio ⟨e⟩necta (*v. infra l. 77 et cf. p. 563, 12*).]

I *i. q* ***necare, interimere*:** **A** *proprie*: **1** *sensu latiore: quavis ratione* (*interdum notio 'suffocandi', 'strangulandi' praevalere videtur: v. ex. gr. infra l. 20. 27. 35 sq. [cf. p. 561, 79. 82. 84 et v. sub b, l. 84]; potius 'caedendo', 'opprimendo' necare: l. 20. 75; pass.* -ari *fere i. q. perire: infra l. 72. fere i. q. paulatim consumere infra l. 65. de tali actione quae non ad finem perducitur: infra l. 36. 72*): **a** *animantia* (*partem corporis humani: infra l. 39. 57*): Plavt. Amph. 1056 mihi videntur omnia, mare terra caelum, consequi, iam ut opprimar, ut -er (Bacch. 867 ne manifesto hominem opprimat neve -et *miles*). 1119 puer ambo angues -at (Obseq. 42 angues a populo lapidibus -ti). Aul. 743 at ego deos credo voluisse ut apud me te (*sic Pistoris, Meursius*; te me *codd.*) in nervo -em. 832 vel hercle -a, numquam hinc feres a me *aurum* (Rud. 1401 vel hercle -a, non tacebo umquam. *cf.* Most. 212 perii hercle, ni ego illam pessumis exemplis -asso). Merc. 312 auctor sum ut me amando -es. 611 Eutyche, capital facis . . . quia aequalem et sodalem, liberum civem -as. Most. 219 in anginam ego nunc me velim verti, ut veneficae illi fauces prehendam atque -em scelestam stimulatricem. 223 divi (di *codd.*) me faciant quod volunt, ni . . . te liberasso . . . et Scapham -asso. Persa 318 emitte sodes, ne -es fame *boves* (Svet. Nero 36, 2 damnatorum liberi urbe pulsi -ctique veneno aut fame, *scq.* necatos. Greg. Tvr. Franc. 2, 4 p. 66, 13 fame variisque cruciatibus -bat. *v. praeterea p. 563, 54*). Rud. 476 optimo ⟨me⟩ iure in vinclis -et magistratus. Truc. 201 ut abortioni operam daret puerumque ut -ret. Ter. Phorm. 994 si non totus friget, me -a. Laber. mim. 123 ut hedera serpens vires arboreas necat, ita me vetustas amplexu annorum -at (*v. supra l. 15*). Varro Men. 289 ut avis -at accipiter. Bell. Afr. 84, 1 cum elephans sub pede subditum *lixam* . . . premeret atque -ret. Hor. epist. 1, 7, 88 bos est -ctus arando. Ov. met. 4, 243 nec tu (*Clytie*) iam poteras -ctum pondere terrae tollere, nympha, caput. Val. Max. 9, 12, 3 (*Iuventium Thalnam*) nimio gaudio -ctum. Cels. 6, 7, 5 *vermes sunt* medicamentis -andi (*cf.* Ps. Qvint. decl. 15, 4 p. 279, 22 quem pestiferis . . . medicaminibus -ctum [necdum *B V*, evectum *β*] tristis comploraret adfinitas). Sen. Herc. O. 916 serpentis illi virus -ctae autumas haut posse vinci? Colvm. 7, 4, 4 mares castrati (*agnorum*) cum bimatum expleverint -antur. 8, 14, 7 *anserculos* . . . urticae. 8, 14, 9. 9, 14, 2 vermiculi quoque qui tineae vocantur, item papiliones -andi sunt. 11, 3, 64. *al.* Plin. nat. 7, 47 auspicatius -cta (*var. lect.* -ta) parente gignuntur *homines*. 8, 79 -ctum *basiliscum*. 11, 65 *aranei* alvos. 11, 105 -tarum *locusturum*. 26, 159 partus -ctos. 28, 160 *venena* quae exulceratione -ant. 30, 141 in urina virili -ta (necata *R*) lacerta. *al.* Tac. ann. 14, 64 *Octavia* praefervidi balnei vapore -atur. Svet. Iul. 75, 3 libertis servisque eius (*sc. Caesaris*) ferro et igni crudelem in modum -ctis. Cal. 49, 3 non sine piscium exitio, quos -ctos aestus in proxima litora eiecit (*inde* Oros. hist. 7, 5, 10 p. 446, 14 -tos). gramm. 3 p. 102, 4 Servius . . . veneno sibi perunxit pedes *podagricos* et -uit ita, ut parte ea corporis quasi praemortua (-i *codd.*) viveret. frg. 68 p. 86 (= Hier. chron. a. Abr. 2030 p. 253, 21 F.) C. Asinius Gallus orator . . . diris a Tiberio suppliciis -atur (Hier. vir. ill. 21 p. 20, 22). Calp. decl. 13 p. 13, 21 *tyrannum*. Apvl. met. 7, 23 nefas . . . tam bellum asinum sic -are. Tert. apol. 9, 6 qui natos sibi liberos -ent (*cf.* nat. 1, 15 p. 85, 11 infantes editos -antes [Oros. hist. 1, 15, 3 mares]. Pelag. in Rom. 3, 22 p. 78, 10 S. innoxiam aetatem parvulorum [necari *B V*, eneg- *A E*]). Carm. adv. Marc. 4, 44 *deus* in cataclysmo -ans pariter cum prole parentes . . . *et* nepotes (*i.* '*consumens*' *[v. supra l. 15], cf. gen. 7, 21* consumpta . . . est omnis caro. *aliter p. 563, 12*). Arnob. nat. 1, 20 p. 14, 23 *dii* possunt nos . . . morborum obscurissimis causis -are (*seq.* consumere, exterminare). Macr. Sat. 7, 16, 18 de corporibus -ctis sol . . . haurit humorem. Prosp. chron. I p. 459, 1156 *Valens monachos* nolentes *militare* iussit fustibus -ari (*var. lect.* -rentur *vel* necarentur). Salv. gub. 5, 43 p. 115, 24 post mortem patris nati . . . agrorum muniis -antur (*v. supra l. 14*). Vict. Vit. 1, 9 p. 6, 6 ut . . . quos adire non poterant . . . corporum liquescentium -rent fetore. 2, 52 p. 44, 21 (*var. lect.* necandos). Ps. Vict. Vit. pass. 14 p. 113, 13 iussit eos remorum vectibus -ari (*v. supra l. 13*) et ita singulos in modum canum cerebris comminutis extingui. Corp. XI 5918 -ctus ab (*cetera dub.*). Inscr. christ. Diehl 1540 *v. supra l. 8.* Tab. devot. Stud. it. fil. class. 7 (1899) p. 196 interficite eum, occidite, eni⟨ca⟩te, profucate. *et al.* *in imagine*: Hil. trin. 5, 10 p. 135^{B} nondum vesanos spiritus tuos dictis evangelicis . . . suffoco . . ., interim te lex sola -at. Vincent. Ler. 20, 25, 7 p. 45 extra tutissimum catholicae fidei portum diversis cogitationum quatiuntur, verberantur ac paene -antur procellis.

b *sativorum fetus, fructus, arbores* (*cf. l. 11 sqq.*): Colvm.

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 9, 9 ubi vel uligo vel aliqua pestis segetem -at ([negat *SA*]. 2, 9, 10 quaedam etiam subterraneae pestes adultas segetes radicibus subsectis -ant). 2, 11, 1 quod ... gelu frumenta -entur (negantur *A*). 2, 17, 2 *cinis saepius ingestus* muscum -at. 3, 17, 4 radices teneras. 4, 7, 2. 5, 8, 7 quercus etiam excisa radices noxias oliveto relinquit, quarum virus -at oleam. 11, 3, 38 ne herbis -etur (necetur *A*) *ruta*. LVCAN. 9, 433 *ora Syrtidis* exurit messes et pulvere Bacchum -at. PLIN. nat. 17, 150 umbra stolones supervacuos -ante. 17, 203 maritare nisi validas *arbores* inimicum, -ante veloci vitium incremento. 18, 127. 18, 155 est herba quae cicer -at et ervum circumligando se (*seq.*: conplexu necant).

2 *sensu artato: mergendo alqm. necare* (*cf. Bonnet, le latin de Grég. de T. p. 286; Schulze, Berl. Sitzber. 1918, 327 sqq.*): CYPR. GALL. exod. 512 dum *dominus* currus celeres Aegyptiorum iunctis equitibus gravique turba Rubri marmoris -at fluentis (*cf. exod. 15, 4* currus ... proiecit in mare ... principes ... submersi sunt in mari rubro). MARCELL. chron. II p. 96, 27 (*a. 505*) multis ... militibus in hoc conflicto perditis et in Margo flumine -tis (*i. ἀποπνιγέντων*). GREG. TVR. Franc. 4, 30 p. 166, 4 multos ex his violentia amnis direptos -vit. 4, 31 p. 167, 3 adcumulata ... aqua erumpens ... homines .. ipsos -vit, domus evertit, iumenta delevit. 6, 35 p. 275, 9 regina ... alias *mulieres* -at (-negat *B 2*, negat *B 5*), alias incendio tradit, alias rotis ossibus confractis innectit. glor. mart. 35 p. 510, 19 litora ... discurrebat per circuitum riparum, si forte -tam (necatam *3*) prolem eiectamque litore quis conspicasset. Andr. 24 p. 840, 17 cadaver -ctum in mari proiectum. *huc etiam spectare videtur*: GREG. TVR. glor. mart. 78 p. 540, 32 relinque, o fili, res pauperum ... ne tibi sit noxium et a lacrimis egentium ... -eris (*nota hyperbolam*). *transl.*: ENNOD. carm. 1, 10 madente carne spiritus non -etur naufragus. *cf. et p. 562, 8.*

B *translate de rebus, fere i. q. extinguere, tollere*: **1** *res incorporeas*: SEN. epist. 94, 31 *indoles naturalis* evalescit, si tamen illam diutina pestis non infecit nec -uit. HIL. trin. 12, 43 p. 460[B] ad -andam impietatis occasionem. HIER. epist. 22, 24, 4 (*cf. Matth. 21, 12 sq.*) ubi ... simplicitas -atur (*var. lect.* denegatur). PRVD. ham. praef. 55 *Cain* animae ... vitam labe carnis -at. **2** *corporeas*: ANTIPATER TARS. Macr. Sat. 1, 17, 57 (= frg. 46 [III p. 251, 5 A.]) *terrae exhalatio* divino fervore radiorum tandem ... extenuata exsiccata -cta. MACR. Sat. 1, 19, 13 ambitus caeli ... tunc aestimatur -ctus a Mercurio, cum sol ... obscurando sidera veluti -at vi luminis sui.

II *sensu necandi abolito aut certe debilitato abscedit in eam notionem q. e.* ***vexare, cruciare, infringere*** *sim.* (GLOSS. *v. p. 561, 73*): **A** *corporaliter* (*cogitatur imprimis de fame sive inopia; hoc etiam iis exemplis statuendum est, quibus ablat. quidem non additio aut ex opp.* [pleni *l. 60; προσανατρεφομένην infra l. 66*] *aut ex coniunct. [v. infra l. 62 sq.] quid sonet* -ctus *elucet*). *de parte animi quasi pro corpore sumpta: infra l. 51. nota part. perf. pass. pro subst.: infra l. 62.* PLAVT. Curc. 236 lien -at (*sic Varro ling. 7, 60*, necat *codd. Plaut.*), renes dolent *eqs.* Merc. 114 -at (emicat *B*) suspiritus, vix suffero hercle anhelitum. TRAG. inc. 111 *Tantalus* -ctus siti. CIC. div. 1, 61 ea ... parte animi quae voluptate alitur, nec inopia -cta nec satietate affluenti (*e Plat. rep. 7, 571[D] τὸ ἐπιθυμητικὸν δὲ μήτε ἐνδεία δοὺς μήτε πλησμονῇ*). 2, 73 *avis* inclusa in cavea et fame -cta si in offam pultis invadit (LIV. 1, 40, 9 effigies, immo umbrae hominum, fame frigore inluvie squalore -cti. NON. p. 350, 34 maestum: -ctum fame. *huc spectat* PAPYR. Amherst. II 26 [*s. III/IV*] I 4 ipse ... esuriens et luppus -ctus ver⟨o⟩ redivit [*vertit Babr. 16, 6 αὐτὸς δὲ πεινῶν καὶ λύκος χανὼν ὄντως ἀπῆλθε*]. *aliter p. 562, 30*). div. 2, 142 medici ... morbos intellegunt, non nullas etiam valetudinis significationes, ut hoc ipsum 'pleni -ctine (*v. supra l. 45*) simus', ex quodam genere somniorum intellegi posse dicunt. TERT. apol. 14, 1 non dico quales sitis in sacrificando, cum -cta et tabidosa et scabiosa quaeque mactatis (nat. 1, 10 p. 77, 15. *v. supra l. 46*). ieiun. 7 p. 282, 19 etiam pecudibus -ctis *ieiunio*. *inde per metaphoram*: CIC. Att. 6, 1, 2 Appius, cum ... provinciam ... mihi tradiderit -ctam, *προσανατρεφομένην* eam a me non lubenter videt (*v. supra l. 45*). S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278; *a. 176/7*) 2 quantolibet morbo salutem publicam mersam et -ctam refovere et integrae valetudini reddere.

B *spectatur animus, mens, cogitatio sim., fere i. q. vexando molestias praebere* (*saepe absolute usurpatur; subest genus quoddam hyperbolice dicendi, quale sermoni cottidiano adamatum esse constat*): PLAVT. Asin. 921 pol me quidem miseram odio -vit ([-bit *codd.*]. Persa 48[a] ah, odio me -as. Rud. 944). Cas. 233 -as (enegas *codd.*) :: vera dicas velim (*cf. I A 1 a*). Merc. 157 ah, lassitudinem hercle verba tua mihi addunt, -as. 493 invenietur, exquiretur, aliquid fiet; -as (*item in fine versus pro alterius collocutoris responso*: Merc. 916 Persa 484 TER. Phorm. 384. 856). 557 *uxor* iam iurgio -bit, si intro rediero. 893 -as me miserum tua reticentia (*sic Merula*, recentia *codd.*). Most. 652 absolve hunc quaeso, vomitu (*sic Bothe*, -um *codd.*) ne hic nos -et. Poen. 1267*?* (*v. p. 562, 3*). Truc. 119 -as me miseram quisquis es. TER. Andr. 660 cur me -as? (*cf. p. 561, 79*). Eun. 554 qui me ... rogitando obtundat -et. AVG. soliloq. 2, 13, 24 p. 896 loquere iam, hic sum; quid -as? CARM. epigr. 1870 A, 5 quae res mort⟨a⟩lis u⟨s⟩que quaque maceran⟨t⟩ miserosque reddunt et suspensos -ant animosque torquent.

enecos (enicos) *v.* cnecos *vol. III 1364, 70.*

1. ēnectio, -ōnis *f. ab* enectus (*v. Leumann, Glotta 19, 1931, 245*). *i. q. actus enecandi*: ISID. orig. 5, 26, 17 internecivi ... significatio est quasi quaedam hominis -o (*T*, enecatio [-ega-] C^1 *ut vid., K* [*probante Sofer, Latein. u. Roman. aus d. Etymol. d. Isid. v. Sevilla, Göttingen 1930, p. 83 sq.*], necatio *B, Bern.*). *v.* enecium.

2. enectio *v.* iniectio.

ēnecto, -ere. *ab* ex *et* nectere. NOT. Tir. 74, 63 (*post* nectit) -it. 74, 69 (*post* nexus) enexus.

enecus (-icus) *v.* cnecos, *vol. III 1364, 70* *Friedrich.*

enedia *v.* inedia.

enema, -atis *n.*, ἔνεμα. aeneme (*f.?*) *pro plur.* -ta: ORIBAS. *infra l. 26* *de notione*: ISID. orig. 4, 9, 11 -a graece, latine relaxatio dicitur. *i. q. (per clysterem) iniectio*: GARG. MART. med. 53 p. 200, 8 cum resina terebinthina pro -te (pro nemate *vl*, pronemate *dr*, prooemata *b*) data *amygdala* calculos frangunt (*at Plin. nat. 23, 75* ex ecligmate [*Diosc. 1, 23 ἐκλειχόμενα*]). THEOD. PRISC. log. 5 p. 107, 10 post clysteris simplicis beneficium etiam -te (hene- *V*, eném- *B*, enigmate [*cf. infra l. 27*] *r*), quod ex suco lini seminis ... temperatur ..., illis ... ardoribus succurrendum est (*cf.* 31 p. 129, 7 post clysterem ... chalasticum ... -te [*b*; enematio, *v. infra l. 29, VB*; emmata *r*] uti nos conveniet). CASS. FEL. 51 p. 133, 4 -a colicon anodynon, id est dolorem detrahens (*seq. confectio*). ORIBAS. syn. 2 add. p. 845[med.] (tit.) aeneme (*v. supra l. 14*) ... sunt utilia materiae medicinales. 9, 49 p. 370 erunt -ta (enigmata *trad., v. supra l. 21*) matrici adhibenda (*desunt gr. et La*). *v. et p. 569, 58.*

[***?*enematium,** -ī *n.*, **ἐνεμάτιον* (*sc. ab ἔνεμα per deminutionem*). *trad.* THEOD. PRISC. log. 31 p. 129, 7 *VB* (*v. supra l. 23*). *cf. eiusdem voces simili ratione deminutivas velut* epithematium, gargarismatium *al., ita ut codd. VB lectionem rectam esse fort. statuas.*]

enenēcontameris, -ide *f.*, **ἐνεννηκονταμερίς*. [*ex coni. certa: l. 35.*] FIRM. math. 8, 1, 10 p. 283, 26 addemus ... quid ... nonagesima pars operetur, quae a Graecis -is (*Skutsch*; -meroidis *B*, -tamoeros *vel* -meros *rell.*) dicitur. 8, 2, 1 p. 284, 5 primum ... de -de (-meroidis A^1B, -moerosidis *G*, euenecontamoeralis *N*) disputabo, id est de parte nonagesima.

***?*enenera** i. centonodia sive cardo GLOSS. III 582, 15 (*cf. Goetz, Thes. gloss. emend. s. v.* cardo *2; ad vocem q. e.* cinara [*v. vol. III 1060, 6*] *redire* enenera *et sim. videntur*).

ē(nepūs) NOT. Tir. 48, 71[a] (*post* nepus; *ante* ab-, pronepus).

energēma, -atis *n.* (energēma, -ae *f., v. l. 48. 62*), ἐνέργημα. *scribitur* in-: TERT. praescr. 30, 6 *AS*. PRVD. apoth. 400 *v. l. 54*. CARM. epigr. 1356, 19 ACT. Petr. 7. *de prosodia*: -gĭ-: PRVD. apoth. 400 (*cf. G. Meyer, Philol. 87, 1932, 343 adn. 55*).

notione: **1** *passiva: id quod (adhibita vi magica) procreatum est*: TERT. carn. 24 p. 463 Oe. -a (emergemam *B, v. supra l. 43*; vergemam *C*) Apelleicae virginis Philumenes filium. **2** *activa: i. q. vis aliquem energumenum faciendi*: TERT. praescr. 30, 6 illam virginem Philumenen ... postea vero immane prostibulum, ⌊et ipsius -te⌋ (*Preuschen*, et ipsius cuiusque inergemata *A*, et ipsa inergemate *S* [mergemate *L*]) circumventus, quae ab ea didicit 'φανερώσεις' scripsit *Apelles*. PRVD. apoth. 400 si gens *Iudaeorum* surda negat (*Christum*) ..., audiat insanum bacchantis energima (*BV, N a. ras.*; inergi- *A C, D a. corr.*; inhergima, inergia, energia *rell.*; *cf. et l. 44. 45*) monstri, quod rabidus clamat ... daemon (SCHOL. *ad l.* -a, id est imaginatio vel fantasia. unde qui fantasias omne nomen daemonum patiuntur inergumini [*v. p. 565, 75*] dicuntur). CARM. epigr. 1356 (= INSCR. christ. Diehl 1065), 19 ...⟩s inergima pell⟨it⟩ (*sic Weyman, Beitr. z. Gesch. d. christl.-lat. Litt. p. 193*). ACT. Petr. 7 omne scandalum et omnem ignorantiam et omnem inergaemam (*v. l. 43*).

energīa, -ae *f.*, ἐνέργεια. *extat vox gr.: l. 82. p. 565, 28. 46. 55; cf. p. 549, 24*; DON. Ter. Phorm. 104 p. 377, 17; *infra l. 74. p. 565, 60.* *scribitur* in-: GREG. TVR. Franc. 4, 11 vit. patr. 15, 3 glor. conf. 92 ACT. Petr. 5 p. 49, 27 *p. 565, 46; et al. in ll. vv.* (*cf. p. 565, 60*). aen-: ACT. Petr. 36 p. 91, 3. *acc.* -an: *l. 71. 87. p. 565, 24.* GLOSS. -a operatio. [*confunditur in codd. c. v. q. e.* enargia; *v. p. 549, 23 sqq. 35. 37. 565, 42 sqq.* (*cf. et l. 56*).]

I *in universum*: **A** *fere i. q. vis, robur*: DIOM. gramm. I 464, 3 *parabole fit* per -an (-am *A*), ut 'in segetem veluti cum flamma furentibus austris incidit' (*Verg. Aen. 2, 304*). HIER. epist. 53, 2, 2 p. 446, 2 habet nescio quid latentis -ae (*GΣDS*; inerg-, inert- *sim. al.*; ἐνεργείας *Hilberg*) viva vox. *cf. et p. 565, 37.*

B *fere i. q. vis, actus, operatio, efficacia* (*sc. dei, spirituum bonorum et malorum, diaboli; de mundi virtutibus spiritalibus p. 565, 2; de magica hominum et daemonum vi l. 83. p. 565, 7 sqq.* *fere i. q. [patrum, i. senatorum] potestas p. 565, 18*): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 22 p. 1129[B] sic ... se prima habent, ut cum sint omnia a divina -a, id est actus et operationes (*cf.* IVNIL. 1, 19 p. 488, 9 per quot species divinitatis efficientia sive operatio, ... quam Graeci -an [-am *pars codd.*] nuncupant). GENNAD. dogm. 83 (50) demones per -am (*cf. l. 71. p. 565, 9. 11 sq.*) non credimus substantialiter inlabi animae, sed adplicatione et oppressione uniri. RVFIN.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Orig. princ. 3, 3, 3 p. 259, 4 speciales quaedam mundi huius -ae, id est virtutes aliquae spiritales (*ibid.* p. 259, 7 ut sit propria quaedam -a ac virtus, quae inspirat poeticam, alia, quae geometriam *eqs.*). 3, 3, 4 p. 260, 16 humana anima, dum in corpore est, recipere potest diversas -as, id est inoperationes, spirituum diversorum malorum et bonorum (*ibid.* p. 260, 27 boni ... spiritus recipit quis -am vel inoperationem, cum movetur et provocatur ad bona *eqs.*). GREG. TVR. Franc. 4, 11 p. 148, 10 quadam vice conductam pecuniam (*sic*) mulierem clamare fecit in ecclesia quasi per -am, et se sanctum magnum ... confitetur. 7, 35 p. 315, 20 nonnulli arrepti a daemone, per -am (inerg-, inert- *l. v.*) debachantes (8, 34 p. 350, 11 a daemonio correptus per -am [inert-, inerc- *l. v.*] vexaretur). 9, 21 p. 380, 3 cum ego ipse saepius larvas -a famulante nomen eius invocantes audierim. vit. patr. 15, 3 p. 723, 26 extemplo fugatis daemonibus mentem -a turbatam ad integritatem ... reparavit. glor. conf. 92 p. 807, 8 -am incursionis diabolicae patientes. ACT. Petr. 5 p. 49, 27 omnes... quae in me crediderunt dissolvit astutia sua et -a sua satanas (6 p. 59, 10 -a satanae). *nota* (*v. p. 564, 78*): ACT. Petr. 36 p. 91, 3 (*verba Petri*) nolite furere in Agrippa praefecto, minister est paternae -ae et traditionis illius (*gr. διάκονος γάρ ἐστιν τῆς πατρικῆς αὐτοῦ ἐνεργείας*).

II *speciatim*: **A** *categoria una Aristotelica* (*opp.* hypostasis): SERG. explan. in Don. gramm. IV 487, 26 Aristoteles ... dicit decem esse categorias: addit duas, quae ad grammaticos non pertinent, -an et hypostasin, id est id quod facit et id quod substantia est.

B *rhetorice* (*de 'ἐνέργεια' et 'πρὸ ὀμμάτων' v. Aristot. rhet. 3, 14 p. 1411b, 23 sqq. cf.* enargia *p. 549, 28*): **1** *de virtute orationis, qua vis quaedam vigorque orationi additur* (*cf.* QVINT. inst. 8, 3, 89 *ἐνέργεια* confinis his [*sc. δεινώσει et ἐξεργασίᾳ*] — est enim ab agendo dicta — et cuius propria est virtus non esse, quae dicuntur, otiosa [*v. l. seq.*]): PORPH. Hor. carm. 2, 12, 28 p. 71, 21 totum hoc [otiositate] (*del. Fabric., cf. l. 67; gloss. orta est ex* QVINT. [*v. l. 27 sqq.*], *cf.* PORPH. Hor. carm. 4, 11, 11 p. 154, 22 *et* epod. 7, 15 p. 199, 25) mira -a expressum est (2, 19, 5 p. 82, 15 totus hic locus explicatur. serm. 1, 5, 73 p. 259, 6). CASSIOD. in psalm. 101, 11 p. 711D 'a facie irae et indignationis tuae'. ira et indignatio faciem non habent corporalem, sed timentibus sub imaginatione semper apparent. unde hic potenter ipsa -a (*v. p. 564, 74*) formidantis expressa est. ISID. orig. 2, 21, 33 -a (enargia *Halm*) est rerum gestarum aut quasi gestarum sub oculis inductio.

2 *de figura orationis* (*nota ubique in codd.* energia *sim. [vel litt. gr.] scriptum esse; quae quidem vox omnibus fere locis seqq. a viris doctis in ἐνάργεια* [*cf. l. 46. 56. 60. 61*] *mutatur, nulla, ut vid., auctoritate; neque satis perspicias, quomodo vox q. e. ἐνάργεια i. 'evidentia', figurae vice fungatur. acced. quod in defin. l. 47 vox q. e.* actum *ἐνέργειαν reddit, cf.* QVINT. *l. 38* 'ab agendo'). *defin.* (*voc. gr. l. 46. cf. 51. 55. 60*): SCHEM. dian. 1 p. 71, 1 *ἐνέργεια* (inergia *C*; *ἐνάργεια Eckstein, Halm*) est imaginatio, quae actum incorporeis oculis subicit et fit modis tribus: persona, loco, tempore. persona, cum absentem alloquimur quasi praesentem ... loco, cum ⟨eum⟩, qui non est in conspectu nostro tamquam videntes demonstramus *eqs.* (*cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 91 p. 397, 22 'hic elegos': *ἐνέργεια*, id est: alter), tempore, cum praeterito utimur quasi praesenti *eqs.* ([*cf. l. 59*]. *inde* CASSIOD. in psalm. 33, 3 p. 234C quae figura dicitur -a, id est imaginatio, quae actum rei incorporeis oculis subministrat [75, 3 p. 542B]). PS. IVL. RVF. schem. dian. 15 p. 62, 29 *ἐνέργεια* (energia *B*; *-άργ- Capperon., Gesner, Halm*) est figura, qua formam rerum et imaginem ita oratione substituimus, ut lectoris oculis praesentiaeque subiciamus.

DON. Ter. Hec. 174 p. 222, 22 relinquit (*sc. pro reliquit*) -a praesentis temporis ([inertia *V*, ineptia *C*; *ἐνάργεια Wessner*]. 296 p. 245, 22. *cf.* Eun. 544 p. 398, 9 'sto' ... -a [*TC*, *ἐνέργεια V*; *-άργ- Sabbad.*], non enim dixit 'stabam'. *cf. l. 51 sqq.*).

energōs, *ἐνεργῶς*. *graecam vocem (litteris gr.) ubique adhibuisse videtur* PORPH., *quia interpretamentum singulis locis additum est.* *t. t. rhet.* (*de significatione cf.* QVINT. inst. 8, 3, 89 *l. 27 sqq.*): PORPH. Hor. carm. 4, 10, 11 p. 154, 22 'sordidum flammae trepidant rotantes vertice fumum' ⌊non otiosum⌋ -s dictum est (⌊ ⌋ *del. Petschenig, Holder; sumptum esse vid. ex* QVINT. inst. 8, 3, 89, *v. l. 27. cf. l. 31. 71*). serm. 1, 2, 132 p. 239, 18 -s ⌊hoc est otiose⌋ expressa perturbatio adulteri de ipso lecto subito fugientis (⌊ ⌋ *del. Petsch., H., cf. l. 29 sqq.; leg.* ⟨non⟩ otiose*? cf. l. 67; at v. l. 30 sq.*). *cf. etiam loc. turb.* PORPH. Hor. carm. 2, 1, 17 p. 54, 22 *sqq.*

*?***energūmen,** -inis *v. l. 77.*

***energūmenus,** -a, -um, *ἐνεργούμενος*. *scribitur*: inergumi-: SCHOL. Prud. apoth. 400, *v. p. 564, 57 sqq.* GREG. TVR. *utroque loco, v. p. 566, 18.* VEN. FORT. (*v. p. 566, 23. 33*) *codd. plurimi* (*hic illic* energumi-). GLOSS. *l. 80.* *formae decl. tertiae* (*ad nom.* -en *pertinentes?* [*nom.* -inis*?, v. p. 566, 28. 33*]): *gen.* -inis: VEN. FORT. vita Germ. 52, 142 (*l. v.* -i, *v. p. 566, 25*). *abl.* -ine: VEN. FORT. vita Radeg. 33, 75 (*l. v.* -o, *v. p. 566, 36*). GLOSS. inergumina daemoniaca (*cf. p. 566, 27*). *vox eccles.* *saepius pro subst.*

i. q. a diabolo vi daemonica occupatus (*inde, sensu activo, de diabolo ipso qui -um occupaverat p. 566, 32*): PS. AMBR. epist. 2, 10 p. 745B ut sacerdos Apollinis ... diabolo repletus (*syn. cf. et p. 566, 32*) per septem dies -us clamaret. RVFIN. Orig. princ. 3, 4 p. 260, 21 exemplo sunt hi quos vulgo -os vocant, quos amentes et insanos videmus. SVLP. SEV. dial. 1, 20, 9 omnia illa, quae -i solent ferre, perpessus ... purgatus est non tantum daemone, sed *eqs.* 2, 8, 9 *al.* CASSIAN. conl. 7, 12 tit. p. 178, 1 quemadmodum -is immundi spiritus dominentur. 7, 12, 1 p. 191, 21. EPIST. pontif. 311 (*Innoc. I*) Migne 20, 559A ut longe constitutus -us ad episcopum deducatur. CANON. Migne 56, 885C omni die exorcistae -is manus imponant (*ibid.* -is in domo dei assidentibus victus quotidianus per exorcistam ... ministretur. *cf.* ISID. eccl. off. 2, 13, 4 p. 793C. 2, 21, 2 p. 814D exorcismus ... sermo increpationis est contra immundum spiritum in -is sive catechumenis factus *eqs.* epist. 1, 4 p. 895A). *ibid.* pavimenta domorum dei -i everrant. POSSID. vita Aug. 29 p. 59med. pro quibusdam -is patientibus ut oraret. PRAEDEST. 1, 3 p. 589B hos (*sc. Basilidianos*) ecclesia ut -os computans, non altercando sed proiciendo damnavit. MAX. TAVR. hom. 40 p. 314C utique a diabolo -um non nisi ieiuniis posse purgari. APON. 2 p. 39 cur -i et alieni sensus, cur caeci, claudi, vel muti ... nascantur (GREG. TVR. Franc. [*v. p. 565, 75*] 4, 32 p. 168, 19 cui -os curare, caecos illuminare ... facile erat. glor. mart. 5 p. 491, 5 -i, clodi et alii quoque infirmi]). CASSIOD. compl. in act. 19, 9 p. 1397B. in psalm. 33 praef. p. 233A David ... 'mutavit vultum', ita ut salivis ora compleret, quatenus -us aestimatus ... dimitteretur illaesus. VEN. FORT. vita Germ. 52, 142 clericus ... nequitiae spiritu vexatus adducitur. unde expulso adversario, videntibus circumstantes (*sic*), velut avis parvula de capite -is (-i *l. v., cf. p. 565, 79*) ... egreditur. 70, 187 cum per salivam oris sui multa curata fuerint ulcera, purgata sint -a. 70, 188 cuius minister quocumque loco sancti tangebat baculo, illic -us (inerguminos, -is *l. v.*) pendebat religatus aerio vinculo *eqs.* PS. VEN. FORT. vita Leob. 10, 29 duo -i. CAES. AREL. Ps. Aug. serm. 314, 1 p. 2347init. metum omni populo insaniens ille -us generavit. *ibid.* DIONYS. EXIG. vita Pachom. 37 p. 255A ut ante cibum ex eo (*sc. pane benedicto*) paululum, semper -us sumeret. *i. q. diabolus* (*v. p. 565, 83*): VEN. FORT. vita Germ. 36, 105 qui tamen -us (inerguminis [en-] *l. v.*) etsi seminavit mendacium, expulsus, non defendit obsessum. vita Radeg. 33, 75 dum plurimis diebus -e (*PM*1, inergumino *G*, in en- *T*; *cf. p. 565, 79*) torqueretur *carpentarii cuiusdam uxor.* *K.-M.*

ēnervātē *v.* enervo, *p. 569, 26.*

ēnervātio, -ōnis *f.* *ab* enervare. GLOSS. LIII Abol. ER 5 eruatio (eviratio *Nettleship*) -o exinanitio. *i. q. actus enervandi, molliendi*: ARNOB. nat. 3, 10 p. 118, 9 fractis dissolutisque corporibus voluptatis (*Gelen.*, voluntati *P*, voluntatis *Sab.*) -e languescere (*Sab.*, -i ang- *P*). AVG. civ. 5, 12 p. 214, 2 D. quanto minus se voluptatibus dabant et -i (-e *A*1*K*, et nervationi *e*) animi et corporis. epist. 243, 10 p. 577, 6 materna terrena ipsa beneficia, quae tibi ad -em cordis enumerantur. PS. AVG. serm. 99, 2 p. 1935 aurum -o virtutum. VEREC. in cant. 2, 39 merito eunuchi, quia per dissolutionem vitae vigorem sibi amputaverint naturalem et luxuriae sunt -e soluti.

ēnervātus *v.* enervo, *p. 568, 82.*

ēnervis, -e *et* ēnervus, -a, -um (*v. l. 53*). [*ab* ex *et* nervus. *W.*]. *cf.* enervatus. *scribitur*: in(n): *p. 567, 3.* -bes: FRONTO p. 208, 14 N. *de formis: compar. v. l. 67.* *sec. IIam decl.* enervus, -a, -um: APVL. met. 1, 4 (*iuxta* exossam), *v. p. 567, 10.* PRISC. gramm. III 48, 19 'e' ... privativum ..., ut -us, enodis. GLOSS.L Corp. E 207 -um emortuum. *var. lect.*: VAL. MAX. 2, 7, 15 (*A*2) *v. infra l. 84.* AVG. c. Faust. 16, 14 p. 453, 24 (*L*) *v. p. 567, 29.* PHYSIOGN. 54 p. 74, 9 (*C*) *v. p. 567, 15.* *de notione*: GLOSS.L III Abstr. EN 2 -is sine virtute. *v. et l. 55.* *legitur inde a* SEN. contr. (*v. l. 64*), VAL. MAX. (*v. l. 84*).

adhibetur nonnisi eo sensu qui inest voci nervi, *sc.* 'vires, robur': *i. q. vires non habens, mollis, effeminatus*: **1** *sensu strictiore de hominibus deque rebus ad homines pertinentibus*: **a** *de personis ipsis* (*spectat fere ad vitium animi, ad corporis mollitiem e. g. infra l. 73*): SEN. contr. 1 praef. 9 *aequales vestri* emolliti -esque. SEN. Thy. 176 ignave iners -is. dial. 7, 13, 4 qui voluptatem sequitur, videtur -is fractus *eqs.* (AVG. quant. anim. 22, 38 p. 1057 nihil est fractius et -ius lethargicis). epist. 71, 23 nos fluvidi et -es *sumus.* 99, 17 *populus* videt aliquem conlabentem et corpori adfusum: effeminatum ait et -em (*v. p. 567, 6. 21*). TAC. dial. 18 Ciceronem (*sc. quod ad eloquentiam attinet, v. p. 567, 24*) a Calvo quidem male audisse tamquam solutum et -em, a Bruto autem ... tamquam fractum atque elumbem. APVL. apol. 74 *Herennius* saltandis fabulis exossis (*v. p. 567, 11*) plane et -is, sed ... indocta et rudi mollitia. MIN. FEL. 37, 12 -is histrio. PORPH. Hor. carm. 1, 15, 31 (*de Paride*) mollis autem imbellis atque is. MAR. VICTORIN. in Eph. 6, 14 p. 1290C *ex lumbis* omnis virtus et omnis materia ad sanguinem; hinc -es elumbes dicimus. AMM. 18, 8, 2 *equites* -es et timidi. PAVL. NOL. epist. 24, 9 p. 208, 21 nobis cavendum est ... ut -es cupiditatibus, quibus virtus subnervatur, confirmemus animam castitate (*animadvertas allegorice enarrari gen. 32, 26, ubi Iacobo femoris nervum frangi refertur*).

de re personata: SEN. dial. 7, 7, 3 *convenies* voluptatem latitantem ..., mollem, -em, mero atque unguento madentem.

b *de rebus ad hominis corpus (corporis actionem p. 567, 9 sqq.), animum, mores spectantibus*: VAL. MAX. 2, 7, 15 -is (-os

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

A^2) animos odisse virtus solet (9, 1 ext. 6 deliciis . . . -es animi. PHYSIOGN. 14 p. 22, 10 -em sine virtute ac femininum. SIDON. epist. 1, 6, 3 pingui otio marcidus et -is [in(n)- *L T*; inermis *PM*^{1}]). VAL. MAX. 3, 5, 3 *Pulcher* -em et frigidam iuventam egit. 6, 4, 1 Mummium, ut nobilem ita -is vitae. 9, 13 pr. subiciamus nunc aestimationi -es et effeminatos (*v. p. 566, 68*) *excessus e vita*. SEN. epist. 74, 33 in corporibus . . . quaedam . . . segnitia -is est. 92, 8 hanc (*sc. partem animi*) necessariam beatae vitae putaverunt, [in] -em et abiectam. PETRON. 119 vers. 25 fracti . . . -i corpore gressus. APVL. met. 1, 4 puer in mollitiem decorus insurgit inque flexibus tortuosis -am (*v. p. 566, 53*) et exossam (*v. p. 566, 72*) saltationem explicat. Plat. 2, 16 corporis effetam et -em et fluxam cutem deamans. TERT. pall. 4 p. 936 Oe. cervicem. FVLG. myth. praef. p. 9, 7 sensus. PHYSIOGN. 54 p. 74, 9 *ὑγρὸν* . . . in corporibus Graeci molle quidem et flexibile, non tamen evisceratum nec -e (-um *C*) videri volunt. MART. CAP. 9, 892 hae *puellae* . . . . quone odio quibusque deliciis ac prorsus -i mollitudine sideralis curiae transeantur, Iovialis vigoris maiestate percense. GREG. M. moral. 21, 4 p. 190^C mentem.

2 *sensu latiore de rebus variis*: **a** *incorporeis*: QVINT. inst. 9, 4, 142 duram potius atque asperam compositionem malim esse quam effeminatam et -em (*v. p. 566, 68*). PLIN. paneg. 33, 1 spectaculum . . . non -e nec fluxum nec quod animos virorum molliret et frangeret. FORTVN. rhet. 3, 9 p. 126 *μέσῳ* (*sc. generi elocutionis*) quod est contrarium? tepidum ac dissolutum ac velut -e (*v. p. 566, 70*). AVG. civ. 3, 21 p. 133, 24 D. plane iam -em ac languidam libertatem omni modo extorsisse Romanis. c. Faust. 12, 1 p. 329, 3 hoc -is (inertis *var. lect.*) fidei confessio est in Christum sine teste et argumento non credere ([12, 45 p. 374, 1]. pecc. mer. 2, 31, 50 p. 121, 7 -is et debilis). 16, 14 p. 453, 24 -em (-am *L*) ac debilem (*v. supra l. 29*) . . . argumentationem. grat. Christ. 50, 55 p. 165, 19 illam naturalem possibilitatem . . . -em infirmamque testatur . . . Ambrosius.

b *de re corporea: fere i. q. laxus, emollitus*: FRONTO p. 208, 14 N. arcus imbribus -es.

syn. et coniunct.: abiectus: *supra l. 8.* debilis: *supra l. 29 bis.* dissolutus: *supra l. 21.* effeminatus: *l. 6. 21. p. 566, 68.* effetus: *supra l. 12.* elumbis: *p. 566, 72.* emollitus: *p. 566, 64.* evisceratus: *supra l. 15.* exossis: *l. 11. p. 566, 72.* fluvidus: *p. 566, 67.* fluxus: *supra l. 12. 22.* fractus: *p. 566, 66.* frigidus: *supra l. 4.* ignavus: *p. 566, 65.* imbellis: *p. 566, 75.* iners: *p. 566, 65.* infirmus: *supra l. 31.* languidus: *supra l. 25.* marcidus: *supra l. 3.* mollis: *p. 566, 74.* solutus: *p. 566, 71.* tepidus: *supra l. 24.* timidus: *p. 566, 77.*

opp.: asper: *supra l. 20.* durus: *supra l. 20.* flexibilis: *supra l. 14.* mollis: *supra l. 14.*

adv. **ēnerviter.** *i. q. enervi, molli, inerti modo*: AVG. c. Faust. 22, 47 p. 639, 27 *ad uxorem* non solum . . . viriliter accedunt, sed saepe . . . -r pertrahuntur (GREG. M. moral. 18, 68 p. 1154^A non fluxe et -r, sed viriliter). 22, 50 p. 644, 8 non -r (in- *L*) blandus (*cf.* GREG. M. epist. 11, 48 tua dilectio . . . studet peccantibus -r [*var. lect.* leniter] blandiri). ord. 2, 8, 25 p. 164, 18 (*opp.* audacter). GREG. M. in euang. 22, 9 p. 1181^A desideriis mollibus -r non succumbant. moral. 2, 79 p. 594^C unde se pertimescit -r cadere, inde accipit fortiter stare (23, 21 p. 264^C [= ISID. in num. 12, 17 p. 341^A] aliud est bella fortiter perpeti, aliud bellis -r expugnari. 23, 54 p. 286^B). 31, 60 p. 607^C sapienter sed non -r cedere.

syn.: fluxe: *supra l. 47.* turpiter: GREG. M. moral. 18, 43 p. 60^B. *opp.*: audacter: *supra l. 50.* fortiter: *supra l. 52.* sapienter: *supra l. 55.* viriliter: *supra l. 46.*

✖**ēnervo,** -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* nervus. *W.*] -iata: APIC. 7, 1, 1 *EV* (*item* 9, 4, 2). *de notione*: GLOSS.^{L} I Ansil. EN 32/3 -o -are. 34 -ta sine fortitudine, evacuata. 35 languida. 36 -tus nervis abscisus (*v. infra l. 67*). II Abav. EN 4 -vit elanguit. GLOSS. -o *ἐκνευρίζω* (MARTYR. gramm. VII 190, 4). -at castrat. *de prosodia*: PRVD. cath. 6, 64 ĕnervans. c. Symm. 2, 143 ĕnervatum. *legitur cum verbum* -are *tum part.* -tus *inde a* CIC. (*v. l. 82. p. 568, 50. 569, 3*), HOR. (*v. p. 568, 42*), OV. (*v. p. 568, 18*), LIV. (*v. p. 568, 21*).

I *proprie: i. q. nervos eximere* (*acced. abl. instr. l. 70. cf. l. 61. p. 568, 41*): SEN. contr. 10, 4, 2 ossifragus iste alterius bracchia amputat, alterius -at. APVL. met. 8, 30 fuit unus, qui poplites meos -are secure sua comminaretur. QVEROL. p. 46, 18 utinam *canis* tibi crura ipsa -asset, ne umquam inde movisses pedem. MARCELL. med. 31, 1 adipis suillae -tae. APIC. 2, 40 assas iecur porcinum et eum (*sic*) -as. 4, 124 accipies cerebella IV -bis coques (4, 141. 166. 5, 206 *al.*). 4, 138. *per metaphoram audaciorem*: FVLG. myth. 2, 2 p. 41, 9 Onfale Herculem persuasit . . . coli deligatos (delicatos *Dβ*) -are contractus (*sc. nervum, i. filum, e lana ducere*).

II *translate: quasi vires adimendo mollire, frangere* (*c. abl. instr.: p. 568, 7. 8. 12. 19. 20. 24. 36. 48. 51. 62. 66. 72. al.; acced. praepp.*: in *p. 568, 6*; per *p. 568, 56*; *nota* -are ab *alqa. re fere i. q. arcere a: p. 568, 14. 39*):

A *sensu strictiore: homines et eorum corpus animumque*: **1** *generatim*: **a** *homines ipsos*: CIC. Cato 32 non plane me -vit (enarravit L^1A^1), non adflixit senectus. Att. 2, 14, 1 usque eo sum -tus, ut hoc otio . . . malim *ἐντρυφᾶν εἰσθαι*. SEN. dial. 1, 4, 9 fugite -antem (*Lipsius*, -tam *A*) felicitatem (epist. 19, 9 nisi illum -asset felicitas, immo castrasset. *v. infra l. 26*). epist. 7, 7 convictor delicatus paulatim -at et mollit (84, 11 *voluptates* molliunt et -ant). 51, 5 *Hannibalem* fomenta Campaniae. 104, 34 *voluptates* -ant et effeminant. TERT. ieiun. 12 p. 291, 5. ARNOB. nat. 7, 33 p. 267, 13 in femineas mollitudines -antes se *viri*. LACT. inst. 5, 22, 14 p. 475, 18 qui saepe terrenis ac fragilibus his bonis -ti aberraverunt a disciplina. VEG. mil. 1, 28 p. 30, 7 pax ita Romanos . . . otio et armorum desuetudine -verit, ut *eqs.* HIER. in Ezech. 7, 14 p. 69^B -tus est populus et caret viribus proeliandi. COD. Theod. 7, 1, 5, 8 (*a. 364*) quos debilitas fortuita aut morbus et corporis valetudo confecta . . . -verit (enarraverit R^1, *v. p. 567, 83*). 7, 22, 5, 5 (*a. 333*) deliciosis nutrimentis -tos. GREG. M. moral. 10, 8 p. 923^D ut erga errata subditorum sic mansuetudo zelum temperet, quatenus a iustitiae studio non -et (*v. p. 567, 79*). *et al.*

b *res ad hominum sive corpus sive animum spectantes* (*ratione quasi universali dictum e. g. infra l. 25. 33. 38*): OV. rem. 753 -ant animos citharae *eqs.* (VELL. 2, 86, 3 post -tum amore eius [*sc. Cleopatrae*] Antonii animum. LACT. inst. 7, 5, 23 p. 601, 6 *voluptatibus*. AVG. serm. 9, 4, 5 p. 79. *v. et infra l. 22*). OV. met. 4, 286 quare . . . Salmacis -et tactosque remolliat artus (*cf. v. 385 sq.*). LIV. 23, 18, 12 somnus . . . et vinum et epulae . . . -verunt corpora animosque (*sim.* perioch. 27, 18). SEN. contr. 1, 1, 22 *Alfii Flavii naturalis vis* desidia obruta et carminibus -ta vigorem tamen suum tenuit. SEN. dial. 6, 8, 1 *dolorem* contumacissimum . . . tempus -at. 11, 2, 3 quorum delicatas mentes -vit longa felicitas (*v. supra l. 1*). APVL. Plat. 2, 9 p. 234. CYPR. epist. 11, 6 p. 500, 14 ne . . . sublime iam pectus inlecebra saecularis -et (ARNOB. nat. 4, 33 p. 168, 4 aures . . . -ti pectoris dissolutione mollitae). LACT. inst. 5, 15, 9 p. 449, 1 vigorem mentis. PS. HIL. libell. 10 p. 742^A fluxu . . . rerum . . . virtus corporis -atur (*cf.* AVG. civ. 1, 31 p. 48, 24 D. ad virtutem labefactandam -andamque). AMM. 14, 11, 26 *Nemesis* erectas mentium cervices opprimit et -at. FVLG. myth. 1 praef. p. 15, 8 -a totum mortale quod tibi est. PRVD. cath. 6, 64 umor . . . aegrum corpus -ans (*v. p. 567, 64*). c. Symm. 2, 143 ne torpens . . . virtus robur -tum gereret (*v. adn. et cf. p. 567, 64*). CLAVD. 8, 323 non hibernacula segnes -ent torpore manus. GREG. M. moral. 8, 81 p. 851^C sicut virtutes omne vitium -ant, sic arrogantia roborat. 30, 6 p. 558^C dum plus iusto caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis -atur (*v. p. 567, 79*). *et al.*

2 *speciatim de sexu* (*fere i. q. castrare l. 43, cf. I proprie p. 567, 67*): HOR. epod. 8, 2 rogare . . . viris quid -et meas. AVG. civ. 6, 7 p. 260, 18 D. (*de gallis*) homines infeliciter ac turpiter -tos atque corruptos (*cf. p. 569, 13*). c. Faust. 22, 46 p. 638, 10 non -antes sed temperantes virilem vigorem (MARCELL. med. 33, 70 semen lactucae . . . vigorem coitus -at). MARCELL. med. 33, 68 si quem coire noles . . . *fungis in potione extinctis* . . . confestim -bitur. SORAN. p. 75, 18 *ut vir* frequenti usu venerio -tus sit et sine viribus.

B *sensu latiore: varias res incorporeas: spectat ad: elocutionem* (*cf. p. 569, 25*): CIC. orat. 229 ut . . . -etur oratio compositione verborum. SEN. epist. 114, 8 sensus miri (*Buecheler*, mihi *codd.*), magni quidem saepe, sed -ti dum exeunt. PETRON. 2, 2 effecistis ut corpus orationis -retur et caderet. *publicas res*: CIC. rep. 1, 1 nec id (*sc. bellum*) . . . aut Q. Maximus -visset aut M. Marcellus contudisset. LIV. 35, 12, 7 Damocritus ademptis maritimis civitatibus -tam tyrannidem dicere. 38, 34, 9 per haec velut -ta civitas Lacedaemoniorum diu Achaeis obnoxia fuit. *res ad religionem pertinentes*: PACIAN. sim. carn. p. 115, 21 *spiritalis natura* inflecti -arique . . . non novit. PS. RVFIN. in Am. 5, 21—24 p. 1082^A ceremoniarum . . . solatia . . . -ta et abiecta. AVG. civ. 13, 4 p. 560, 30 D. ipsa fides -retur (21, 23 p. 529, 4. *cf.* FVLG. RVSP. rem. pecc. 1, 21 p. 545^D robur Christianae fidei terrenis . . . promissionibus . . . -are). serm. 164, 8, 12 p. 900 vires veritatis. CASSIOD. hist. 1, 14 p. 913^C ineffabile sacramentum nativitatis Christi. *et al.* *praecepta, sententias sim.*: HIER. in Am. 1, 2 p. 1003^C sensum . . . regium, qui versatur in litteris . . . genealogiis quibusdam et traditionibus superfluis -ant atque comminuunt. tract. p. 408, 3 *ne scripturas divinas* -emus. PELAG. in Gal. 4, 24 p. 329, 9 S. ne eorum (*sc. praeceptorum*) videretur -are (evacuare *Cas.*) virtutem (*cf.* in II Cor. 3, 6 p. 246, 11; *v. adn.*). MACR. somn. 1, 2, 2. POMER. 3, 34, 2 p. 520^A cum sententiarum vivacitatem sermo ex industria cultus -et ([*syn.* evacuet]. *cf.* FVLG. RVSP. epist. 17, 25, 48 p. 481^D apostolico . . . sententiam . . . -ari sermone. CONC. Rom. a. 502 p. 448, 9). CASSIOD. var. 4, 41, 2 si nullis impugnationibus -antur asserta. *ferocitatem naturae rerum*: AVG. in psalm. 88 serm. 1, 11 p. 1126$^{a.\ extr.}$ ut placaretur mare, immo ut -retur rabies maris. ENNOD. dict. 1, 8 p. 425, 12 -ta tepore ventorum ferocitas.

syn.: comminuere: *supra l. 67.* effeminare: *supra l. 5.* emollire: AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 24, 3 p. 249, 13. evacuare: *supra l. 71.* mollire: *supra l. 3.* opprimere: *supra l. 33.*

opp.: roborare: *supra l. 38.*

part. perf. pass. **ēnervātus,** -a, -um *pro adi.* *compar.* -ius: *p. 569, 6. 18. 24.* *adv.* -ē *v. p. 569, 26.* GLOSS. emollitus mollis effeminatus invalidus (*cf. et p. 567, 61*).

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *de hominibus vel rebus, quae ad corpus, animum, mores hominis spectant (de sexu infra l. 13), i. q. enervis, mollis (pro subst. infra l. 13)*: CIC. Sest. 24 cum hominibus -is atque exsanguibus consulatus ... esset datus. Pis. 82 tam infirmo, tam -o reo. Pis. frg. 6 quid ... illo inertius, quid sordidius, quid nequius, quid -ius? de orat. 1, 226 quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam -us ... probare posset? Tusc. 2, 47 est in animis omnium fere natura molle quiddam demissum humile -um quodammodo et languidum. CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 10 vigor sexus -i corporis dedecore mollitur (epist. 2, 2 p. 468, 12. LACT. inst. 6, 20, 29 p. 560, 12 -a corpora; *syn.* mollita. ZACCH. 3, 7 p. 1161A). CLAVD. DON. Aen. 9, 595 p. 265, 4 -i molles imbelles ac feminis proximi. CLAVD. 18, 135 spado Tiresias -usque Melampus. *pro subst. i. q. delicatus*: PS. AVR. VICT. epit. 10, 7 *Titus* -orum greges abire praecepit.

interdum -m *non statim eam sententiam sequitur, cuius rationem adnectit, sed intercedunt enuntiationes (per ⌊. . .⌋ notatae) singulae vel plures* (-m *secundariae sententiae respondet p. 577, 76 sq.*): TER. Eun. *v. p. 585, 49*. CIC. Catil. 2, 12 sunt qui dicant . . . a me eiectum in exilium esse Catilinam. ⌊. . .⌋ homo -m videlicet timidus . . . vocem consulis ferre non potuit (*v. p. 577, 80*). Sulla 27 longe abest a me regni suspicio; ⌊. . .⌋ res -m gestae, credo, meae me nimis extulerunt (*v. p. 577, 80*). Flacc. 34. LVCR. 3, 861 (*v. Heinze ad l.*). VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 etiam quod *Euripides* Alcestidi . . . respondit probabile. (*narratur responsum, tum*:) alterius -m . . . scripta . . . conruerunt, alterius *eqs.* QVINT. decl. 274 p. 124, 9 hoc quoque provisum esse fato a diis . . . videtur, quod illi loco destinatus est *tyrannus*. ⌊. . .⌋ protinus -m sequatur cogitatio necesse est: tyrannus fuit ille *eqs.* (*cf. p. 585, 34 sq.*). IVV. 14, 73 illud non agitas, ut sanctam filius . . . aspiciat . . . domum . . .? (*seq. versus 3, tum*:) plurimum -m interierit, quibus . . . hunc tu moribus instituas. PLIN. epist. 7, 13, 2 eadem epistula et non studere te et studere significat. ⌊. . .⌋ negat -m te studere, sed est tam polita *eqs.* VLP. dig. 43, 13, 1, 7 cur ei non consulatur? ⌊. . .⌋ oportet -m . . . tutelam facientis spectari. *nota*: CIC. fin. 3, 59 erit in mediis rebus officium. ⌊quod efficitur hac etiam conclusione rationis:⌋ quoniam (*v. p. 579, 48*) -m videmus esse quiddam . . . perfectum officium, erit . . . etiam inchoatum. *intercedit ‘exempli gratia’ sim.*: PS. AVG. categ. 13 p. 1436 ab alienis penitusque discretis patiendi faciendive rationem dicunt non posse consistere; ⌊ut verbi gratia⌋ quid -m faciet numerus in amaro? (*v. p. 581, 72*). BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 26 p. 78, 19 singulorum . . . hominum species, quae est homo, collectiva est ⌊hoc modo⌋. ad hominis -m speciem cuncti homines unus homo sumus (*fort. ad II B ref.*). sec. 5, 3 p. 295, 9 si auferantur genera, species pereunt *eqs.* ⌊cuius exemplum est:⌋ si -m (*v. p. 579, 50*) auferas animal, hominem atque equum sustuleris.

hic illic binae sing. rerum rationes afferuntur ita, ut alterum -m *ad eam sententiam respiciat, quae priori* -m *antecedit* (*anaphorice l. 47*): VARRO rust. 2, 3, 10 *v. p. 580, 34*. CIC. Phil. 11, 27 et Brutus et Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit. necesse est -m . . . rerum temporibus potius parere quam moribus. nec -m nunc primum aut Brutus aut Cassius salutem . . . patriae . . . morem optimum iudicavit. fin. 4, 40. SEN. dial. 5, 27, 3 (*v. p. 584, 84*). PS. CYPR. mont. 3 p. 107, 10. 11. SIDON. epist. 7, 3, 1 grandior impudentia tamen. hac -m fronte possemus fluminibus aquas . . . transmittere; hac -m (igitur *C, del. Luetjohann*) temeritate Apellen periculo . . . munerare-mur. COD. Iust. 6, 23, 27 pr.

b *speciatim in parenthesi* (*nondum absoluto sensu, cuius rationem dat, parenthesis inseritur infra l. 63. 66. 69; v. praeterea p. 582, 80*): VARRO ling. 5, 3 nec quae recte est imposita *impositio verborum* cuncta manet — multa -m verba litteris commutatis sunt interpolata — neque *eqs.* 8, 3 neque di⟨s⟩cere tantum numerum verborum possemus — infinitae -m sunt naturae in quas ea declinantur — neque *eqs.* 8, 13. rust. 1, 13, 4 periti . . . ut *in stercilinum* aqua influat eo nomine (*sc. ut sucus retineatur*) faciunt — sic -m maxime sucus retinetur — in eoque quidam *eqs.* RHET. Her. 4, 56, 69 identidem nosmet ipsi nobis instemus — res -m communis agetur — ut *eqs.* CIC. inv. 1, 16 *obtrectatores Hermagorae* non tam imprudentia falli putamus — res -m perspicua est —, quam *eqs.* 1, 19 quia ratio non est — factum -m non conceditur — non potest *eqs.* Verr. II 1, 121. II 2, 137 palam — licebat -m videlicet legibus — singulis censoribus denarii treceni . . . imperati sunt (*v. supra l. 50. p. 577, 80*). Cluent. 45 id cum Oppianicus sciret — neque -m erat obscurum — intellegebat *eqs.* 79. leg. agr. 2, 53 Rullus — is -m sic se gerit ut sibi iam decemvir designatus esse videatur — ad eam auctionem potissimum proficiscetur (*v. supra l. 50*). Catil. 2, 18. Pis. 13 quam nos causam cum accepissemus — quid -m facere poteramus? — paulisper stetimus (*v. l. 50. p. 581, 72*).

2 -m *inducit sententiam causae vel rationi antecedentem eamque praeparantem* (*proleptice*): **a *sententias secundarias* (*subiunctivas*): *α relativas* (*in correlatione p. 579, 1. 5 sqq.*):** **qui** (quae, quod): VARRO ling. 7, 41 orator dictus ab oratione: qui -m verba . . . haberet publice . . ., ab oratione orator dictus. 7, 91 cicurare mansuefacere: quod -m a fero discretum, id dicitur cicur. 8, 6 ad *artem declinationis* opus est paucis praeceptis quae sunt brevia. qua -m ratione in uno vocabulo declinare didiceris, in infinito numero nominum uti possis. CIC. fin. 4, 28 *quodlibet animans* finem . . . sibi constitueret secundum naturam vivere *eqs.* **cuiuscumque** -m modi animal constitueris, necesse est *eqs.* RHET. Her. 4, 4, 7 isto modo selegere . . . sine summo artificio multi *possunt*. **quisquis** -m audivit de arte paulo plus . . ., omnia videre poterit. CIC. inv. 2, 33 doceas . . . non esse mirandum . . . hac . . . in re eum deliquisse.

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quantum -m de honestate . . . detractum est, tantundem de facultate eius totius est defensionis deminutum. VARRO ling. 10, 53 impositio est in nostro dominatu . . ., quemadmodum -m quisque volt, imponit nomen. CIC. Cluent. 12 *Sassia matris nomen non amittet*; quo -m est ipsum nomen amantius . . . maternum, hoc illius matris . . . scelus maiore odio dignum esse ducetis. CIC. de orat. 1, 125 iudicium in dicendo subimus. quotiens -m dicimus, totiens de nobis iudicatur. VARRO rust. 1, 8, 7 terra cuius modi sit refert. ubi -m natura [b]umida, ibi altius vitis tollenda. VARRO ling. 8, 4 ut in hominibus quaedam sunt . . . gentilitates, sic in verbis; ut -m ab Aemilio homines orti Aemilii . . ., sic ab Aemilii nomine declinatae voces *eqs.* CIC. Verr. II 3, 106 tantone minoris decumae venierunt . . . an *eqs.*? utrum -m horum dixeris, in eo culpa . . . haerebit (*v. p. 583, 34 sq.*).

β interrogativas: CIC. Planc. 86 fateor me . . . illi auxilio pepercisse. qui -m status . . ., quae fuerit in re publica tempestas illa, quis nescit? (*v. p. 581, 72 sqq.*). Deiot. 35 *Deiotarus tibi non suscenset.* quid -m retineat per te, meminit. orat. 23 nobis monendi sunt ii quorum sermo imperitus increbruit *eqs.*; quid -m sit Atticum discant. leg. 2, 62 fin. 4, 5. 4, 31 *hoc* non risu potius quam oratione eiciendum? ampulla -m sit necne sit, quis ⟨non⟩ iure optimo irrideatur, si laboret? (*v. p. 581, 72*). 5, 45 *al.*

γ coniunctionales (licet *v. infra l. 60*): cum (quom): VARRO ling. 6, 54 id dicitur pollutum, quod a porriciendo est fictum; quom -m ex mercibus libamenta proiecta sunt Herculi in aram, tum pollutum est. rust. 3, 1, 10 visus sum debere . . . scribere potissimum ad te. cum -m villam haberes . . . ego quoque . . . haec ad te misi. CIC. fin. 2, 43 recte . . . contra *Aristonem et Pyrrhonem* desitum est disputari. dum -m in una virtute sic omnia esse voluerunt ut *eqs.*, virtutem ipsam . . . sustulerunt. CIC. ac. 2, 7 verum . . . summa cura . . . conquirimus. etsi -m omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus . . ., tamen *non* . . . studium . . . relinquemus. CIC. fin. 5, 87 pollicetur certe *philosophia vitam* beatam. nisi -m id faceret, cur Plato Aegyptum peragravit? (*v. p. 581, 72 sq.*). CIC. Tusc. 1, 109 vita acta perficiat, ut satis superque vixisse videamur. quamquam -m sensus abierit, tamen suis . . . bonis . . . mortui non carent. CIC. Planc. 64 non vereor, ne mihi aliquid . . . videar adrogare, si *eqs.* quamvis -m illa (*sc. quaestura mea*) floruerit, tamen . . . arbitror, ut *eqs.* CIC. Verr. II 5, 141 iniuriam facio *eqs.* quasi -m ulla possit esse causa . . ., ita quaero *eqs.* CIC. div. 1, 93 *ostentorum* vim . . . verba ipsa prudenter a maioribus posita declarant. quia -m ostendunt, portendunt . . ., ostenta, portenta . . . dicuntur (*aliter p. 573, 56*). quod: CIC. Verr. II 1, 77 idcircone exercitum . . . relinquebas, ut . . . istius hominis . . . pericula sublevares? quod -m eum tibi quaestoris in loco constitueras, idcirco tibi amicum in perpetuum fore putasti? 5, 175 magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio *eqs.* quod -m te liberatum iam existimationis metu . . . cogites, mihi crede, . . . beneficia *eqs.* CIC. fin. 3, 59 quoniam -m (*v. p. 578, 28*). VARRO ling. 9, 23 irascendum . . . huiusce pravitatis patronis. si -m usquequaque no[me]n esset analogia, tum sequebatur, ut in verbis quoque non esset. *v. p. 578, 37.* CIC. Mil. 63 negabant eum Romam esse rediturum. sive -m illud animo irato . . . fecisset . . ., arbitrabantur *eqs.*; sive *eqs.* CIC. Verr. II 5, 158 usurum me illo *crimine* non *putabam.* tametsi -m verissimum esse intellegebam, tamen credibile fore non arbitrabar. CIC. Verr. II 3, 220 *non* hoc potestis iudicare, ternis denariis aestimare licere, denis non licere. ubi -m semel . . . res ad praetorum libidinem translata est, non est iam in lege . . . positus modus aestimandi. CIC. Mil. 46 vos idem in Clodio quaerere non potestis. ut -m neminem alium nisi T. Patinam . . . rogasset, scire potuit *eqs.* *sim.* licet: CIC. Att. 15, 4, 3 scribendi exspectandum tempus maturius. licet -m de me, ut libet, existimes . . ., me Idus Martiae non delectant.

b *primarias* (*e quibus pendent sententiae causas rationesve continentes; hic etiam acc. c. inf. afferuntur, e. g. l. 66 sqq. 75 sqq. p. 580, 4 sqq.*): VARRO rust. 1, 2, 13 prius . . . discernendum, utrum quae serantur in agro, ea sola sint in cultura *eqs.* video -m qui de agricultura scripserunt . . ., latius vagatos (CIC. de orat. 2, 357 *memoria omnium exercitatione adiuvari potest.* vidit -m hoc prudenter . . . Simonides . . . ea maxime animis effingi nostris, quae *eqs.* LVCR. 5, 849 *monstrorum* natura abs⟨t⟩erruit auctum *eqs.* multa videmus -m rebus concurrere debere, ut *eqs.*). 1, 11, 2 minora cum sunt *tecta* . . ., fructus solent disperire. dubium -m non est quin cella vinaria maior sit facienda in eo agro, ubi vineta sint (LIV. 31, 7, 3 quis -m dubitat, quin *eqs.* SEN. nat. 6, 16, 4). CIC. S. Rosc. 67 *scelera* furor atque amentia *consequitur.* nolite -m putare . . . eos qui aliquid . . . commiserint (-runt *codd.*) agitari . . . Furiarum taediis ([*v. p. 582, 13 sqq.*]. har. resp. 62 Pis. 46 Planc. 44. *cf.* leg. 2, 7 est ita ut dicis; cave -m putes . . . quicquam esse praeclarius. *v. et p. 580, 12 sqq.*). Q. Rosc. 13 reliquum est ut stipulatum se esse dicat; praeterea -m quemadmodum certam pecuniam petere possit non reperio (*sic pendente interrog. indir.*: de orat. 1, 255 totos *modos* mutare possumus. neque -m hoc te . . . fallit, quam multa sint . . . genera dicendi. 2, 92. fin. 3, 8 avi eius memoria moveor — nec -m ignoras, quanti fecerim Caepionem. VAL. MAX. 4, 7, 4 SEN. benef. 3, 10, 1. epist. 83, 12 falsum est, ei qui soleat ebrius fieri, non committi sermonem secretum. cogita -m, quam multis militibus non semper sobriis . . . tacenda mandaverint [*v. infra l. 12 sqq.*]). CIC. Manil. 28 quae *res* cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? ego -m sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere *eqs.* (Rab. perd. 4 sic -m existimare debetis. epist. 13, 26, 4. 45. 65, 2. *cf.* leg. agr. 2, 84 ne illud quidem dici potest . . . agros desertos esse non oportere. sic -m dico expelli plebem ex agris. BELL. Alex. 14, 5). de orat. 1, 218 *est* boni oratoris multa auribus accepisse *eqs.* fateor -m callidum quendam hunc . . . esse debere (LVCR. 5, 526). 2, 262. rep. 2, 57 fieri natura rerum ipsa cogebat, ut plusculum sibi iuris populus adsciscceret *eqs.* id -m tenetote . . . non posse hunc incommutabilem rei p. conservari statum (*sic c. imperat.*: SEN. contr. 1, 2, 13 puta -m virginem quidem esse *eqs.* [*v. p. 585, 81 sq.*]. 7, 5, 2. SEN. epist. 74, 7 hanc -m imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam. PLIN. nat. praef. 22 TERT. anim. 9 p. 311, 23. *cf.* FRONTO p. 197, 2 N. in causa non dicam bona — finge -m ambigua *eqs.* [*v. l. 2. p. 579, 75 sqq.*]). CIC. fin. 1, 68 eadem de amicitia dicenda sunt. praeclare -m Epicurus . . . 'eadem' inquit 'scientia confirmavit animum' (*sic in sententt. auctis cum laude afferendis*: fin. 5, 58 praeclare -m Plato: '. . .'. Tusc. 1, 41 bene -m . . . praecipitur: '. . .'. 3, 11). NEP. Alc. 1, 1 in *Alcibiade* natura quid efficere possit videtur experta. constat -m inter omnes . . ., nihil illo fuisse excellentius. OV. Pont. 1, 7, 49 graviter cecidi. quid -m mirabile, si quis a Iove percussus non leve vulnus habet? SEN. dial. 9, 8, 2.

c *coordinatas*: α *pro secundariis* (*pro causali infra l. 66; pro concessivis infra l. 30. 57. 82 [adversat. infra l. 41. 63]; pro condicionalibus infra l. 44 sqq. 68 sqq. [cf. l. 59]; pro correlativa infra l. 33*): PLAVT. Poen. 286 pro erili et nostro quaestu satis bene ornatae sumus. non -m potis est quaestus fieri, ni sumptus sequitur . . . et tamen quaestus non consistet, si *eqs.* (*v. infra l. 57. 82. p. 577, 36*). VARRO rust. 2, 3, 3 (*affertur Catonis dictum de velocitate caprarum ferarum*) oves -m quas pascimus, ortae sunt ab ovibus feris: sic quas alimus ⟨caprae⟩ a capris feris ortae. 2, 3, 10 adsentiri putant id quod usu venit Gaberio *eqs.* is -m . . . coegit mille caprarum *eqs.* tantum -m fefell[er]it ut brevi omnes amiserit morbo (*nota* -m *anticipatum repeti*). CIC. inv. 2, 76 oportebit . . . comparativam iudicationem exponere tamquam deliberativam *eqs.* sit -m haec iudicatio *eqs.*: '. . .'. hoc ex locis deliberationis . . . tractari oportebit (*cf.* QVINT. inst. 5, 14, 7). Verr. I 1 quod erat optandum maxime . . . divinitus datum . . . videtur. inveteravit -m iam opinio . . . his iudiciis . . . pecuniosum hominem . . . neminem posse damnari. nunc . . . reus in iudicium adductus est C. Verres. II 3, 160 consuetudo . . . eum . . . degenerare non sineret? fac -m fuisse in eo C. Laeli . . . indolem: quid ex eo boni sperari . . . potest, qui *eqs.* (Tusc. 1, 82 LVCR. 2, 485. *cf.* LIV. 5, 51, 5 intuemini -m *eqs.*, invenietis *eqs.* QVINT. decl. 377 p. 419, 24 finge -m qualem tu velis esse. crudelem? et hunc iudex vindicabit. *sim. al. v. infra l. 68 sq.*). Cluent. 169 quaero, quae causa Habito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet. inimicitias -m . . . fuisse confiteor; sed (*v. infra l. 53*) homines inimicos suos morte adfici volunt aut quod metuunt aut quod oderunt. rep. 2, 19 ad fingendum vix quicquam *erat* loci. antiquitas -m recepit fabulas fictas . . ., haec aetas autem respuit (*sic saepissime ipsa ratio per partic. adversat. adnectitur, e. g.*: 6, 24 fin. 5, 42 Tusc. 4, 53 CELS. 3, 6, 12 SEN. clem. 1, 12, 4 PLIN. nat. 2, 160 PETRON. 88, 2 GAIVS dig. 39, 6, 31 pr. *v. infra l. 76. 79*). fin. 2, 4. LVCR. 1, 1044 nec plagae possunt extrinsecus undique summam conservare omnem *eqs.* cudere -m crebro possunt *eqs.* interdum resilire tamen coguntur (*v. supra l. 30*). 2, 114 cuius . . . rei . . . imago ante oculos semper nobis versatur *eqs.* contemplator -m, cum solis lumina *eqs.*: multa . . . videbis corpora misceri. CAES. civ. 1, 65, 3 illi . . . castra ponunt. suberant -m montes . . .: hos montes intrare cupiebant (*v. Meusel ad l.*). 1, 85, 1 nulli omnium has partis . . . miserationis minus convenisse. reliquos -m omnis officium suum praestitisse . . ., ipsos duces a pace abhorruisse. NEP. Them. 6, 3 hoc longe alio spectabat atque videri volebant *Lacedaemonii.* Athenienses -m . . . gloriam . . . erant consecuti *eqs.* quare eos quam infirmissimos esse volebant. LIV. 2, 2, 3. SEN. contr. 7, 4, 4 filius . . . familiae nulli poterit servire nisi patri *eqs.* puta -m te alumenta petere ab eo, quem pater mittat peregre . . .: primae partes sunt patris (SEN. benef. 6, 11, 3 nat. 2, 55, 3. QVINT. decl. 249 p. 21, 22. *v. supra l. 44 sqq*). suas. 2, 13 Porcellus . . . in sententia optima id accusabat, quod erat optimum. mu[l]ta -m . . .: peribit omnis versus elegantia. SEN. benef. 4, 17, 4 nec quisquam tantum . . . hominem exuit, ut animi causa malus sit. dic -m cuilibet ex istis, qui rapto vivunt, an ad *rapta* . . . malint ratione bona pervenire: optabit ille *eqs.* epist. 39, 5. PETRON. 47, 10 quem . . . ex *suibus* vultis in cenam statim fieri? gallum -m gallinaceum . . . rustici faciunt: mei coci etiam vitulos . . . solent facere. PLIN. nat. 7, 94 *Caesar* magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. spectacula -m edita . . . enumerare luxuriae faventis est: illa fuit vera . . . animi sublimitas *eqs.* QVINT. inst. 10, 1, 25 Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio . . . Homerus ipse videtur. summi -m sunt, homines tamen (*v. l. 30 sq.*). PLIN. epist. 8, 19, 2.

β *pro primariis* (*cum imperat. p. 581, 2. 8 sq.* [*v. supra l. 12 sq. p. 579, 75 sq.*]): CIC. Verr. II 3, 199 *arator* omne instrumentum vendat

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

necesse est. non -m debetis hoc cogitare: habet idem in nummis. Cluent. 111 *Quinctius multis odio fuit.* neque iniuria. facite -m, ut ... mores eius ... recordemini (*seq. descriptio morum*). Planc. 18 haec ipsa, quae despicis, huic suffragata *sunt.* sic -m conferamus. est tuum nomen ... consulare. de orat. 2, 72 non est ita *eqs.* dicam -m ... expertus: omnium ceterarum rerum oratio ... ludus est homini non hebeti. Cato 39 *senectus* aufert a nobis quod est in adulescentia vitiosissimum. accipite -m ... veterem orationem Archytae (*seq. Archytae dictum de voluptate*). SEN. contr. 1, 1, 8 (*iniuriam facis:*) vides -m, liberalis in domo tua esse coepi (SEN. dial. 7, 18, 3 vides -m: non virtutis scientiam sed egestatis professus est. nat. 7, 25, 4 QVINT. decl. 291 p. 161, 19 PLIN. paneg. 70, 6).

d *interrogationes* (*ipsa causa vel ratio in responso posita est*): ***α*** *generatim* (*in interrog. disiunctiva infra l. 18 sq. 34. 46; interrog. ex verbo dicendi vel interrogandi pendet infra l. 18 sqq. 34 sq.; responsum pro satis perspicuo omittitur infra l. 29. 42. 48*): VARRO ling. 8, 40 sequitur ut cum analogiam dicere non possint, sequi ⟨non⟩ debeamus. qu⟨a⟩ero -m, verbum utrum dicant vocem ... an *eqs.* si vox *eqs.* (CIC. Q. Rosc. 52 nihil ... indignius potest dici. quaero -m potueritne Roscius ... petere necne. si non potuit, quemadmodum abstulit? Tull. 31 Font. 2 Cluent. 62 SEN. contr. 9, 2, 14. FLOR. Verg. p. 187, 13 quaeso -m, propius intuere. *cf.* CIC. har. resp. 11 una mea domus iudiciis omnibus liberata ... est. te -m appello Lentule et te Philippe *eqs.* potestisne referre de mea domo? [*cf. p. 582, 23*]). CIC. Quinct. 42 quod nunc facit ... testimonio *est* nihil deberi. quid -m nunc agit Sex. Naevius? ... pecuniam petit (*cf.* Verr. II 4, 27 quid -m actum est?). Q. Rosc. 26. 28 *Panurgum* totum Rosci fuisse contendo. quid erat -m Fanni? corpus. 37. Verr. II 2, 44 ipse tua defensione implicabere. quare -m ... ille adesse noluit? II 5, 151. Caecin. 73 o rem praeclaram vobisque ob hoc retinendam, recuperatores! quod -m est ius civile? quod neque inflecti gratia neque perfringi potentia ... possit. leg. agr. 1, 20. 2, 95. de orat. 2, 92 quem probavit, in eo, quae maxime excellent, ea diligentissime sequatur. quid -m causae censetis esse, cur *eqs.*? (parad. 38 quid -m censes ..., utrum ... an *eqs.*?). rep. 1, 2 nihil ... dicitur a philosophis ..., quod ⟨non⟩ ab iis partum ... sit, a quibus *eqs.* unde -m pietas *eqs.*? ... nempe ab iis qui *eqs.* (SEN. contr. 1 praef. 9 SEN. benef. 1, 14, 1. *cf.* VAL. MAX. 5, 4 ext. 6 quis -m ... docuit? illa nimirum, quae *eqs.*). 1, 64 nec sine causa *reges deos appellant*; quid -m adiungunt? 'tu produxisti nos' (*cf.* TERT. scorp. 10 p. 169, 20 ipso domino ... destinante[m]. quid -m ... subiungit? 'ne putaveritis' *eqs.*). Tusc. 3, 26 *aegritudo* taetra ... res est *eqs.* qualis -m tibi ille videtur 'Tantalo prognatus' *eqs.*? LIV. 2, 1, 4 Brutus ... pessimo publico ... priorum regum alicui regnum extorsisset. quid -m futurum fuit, si *eqs.*? dissipatae res nondum adultae discordia forent (*v. infra l. 83 sqq.*). 45, 19, 5 quid ad deliberationem dubii superesse? utrum -m partem regni petiturum esse, an totum erepturum? si partem, ambo ... obnoxios fore *eqs.* SEN. contr. 1, 2, 15 tu ex obscenissimis venis. quid -m didicisti? 7, 7, 5. SEN. nat. 36, 1 quid -m intellegis fatum? existimo necessitatem rerum omnium. QVINT. decl. 314 p. 234, 5.

saepe contrahitur interrogatio in quid -m? (quidni -m? *l. 70*); *sequitur plerumque altera interrogatio (rhet. e. g. l. 57 sq. 63); affirmativa enuntiatio seq. l. 54. 60 sq. 66. 68. 70*: CIC. Verr. II 1, 143 corriguntur leges censoriae. quid -m? video in multis veteribus legibus: '... censores addiderunt' (*sed fort.* quid -m video *eqs. coniungenda*). 1, 157 nihil dico. quid -m? contra tabulas ... audeam dicere? Mur. 73. Cael. 64 quid -m? isti tot viri ... cur Licinium de manibus amiserunt? Planc. 72 quid -m? mihi ad defendendum Plancium parum multae ... necessitudines erant? fin. 2, 62. HOR. sat. 1, 1, 7 militia est potior. quid -m? concurritur *eqs.* 2, 3, 132 cum laqueo uxorem interimis ..., incolumi capite es. quid -m? neque tu hoc facis Argis nec *eqs.* LIV. 40, 9, 14 nec dubia argumentis colligendo ago. quid -m? negat venisse se ... ad ianuam meam? SEN. benef. 7, 19, 1 reddere est ... accepturo tradidisse. quid -m? si cui vinum debeas *eqs.*, reddidisse te dices? PETRON. 74, 13 quid -m? ... ambubaia non meminit, sed de machina illam sustuli (*v. adn.*). QVINT. decl. 250 p. 25, 10. TERT. uxor. 1, 3 p. 672, 10 Oe. possum dicere: quod permittitur, bonum non est. quid -m? necesse est mori mihi.

nota (*v. supra l. 51*): APVL. apol. 53 *libertus* linteum in mensa positum *vidit* sine ullo sigillo *eqs.* quidni -m? magicae res in eo occultabantur: eo neglegentius adservabam.

β *speciatim interrog. rhetoricas* (*responsum pro satis perspicuo non iam exspectatur et ipsa interrogatio pro sententia plerumque negativa accipitur; v. etiam supra l. 52*): VARRO Men. 206 non subsilies ac plaudes ...? quid -m hoc mirius? ling. 5, 7 infimus *gradus explanandi* quo populus etiam venit; quis -m non videt unde arge⟨n⟩tofodinae? rust. 2, 1, 25 quo pacto -m? CIC. Verr. II 3, 39 non quo iugerum numerum vere profiteri esset difficile ... — quid -m in eo periculi esse posset? — sed *eqs.* (*v. p. 578, 69*). 3, 154 cur -m sibi hoc scribae soli sumant? Caecin. 96 retineri libertas non potest. qui -m potest ... liber esse is qui in numero Quiritium non est? Cluent. 114 leg. agr. 1, 16. Mur. 72 quod -m tempus fuit? Flacc. 45. p. red. in sen. 24 quando -m? har. resp. 52 quid -m si *Pompeio* inimicissimus esset, amplius ... facere potuisset? (fin. 1, 27 quid -m me prohiberet Epicureum esse, si *eqs.* LIV. 2, 1, 4 *v. p. 581, 44.* SEN. contr. 10 praef. 6. *decurtata interrog.*: SEN. contr. 10, 5, 16 quid -m si Atheniensem ... emisses? SEN. benef. 4, 35, 1 quid -m si ... sibi dare iusserit? epist. 29, 1. *de* quid si -m *apud* QVINT. *et* AVG. *v. p. 576, 21*). LVCR. 1, 699 quo ... -m? (-m *om. O*). 2, 798 qualis -m color? 6, 655 numquis -m? HOR. sat. 2, 3, 124 quantulum -m? (IVV. 6, 151). SEN. contr. 1, 6, 6 *v. p. 583, 56.* SEN. epist. 27, 1 tu me ... mones? iam -m te ipse monuisti, iam correxisti? PLIN. nat. 2, 157 non (*i. nonne*) -m? (21, 78 PANEG. 12 [2], 25, 3). 21, 78 parum -m erat? ([erat -m *V*]. MART. 2 praef. [*v. Heraeus ad l.*]). *adde exclamationes ut* CIC. Q. Rosc. 29 quam -m spem (rem *codd.*) ... attulit Panurgus! VAL. MAX. 2, 9, 5. *et al.*

B ***subiective:*** *addit locutor, cur aliquid dixerit* (*i. causa vel ratio affertur non tam rei aut facti per elocutionem significatae quam ipsius elocutionis. possis aliquot exempla explicare inserendo 'hoc dico' et sim., quod nescio an superfluum sit; germanae ellipsis exempla afferuntur p. 584, 83 sqq.*): **1** *generatim*: **a** *subicitur causa vel ratio sententiarum*: ***α*** *affirmativarum*: VARRO ling. 5, 96 ovis quod *ὄις*; ita -m antiqui dicebant. 5, 175 *dos* graece *δοτίνη*; ita -m hoc Siculi (*v. p. 584, 52*). 9, 4 *dicam* de copulis naturae et ⟨u⟩suis: haec -m duo sunt. rust. 1, 26 vereor ... ne ante aeditumus veniat huc, quam hic ad quartum actum. vindemiam -m expecto. 2, 1, 7. CIC. S. Rosc. 84 *causam* in T. Roscio reperio. tecum -m mihi res est, T. Rosci (*cf.* har. resp. 11 te -m appello. *v. p. 581, 23*). Verr. II 1, 105 appellat heredem L. Annium ...; non -m mihi persuadetur istum ab illo prius appellatum. II 1, 155 iudicium in praetura publicum exercuit. non -m praetereundum est ne id quidem. 3, 213 'ita' inquit *eqs.* hoc -m mihi significare visus est. 4, 112 *sacrorum* nihil attingere ausi sunt *scelerati.* tenuerunt -m ... illum locum servi fugitivi. leg. agr. 3, 16. Catil. 1, 20 'refer' inquis 'ad senatum'. id -m postulas. Sulla 68 *non* facinorum tantorum ... crimen ... Sullae persona suscipit. iam -m faciam ... ut ... de vita hominis ... dicam (*sic in transitu ad nova*: SEN. benef. 2, 18, 1 quidam ... beneficia superba ... accipiunt *eqs.* iam -m transeamus ad alteram partem [*v. etiam supra l. 23. 29*]). Sest. 36. de orat. 2, 118 quos ... locos ... expeditos habere debetis. longum est -m nunc me explicare *eqs.* (*i. hoc dixisse satis habeo, quia longum est*). 3, 97. 208 diiunctio et ordo *eqs.* haec -m sunt fere ..., quae ... orationem ... inluminent (*sim.* 3, 217 part. 113. 114). 3, 228. rep. 3, 46 vel regnum malo quam liberum populum; id -m tibi restat genus vitiosissimae rei publicae tertium. parad. 49 non intellegunt homines quam magnum vectigal sit parsimonia. venio -m iam ad sumptuosos. Cato 1. 16 ceteraque gravissime; notum -m vobis carmen est (*v. Landgraf ad l.*). LVCR. 6, 670 caelo terraeque putandumst ... omnia suppeditare, unde repente queat ... flammescere caelum. id quoque -m fit et ardescunt caelestia templa (*v. p. 576, 36*). HIRT. Gall. 8 praef. 4 utinam qui legent *commentarios* scire possint, quam invitus susceperim scribendos *eqs.* constat -m *eqs.* BELL. Alex. 70, 8 (*Caesaris verba:*) ⟨id⟩ si fecisset iam, tunc sibi mitteret munera *eqs.* miserat -m ei (ei *om.* πδ) Pharnaces coronam auream (*sic aliorum dictis scriptor rationem subicit*: NEP. Milt. 1, 5. Ov. met. 1, 597 'ne fuge me!' fugiebat -m. SEN. dial. 5, 23, 8 CVRT. 8, 1, 15 ASCON. Scaur. p. 27, 7 St.). SALL. rep. 1, 4, 4. PROP. 2, 32, 23 famae iactura pudicae tanta tibi ... quanta meretur erit. nuper -m de te ... me laedit ... rumor. 3, 17, 11. Ov. epist. 7, 81 (*Dido Aeneae*) omnia mentiris, neque -m tua fallere lingua incipit a nobis. met. 7, 217. trist. 5, 13, 3 (*sim.* Pont. 1, 10, 3). LIV. 4, 13, 7 L. Minucius praefectus annonae seu refectus seu ... in incertum creatus; nihil -m constat (*sim. in afferendis variis opinionibus*: FEST. p. 129. SEN. nat. 5, 4, 2 alias ... terra ipsa magnam vim aeris eicit ..., alias *eqs.* illud [*sc. tertiam opinionem*] -m nec ut credam mihi persuaderi potest nec ut taceam). LIV. 36, 8, 1 *Hannibalis orationem* laudarunt magis ... quam rebus ipsis exsecuti sunt; nihil -m eorum factum est nisi *eqs.* MANIL. 1, 26 *mundum* primum interius licuit cognoscere terris munere caelestum. quis -m ... clepsisset furto mundum? VITR. 7, 5, 7 SEN. contr. 9, 5, 6. VELL. 1, 8, 5 id gessit Romulus adiutus legionibus Latini⟨s⟩ avi sui; libenter -m iis, qui ita prodiderunt, accesserim. VAL. MAX. 4, 4, 9 gens *Aelia* nullum ante scripulum argenti habuit quam *eqs.* taceo -m quod *eqs.* 8, 3, 2. SEN. nat. 2, 13, 1 nullam rationem reddiderunt, quare ignis, quem natura sursum vocat, defluat; alia -m condicio nostrorum ignium est *eqs.* QVINT. decl. 332 p. 307, 6 ad hanc ... petitionem invitus ... venio. viderimus -m postea de iudiciis: interim *eqs.* (*cf. l. 32 sqq.*). IVV. 8, 221 in scaena numquam cantavit Orestes (*sc. ut matricida Nero*) *eqs.* quid -m Verginius armis debuit ulcisci magis? TAC. ann. 16, 6 Poppaea ... gravida ictu calcis adflicta est. neque -m venenum crediderim (*sim.* SVET. gramm. 4 non -m fastidio *omitti* putem). AVG. civ. 5, 24[tit.] p. 236, 27 D. quae sit Christianorum imperatorum ... felicitas. neque -m nos Christianos quosdam imperatores ideo felices dicimus quia *eqs.* (*item tit. explicatur* 8, 2 p. 321 26. 17, 16 p. 237, 24).

in parenthesi (*saepe parenthesis antecedit ea verba, quorum maxime rationem reddit; v. ex. gr. p. 583, 6 sq. 9. 12. 19. 30*): VARRO rust. 2, 3, 2 nisi si glabrae sunt *caprae* — duo -m genera earum *eqs.* RHET. Her. 1, 6, 10 si oratio adversariorum fidem fecerit auditoribus — neque -m non facile scire poterimus ... — ergo si fidem factam

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

putabimus *eqs.* CIC. S. Rosc. 100 si prodierit ... — scio -m proditurum esse *eqs.* Verr. II 3, 39 non quo ... esset difficile ... — quid -m in eo periculi esse posset? *eqs.* 5, 38 cum esses praetor renuntiatus quoquo modo — mitto -m ... quid tum sit actum *eqs.* (Caecin. 11 multa -m praetermittam. Pis. 11 mitto -m domestica). Cluent. 70 quid (qui *var. lect.*) tandem — nihil -m est quod non fieri possit *eqs.* Catil. 4, 17 immo (nisi *codd.*) vero — id -m potius est dicendum — genus hoc universum amantissimum est otii (Mur. 22). Vatin. 15 deinde *quaero* — erumpet -m aliquando ex me vera vox *eqs.* Pis. 94. de orat. 1, 243 mea quidem sententia — frequens -m te audivi ... — multo maiorem partem ... sale tuo ... pellexisti (rep. 1, 30 *Aelius Sextus* — multum -m illum audiebam et libenter — ... dicebat). 2, 122 rep. 2, 40 leg. 1, 39 fin. 2, 74. LVCR. 6, 113 *nubes* fragilis ⟨sonitus⟩ chartarum commeditatur — id quoque -m genus in tonitru cognoscere possis *eqs.* (OV. epist. 17, 98 hoc quoque -m vidi. LIV. 2, 18, 4). NEP. Alc. 11, 3 *Alcibiades* adeo studiis *Thebanorum inserviit*, ut nemo eum labore ... posset aequiperare — omnes -m Boeoti ... firmitati corporis ... serviunt. Att. 12, 2. VERG. ecl. 1, 31 namque — fatebor -m — ... *non* spes libertatis erat (Aen. 4, 20 catal. 9, 11. *cf.* Aen. 1, 261 fabor -m. OV. Pont. 3, 9, 19 quid -m dubitem tibi vera fateri. *v. et p. 588, 84*). Aen. 6, 368. OV. met. 7, 660 'te feliciter attulit eurus' — eurus -m attulerat (*sic aliorum dictis scriptor rationem subicit*: LIV. 1, 50, 3 *Turnus dixit* haud mirum esse Superbo inditum Romae cognomen — iam -m ita ... eum appellabant *eqs.* 45, 19, 11). 7, 813 'aura' — recordor -m — 'venias' cantare solebam. Pont. 2, 3, 3. LIV. 29, 17, 11 in hoc legato vestro — dant -m animum ad loquendum libere ultimae miseriae *eqs.* SEN. contr. 2, 6, 3. VELL. 2, 41, 3 *Caesar apud piratas numquam* aut nocte aut die — cur -m, quod vel maximum est, ... omittatur? — ... excalceabatur. 2, 66, 3. TAC. hist. 3, 39 *Vitellius* se — ipsa -m verba referam — pavisse oculos spectata inimici morte iactavit. ann. 16, 4 flagitante vulgo ut omnia studia sua publicaret — haec -m verba dixere — ingreditur theatrum.

β interrogativarum (*de ellipsibus statuendis v. p. 582, 15; in parenthesi infra l. 43; post interrog. indir. infra l. 47; in oratione obliqua v. l. 54 sq.*): CIC. S. Rosc. 40 patri non placebat? quam ob causam? necesse est -m eam quoque iustam fuisse. Verr. II 1, 79 deficere ab imperio ... nostro volebat *Lampsacena civitas*? video -m ... bellum indici solere. 1, 80 quae fuit ... causa ...? tu -m ... ostendis *nullam* (*sim. ibid.* 116). 1, 118. 2, 11 quemadmodum ... venerunt? videor -m mihi iam liberius ... loqui debere. 3, 25 quid est hoc? veri -m simile (verisimile -m β) non est. Caecin. 50 hoc interdictum putamus eorum esse causa compositum qui *eqs.* — eos -m vere possumus dicere esse deiectos — an *eqs.*? Catil. 1, 16 har. resp. 17 de orat. 1, 165. 2, 24. rep. 1, 14 quid tu ... tam mane Tubero? dabant -m hae feriae tibi ... facultatem ad explicandas tuas litteras. leg. 1, 3 *responde* verumne sit *eqs.*; sic -m est traditum (*v. supra l. 35*). LVCR. 1, 232 unde aether sidera pascit? omnia -m debet ... infinita aetas consumpse anteacta. 2, 822. VERG. Aen. 6, 52 cessas in vota ... Aenea? cessas? neque -m ante dehiscent attonitae magna ora domus. HOR. sat. 2, 3, 124 *custodis* ne tibi desit? quantulum -m summae curtabit quisque dierum ... si *eqs.*? (*v. p. 581, 72*). OV. met. 3, 443. LIV. 3, 64, 3 quid futurum ... si novos tribunos per ... consules adorti essent *patres*? non -m semper Valerios ... consules fore (*sic in or. obliqua*: 1, 9, 5. 2, 28, 5). 38, 45, 9. 45, 37, 9. SEN. contr. 1, 6, 6 quas petitura regiones *ibis*? est -m tibi aliquis locus? VAL. MAX. 6, 1 pr. SEN. benef. 6, 12, 1 si quis sua nobis causa profuit, eine ... debetur aliquid? hoc -m saepe te conquerentem audio, quod quaedam homines sibi praestant, aliis inputant. dial. 9, 14, 5 nat. 6, 31, 1. 7, 14, 2. CVRT. 6, 10, 7 potuit ... Dymnus eum praeterire, quem sequebatur ...? non -m ... nomen meum praeteriit, ut posset videri socio pepercisse. PETRON. 72, 5 quid cogitas? ... ego -m si videro balneum, statim expirabo. PLIN. nat. 33, 39 ita, Hercules, *fremis fibulas ex auro geri*? idem -m tu, Brute, mulierum pedibus aurum gestatum tacuisti. VAL. FL. 8, 393 *eo se consilio secutos esse* ut thalamis raptisque indulgeat unus (*sc. Iason*) coniugiis? id tempus -m (*nota ironiam. v. p. 577, 80 sq.*). TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486, 25.

b *singularum vocum* (*saepe in nom. propr.; v. p. 584, 7 sq. 15. 19. 22*): CIC. Sest. 49 rem publicam ... servavi ... aerumna mea. neque -m ... me optimo fratre ... sine dolore caruisse *gloriabor*. Scaur. 43 ignoscent alii viri boni ex Sardinia: credo -m esse quosdam. de orat. 2, 178 ad illa maiora veniamus. nihil est -m in dicendo ... maius quam *eqs.* 2, 239 facilius ... intellegemus, cum ad ipsa ridiculorum genera venerimus. duo sunt -m genera facetiarum (*fort. ad II B*). 3, 186 infringitur ille quasi verborum ambitus; sic -m has orationis convorsiones Graeci nominant. rep. 4, 3 cetera ... *sunt* provisa sapienter ad illam civium beate ... vivendi societatem; ea est -m prima causa coeundi. leg. 2, 16 habes legis prohoemium; sic -m haec appellat Plato. BELL. Alex. 52, 4 Flaccum, municipem suum, adiuvant: erant -m omnes Italicenses. OV. met. 13, 856 preces ... supplicis exaudi: tibi -m succumbimus uni. 15, 581 rex ... o salve! tibi -m ... hic locus et Latiae parebunt ... arces. TAC. dial. 1 quae accepi ... persequar servato ordine disputationis; neque -m defuit qui diversam quoque partem susciperet. hist. 1, 51 pars Galliarum ... instigatrix adversum Galbianos; hoc -m nomen ... indiderant. PLIN. epist. 4, 17, 5 magis admiratus sum, postquam penitus inspexi. inspexi -m penitus.

in parenthesi: CIC. Cluent. 12 Sassia, mater huius Habiti — mater -m a me ... appellabitur. 67 ab homine ... impudentissimo, ad efficiendum acerrimo — haec -m ille ... habebat. 72 'quid tu' inquit 'Paete' — hoc -m sibi Staienus cognomen ... delegerat. 112 Quinctius — nihil -m dicam de ceteris — ... quis eum ferre potuisset (*cf.* leg. agr. 1, 14 tu Rulle — missos -m facio ceteros). Catil. 3, 3. Sulla 40 o di immortales — vobis -m tribuo (-am *var. lect.*) quae vestra sunt (*cf.* dom. 104 o di immortales — vos -m haec audire cupio). 80 Rab. Post. 28. fin. 3, 20 officium — id -m appello καθῆκον (*sic saepe in t. t. philosophicis latine vertendis*). BELL. Afr. 45, 2 pro tuo ... beneficio, Scipio, tibi gratias ago — non -m te imperatorem appello. VERG. Aen. 7, 195 dicite, Dardanidae — neque -m nescimus et urbem et genus. 9, 617. CIRIS 71 infelix virgo — quid -m commiserat illa? HOR. carm. 4, 11, 33 age iam, meorum finis amorum — non -m posthac alia calebo femina — condisce modos. OV. met. 3, 630 tum denique Bacchus — Bacchus -m fuerat *eqs.* 3, 687 viginti — tot -m ratis illa ferebat (LIV. 1, 32, 9 diebus tribus et triginta — tot -m sollemnes sunt). 5, 280 'Memnonides' — cognorat -m (*sic aliorum dictis scriptor rationem subicit*: 12, 88 LIV. 5, 24, 11 VELL. 2, 58, 2). 14, 246. fast. 6, 482 quare *dea* famulas a limine templi arceat — arcet -m. LIV. 33, 46, 3 horum in tam inpotenti regno — neque -m civiliter nimiis opibus utebantur *eqs.* MANIL. 3, 444. SEN. Herc. f. 1 soror Tonantis — hoc -m solum mihi nomen relictum est. dial. 5, 21, 5 hic furor — quid -m aliud voces? — Romanos quoque contigit (nat. 6, 25, 3 in laxos specus — quid -m aliud adpellem loca vacua ...? — spiritum convenire). epist. 71, 5.

2 *speciatim: afferuntur indicia, signa, argumenta alicuius rei vel facti* (*i. 'ut inde apparet, quod'*): **a** *quaelibet indicia*: VARRO Men. 60 ebrius es Marce, Odyssian -m Homeri ruminari incipis. ling. 6, 7 Plautus tempus conticinium *appellat*; scribit -m *eqs.* (*sic in citandis verbis auctorum*: VLP. dig. 24, 1, 32, 16 ita et Papinianus ... sensit. sic -m scribit *eqs. cf.* 44, 4, 4, 13 Labeo quoque in eadem opinione est. ait -m *eqs. v. etiam sub b*). 9, 61. CIC. inv. 1, 88 indigetis ... pecuniae; mercaturae -m, ni ita esset, operam non daretis. Verr. I 26. 44 flagramus infamia. neque -m ullam aliam ob causam populus Romanus tribuniciam potestatem tanto studio requisivit. leg. agr. 2, 20. Planc. 86 meum discessum ... subaccusare voluisti. dixisti -m *eqs.* (TERT. adv. Marc. 2, 26 p. 372, 18 ad hoc -m ... dixit). de orat. 3, 195. rep. 3, 26 non sunt in disputando vafri *eqs.* negant -m *eqs.* (leg. 2, 39 negat -m. fin. 2, 4). fin. 2, 43. CAES. civ. 2, 32, 3 Caesar amicissime de vobis et illi (*sc. Pompeiani*) gravissime iudicaverunt. Pompeius -m ... vestri facti praeiudicio demotus Italia excessit. BELL. Afr. 16, 4. NEP. Eum. 11, 5 numquam cum fortiore sum congressus: non -m cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. LIV. 6, 18, 11 nec hoc (*sc. a patribus vobis imperari*) natura insitum vobis est, sed usu possidemini. cur -m adversus externos tantum animorum geritis *eqs.*? 9, 5, 3 VITR. 2, 8, 13. PAVL. FEST. p. 8 aurum dictum, quia praecipue custoditur. graece -m ὠρσὶν custodire dicitur (*v. p. 582, 12 sq.*). SEN. contr. 9, 6, 12 VAL. MAX. 7, 8, 7. 9, 3 ext. 2. SEN. apocol. 5, 2 *nuntiatur* nescio quid *Claudium* minari, assidue -m caput movere. CVRT. 10, 6, 17. COLVM. 3, 21, 10 *quaedam vini* genera ... nobilitantur. neque -m post annos quindecim ... deprendi possit ignobilitas in gustu. ASCON. Corn. p. 54, 13 St. Crassum ... et ... Scaevolam ... significat. hi -m legem eam de qua loquitur ... tulerunt. PLIN. nat. 9, 56 in quodam genere *piscium* omnino non sunt mares ...; omnes -m ovis gravidae capiuntur. 16, 223 palmae arbor valida; in diversum -m curvatur. 35, 73. QVINT. decl. 316 p. 243, 27 non durus *est*: flevit -m. TAC. hist. 4, 24 FLOR. epit. 1, 7, 6. APVL. apol. 53 *est tibi in accusando* furor infelix *eqs.* his -m paene verbis egisti *eqs.* VVLG. Sirach 45, 5 *deus* elegit *Moysen* ex omni carne. audivit -m eum (*gr. deest particula*).

b *exempla* (*i. 'ut exempli gratia inde apparet, quod'*): VARRO ling. 5, 74 nonnulla nomina in utraque lingua habent radices ...; potest -m Saturnus hic de alia causa esse dictus atque in Sabinis. CIC. de orat. 2, 223 non minus iucunda illa perpetua *facete dicta*. quom -m Brutus *eqs.* 2, 247. 3, 153 habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem. neque -m illud fugerim dicere *eqs.* 3, 181. LVCR. 6, 228 *fulmen subtile* constituit natura *eqs.* transit -m validum fulmen per saepta domorum. NEP. praef. 6 ea pleraque nostris moribus sunt decora, quae apud *Graecos* turpia putantur. quem -m Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? HOR. carm. 4, 7, 25 *post mortem* non te restituet pietas; infernis neque -m tenebris Diana pudicum liberat Hippolytum. VITR. 8, 3, 14. VAL. MAX. 9, 8, 1 temeritatis ... ictibus hominum mentes concussae *non* sua pericula dispicere ... valent. quam -m temere se Africanus ... traiecit *eqs.* SEN. dial. 5, 21, 5. PLIN. nat. 11, 113 quaedam *insecta* ex imbri generantur, quaedam et in ligno. nec -m cossi tantum in eo, sed etiam tabani ex eo nascuntur. QVINT. inst. 5, 12, 10.

C *in certis quibusdam loquendi formis et sententiarum conexibus*: **1** *per ellipsin: res factumve, cuius causa vel ratio*

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

affertur, non propriis verbis exprimitur, sed cogitatione suppleri debet (*de veris ell. ab arbitrariis secernendis v. p. 582, 15. 583, 34*; -m *inducit interrog. rhetoricam infra l. 6. 11. 16 sq.*): CIC. dom. 111 at unde est ista inventa Libertas? (*sc. e. g. hoc vos docebo*;) quaesivi -m diligenter. de orat. 1, 102 quid? mihi vos nunc .. quaestiunculam ... ponitis? (*sc. e. g. temere facitis*;) quando -m me ista curasse ... arbitramini? fin. 2, 53 in omnibus factis re, non teste moveamur (*sc. e. g. neque aliter nunc fiat*;) sunt -m levia ... quae dicebantur a te. PROP. 3, 6, 5 num me fallis ...? (*sc. e. g. minime debes*;) omnis -m debet sine vano nuntius esse. LIV. 8, 33, 19 virgas et secures victoribus ... intentari. (*indignum facinus esse*;) quid -m tandem passurum fuisse filium suum, si exercitum amisisset? 37, 15, 2. SEN. contr. 2, 3, 14 tu non ... mecum agis ... quod ⟨non⟩ exoraturus es. (*absurde*;) puta -m hodie me exorari: demens non ero. SEN. apocol. 13, 6 quaeris quomodo *huc venerimus*? (*scire debes*;) quis -m nos alius huc misit quam tu? (*v. infra l. 39 sqq.*). benef. 1, 13, 2 *Alexander* ad socium honoris sui respexit tamquam caelum ... teneret, quia Herculi aequabatur. (*immerito*;) quid -m illi (ille *N*) simile habebat vesanus adulescens? 4, 11, 4. dial. 6, 22, 1 quereris, Marcia, non tam diu filium tuum vixisse quam potuisset? (*non debes*;) unde -m scis an diutius illi expedierit vivere? CVRT. 6, 10, 32 ego, *pater*, senectutem tuam extinguo! (*non immerito*;) quid -m me procreabas? (*v. Vogel-Weinhold ad l.*). QVINT. inst. 8, 5, 32 dum timent ne aliquando cadant, semper iacent. (*peccant*;) quod -m tantum in sententia bona crimen est? decl. 334 p. 316, 22. TAC. ann. 4, 35 maxime solutum ... fuit prodere de iis, quos mors odio aut gratiae exemisset. (*quod mihi quoque prodesse debet*;) num -m (*Halm*, eum *trad.*) armatis Cassio et Bruto ... populum ... incendo? PLIN. epist. 6, 26, 1 *Salinator* comitate iuvenis, senex gravitate: (*verum dico*;) neque -m amore decipior. TERT. anim. 28 p. 347, 19 ex mortuis vivos effici senior sermo est. (*non rĕfert*;) quid -m si et iunior? ITALA Matth. 9, 5 (Tert. pudic. 22 p. 272, 14) quid cogitatis nequam in cordibus vestris? (*minime debetis*;) quid -m facilius est dicere *eqs.*? (*τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν*, VVLG. quid est facilius dicere). *nota in* QVINT. decl. *argumentationis ordinem interdum ita confusum esse, ut* -m *eam sententiam antecedat, cuius causam rationemve inducat, v. l. l.* 294 p. 167, 9. 345 p. 362, 15. 388 p. 437, 24; *nimirum discipulus cursum orationis scribendo aequare non potuit.*

2 *persona loquentis mutata:* **a** *in responsis* (*v. Vahlen, op. ac. 1, 170; interdum aliquis ponit aliquid, cui ipse quasi respondens occurrit, v. infra l. 68; c. ellipsi infra l. 65; de exemplis Plaut. v. p. 577, 36*): PLAVT. Capt. 860 nil sentio. :: non -m es in senticeto, eo non sentis. Cas. 280 te uxor aiebat tua me vocare. :: ego -m vocari iussi. Most. 926 quid? tibi umquam quicquam ... verborum dedi? :: ego -m cavi recte. Poen. 603 eu edepol mortales malos. :: ego -m docui. Truc. 733 quidum quam miles magis *intro mittaris*? :: quia -m plus dedi. :: (*sc. e. g. minime*;) plus -m es (se *codd.*) intro missus, quam dabas (*nisi potius affirmative accipiendum. v. et p. 570, 44*). TER. Eun. 452 mihi istuc non in mentem venerat. :: ridiculum; non -m cogitaras (*v. p. 578, 11 sq.*). VARRO rust. 3, 2, 18 'cenam *dabis* simulac primum ... mortui erunt anseres aut pavones'. cui ille: 'quid -m interest, utrum morticinas editis volucres an pisces?' CIC. Cluent. 83 'at condemnavit *iudex*'. hanc -m condemnationem dederat obsidem Bulbo. Sest. 110 id erit populare? 'est -m homo iste populo Romano deditus.' Pis. 65 manus tibi ne adferantur *metuis*? 'dolor -m est malum.' Scaur. 24 rep. 2, 28. leg. 1, 17 ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas. :: non -m id quaerimus in hoc sermone *eqs.* 2, 43 fin. 1, 25. Tusc. 1, 76 quid refert? :: adsunt -m qui haec non probent. LVCR. 3, 357 'at dimissa anima corpus caret undique sensu.' perdit -m quod non proprium fuit eius (*v. Vahlen l. c.*). CAES. civ. 2, 32, 7 diiudicata iam belli fortuna victum sequamini ...? desertos -m se ac proditos a vobis dicunt et prioris sacramenti mentionem faciunt (*animadvertas extrema e mente adversariorum dicta esse*). HOR. sat. 2, 3, 201 'quorsum *verba tua spectant*?' (*suppl. 'tu etiam insanius egisti quam A.'*) insanus quid -m Aiax fecit? *eqs.* 5, 79 perduci poterit *Penelopa* ...? 'venit -m magnum donandi parca iuventus' (*v. Heinze ad l.*). epist. 1, 18, 19. LIV. 3, 39, 9 cuius *decemviri* partis essent rogitare. populares? quid -m eos per populum egisse? 31, 7, 12 haec (*sc. Lucanos aliosque*) vos ... mansura in fide creditis? manserunt -m Punico postea bello. 32, 21, 28. SEN. contr. 1, 2, 2 isti *sacerdoti* mandabitis *vota facienda*? id -m deerat, ut templa reciperent quas ... lupanar eiecit (*nota ironiam, v. p. 577, 80 sqq.*). contr. exc. 4, 7. SEN. Tro. 1110 quis tuos artus teget ...? :: quos -m praeceps locus reliquit artus? nat. 7, 26, 2 epist. 77, 18. rem. fort. 15, 2 'amicum' inquit 'perdidi'. iam -m habuisse te certum est? PERS. 1, 63 quis populi sermo est? quis -m nisi carmina molli nunc demum numero fluere? MART. 5, 79, 6 QVINT. inst. 6, 3, 63 decl. 365 p. 399, 19 TAC. dial. 16 PLIN. epist. 7, 3, 1 FRONTO p. 123, 24 N. TERT. apol. 42, 8 HERM. vulg. sim. 9, 5, 2 RVFIN. Adamant. 1, 8 MAXIMIN. Aug. coll. c. Max. 3 p. 710. *v. etiam p. 586, 10. 35.*

b *in initiis dictorum orationumve, quas scriptores tamquam e persona et mente aliorum pronuntiant* (*itaque et loci laudati ab* -m *incipere possunt, v. p. 586, 11. 22. 25. orat. indir. p. 586, 27*): RHET. Her. 4, 3, 5 vereor ne ... sint inpudentes. 'quid -m tibi vis?' aliquis inquiat. CIC. inv. 1, 18 'illa -m meum' inquit *Orestes* 'patrem occiderat' (*suppl. antea: 'iure feci'*). 2, 52 'in filium -m quam habebam potestatem, ea sum usus'. 2, 60. 63. Q. Rosc. 26 perstat in impudentia. 'pactionem -m' inquit 'mecum fecerat'. 46 'dicit -m' inquit 'iniuratus Luscio'. Verr. II 1, 25. 26. 3, 185 Caecin. 8. 19 Rab. Post. 39. MAECEN. Sen. epist. 19, 9 *v. infra l. 22.* OV. met. 3, 262 dum (tum *var. lect.*) linguam ad iurgia solvit *Iuno*: 'profeci quid -m totiens per iurgia?' dixit. 9, 131. LIV. 6, 41, 8 eludant nunc licet religiones: 'quid -m est, si pulli non pascentur *eqs.*?' 7, 32, 13 mihi tres consulatus peperi. fuit cum hoc dici poterat: 'patricius -m eras *eqs.*' SEN. contr. 1, 1, 8 (*Argentari verba*) vides -m, liberalis in domo tua esse coepi (*suppl. antea: 'iniuriam facis'; v. p. 581, 9. sim.* 1, 2, 13). 2, 3, 11. 7, 6, 15 hanc sententiam ... adiecit *Varius Geminus*: 'an -m furcifer auderet cum domina concumbere nisi *eqs.*' *al.* VAL. MAX. 1, 8, 8. 3, 7, 8 *Scaurus* causam suam ita egit: 'est -m (quidem *Pighius*, -m vero *Gertz; falso pro* sane *accipit W. A. Baehrens, Philol. Suppl. 12, 1912, p. 393*) inicum *eqs.*' SEN. benef. 2, 30, 2 non est, quod quisquam ... dicat: 'quid -m faciam?' (6, 27, 7 non est, quod dicas: 'quam -m illi iniuriam facio?'. *cf.* TERT. bapt. 4 p. 204, 5 nemo dicat: 'numquid ipsis -m [*om. T*] aquis tingimur *eqs.*?'). dial. 4, 21, 7. epist. 19, 9 volo tibi ... referre dictum Maecenatis ... elocuti: 'ipsa -m altitudo attonat summa' (*v. supra l. 6*). SIL. 15, 780 rumpit ... Nero ... iter, visaque ... pugna: 'quid -m ... relictum Italiae fatis? ...' ait. STAT. Theb. 8, 588. QVINT. inst. 5, 14, 4 quale est Demosthenis (*sc. Androt. 7*): 'non -m *eqs.*'. decl. 344 p. 357, 26 ex adverso dicuntur: 'donavi -m *eqs.*' TAC. hist. 4, 14 *Civilis* servitii mala enumerat: neque -m societatem, ut olim, sed tamquam mancipia haberi. ann. 13, 4. 15, 1. PLIN. epist. 4, 25, 4 tantum licentiae pravis ingeniis adicit illa fiducia 'quis -m sciet?' FRONTO p. 229, 20 N. Iuppiter alas ... Somno adnexuit. 'non -m te solis ... ad pupulas hominum ... incurrere oportet.' VLP. dig. 33, 4, 1, 8 si quis uxori fundum Titianum his verbis legasset: 'is -m fundus propter illam ad me pervenit' *eqs.* APVL. flor. 8 p. 27 (*Apul. se ipsum laudat et* -m *retinuisse videtur, ut nonnulla antecessisse significaret. sim.* 11 p. 41. 13 p. 45). TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 494, 11 *is* cui possit responderi: 'ipse -m tu quis es *eqs.*?' *v. etiam sub a.*

2 *i. q. locus, in quo aliquid reponitur, repositorium:* **a** *proprie: rei pretiosae, praecipue auri sim.*: COD. Theod. 9, 42, 7 (= COD. Iust. 9, 49, 7, 1; *a. 369*) plena describtio comprehendat . . ., quantum auri et argenti, vestium ac monilium vel in specie vel in pondere et in quibus speciebus quidve in -is sit repertum. AVG. serm. 355, 4, 5 p. 1572[med.] -am nobis habere non licet. non est enim episcopi servare aurum. *ibid. iterum.* EPIST. pontif. Thiel Gelas. frg. 24. *vini*: CASSIOD. var. 12, 4, 2 declaratum est *vinum* acinaticium . . . -is aulicis fuisse tenuatum. **b** *allegorice et translate*: FVLG. serm. ant. praef. p. 111, 4 in quantum memoriae -a subrogare potuit. aet. mund. p. 136, 6 (*de arca Noë*) enatat futuri mundi seminalis -a (*cf. de navi*: VEN. FORT. Mart. 2, 8 Martinum mea prora vehat: sancta -a [emptica *codd. praeter L*[2]] nautae *est.* 2, 375 [emptica *codd. praeter PL*[2]]). p. 155, 19 regni -a ebulliens parturibat et sacerdotale ministerium divinis aestuationibus nuptiabat. CASSIOD. in psalm. praef. p. 11[D] (*de psalmis*) -as spirituales attingam (*cf. p. 11*[4] in vasis psalmorum [= *psalm. 70, 22*]). *de homine*: FVLG. aet. mund. p. 177, 3 madidus princeps, -a sceleris.

ent⟨h⟩ēcārius negotiator GLOSS. V 568, 25. institor GLOSS. III 307, 42. *al.*

enthēcātus, (-a), -um. *ab* entheca. *fere i. q. conditus* (*transl.*): FVLG. myth. 1 praef. p. 10, 6 quicquid Elicon verbialibus

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

horreis -um possederat. *fere i. q. tectus (transl.)*: FVLG. aet. mund. p. 165, 1 Babilonicum regnum ... mille annorum dominatu fulcitum, tot triumphis ac totius orbis victoriis -um.

entherist- *v.* eutheriston.

enthesis *f.*, ἔνθεσις. GRAMM. suppl. 178, 10 '-is' est interrogatio, quando ad exercitationem suam aliquis praeponit sibique ipse respondet.

entheus, -a, -um, ἔνθεος. *scribitur* ente-: AVG. c. Faust. 32, 4 p. 763, 13 *nonnulli codd. s. VIII—X, v. infra l. 26. al.* **1** *sensu passivo, i. q. divino numine plenus, furens; ap. Christ. fere i. q. sanctus v. infra l. 26 (accedit abl. l. 15. pro subst. l. 24)*: SEN. Ag. 588 effrena Phoebas -as laurus quatit. Med. 382 incerta ... -os (ethneos *A*; pentheos *E*, *v. l. 16*) gressus tulit cum iam recepto maenas insanit deo (Tro. 674 deo percussa maenas -o silvas gradu ... terret. *cf.* AVSON. 108, 7 bracchia ... rotat velut -a daemone maenas). Oed. 628 o Cadmi ... domus, vibrate thyrsos, -a (penthea *E, ex interpretamento explicativo ad* 'natos' *ortum*) natos manu lacerate. STAT. silv. 1, 2, 227 *Apollo* -a lauro tempora ... premit. 1, 2, 248 cohors (*cf.* MART. 11, 84, 4 furit ad Phrygios -a turba modos [*i. Bellonarii*]). 1, 4, 25. 1, 5, 1 non Helicona ... pulsat chelys -a (*cf.* Ach. 1, 828 *Scyreides puellae* -a [*sic P*; euchia ω] pulsant terga [*i. tympana*]). 3, 5, 97 -a ... tecta Sibyllae. MAR. VICTORIN. gramm. VI 142, 14 (*vs.*) tollor in montes vagus -us. FIRM. math. 8, 20, 1 vates (8, 21, 4 divini -i vates). 8, 26, 3 sacerdos. 8, 26, 14 erunt audaces -i (erithei *A*). 8, 27, 3 SIDON. carm. 5, 496. *nota (v. supra l. 10 sq.)*: AVG. c. Faust. 32, 4 p. 763, 13 rectores populi et quos maxime -os credas, millenis ... volutari cum scortis tamquam David et Salomon. **2** *sensu activo, i. q. in furorem vertens*: MART. 5, 41, 3 ululat matris -ae Gallus.

enthryscum (ant- *l. 35*), -ī *n.*, ἄνθρυσκον. *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 22, 38 *medicinae ex* -o II (*VF*^{a}; -hyrisco *R*^{a}; intris- *R*; inthyris- *FE*; entriscum *dT*). 21, 89 reliqua volgarium in cibis apud eos (*sc. Aegyptos*) herbarum nomina: chondrylla, hypochoeris, caucalis, -um *eqs.* ([*sic edd. coll. Theophr. hist. plant. 7, 7, 1*; -triscum *G*; anthriscum *dRE*; antr- *V*]. 1, 21, 52). 22, 81 eadem *atque scandix* erat -um (*edd.*; enthriscum [-tri-] *VGd*; hentris ne cum *rell.*), si teneriora folia ... haberet.

enthūsiasmos *m.*, ἐνθουσιασμός. MAR. VICTORIN. gramm. VI 159, 15 inducit *Theophrastus* ... voluptatem, iram, -on, veluti sacri furoris instinctum, ut Graeci vocant, quo fatidici vates inspirantur. 159, 23 (*secl. Keil*). SCHOL. Hor. carm. 3, 4, 5 quasi deae praesentiam se sentire ait, tamquam venerit invocata, quod appellatur -os (enti- α; -tisiamos *vel* -thysiamos *rell.*).

×enthȳmēma, -atis *n.*, ἐνθύμημα. *scribitur* int-: VEN. FORT. epist. (carm. 5, 1) 6 *codd. AD, s. IX; cod. C, s. X, v. p. 614, 37. al.* enthi-: ISID. orig. 2, 9, 9 *cod. K, s. VIII in.* AVSON. Symm. epist. 1, 32 *cod. V, s. XI, v. p. 614, 34. al.* enti-: TIRO Gell. 6, 3, 27 *cod. R, s. XII, v. p. 614, 16. al. graecis litt.: infra l. 64.* CIC. top. 55 *ter, v. p. 614, 1. 2. 4.* 56 (*ubique edd. c. parte codd.*). PLIN. epist. 2, 3, 3. FRONTO p. 152, 1 N. (*in enunt. graeco*). p. 152, 7. GELL. 12, 2, 14 (*pars codd.*). 17, 20, 4 (*edd. c. plerisque codd.*). *al. vox gr.* (*gen. pl.* -ton) *litt. lat.* IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 22. 30. *de formis*: CHAR. gramm. p. 167, 7 B. 'glossemata, ut toreumata, -ta, noemata *eqs.* ... omnia Varronis regula' inquit Plinius 'dativo et ablativo plurali in -bus derigit, quia singularis ablativus e littera finiatur'. *legitur: p. 614, 32. al. sec. decl. primam abl. pl.* enthymemis *v. p. 614, 37. latine redditur per* 'commentum', 'commentationem': *infra l. 65*, 'mentis conceptionem': CASSIOD. rhet. 12 p. 499, 10. *et al.*

t. t. artis rhetoricae (v. Volkmann, Rhet. d. Griechen u. Römer p. 192 sqq.): **1** *definitiones sim. (fusius de -te tractant*: QVINT. inst. 5, 10, 1—3. 5, 14, 1—4. 24—26 IVL. VICT. rhet. 10. 11 p. 411, 1 *sqq.* FORTVN. rhet. 2, 28 p. 118, 24 *sq.* CASSIOD. rhet. 11—14 p. 498, 25 *sqq.* ISID. orig. 2, 9, 7—15): QVINT. inst. 5, 10, 1 *argumenti* nomine complectimur omnia, quae Graeci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant; ... -a (quod nos commentum ... aut commentationem interpretemur ... Graeco melius usuri) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat ..., alterum, quo sententiam cum ratione, tertium, quo certam quandam argumenti conclusionem vel ex consequentibus vel ex repugnantibus *eqs.* plures ... id ..., quod pugna constat, -a accipi *volunt*, et ideo illud Cornificius contrarium appellat (*cf.* 5, 14, 1 -a et argumentum ipsum ... appellant et argumenti elocutionem ... duplicem *eqs.*). *ad strictiorem sensum (v. l. 68. 71) i. e. ad argumentationem vim syllogismi habentem (opp.* 'argumentatio *per exemplum*' CASSIOD. art. 3 p. 1180^{D}) *spectat*: QVINT. inst. 5, 14, 24 -a ab aliis oratorius (*P*; oratoribus *rell.*) syllogismus, ab aliis pars dicitur syllogismi, propterea quod syllogismus utique conclusionem et propositionem habet et per omnes partes efficit quod proposuit, -a tantum intellegi contentum sit (*cf.* 1, 10, 38. 9, 4, 57 IVL. VICT. rhet. 9 p. 411, 2. *al.* SCHOL. Iuv. 6, 450, *v. p. 614, 27.* CASSIOD. art. 3 p. 1180^{D}. *et al.*). *huius -tis formae sunt*: -a ex repugnantibus (*supra l. 69. ἐλεγκτικόν*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 23. *et al.* convincibile: CASSIOD. rhet. 13 p. 499, 18 ISID. orig. 2, 9, 9), *quod et solum -a vocatur*: CIC. top. 55 ex hoc (*tertio conclusionis modo in arte dialectica*) illa rhetorum ex contrariis conclusa, quae

ipsi -ta (*v. p. 613, 49*) appellant; non quod omnis sententia proprio nomine -a non dicatur, sed, ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud Graecos suum, sic, cum omnis sententia -a dicatur, quia videtur ea quae ex contrariis conficitur acutissima, sola proprie nomen commune possedit (*cf.* 56 QVINT. inst. 5, 14, 2 CASSIOD. in psalm. 93, 10 p. 667^{C}. *et al.*). -a ex consequentibus (*p. 613, 69. δεικτικόν*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 23. *et al.* ostentabile: CASSIOD. rhet. 13 p. 499, 20 ISID. orig. 2, 9, 9): QVINT. inst. 5, 14, 17 id -a, quod est ex consequentibus, rationi simile dixerunt. *ad has duas formas accedunt ap.* CASSIOD. rhet. 13 p. 499, 22 *sqq.* (*item* ISID. orig. 2, 9, 9): -a sententiale (*γνωμικόν*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 23. *et al.*), exemplabile (*παραδειγματικόν*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 24. *et al.*), collectivum (*συλλογιστικόν*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 24. *et al.*). *differentiam inter -a et epichirema indicat* IVL. VICT. rhet. 11 p. 411, 34 *sqq. de singulis -tibus iudicant*: TIRO Gell. 6, 3, 27 (*spectat ad Cato orig. 95c*) hoc ... -a nequam et vitiosum est. GELL. 1, 4, 2 *Iulianus* super eo -te ... ita existimavit.

2 *loci generales*: **a** *latiore sensu fere i. q. sententia (cf. supra l. 4. p. 613, 65)*: IVCIL. 347 nemo ... Homerum perpetuo culpat ...: versum unum culpat, verbum -a locum ⟨unum⟩ (*v. Marx ad l.*). **b** *strictiore sensu (v. p. 613, 72)*: SEN. contr. 1 praef. 23 solebat *Latro* ... hoc genere exercitationis uti, ut aliquo die nihil praeter epiphonemata scriberet, aliquo die nihil praeter -ta (QVINT. inst. 11, 1, 52 epiphonemata aut -ta exorabunt?). QVINT. inst. 11, 3, 102 quotiens *Graeci* -ta sua gestu corrotundant velut caesim. IVV. 6, 450 non habeat matrona ... dicendi genus aut curvum sermone rotato torqueat -a (SCHOL. *ad l.* syllogismum non sciat). GELL. 12, 2, 14. ARNOB. nat. 1, 58 p. 39, 14 collectiones -ta definitiones omniaque illa ornamenta quibus fides quaeritur ... non veritatis lineamenta demonstrant (*cf.* 2, 11 p. 56, 13 numquid -ta [*Sabaeus*; enthymocemata *P*] syllogismi ... scire illos [*sc. philosophos*] veritatem spondent? HIER. in Am. 1, 1 p. 996$^{extr.}$ syllogismis et -tibus, immo sophismatibus, et pseudomenis atque soritis). AVSON. Symm. epist. 1, 32 quis ad sophisticas Isocratis conclusiones, quis ad -ta Demosthenis, aut opulentiam Tullianam ... accedat? VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 3 -tum parturiens catenatum vinculum ... oratio. epist. (carm. 5, 1) 6 quid loquar de perihodis epichirematibus enthymemis (*v. p. 613, 56*) syllogismisque perplexis? *et al.*

enthȳmēmaticus, (-a), -um, ἐνθυμηματικός. *vox graeca*: FORTVN. rhet. 2, 15 p. 110, 7. *falso trad.*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 27. 30. *i. q. ad enthymema pertinens*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 413, 5 paradigmaticon enthymema ... hoc ... differt ab exemplo, quod exemplum per se positum probationem adiuvat, conversum autem in speciem argumenti formam accipit paradigmatis -i. CASSIOD. in psalm. 140, 1 p. 999^{C} -i syllogismi.

enthȳmēsis, -eōs *f.*, ἐνθύμησις. *legitur sing. gen.* -eos: TERT. adv. Val. 13 p. 192, 10. *acc.* -in: *l. 52. al. abl.* -i: *l. 51. latine redditur per* 'animationem': *l. 52*; 'intentionem', 'concupiscentiam': IREN. 1, 2, 4. -is *vocatur a Valentinianis partus immaturus Sophiae aeonis, editus ex desiderio patris male concepto (plerumque personate)*: TERT. praescr. 7, 5 deus ... de -i (-in *A*). adv. Val. 9 p. 188, 1 Sophia ... conquievit et totam animationem ⌊-in⌋ cum passione ... exposuit (⌊ ⌋ *Kroymann*, senthimesi *PMF*). 10 p. 189, 8 -in ... eius (*Sophiae*) et illam ... passionem ab Horo relegatam. 11 p. 189, 14 post -in extorrem et matrem eius Sophiam coniugi reducem. 13 p. 192, 10. 20 -is sive iam Achamoth. 14 p. 193, 10.

[**entia,** -ae *f. vet. lect. vulg.* QVINT. inst. 2, 14, 2 *v. s.* queentia.]

[**entina.** PS. DIOSC. Vind. 4, 78 p. 239, 16 *κώνειον ... Ῥωμαῖοι κικοῦταμ ... οἱ δὲ ἰνφέρνα (sic Wellmann*; *ἠντινα R*).]

entoridia *ἐν τῷ μεταξύ* GLOSS.^{L} II Philox. EN 32 (*cf.* ET 2, *ubi* etoridia. *an* endoteridea, *i.* interidea [*pro* interea, *ut* postidea *pro* postea]*? Meursius; Ritschl, Opusc. III p. 831*).

entypōsis *f.*, ἐντύπωσις. CASS. FEL. 76 p. 181, 17 quae inflatio *ventris* cum digitis fuerit impressa concavitatis formam ostendit, quod Graeci -is (enti- *c*, ētí- *p*) vocant.

ēnubi *v.* en *p. 545, 73.*

ēnūbilo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* nubilus. *W.*] *i. q. a nubibus purgare, perspicuum, mundum reddere (ubique translate, servata imag. l. 74. 78)*: **1** *oculos*: TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 546, 12 ut *Christus* non prius ... caecitatem hominis ... -asset. PAVL. NOL. epist. 23, 22 p. 180, 5 apostolus obduci aciem nostram huic mundo et -ari Christo docens. **2** *res*: TERT. anim. 3 p. 303, 13 si qua ... de nidoribus philosophiae candidum et purum aerem veritatis infuscant, ea erunt Christianis -anda (*cf.* PAVL. NOL. carm. 24, 667 nos ... -tam veritatem cernimus [*opp. vs. 663* obnubilans]. epist. 4, 1 p. 19, 19 o lucerna ... quae ... haereticorum caligines discutis et lucem veritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis -as). PS. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 657^{A}. *docendo, explicando apertum facere*: AVG. doctr. christ. 4, 10, 25 p. 100$^{med.}$ gratus est, qui cognoscenda -at (*opp.* qui cognita inculcat). PS. AVG. un. trin. p. 1210$^{med.}$ -em ratione quam valeo.

ēnūbo, -nūpsī, -nuptum, -ere. *ab* ex *et* nubere. ISID. diff. app. 153 inter nubere, -ere et denubere hoc interest, quod nubit civis civi, -it extraneo; denubit quae in manum viri convenit. [*ex*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coni. l. 2] *i. q.* ***extra suum ordinem (suam urbem l. 6) nubere***: LIV. 4, 4, 7 neque vestras filias sororesque -ere (*Rhenan.*; ecnubere *M, Conway-Walters*; et nubere *codd. plerique*) sinendo e patribus (10, 23, 4 Verginiam ... patriciam plebeio nuptam ... matronae, quod e patribus -isset, sacris arcuerant). 26, 34, 3 *filiae Campanorum*, quae -issent, priusquam in populi Romani potestatem venirent. *part. perf. fere i. q. nupta(?)*: CORP. III 7505 (*in Moesia inferiore, a. 170*) revers(us) at lares suos, et ('*debuit esse* cum' *Dessau 2311*) Marcia Basiliss(a) matre dend(rophorum) -pt(a) sibi, Val(eria) Longa sorore, pro sal(ute) sua suor(um) q(ue).

enubro inhibenti PAVL. FEST. p. 76 (*cf. c.* inebrae aves, eniber *Lindsay* GLOSS.^{L} IV p. 190^{b}). *Burckhardt.*

ēnucleātē *v.* enucleo *p. 616, 25.*

ēnucleātim. *ab* enucleatus. GLOSS.^{L} V Abba EN 20 clare, manifeste (V Aa E 410). *i. q.* ***accurate, diligenter*** (*cf.* enucleate): EPIST. pontif. 230, 13 Migne 13 p. 21^{C} (*Felix II*) primo semper in omni episcoporum accusatione vita, persona et conversatio accusantium -m inquiratur. PRISC. gramm. II 584, 23 -m tamen in singulari numero prima dicitur persona: nam in plurali conceptionem facit aliarum personarum. *cf. etiam p. 616, 7.*

ēnucleātor, -ōris *m.* *ab* enucleare. ***i. q. scrutator***: MVTIAN. Chrysost. hom. 11, 4 p. 315$^{med.}$ quid exsistis scrupulosus vitae eorum -r? (*gr. p. 95 ἐξεταστής*).

ēnucleātus *v.* enucleo *p. 616, 11.*

✖**ēnucleo,** -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* nucleus. *W.*] *inter verba I^{ae} coniug.*: CHAR. gramm. p. 472, 13 B. PRISC. gramm. III 469, 29 (*v. et l. 29*). NOT. Tir. 105, 26 -at. *de notione*: GLOSS.^{L} II Philox. EN 31 -at *ἐξανθίζει*. IV Plac. E 44 -o perpendo, examussim inquiro. et est verbum I coniugationis (*v. l. 26*). V Abba EN 19 perpendo expono. V Aa E 401 -are enudare (*i.* '*eno-*'), aperire, eligere (*v. p. 616, 1 sqq.*). 405 -vi exposui, quomodo si dicat 'mundam rem tradidi', ut solent nuclei mundari et a testa segregari. *inde a* CIC., SCRIB. LARG. (*v. l. 34*), GELL. [*corr. ex* nucl-: SCRIB. LARG. 233 (*Rhodius*). *ex* et nucl-: APIC. 10, 454 (*EV; item* 10, 457. 460). *cf. et* CASS. FEL. 35 p. 77, 13 (e- *recte cg*, et n- *p*). DECL. in Catil. 76 enucr- *A* (enumer- *r*, enud- *F*). *dub. interpr.*: MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 1 p. 374$^{init.}$ postquam ... dixit quod commune est, deinde et in personis hoc -at (*gr. p. 155 γυμνάζει*); *i.* '*agitat*'*?, an* '*explicat*'*?*]

i. q. ***nucleum extrahere, a nucleo (vel putamine) purgare***: **1** ***proprie: fruges, poma sim.*** (***inde per meram imag. infra l. 50***): SCRIB. LARG. 233 (*v. supra l. 34*) uva passa -ta (PELAGON. 371 -tas. MARCELL. med. 16, 60 -bis. THEOD. PRISC. eup. faen. 26 p. 27, 17. *al.* APIC. 4, 117. 10, 454 [*v. supra l. 34*]. 10, 457 [*v. supra l. 34*] -tam. *al.* CASS. FEL. 35 p. 77, 13. 42 p. 105, 9 -tae). MARCELL. med. 20, 16 iuniperi bacas -tas numero XX (20, 90). APIC. 4, 176 praecoqua -ta. 4, 184 duracina primotina ... purgas, -as *eqs.* 6, 214 pruna ... Damascena -ta (10, 450. 460 [*v. supra l. 34*]. *al. cf.* 8, 368 Damascena -ta [10, 452]). PLIN. VAL. 2, 25 olivae ... -tae. *in imagine* (*v. supra l. 41*): CIC. Scaur. 20 *non* acu quaedam -ta argumenta conquiram. Planc. 10 eblandita illa, non -ta esse suffragia ([*i.* '*quasi putamine liberata*', *acute examinata*]. DECL. in Catil. 76 suffragia curiae ... diligenter -ta [*v. supra l. 36*]).

2 ***translate: res incorporeas*** (***ipsos homines p. 616, 7***): **a** '***nuculei***' ***notione quodammodo servata: i. q. quasi interiora extrahendo rem aperire, explicare, a difficultatibus sim. purgare***: ***α c. nudo obi.***: CIC. Tusc. 5, 23 haec (*cf. quae antecedunt*) nunc -are non ita necesse est. part. 57 nec quicquam in amplificatione nimis -andum est. GELL. 19, 8, 14 quaeri ... ista (*sc. verba aut sing. aut plur. tantum prolata*) omnia et -ari ... non queunt. MOD. dig. 4, 6, 33 pr. idem (*sc. Modestinus*) libro singulari de -tis casibus. AVSON. 393, 80 *interpres* -bit protinus quod militantes (*VZ*, lusitantes *Peiper*) scribimus. DOSITH. gramm. VII 427, 22 -tis sensibus (GLOSS. V 661, 52). AVG. civ. 1, 11 p. 21, 13 D. mentis ratio diligenter -ta. 7, 5 p. 281, 26 D. interpretationes ... tanta ... exquisitae et -tae diligentia. doctr. christ. 3, 12, 18. gen. ad litt. 1, 20 p. 29, 22 libri Geneseos multipliciter, quantum potui, -avi protulique sententias (9, 1 p. 268, 27 si probabiliorem inde potuerit -are sententiam [*i. fere* '*explicando proferre*']). c. Iul. 6, 18, 53 evoluto et -to libro meo. VINCENT. LER. 13, 19 distinctius et expressius. SIDON. epist. 1, 1, 1 retractatis exemplaribus -tisque. IVL. SEV. rhet. 23 p. 369, 17 in argumentis enim -ta diligentia, in adfectibus grandiloquium quaeritur. MVTIAN. Chrysost. hom. 22, 1 p. 374$^{init.}$*?, v. supra l. 36.* COD. Iust. de emend. cod. 1 omneque ius antiquum supervacua prolixitate liberum atque -tum (*cf.* 1, 17 tit. 1, 17, 1, 11 altero [*codice*] iuris -ti. 6, 28. 4, 3). ***β c. additam.:*** *pendet interrog. indir.*: AVG. epist. 140, 48 p. 195, 15 nimis longum *est* diligenter -are, cur filii promissionis ... novi testamenti gratiae deputentur. VICT. VIT. prol. 1 veteres ... -are atque sciscitari assidue minime desistebant, quae forte vel qualia prospere ... evenissent. BOETH. top. Arist. 8, 3 p. 999^{D} nondum -tum est quo' pacto oporteat coniectare respondentem (*gr. p. 155^{a}, 34 οὐ διήρθρωταί πω τίνος δεῖ στοχάζεσθαι τὸν ἀποκρινόμενον*). *pendet praep.* de: AVG. soliloq. 2, 20, 36 cum de animae vita ... fuerit ... -tum atque discussum.

b ***originaria vi plane abolita, fere i. q. deligere*** (***i. q. eligere de militibus: l. 7. cf. et p. 615, 30***): VEG. mil. 1, 28 haec ... de universis auctoribus ... in hunc libellum -ta congessi (*cf.* mulom. 1, 64, 2 ex universis auctoribus -tas animalium publicabimus curas. 4 praef. 2 ex diversis auctoribus -ta collegi. *cf. et* praef. 6 hanc operam ... arripui ut ... omnia -ta [*v. adn. crit.*] digererem). 2, 6 in ipsa (*sexta cohorte*) quoque -ti (-tim *ΠVD*) adscribendi sunt iuniores (*i.* '*electi*'*, v. l. 2*). GREG. TVR. Andr. prol. p. 827, 17 placuit ut retractis -tisque tantum virtutibus ... uno tantum parvo volumine admiranda miracula clauderentur.

part. perf. pass. **ēnucleātus,** -a, -um *pro adi. compar.* -ius PRISC. *l. 24.* GLOSS.^{L} III Abstr. EN 10 -um exsculptum, elimatum, expolitum. V Aa E 404 -a elucidata distincta aperta. *v. et infra l. 29.* **1** ***i. q. subtilis, purus, tenuis*** (***sic fere technice de genere dicendi l. 16 sqq.; cf. etiam s.*** enucleate *infra l. 35*): CIC. orat. 91 est enim plenius quam hoc -um (*sc. humile dicendi genus*). de orat. 3, 32 genus (*sc. dicendi*) hoc quod sit Antoni ... praemunitum et ex omni parte causae saeptum, acre, acutum, -um. GELL. 6, 3, 47 tenues istas et -as voluntatum in rebus inlicitis reprehensiones. CAPER Serv. Aen. 10, 344 Caper in libris -i sermonis (*i. puri et emendati*). EVSTATH. Bas. hex. 6, 5 p. 927^{B} istam sic -am et incomprehensibilem temporis inventionem (*gr. p. 129^{B} λεπτὴν καὶ ἀκατάληπτον εὕρεσιν*). **2** ***fere i. q. clarus, distinctus***: PRISC. gramm. II 1, 9 quid Apollonii scrupulosis quaestionibus -ius possit inveniri?

adv. ✖**ēnucleātē.** *compar.* -ius *inde ab* AVG. *infra l. 53; superl.* -issime AVG. *infra l. 46.* *de notione*: NON. p. 60, 3 -e dicitur purgate, exquisite, et sine asperitate aut duritia, ab eo quod nucibus separatis, id est testis, nuculeorum utilis usus habeatur. GLOSS.^{L} I Ansil. EN 136 -e expolite, ex⟨s⟩culpte. V Aa E 402 -ius clarius manifestius (*vix ad adi.*). 403 -e manifeste, distincte, clare. [*ex correct.*: CASSIOD. inst. div. 15, *v. l. 57.*]

i. q. clare, manifeste, simpliciter, minute: CIC. ad Q. fr. 3, 3, 1 de aqua, de via nihil praetermisi quadam epistula quin -e ad te perscriberem (*cf.* GELL. 1, 3, 12 ea quae a Theophrasto pensiculate atque -e scripta sunt). Brut. 35 nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil -e, quo fieri possit aliquid limatius (*v. supra l. 14. cf.* 115 et Q. Mucius [*sc. dixit pro Rutilio*], -e [*i. λεπτῶς καὶ ἀκριβῶς*] ille quidem et polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia quam genus illud iudicii et magnitudo causae postulabat. orat. 28 *nostri Attici* putant ..., qui horride inculteque dicat, modo id eleganter -eque faciat, eum solum Attice dicere. fin. 4, 6 qui grandia ornate vellent, -e minora dicere. 5, 88. BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 47, 13 -ius. *et al.*). Tusc. 4, 33 ea quae de perturbationibus -e disputant Stoici, quae *λογικά* appellant, quia disseruntur subtilius (GELL. 12, 13, 17 scite perquam atque -e. AVG. c. Arrian. 16, 9 longum est -issime disputare. enchir. 83, 22 -issime. *al. cf.* civ. 16, 24 p. 161, 23 D. de quibus singulis -e disserere longum est). PS. AMBR. trin. 32 p. 543^{C} -ius haec, et membratim quodammodo articulatimque scrutata ... dicta sufficiant (*cf.* AVG. c. mend. 10, 24 p. 502, 16 -e cuncta rimari. EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 919^{B} hoc -ius examinare negotium [*gr. p. 113^{C} περὶ τὴν ἐξέτασιν ταύτην φιλοτεχνῆσαι*]). AVG. c. acad. 2, 6, 14 p. 33, 24 quamvis ... nec ab illis -e aliquando quaesitum sit *eqs.* (*cf.* civ. 15, 1 p. 58, 4 D. -ius ... si ista quaerantur). in euang. Ioh. 19, 20 paulo -ius pro viribus pertractare (*cf.* c. Faust. 12, 8 p. 336, 27 omnia ... -e minutatimque tractanda [ISID. in gen. 5, 10 p. 222^{A}]. *al.*). mus. 6, 13, 38 -ius persequi. *al.* CASSIOD. inst. div. 15 p. 1127^{A} si -ius (ea latius *codd., v. supra l. 31*) haec nosse desideratis. ISID. lib. num. 87 p. 196^{A} undevicesimus numerus lunaris cycli -ius rationem perstringit. *Junod.*

ēnūdātio, -ōnis *f.* *ab* enudo. *i. q. nudatio*: AMBR. Noe 29, 112 p. 489, 10 (*in sent. trop.*) animae ... quae sint operimenta videamus. sed tunc operimenta repperimus, si -em (*P al.*, nuda- *M*, emula- *B*) discusserimus. gemina autem est nudatio *eqs.*

1. ēnūdo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ex *et* nudus. *W.*] CHAR. gramm. p. 472, 19 B. (*inter verba coniug. primae*). [*dub.*: CIC. leg. 1, 26. *l. v.*: CASSIOD. var. 12, 18, 2 emundate *ZN*, -ate *rell. v. et l. 82.*]

1 ***sensu strictiore: i. q. corpus vel partes corporis nudare*** (***in sent. trop. v. l. 71. 74***): MYTHOGR. 1, 125 Marsyas ... suspensus et -tus ... verberibus ... est caesus. AVELL. p. 202, 1 cur deum verbum -as a stola? (*gr. γυμνοῖς ἀπὸ τῆς στολῆς*). DRAC. laud. dei 1, 643 aerias -at aves iam penna vetusta. CASSIOD. hist. 6, 34 p. 1054^{C} *Iulianus* mansuetudinis quidem exhibuit vultum et impietatis faciem -vit.

2 ***sensu latiore***: **a** ***i. q. detegere***: MART. CAP. 1, 16 Latoium conspicati *sunt* ... quattuor urnulas adopertas vicissim atque alternis inspectionibus -are. CASSIOD. hist. 2, 24 p. 942^{D} mulier ... illam tragoediae compositionem pariter -vit. 5, 2 p. 985^{C} gladios -tos. Ios. antiq. 12, 14 p. 355 -ans clypeos (*gr. 12, 372 γυμνώσας ... ἀσπίδας*). **b** ***i. q. privare, vacuum facere*** (***absolute l. 82***): FIRM. math. 3, 11, 3 Mercurius cum Marte pariter constitutus ... facient plerumque ex proscriptione -ari (*sic α*, nud- *N favente clausula*). VEREC. in cant. 8, 1 *Ionas* gratiam a Iudaeis in gentibus *transferri* ... refugiebat, ne per ipsum gens sua videretur donis

[Hörmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spiritalibus -ari. CASSIOD. var. 4, 50, 1 agrorum fructibus -ti. 10, 13, 5 aliquos *senatores* ad nos praecipimus evocari, *ne* Roma ... civibus -etur. 12, 18, 2 margines platearum asperrimis silvis -ate (*v. p. 616, 66*).

[**2. ēnūdo** *v.* enodo *p. 603, 39* (*cf. et p. 615, 30*).] *Hörmann.*

enuleus *v.* hinuleus. **enula** *v.* inula *et* helenium. **enulum** *v.* aenulum *et* hinnulus. *K.-M*

✖**ēnumerātio,** -ōnis *f.* *ab* enumerare. *num. plur.*: CIC. inv. 1, 84. part. *infra l. 21.* APVL. *infra l. 31.* CASSIOD. *l. 43.* in psalm. 30, 27 p. 215[A]. *inde a* RHET. Her., CIC. inv. [*ex coni. dub.*: SEN. suas. 5, 5 (*Kießling*; enim *A*, omnium *BDV*). *in sent. mendosa*: APVL. Plat. 1, 10 (*v. app. crit.*). *v. et p. 620, 47.*]

i. q. actio enumerandi, dinumeratio: **1** *generatim*: **a** *acced. gen. obi. (tam personae quam rei)*: *syn.* commemoratio: TERT. nat. 1, 10 p. 79, 11. RHET. Her. 2, 10, 14 exemplorum a voluntate et contra scriptum iudicatorum -e ([*M*, -o *E*]. CIC. Tusc. 3, 60 SCHOL. Cic. Bob. p. 108, 3 St.). 2, 17, 26 cum amplificatione et -e peccatorum. 2, 30, 49 rerum consequentium -e (*cf.* CIC. part. 41 *apta est* et -o consequentium). CIC. inv. 2, 114. Cluent. 64 singulorum argumentorum. Brut. 138 in eorum (*oratorum*) -e versamur (319 sermo noster ...-em oratorum [*Lambin.*, oratoriam *L*] ... desiderat). part. 58 bonorum et malorum -es et exempla (*cf.* leg. 3, 23 malorum -o vitiorumque selectio. Tusc. 1, 116). top. 9 ad id ... de quo disseritur, tum definitio adhibetur ... tum partium -o ... tum notatio (MAR. VICTORIN. defin. p. 27, 21 *sq.* ex partium -e. *ibid.* [*ex falsa loci Ciceron. interpr.*] Cicero talem definitionem partium -em appellat. *al.*). Tusc. 4, 63. epist. 5, 12, 6 ordo ipse annalium mediocriter nos retinet quasi -e fastorum. VELL. 2, 36, 3 stulta ... inhaerentium oculis ingeniorum -o. SEN. dial. 11, 7, 8 res ... non desiderat plurium -em (*cf.* PAPIN. dig. 36, 2, 25 pr. plurium rerum). COLVM. 5, 10, 18 alia *pira*, quorum -o nunc longa est (*cf. s.* enumerare, *p. 619, 44 sqq.*). NERAT. dig. 30, 124 personarum (*al.*). APVL. apol. 56 tot initiorum -es. ARNOB. nat. 1, 47 p. 31, 18 cum summatim ...-o facta gestorum est (DICT. 2, 50 *Vlixes* eorum omnium, quae una offerebantur, -em facit. SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 1 St. *v. infra l. 39*). AVSON. 422, 9 copiarum. SCHOL. Cic. Bob. p. 122, 14 St. opportuniorum temporum ...-em (*cf.* MART. CAP. 9, 970 secundum *genus numeri est* de -e [num- *R*] temporum [*corr. Deiters*, verborum *trad.*], quae *eqs.*). *al.* AVG. gen. ad litt. 5, 6 p. 149, 18 sex dierum. *al.* COD. Theod. 9, 40, 17 (*a. 399*). *et al.*

b *absolute ponitur*: PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 -e facta tam per mares quam per feminas (*ibid.* fit. *v. etiam supra l. 32*). 38, 10, 10, 17 *al.* ARNOB. nat. 7, 11 p. 246, 4 infortunia ... quorum species et formas nulla potest -o definire. DON. Ter. Hec. 43 quae adhortatio per -em (401 conclusio. CASSIOD. in psalm. 49, 10 p. 352[C] per -es reliquas currit. *et al.*). Phorm. 130 post -em (244 conclusam). SYMM. epist. 2, 8, 1.

2 *technice apud rhet.*: **a** *habetur pro certa parte*: *α distributionis sive partitionis*: RHET. Her. 1, 10, 17 ea (*sc. distributio*) dividitur in duas partes, -em et expositionem. -e utemur, cum dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. 4, 40, 52 *divisio* dividit per -em aut per expositionem. QVINT. inst. 4, 5, 1 partitio est nostrarum aut adversarii propositionum aut utrarumque ordine collocata -o. FORTVN. rhet. 2, 21 p. 114, 3. *β argumentationis* ('necessariae', *v. infra l. 59. 67 et cf.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 45 p. 253, 24 -o pars necessariae argumentationis est). *exempla l. 57 sqq. l. 64 sq. allata, cum minus stricte adhibita esse videantur, possis etiam ad 1 b, supra l. 39 sqq. referre* (*attamen notandum est usum absolutum sensu illo generali non ante* ICTOS *inveniri*). RHET. Her. 2, 21, 34 vitiosa expositio (*sc. argumentationis*) est, quae constat ex falsa -e, si aut *eqs.* (*cf.* CIC. inv. 1, 79. 1, 84). 2, 29, 24. CIC. inv. 1, 44 hoc genus argumentandi, quod in necessaria demonstratione versatur, maxime tractatur ... aut per conplexionem aut per -em aut per simplicem conclusionem ([*inde* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 29 p. 233, 9 *al.*]. *sim.* QVINT. inst. 5, 14, 11). inv. 1, 45 -o est, in qua pluribus rebus expositis et ceteris infirmatis una reliqua necessario confirmatur. 1, 84. 1, 85 infirmatur -o ... quod praeteritum sit in -e (*cf.* IVL. VICT. rhet. 12 p. 414, 21 -o reprehenditur *eqs.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 45 p. 253, 34). MAR. VICTORIN. rhet. 1, 29 p. 233, 22 -o ... forma dictionis est posita in rationibus necessariis. *et al.*

b *in peroratione: i. q. recapitulatio* (*gr. ἀναχεφαλαίωσις, v. l. 73. 81*): RHET. Her. 2, 30, 47 constant *conclusiones* (*i. epilogi*) ex ⟨e⟩numeratione (num- *M*), amplificatione et commiseratione (CIC. inv. 1, 98 *conclusio* habet partes tres: -em, indignationem, conquestionem [*inde* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 52 p. 256, 3. *et al.*]. FORTVN. rhet. 2, 31 p. 119, 32 partes ... epilogorum tres: *ἀναχεφαλαίωσις*, hoc est recapitulatio vel -o *eqs.* MART. CAP. 5, 565 [*v. quae antecedunt*]). RHET. Her. 2, 30, 47 -o est per quam colligimus et commonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter (CIC. inv. 1, 98. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 52 p. 256, 6 -o ... animos movet et fidem facit. *sim. al.*). 2, 30, 47. *ibid.* 3, 8, 15 (*om. M*). CIC. inv. 1, 99. 100. *ibid.* praeceptum ... ad -em. part. 52 *peroratio* est divisa in duas partis, amplificationem et -em. 59. 60. 122. QVINT. inst. 6, 1, 1 (*de peroratione*) rerum repetitio et congregatio, quae Graece dicitur *ἀναχεφαλαίωσις*, a quibusdam Latinorum -o ... totam ... causam ponit ante oculos. 6, 1, 2 (*v. p. 618, 47 sqq.*). 6, 1, 3. 6, 1, 36. 11, 3, 170 IVL. VICT. rhet. 18 p. 429, 28. *et al.*

ēnumerātor, -ōris *m.* *ab* enumerare. *is qui enumerat*: CASSIOD. in psalm. 101, 11 p. 712[A] quamvis unius pauperis persona introducta videatur, tamen ... bona malaque generis humani prudentissimus -r (*i. psalmista*) insinuat.

✖**ēnumero,** -āvī, -ātum, -āre. [ex *et* numero. *W.*]. *de formis: perf. formae breviores*: TER. *infra l. 22.* CIC. *infra l. 69 al. inter verba act. coniug. I[ae]*: CHAR. gramm. p. 472, 22 B. GLOSS.[L] I Ansil. EN 140 -are imputare. 141 ordinare, narrare. GLOSS. ἐξαριθμῶ. ἀπαριθμοῦμαι. -at enarrat. *legitur ap. poetas inde a* PLAVTO (*bis, item*: VERG., OV., SIL.), TER. (*semel, item*: LVCR., PROP., PRVD.), STAT. (7[ies]), AVSON. (*ter*); *ap. scriptores inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE. *vis praepos. perfectiva saepius viget.*

[*var. lect.*: PS. PRIMAS. Pelag. in Gal. 1, 6 p. 307, 21 S. -tis (manifestatis *Pelag.*). 1, 13 p. 309, 18 -are (ostendere *Pelag.*). *falso, ut vid., pro* numerare (*eo sensu q. e. in numero habere*): CIC. Brut. 123. *per errorem interpr.*: VVLG. III Esdr. 2, 15 -ta sunt (*vasa sacra*) Salmanasaro (*ἀνηνέχθη*).]

I *sensu stricto (ita ut numerus qui numerando efficitur respiciatur): i. q. numerare, computare sim.* (*e. g. infra l. 22. fere i. q. adnumerare acced. praep.* in *infra l. 31*): **A** *generatim*: PLAVT. Asin. 498 quamquam ego sum sordidatus, frugi tamen sum, nec potest peculium -ari. TER. Ad. 236 iamne -asti id quod ad te rediturum putes? (*cf.* SCHOL. Bemb. *ad l.*: cogitando disposuisti). LVCR. 2, 1071 seminibus si tanta est copia, quantam -are aetas animantum non queat omnis. CAES. civ. 3, 105, 3 repetitis atque -tis diebus (VLP. frg. Vat. 156. ITALA lev. 15, 13 [Hesych. in lev. 15, 13 p. 973[A]]; ἐξαριθμηθήσεται, VVLG. numerabit. RVSTIC. Conc.[S] I 3 p. 85, 25 [*vers. Tur.* numeratos, *gr.* ἀριθμούμεναι]). PROP. 2, 1, 44 *v. infra l. 74.* ITALA num. 23, 10 (Lugd.) quis -vit (*i.* '*-bit*') plebes Israel? (ἐξαριθμήσεται. VVLG. nosse numerum). IREN. 2, 12, 7 illa (*sc. prima et principalis tetras*) -atur in praedictum numerum. VVLG. Ier. 33, 22 -ari non possunt stellae coeli. CASSIOD. Ios. antiq. 16, 2 p. 457 (*gr. 16, 40* μετρῆσαι). LIB. iubil. 13, 20 si poterit homo -are harenam terrae, attamen semen tuum non -bitur (*Vulg. gen. 13, 16* numerare). *et al. cf. etiam p. 620, 9.* *fere i. q. impertire, attribuere*: VVLG. Iob 7, 3 sic et ego habui menses vacuos et noctes laboriosas -vi mihi (*νύκτες δὲ ὀδυνῶν δεδομέναι μοί εἰσιν*). **B** *speciatim: de pecunia, i. q. solvere*: PLAVT. Persa 531 quam ob rem ego argentum -em (*A*, numerum *P*) foras (*v. vol. VI 1, 1036, 63 sqq.*), nisi *eqs.* CONST. Sirmond. 5, 7 -ta duplici pecunia, quae data est.

II *sensu latiore: (ad instar ordinis numerorum) res vel homines deinceps afferre, ordine proferendo percensere* (*nota significationem q. e. enarrare in versione Italae obviam infra l. 54; describere per struct. q. v. zeugma effectam infra l. 84. sensu technico rhet.* [*cf.* enumeratio *p. 617, 45 sqq.*]: CIC. inv. 1, 99 ex tua persona -are possis, ut, quid et quo quidque loco dixeris, admoneas *eqs.* QVINT. inst. 6, 1, 2 quae repetemus quam brevissime dicenda sunt, ...nam si morabimur, non iam enumeratio, sed quasi altera fiet oratio. quae autem -anda videntur *eqs.*): **A** *absolute* (*vel sic ut obi. suppleatur*): CIC. inv. 1, 99 *v. l. 45.* Phil. 13, 30 magis vereor, ne longum me in -ando quam ne ingratum in praetereundo putetis. CVRT. 6, 3, 4. COLVM. 8, 17, 12 ne per singula -em. PLIN. nat. 16, 82 -are longum est. PAVL. dig. 38, 10, 10, 16. ITALA Sirach 22, 9 (Aug. spec. 23 p. 137, 3) qui -at stulto (*ὁ διηγούμενος μωρῷ*, VVLG. enarrat). *et al.*

B *cum obi.* (*subi. est homo praeter p. 619, 19. 33*): **1** *in universum*: RHET. Her. 4, 15, 22 -ta sunt ea, quae obsunt causae adversariorum. 4, 24, 33 cognatos suos -bit *reus.* 4, 29, 40 rationibus conpluribus -tis. CIC. inv. 1, 34 *partes naturae.* S. Rosc. 53 dicere atque -are causas omnis (QVINT. inst. 5, 13, 14 CALL. dig. 50, 13, 5 TERT. coron. 13 p. 452 Oe. CLAVD. DON. Aen. 1, 10 p. 12, 5 *al.* COD. Iust. 2, 52, 7, 2. 7, 63, 5, 14. *et al.*). Verr. II 2, 82 non omnia istius quae in hoc genere essent -turum (*opp.* electurum) II 2, 156. p. red. ad Quir. 5. Planc. 63 summa in Laterense ornamenta ... reprehendo, quod ea non -es. de orat. 2, 335 -bit commoda pacis (fin. 5, 45 corporis. PORPH. Hor. epod. 2, 10 commoda rusticae vitae -are ac describere. *v. p. 620, 15. cf.* Tusc. 1, 84 vitae humanae -at incommoda). leg. 3, 23 *consules.* 3, 24 quamvis -es multos licet (Tusc. 1, 80 QVINT. inst. 1, 30, 4). nat. deor. 1, 91 -asti memoriter et copiose ... philosophorum sententias. off. 2, 15 quid -em artium multitudinem (SALL. epist. Pomp. 6 quid deinde proelia aut expeditiones hibernas ...-em? OV. ars 1, 254. *v. et p. 620, 17*). Att. 3, 7, 2 miserias omnes. NEP. Lys. 2, 1 ne de eodem plura -ando defatigemus lectores (*cf.* VERG. Aen. 4, 334 plurima). VERG. Aen. 6, 717. PROP. 2, 1, 44 -at (et numerat *N*) miles vulnera, pastor oves ([*an ad I?, v. supra l. 28*]. *cf.* SEN. dial. 7, 15, 5 ut bonus miles feret volnera, -bit [*v. app. crit.*] cicatrices *virtus*). LIV. 3, 58, 8 septem et viginti -tis stipendiis. 34, 58, 1 genera iungendarum amicitiarum -are (SVET. Tib. 61, 2. VLP. dig. 48, 19, 6, 2 poenarum. APVL. apol. 39 piscium. CLAVD. DON. Aen. 9, 510 p. 256, 8 telorum. *et al.*). FEST. p. 330 SEN. dial. 10, 7, 1 *al.* COLVM. 2, 11, 6 *Cornelius Celsus* inter ceteras dotes eius leguminis (*i. fabae*) hanc quoque -at *eqs.* (TERT. ieiun. 8 p. 284, 11 adv. Marc. 5, 17 p. 634, 1 SCHOL. Cic. Bob. p. 123, 2 St. *v. p. 620, 11*). *al.* PLIN. nat. 3, 46 ambitum eius (*sc. Italiae*) urbesque -bimus (*v. supra l. 44*). 29, 7 *al.* SIL.

(Hahn)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

13, 522 nobis manis . . . silentum -a. STAT. Theb. 10, 464. QVINT. inst. 4, 1, 50 multas species (*sc. praeparandi iudicis*) -ant (TERT. adv. Marc. 5, 8 p. 597, 3 CLAVD. DON. Aen. 1, 595 p. 117, 6. *al.*). 6, 1, 2 *v. p. 618, 47. al.* CARM. epigr. 1111, 12 (*saec. I ex.*) ego Pierio vatum monimenta canore doctus cycneis -are modis. TAC. hist. 4, 14. *al.* SVET. Aug. 70, 1 Antoni ... singulorum nomina ... -antis (*in epistulis*). *al.* VLP. dig. 4, 6, 21, 1 certas personas (PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 *al.* COD. Iust. 5, 9, 1, 3 [*a. 380*]. *al.* INST. Iust. 1, 10, 11). *saepe.* APVL. apol. 30 TERT. nat. 1, 3 p. 62, 23. ieiun. 4 p. 278, 12 ad Noe -ta subiectione omnium bestiarum terrae. adv. Marc. 5, 20 p. 646, 24 praedicationis -at varietatem. *al.* PANEG. 12 (2), 40, 2 prolixe suam -bit (*Fortuna*) operam. AVSON. 191, 26 vidimus et quondam tabulae certamine longo omnes qui fuerant -asse (*i. recensuisse*) bolos . . . narrantem *eqs. al.* CLAVD. DON. Aen. 7, 45 p. 13, 1 Latini originem totam. *al. saepe.* HIER. epist. 22, 2, 1 p. 146, 1. PRVD. c. Symm. 2, 80 longi vim temporis. AVG. civ. 6, 9 p. 266, 9 D. Varro commemorare et -are deos coepit. 15, 21 p. 104, 9 ex Cain generationes -rentur (*cf.* 16, 12 p. 146, 13 serm. 51, 21, 31 p. 351[fin.]). *al.* SVLP. SEV. chron. 2, 19, 1 p. 75, 7 *regum* et nomina et tempora -bimus. MART. CAP. 4, 396. SIDON. epist. 7, 12, 1 *stilus noster* patricias nihilominus infulas -turus. CASSIOD. Ios. antiq. 16, 2 p. 458 (*gr. 16, 49 ἐπεξιέναι*). COD. Iust. 7, 40, 1, 1[c] legitimus modus, qui et veteribus et nostris legibus -tus est (INST. Iust. 2, 7, 2 *al.*). *et al. saepe.*

2 *potiora quaedam:* **a** *occurrit in certis elocutionibus et structuris* (-are longum est, difficile est, non possum *sim.*): CIC. Verr. II 4, 49 neque . . . facta omnia -are conor . . . nec fieri ullo modo potest (*cf.* PANEG. 2 [10], 2, 5 an tuas res gestas -are conabor). Planc. 74 cum perpaucis nominatim egissem gratias, quod omnes -ari nullo modo possent (*opp.* praeteriri). Deiot. 12 Cn. Pompei bella, victorias ... consulatus ... numerabamus: tuos -are non possumus (*cf.* nat. deor. 2, 132 -ari ... non possunt fluminum opportunitates, aestus maritimi *eqs.* [COD. Theod. 9, 20, 1; *a. 378* sescenta alia ... quae. COD. Iust. 9, 31, 1, 2; *a. 378* plurima alia]. PLIN. nat. 22, 117 nec huius [*sc. cerae*] usus . . . -are possit medicina). de orat. 1, 9 in qua (*sc. philosophia*) difficile est -are (numerare *M*), quot viri *eqs.* ([*v. p. 620, 18*]. CAPITOL. Max. Balb. 17, 5 haec -are difficile est, nedum prosequi consentanea dicendi dignitate. FIRM. math. 1, 7, 26 p. 25, 23 *al.* COD. Iust. 7, 40, 1 [*a. 530*] *tantae moles altercationum*, quantas et -ari difficile et explanari impossibile est. *et al.*). Tusc. 1, 116 *rhetores nostri*, quos -are magnum est. epist. 13, 19, 2 quae (*sc. studia*) ne singula -em ([SVET. Cal. 37, 3]. *cf.* SEN. dial. 12, 15, 3 ne singulos eius [*sc. Augusti*] luctus -em. SVET. Claud. 29, 1 ne singillatim minora quoque -em. VEG. mil. 2, 25 p. 61, 7 ne singula -ando plura dicantur. *v. et p. 618, 52. sim.*: LIV. 37, 54, 26 ne alios populos -em. QVINT. inst. 4, 1, 31 ne omnia -em. *v. et p. 620, 24*). NEP. Hann. 5, 4 longum est omnia -are proelia (SEN. benef. 3, 32, 3. dial. 7, 3, 2 aliorum quidem opiniones praeteribo, nam et -are illas longum est. *al.* TERT. mart. 4 p. 11 Oe. longum est, si -em singulos [VEG. mil. 1, 28 p. 29, 17]. HIER. epist. 33, 2 p. 254, 23 *al. v. et p. 618, 53. cf.* FIRM. math. 1, 1, 3 p. 5, 8 longum et alienum sit ... singulorum -are sententias. STAT. Ach. 1, 140 sed longum cuncta -are. Theb. 2, 163). LIV. 26, 34, 2 facta ... non operae pretium est omnia -are. 28, 41, 16 dies me deficiat, si reges imperatoresque . . . -are velim (SEN. benef. 5, 17, 1 deficiet dies -antem ingratos). PLIN. nat. 6, 60 par labos sit montes -are. 15, 35 reliqui arborum fructus vix . . . -ari queunt (STAT. Theb. 1, 232 vix lucis spatio, vix noctis abactae -are queam mores gentemque profanam. *cf.* STAT. silv. 3, 1, 102 vix opera -em). 35, 200 quos *viros* -are iam non est. 36, 54 marmorum genera et colores . . . nec facile est -are in tanta multitudine (COD. Iust. 7, 63, 5, 1[c]; *syn.* dici). TERT. adv. Iud. 7 p. 713[extr.] Oe. quae -are minus possumus. PANEG. 11 (3), 9, 4 universas urbes . . . -are perlongum est. *et al. cf. etiam l. 76. p. 620, 20. 23.*

b *accedunt adverbia (vel constructiones adverbiales) rationem qua enumeratio procedit indicantia*: VARRO rust. 1, 22, 3 vasa olearia iuga quinque, quae membratim -at *Cato.* NEP. Att. 18, 3 ut ... Iuniam familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine (*cf. p. 620, 29*) -verit. NERAT. dig. 30, 124 heredes nominatim -ti (CALL. dig. 50, 16, 220 pr. *al.* VEG. mil. 4, 40 omnia [*ad tempestates pertinentia*] -are nominatim aut ineptum videatur aut longum. COD. Iust. 7, 39, 4 pr. [*a. 491*] cunctas ... exceptiones ... specialiter [*v. l. 74*] ac nominatim. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 5, 300 p. 457, 3 *viros* cum nominibus suis). MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 6 omnes res per speciem -tae. VLP. dig. 4, 6, 26, 9 multi ... casus ... nec singillatim -ari potuerunt (CLAVD. DON. Aen. 7, 140 p. 22, 20; *opp.* non confuse. COD. Iust. 10, 32, 67, 6. *v. supra l. 41*). VLP. dig. 9, 2, 27, 16 lex specialiter quibusdam -tis generale subiciat verbum (44, 4, 2, 1. CLAVD. DON. Aen. 2, 395 p. 200, 25 ne singulorum nomina specialiter -ando [10, 120 p. 308, 29]. 5, 570 p. 489, 1 [*opp.* una generalitate complexus]. *et al. v. l. 69*). CLAVD. DON. Aen. 8, 440 p. 179, 4 universa quae speciatim superius -vit. AVELL. p. 767, 26 Ioseph dupliciter -tum (*i. -ando divisum*) in Ephrem et Manassem. *v. et p. 618, 52.* modo, paulo ante, supra *sim.*: CIC. top. 74 reliquis ... rebus, quas modo -vi (leg. 1, 47). 89 quae paulo ante . . . -ta sunt (VELL. 1, 16, 4 *philosophos.* TAC. Germ. 43 populos). Tusc. 5, 30 ea, quae supra -vi (VLP. dig. 33, 7, 12, 6 *al.* TERT. Iud. 7 p. 714 Oe. ab omnibus gentibus supra -tis. COD. Iust. 2, 46, 3, 2. *al.*). CLAVD. DON. Aen. 7, 295 p. 47, 32 illa . . quae superius -vit (BOETH. in Porph. comm. 2, 3 p. 222, 15. COD. Iust. 6, 61, 6, 2[a]. *v. p. 619, 78*). COD. Iust. 3, 28, 37, 1[b] *peculia* iam -ta (NOVELL. Iust. 35, 7). 5, 9, 10, 6 antea. *sim. et al.* similiter, sic, hoc modo *sim.*: PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 similiter hae personae -buntur. 38, 10, 10, 16 sub hoc nomine erunt personae octo et sic -buntur (38, 10, 10, 18 patrui abnepos sic -bitur, ut bifariam patruo accepto quater pronepos *eqs.* [*an eo sensu q. e. sub I p. 618, 18 sqq. sc. ex numero affinium computando efficere intellegendum est?*]. CLAVD. DON. Aen. 1, 35 p. 17, 25). CLAVD. DON. Aen. 10, 70 p. 302, 9 Vergilio inter Aeneae laudes hoc quoque -ante hoc modo (BOETH. in Porph. comm. 2, 2 p. 171, 21). COD. Theod. 11, 16, 18 (*a. 390*) ita -ti viri.

C *pendet enuntiatum:* **1** *sequitur enuntiatum secundar.*: RHET. Her. 2, 48, 45 quae commoda sint in altera re . . ., -et (*opp.* praetereat). 2, 31, 50 quae nobis futura sint, . . . -bimus et ostendemus. CIC. Pis. 55 quid ego -o, (ω, numero *V*) qui tibi obviam non venerint? de orat. 1, 9 *v. p. 619, 33.* nat. deor. 2, 121 top. 40. SALL. Catil. 51, 9 quae belli saevitia esset, quae victis accidissent -vere. OV. met. 1, 215 longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum, -are. PLIN. nat. 7, 32. 35, 93 Alexandrum et Philippum quotiens pinxerit (*sc. Apelles*), -are supervacuum est. STAT. Theb. 5, 190 QVINT. inst. 2, 16, 4. 6, 5, 10 infinitum est -are, ut Cottae detraxerit *Cicero* auctoritatem, ut *eqs.* decl. 268 p. 97, 5 *al.* SVET. Aug. 51, 1 ne -em, quot et quos diversarum partium ... principem ... locum tenere passus sit. TERT. adv. Marc. 4, 30 p. 525, 24. AVSON. 398, 9 quae viridis muscus, quae decolor alga recondit, . . . -are iubes. CLAVD. DON. Aen. 1, 320 p. 68, 24. *saepius.* HIER. epist. 49, 19, 4 p. 384, 10 AVG. civ. 14, 15 p. 36, 24 D. serm. 51, 5, 8 p. 338[init.] ordine parentum -vit *Matthaeus*, quare dicatur Christus filius David. *al. et al.*

2 *pendet acc. c. inf.*: VLP. dig. 33, 7, 8 in instrumento fundi ea esse, quae fructus quaerendi ... gratia parata sunt, Sabinus libris ad Vitellium evidenter -at. GALLICAN. Avid. 8, 3 -vit *Antonius* ... omnes principes, qui occisi essent, habuisse causas, quibus mererentur occidi. CLAVD. DON. Aen. 12, 395 p. 599, 8 non omnis *artes* -vit esse propositas. *Hahn.*

ēnumquam *v.* en *p. 545, 56.*

ēnuncupat NOT. Tir. 44, 24.

ēnundino, -āre. [*ab* ex *et* nundino. *W.*] *fere i. q. mercari*: TERT. idol. 9 p. 39, 7 Simon Magus ... quoniam aliquid adhuc de circulatoria secta cogitaret, ut ... etiam spiritum sanctum per manuum impositionem -ret, ... de fide eiectus est. *K.-M.*

✖ēnuntiātio, -ōnis *f. ab* enuntiare. GLOSS. *δήλωσις, διαγγελία. legitur inde a* CIC. (*v. infra l. 51. p. 621, 22*); *a poetis non usurpatur.* [*e coni. certa*: DON. Ter. Andr. 45 *v. p. 621, 27.* Eun. 175 *v. p. 621, 29. dub.*: AQVILA rhet. 44 p. 36, 14 hoc genus -is (*Ruhnken*, enumerationis *codd., fort. recte*) diversam habet vim a figura superiore.]

I *spectatur actio vel modus enuntiandi* (*sc. active*): **A** *generatim:* **1** *i. q. patefactio alicuius rei:* **a** *sensu artiore fere i. q. proditio, denuntiatio:* CIC. Att. 4, 17, 3 intellegebamus -em illam Memmii valde Caesari displicere. QVINT. decl. 272 p. 114, 25 -o voluntatem habet et animum non coactum, confessio expressam dolore multo necessitatem. AVR. VICT. Caes. 39, 46 *Diocletianus* -bus posse agitari quietem consortii putat. **b** *sensu latiore fere i. q. praedicatio, indicatio:* FVLG. aet. mund. p. 154, 7 omitto et Manue filium divini nuntii -e conlatum. AVG. in psalm. 27, 1 p. 211 -o poenae. SVLP. SEV. chron. 2, 2, 3 p. 58, 2 *Daniel* -em somnii interpretationemque eius pollicetur.

2 *i. q. rerum sensuumve significatio vel elocutio:* FRONTIN. grom. p. 31, 18 sola mobile[m] habent spatium et incertam iugerum -em. DON. gramm. IV 394, 32 cacemphaton est obscena -o vel in composita dictione vel in uno verbo. PS. APVL. herm. p. 270 propositiones aequipollentes . . . dicuntur, quae alia -e tantundem possunt. p. 276 ita variatus est -is ordo (CAEL. AVR. acut. 2, 3, 15 si . . . loquens ... neque -is ordinem servet sed potius intercipiat). HIL. syn. 81 p. 534[A] quia per verbi huius (*sc. homousius*) -em substantia prior intelligeretur. AVG. soliloq. 2, 15, 29 p. 899 imitatur . . . ipsa -e veras sententias falsa sententia. in psalm. 8, 2 p. 109. EVCHER. instr. 1 p. 75, 20 tria flagella (*sc. vitium*) vel tres propagines indicantur sub hac trium -e fundorum.

B *technice in sermone grammaticorum: i. q. litterarum, syllabarum, vocabulorum sim. pronuntiatio:* VEL. gramm. VII 54, 5 'illum' et 'optimum' aeque m terminat nec tamen ex -e apparet. 54, 13 *in scribendo* quibusdam litteris deficimus, quas tamen -is sonus arcessit (68, 9. 10). 55, 10 cum in ⟨latino⟩ nomine *Troiae* non scriptio inmutetur, sed sola -o (*sic opp.* scriptio: 72, 2 in vocis -e nihil videmus ambiguum, at in scriptione tota haesitatio posita est. *cf.* CASSIOD. gramm. VII 164, 7 [*ex Papir.*] 'circum' m litteram in -e amittit, in scriptura servat). 68, 7 mihi videtur nimis rusticana -o futura, si per u extulerimus '*artubus*'. 70, 21 quo pinguior esset -o, o quoque inserebant *antiqui.* 80, 7. *al.* CHAR. gramm. p. 8, 14 B. *syllaba dicitur Latine* conprehensio, hoc est litterarum iuncta -o (*cf.* PS. ASPER gramm. V 548, 6 syllaba est litterarum inter se co-

[Friedrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

euntium . . . -o cum adiectione temporis). p. 351, 6 *barbarismus fit* -e, cum aut producimus aut corripimus *eqs.* (*cf.* DIOM. gramm. I 451, 27 barbarismus est -e vel scripto una pars orationis corrupta). DIOM. gramm. I 337, 4. 397, 7 -e . . . eadem adfirmativa et concessiva est species; sensu vero differt (*v. infra l. 7*). 426, 23 lectio est . . . varia cuiusque scripti -o *eqs.* SERV. gramm. IV 407, 31 quotiens nomen est -e singulare, intellectu plurale (*sic opp.* intellectus: 431, 24. 26 dicit *Probus* -e masculinum, intellectu esse neutrum pelagus. Aen. 2, 64. POMP. gramm. V 154, 37 intellectu conparativa, -e diminutiva. *al. cf.* SERV. gramm. IV 429, 24 significatio principalis est, sed -o deminutiva [*v. supra l. 5*]). CONSENT. gramm. V 371, 13. CASSIOD. gramm. VII 149, 11 (*ex Cornuto*) secundum antiquam -em. 157, 10 *bs* si ante vocalem ponantur, nullo modo -em capiunt. *al.* AQVILA rhet. 26 p. 30, 30 *ὁμοιοτέλευτον similitudine* cuiuscumque verbi atque -is contentum est (MART. CAP. 5, 532 soni tantum similitudine sub quacumque verbi -e componitur). DON. Ter. Eun. 653 HIER. in Ier. 3, 55, 1 p. 190, 24. MACR. Sat. 1, 4, 8 quod eos a solita -e detorserit. 1, 17, 15 MART. CAP. 3, 302. ISID. orig. 1, 3, 4 *apud Hebraeos* prius dictum est aleph, deinde ex simili -e apud Graecos tractum est alpha.

II *spectatur effectus enuntiandi* (*i. passive*): **A** *fere i. q. sententia, dictum*: **1** *sensu artiore in sermone philosophorum, i. q. gr. ἀξίωμα, ἀπόφανσις*: CIC. fat. 1 vis . . . ratioque -um, quae Graeci *ἀξιώματα* vocant. 20 non omnis -o, quod *ἀξίωμα* dialectici appellant, aut vera aut falsa erit (*ibid.* 21. 27 *Epicurei* tales -es nec veras nec falsas esse dicunt. 38). 27 aliter haec -o vera esse non potest: 'capiet Numantiam Scipio' *eqs. ibid.* DON. Ter. Andr. 45 *ἀξίωμα* sententia est vel -o (*ed. pr.*, nunt- *codd.*) uno verbo nexam continens et perfectam intellegentiam (*cf.* Eun. 175 proprie *ἀξίωμα*, id est sententia vel -o [*ed. pr.*, nunt- (pron- *C*²) *codd.*], quae uno stringitur et ligatur verbo, verbum a veteribus dicebatur). BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 33, 17 *orationes* in quibus verum falsumque reperitur, quas -es vel propositiones vocamus (*sic syn.* propositio: 1, 3 p. 66, 8). 1, 5 p. 77, 2 haec quidem simplex est -o, ut aliquid de aliquo vel aliquid ab aliquo (*ἁπλῆ ἀπόφανσις. ibid.* p. 77, 15 quaecumque . . . propositio ex uno subiecto et ex uno praedicato facta est, illa simplex -o nuncupatur. *ibid.* p. 78, 5). p. 78, 10 subst. bon. 17. CASSIOD. art. 3 p. 1171ᴬ affirmatio est -o alicuius de aliquo ut 'Socrates est'.

γ haud raro simplex pro comp. ita usurpatur, ut e contextu verborum notio strictior appareat (cf. DON. Ter. Ad. 361 ire et abire et venire significat) *praecipue indicatis locis, quae petuntur vel deseruntur (quae exempla v. sub structuris p. 638, 55 sqq.)*: Ⓘ *subest notio accedendi, adveniendi, ineundi (potissimum de eis, qui vocantur, invitantur, expectantur)*: PLAVT. Aul. 178 praesagibat mi animus frustra ire, quom exibam domo; itaque abibam invitus. Bacch. 1166 eunt eccas ... persuastrices (*cf.* Cas. 213 vir eccum it. Merc. 271 Trin. 622 TER. Ad. 361). Epid. 394. Stich. 263 ituru's an non? :: ... illo venturum dicito. TER. Phorm. 103 imus, venimus, videmus (VARRO rust. 3, 2, 1). CATO agr. 1, 1. VERG. Aen. 6, 392 euntem accepisse lacu (*cf.* OV. fast. 2, 611). PRIAP. 52, 4 (*de statore*) alternis et eundo et exeundo (*alluditur ad sensum obscaenum; cf. p. 636, 32*). LIV. 23, 7, 7. 38, 33, 3 quos ... depoposcerant, ipsi se ituros professi sunt. LVCAN. 3, 367 si solus eam ..., mihi tecta patent? VAL. FL. 5, 89. STAT. Theb. 4, 505 iubeat si Thessala ..., ibitis? 7, 537 cupit ire. 8, 645 ire cogitur. Ach. 1, 757 ire iubet. MART. 3, 46, 2 non eo, libertum sed tibi mitto. 10, 6, 8 quando ... ibitis ...? IVV. 4, 104. GELL. 2, 29, 10 it dies et amici nulli eunt. ITIN. [Silv.] 10, 9 optati sumus ire. *al.* AMM. 31, 12, 15 ire promiserat libens. VVLG. num. 12, 5 vocans Aaron et Mariam; qui cum issent *eqs.* I Cor. 10, 27 si quis vocat vos ... et vultis ire (*πορεύεσθαι*). CLAVD. 4, 203 licet ire. 8, 109 qui vindicet, ibit. 22, 207 hortantur, eat. SVLP. SEV. Mart. 16, 6 ire compulsus. *al.* Ⓘⓘ *subest notio discedendi, abeundi, proficiscendi (praesertim de eis, qui dimittuntur, abire iubentur)*: PLAVT. Cist. 112 ego volo ire (APVL. met. 1, 15. ITALA Ioh. 6, 67 [Ps. Cypr. epist. 66, 8 p. 732, 21 *al.*] vultis ire? [*ὑπάγειν*. VVLG. abire]. *al.*). Epid. 72 mitte me, ut eam (*cf.* CIC. Deiot. 23 *et l. 37*). Mil. 1339 saluto te ⟨Lar⟩ familiaris, priusquam eo. Persa 189 sine me ire (*cf. l. 17*). 236 non ibis ..., nisi *eqs.* Stich. 608 non it, non it, quia ... suades, ne ebitat. *al.* TER. Eun. 593 iit, lavit, rediit (*cf. l. 44*). VARRO rust. 2, 8, 1 vos ante ire non patiar, antequam *eqs.* (*cf.* PETRON. 107, 3 *al. et v. l. 14*). AEDIT. epigr. 2, 2 ibimus sic. CATVLL. 35, 9 euntem revocet *et* ... roget morari (*cf.* VERG. Aen. 6, 476. 7, 813. 8, 558 dextram complexus euntis [11, 46 OV. met. 6, 494]. 9, 306 euntis ... prosequitur [OV. met. 9, 786 SIL. 13, 704]. VAL. FL. 7, 106 STAT. Theb. 10, 683 *al.*). CATVLL. 61, 83 flet, quod ire necesse est. VERG. georg. 3, 517 it tristis arator ... atque ... relinquit aratra. HOR. carm. 3, 27, 15 *ne* te ... vetet ire picus. OV. am. 2, 5, 21 ierat mensā conviva relictā. epist. 6, 112 coniunx ... euntis (*opp.* reducis). 15, 301 dixit iturus. met. 3, 701 nec iam iubet (*cf. l. 36*) ire, sed ipse vadit. 5, 287 impetus ire fuit. *al.* LIV. 35, 40, 5 tria milia ... ierunt (*sc. in coloniam constituendam*). 40, 10, 4 (*opp.* manendo). LVCAN. 2, 113 vacua pudet ire manu. VAL. FL. 4, 51 ibimus. FRONTIN. strat. 2, 6, 4 fecit eis abeundi potestatem euntesque stravit. TAC. hist. 2, 48 (*opp.* remanendo). 4, 43 ann. 1, 47. CORP. IV 5092 rogo, punge (*sc. mulos stimulo*), iamus. bibisti, iamus. 6697 venimus hoc (*i.* huc) cupidi, multo magis ire cupimus. ITALA gen. 30, 26 (Lugd.) eo (*ἀπέλθω*. VVLG. abeam). Ioh. 14, 3 (Aug. c. Faust. 16, 19) si iero (*πορευθῶ*. VVLG. abiero) ..., iterum veniam. OPTAT. 5, 7 p. 137, 16 iubetur ire (*cf. l. 26*). AMM. 20, 5, 10 (*syn.* abscessi). VVLG. exod. 3, 19 non dimittet vos ... ut eatis (*cf.* Tob. 10, 12 dimiserunt ire). iud. 18, 6 ite in pace (*cf.* II reg. 3, 21 *et l. 40*). Matth. 8, 32 ait illis: ite. at illi exeuntes abierunt. 14, 16 non habent necesse ire (*ἀπελθεῖν*). act. 16, 36 exeuntes ite (*ἐξελθόντες πορεύεσθε*) in pace (*cf.* 21, 5 profecti ibamus). ORIENT. carm. 2, 113 (*de petitore honorum*) ibis pro pondere nummi (*sublucet notio translata, cf. p. 650, 37*). *al.* CORP. III 3058 in provincia d(e)fe(cit) iturus (*sc. in patriam*). IX 5401 properas viator ire. *al.* Ⓘⓘⓘ *opponuntur* ire, redire *i. q. ultro citroque commeare (cf. l. 16. p. 628, 18. 635, 52. 77. 638, 7. 32. 643, 20. 29. 38. 71. 78. 644, 16. 19. 47. 646, 17. 77 al.)*: *asyndetice*: CIC. Phil. 2, 78 celeriter isti, redisti. 2, 89 Att. 10, 1, 3 OV. fast. 1, 126 PAVL. FEST. p. 277 STAT. silv. 1, 2, 35 MART. 12, 60, 10 PRVD. perist. 11, 190. MART. 2, 5, 4 quattuor haec *milia passuum* fiunt, cum rediturus eam. *copulative*: CIC. Phil. 12, 28 isse et (*del. Clark*) redisse (PHAEDR. 2, 8, 12 VVLG. Ezech. 35, 7 CLAVD. DON. Aen. 4, 630 p. 411, 20. *cf.* 4, 60 p. 364, 12 eundi ac r. [COD. Theod. 7, 16, 1]). VERG. Aen. 6, 122 (*v. p. 638, 21*) itque reditque (TIB. 2, 6, 46 VAL. FL. 1, 725 STAT. Theb. 8, 49 CORIPP. Ioh. 4, 524. *nota collocat.*: OV. met. 2, 409 redit itque [*cf. p. 643, 10. 645, 21*]). SEN. contr. 1, 2, 8 euntium redeuntiumque. SEN. nat. 5, 16, 5 *corus* in unam partem rapax, argestes ... tam euntibus communis quam redeuntibus (COD. Iust. 12, 35, 18, 5[a]). ITIN. [Silv.] 5, 11 eundo vel redeundo. *sim.*: PLIN. nat. 2, 181 eunti cum sole iter erat, eundem remeans ... praetervertebat. ITIN. [Silv.] 6, 3 reversi sunt per iter, quod ierant (6, 4. 7, 3. VVLG. Zach. 9, 8 euntes et revertentes. CLAVD. rapt. Pros. 3, 136 i ... et ... revertere). 16, 7 *al.* CORP. XII 3499 salvum venire, salvum ire (*cf.* XIII 1893 INSCR. Dessau 1967. 2153).

δ locutiones notabiliores: Ⓘ *in responsis adnuentium*: PLAVT. Cas. 792 abi ... :: eo (Merc. 677. TER. Andr. 979 abi domum ... quid stas? quid cessas? :: eo. Haut. 379 Phorm. 309. 446). Merc. 788 i, rogato ... :: eo (Mil. 1305 TER. Andr. 425 Hec. 788). Mil. 1317 orant te, ut eas ... :: ibo (TER. Eun. 537 amabo, ut illuc transeas ... :: eo). Mil. 1387 quin intro is? :: eo. PLAVT. Asin. 108 ego eo ad forum ... :: ei, bene ambula (*cf.* Epid. 158 Persa 198. Rud. 403 ego eo intro ... :: eas). Cas. 854 quin imus ergo? :: i. Truc. 129 sine me ire ... :: eas. TER. Hec. 787 vin ergo intro eam? :: i *eqs.* Ⓘⓘ *in formulis ad festinationem monentium, improbantium, indignantium (in exsecrationibus v. p. 639, 62)*: PLAVT. Cist. 378 quin is, si itura es? (*cf.* Mil. 1186. 1299 Poen. 511. 1237 ite, si itis). Merc. 582 quid stamus? quin ergo imus atque obsonium curamus ...? (*cf.* LIV. 27, 26, 10. 40, 7, 5 VAL. FL. 5, 636 SIL. 9, 633 GELL. 2, 29, 11 APVL. met. 1, 17 *al. v. l. 75 et p. 634, 44*). Poen. 678 iamne itis? (*cf.* TER. Eun. 492 TRAG. inc. 34). *coni.* (*cf. p. 641, 72*): PLAVT. Amph. 543 eamus, Amphitruo (Mil. 78 age eamus ergo. Poen. 263 eamus ... :: quid ... properas? 329 *al.* TER. Eun. 506 *al.* VARRO rust. 2, 11, 1 RHET. Her. 4, 51, 64 *al.*). TER. Hec. 502 renumeret dotem huc, eat (DON. iracunde 'eat'). *imp.*: PLAVT. Cas. 748 stasne etiam? i sis (*cf. p. 631, 65 et* TER. Haut. 831 i, quid stas, lapis? NOVIVS Atell. 92). PLAVT. Asin.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

486 ei nunciam ad erum (Cist. 623 Trin. 3 *al.* Ter. Ad. 175 *al.*). 676 i sane (Aul. 333. 451 ite sane nunciam [Trin. 195]. Epid. 79 *al.* Ter. Ad. 587). Cas. 758 i modo (Merc. 954 sq. *ter repetitur.* Poen. 428 sq. *bis* [*ibid.* abi modo *bis*]. Trin. 583 sqq. *9ies. al.* Caecil. com. 251. *cf. etiam p. 632, 8*). Persa 465 nunc ⌊agite ite⌋ (*Camerar.*, age rite *P*) vos (*v. vol. I 1405, 46 sqq.*). Rud. 798 i dum *eqs. cf. etiam l. 76. 77. p. 632, 10. 20.* *iteratur imp. (cf. l. 73. p. 632, 62. 642, 76 al.; aliae formae iterantur l. 26. p. 633, 62. 65. 636, 20. 640, 25 al.*): Verg. Aen. 6, 546 i decus, i, nostrum. 9, 115 Cvlex 246. Arbon. carm. frg. 1 ite agite ... ite triumphantes. Hor. carm. 3, 11, 50 i, pedes quo te rapiunt ..., i secundo omine. Sen. contr. 1, 1, 10 Cvrt. 9, 2, 34 Petron. 122, 169 Val. Fl. 2, 422 Sil. 11, 96 Stat. Theb. 4, 692 Ach. 1, 940 Carm. epigr. 443, 1 *al.*

Ⓘ *coniungitur cum aliis verbis, quibus indicatur, ad quam actionem eatur* (*inde a* Verg. [*at cf. l. 60*] *non raro metaphorice fere i. q. aggredi, accedere ad munus [cf. l. 42] aut omnino i. q. pergere* [*inde etiam de re*: Vvlg. Ion. 1, 11. 13 mare ibat et intumescebat. Lib. iubil. 42, 13 famis ... ibat et convalescebat]): *fut.*: *asyndetice*: Plavt. Aul. 263 ibo igitur parabo. Bacch. 366 Cist. 651. Merc. 366 ibo, adloquar. *al. nota*: Poen. 126 ibo, alius nunc fieri volo. Ter. Haut. 170. 426. 608 Ad. 719. *copulative*: Plavt. Aul. 817 ibo atque eloquar. Bacch. 507 Mil. 1085 Poen. 447 Stich. 143. 315. 464 *al.* Ter. Haut. 500 Ad. 510 *al.* Pacvv. trag. 187. Plavt. Amph. 550 ibo et Mercurium subsequar. 1075 Bacch. 871 Cist. 531 Men. 557. 700 Rud. 1263 *al.* Caecil. com. 184. Verg. ecl. 10, 50 ibo et ... carmina ... modulabor. Aen. 4, 590 ibit ... et ... inluserit ...? Ov. met. 15, 441 fast. 4, 183. Sen. Phoen. 407 ibo, ibo et ... opponam. epist. 122, 13 Sil. 12, 74. 17, 232. Itala gen. 45, 28 (Lugd.) ibo (*πορευσεις.* Vvlg. vadam) ... et videbo. exod. 4, 18 (Lugd.). Os. 2, 7 (Priscill. tract. 1, 24 p. 20, 19) ibo (*πορεύσομαι.* Vvlg. vadam) et revertar. Vvlg. Ier. 11, 12 *al.* Verg. Aen. 2, 578 ibit ... natosque videbit. Ov. met. 13, 321 Epist. Sapph. 175 Sil. 6, 246 Stat. Ach. 1, 48. *coni.*: Plavt. Cas. 422 eamus ... intro, hortemur *eqs.* (*cf.* Hor. epist. 1, 6, 56 eamus, quo ducit gula, piscemur, venemur. Liv. 2, 36, 2. 7, 6, 10 Tac. ann. 2, 17). Merc. 373 eas ac decumbas (*cf.* Ter. Ad. 598 Varro Men. 278 Liv. 2, 36, 4). Sen. dial. 12, 1, 2 (*cf. p. 632, 53*) eat aliquis et ... conqueratur (Cvrt. 3, 10, 10 irent et ... eriperent. Petron. 58, 11 Sil. 11, 390 Tac. ann. 11, 34. 14, 13. Itala exod. 5, 7 [Lugd.] eant [*πορευέσθωσαν.* Vvlg. vadant] et colligant. Os. 6, 1 [Tert. adv. Marc. 4, 43 p. 565, 25 *al.*] eamus [*πορευθῶμεν.* Vvlg. venite] et convertamur. Vvlg. exod. 5, 8 deut. 13, 2. 6. 13. Ioh. 15, 16 ut eatis [*ὑπάγητε*] et fructum afferatis [*huc spectat*: Greg. M. in euang. 27, 5 'eatis' ... volendo dixi, quia velle aliquid facere iam mente ire est]. *al.*). Val. Fl. 6, 599 eat atque utinam superetque labores (*cf.* Stat. silv. 3, 3, 28 Tac. hist. 4, 83 ann. 14, 7). *et al.* *nota collocat.*: Gell. 2, 29, 7 fac amicos eas et roges veniant (*v. Vahlen, Hermes 15, 1880, 261*). *variae formae*: Plavt. Most. 774 eon voco ...? (*cf.* Trag. inc. 34. *v. etiam p. 629, 79*). Men. 329 ire ... atque accumbere (*cf.* Merc. 582 *p. 630, 76.* Mil. 621. Most. 815 quin tu is intro atque ... perspecta. Ter. Ad. 916 cessas ire ac facere). Bacch. 575 ire ... et percontarier (*cf.* Acc. trag. 519 Verg. Aen. 1, 695. 2, 27 iuvat ire [Serv. auct. exire aut ire longius] et ... videre. Ov. met. 3, 26 Liv. 3, 34, 2. 38, 34, 6 Sen. apocol. 5 Val. Fl. 3, 718 Sil. 12, 593 Homer. 1023 Stat. Theb. 1, 616. 6, 648. 12, 486 Tac. ann. 1, 46. 13, 9 Decret. decur. Tergest. [Corp. V 532] 2, 20. Itala deut. 29, 18 [Lugd.] ire [*πορευθέντες.* Vvlg. ut vadat] et deservire. Vvlg. iud. 9, 7 ivit et stetit. *al.*). Plavt. Capt. 501 eunt obviam gratulanturque (*cf.* Rud. 122. 399 Verg. Aen. 11, 332 *al.* Val. Fl. 6, 3 Stat. Theb. 3, 80. 459 *al.*). *saepissime imperat.* (*semper fere initio enuntiatorum, apud poetas plerumque versum incipit; sensu metaphorico [fere i. q. age, agite] post* Plavt. Bacch. 497 [*p. 632, 25*] *et* Ter. Hec. 787 [*p. 632, 19*], *inde a* Verg. *passim; item inde a* Verg. *saepius ironice [cf. et p. 632, 38] usurpatur*): *asyndetice*: Plavt. Aul. 767 i, refer. 800. 829 Bacch. 901. 1059. Capt. 184 i modo, venare leporem (Stich. 477; *cf. l. 3*). Epid. 305 Merc. 787. Pseud. 330 propera, quid stas? ei, accerse agnos. *al.* Caecil. com. 100. Cic. Rab. perd. 13 (*in formula*) i, lictor, colliga manus (Liv. 1, 26, 7. 11 [*ubi v. Weißenb.*]. *al.*). Catvll. 61, 123. 63, 19 simul ite, sequimini. Verg. Aen. 9, 631. 11, 25. Hor. carm. 3, 14, 17 i, pete unguentum. epist. 1, 7, 71 nunc (*cf. p. 632, 1. aliter p. 632, 38*) i, rem strenuus auge. Lygd. 6, 62 tu puer i, ... adde merum. Prop. 3, 7, 29 ite, rates curvas (*Passerat.*, curvae *codd. fort. recte* [*cf. p. 646, 15*]) et leti texite causas. Ov. ars 1, 322. rem. 487 artes, i, perlege. *al.* Liv. 9, 4, 16 *al.* Sen. contr. 7, 2, 12 Sen. Med. 197. 845 ite, ite ..., placate (*cf.* Tro. 627. 1165 Sil. 10, 62 Stat. Theb. 10, 713 *al.*). Oed. 823. 1057 *al.* benef. 4, 38, 2 Cvrt. 4, 11, 21. 5, 12, 11 Lvcan. 9, 268 Plin. nat. 7, 144 Val. Fl. 4, 13 Sil. 1, 568. 15, 649 ite, agite, oro, sternite ductorem. *al.* Stat. Theb. 7, 6. 8, 742 i, precor (*cf. l. 82*), ... vade (10, 671). *saepius.* Itala Matth. 28, 19 (Tert. bapt. 13) ite (*πορευθέντες.* Vvlg. euntes), docete. *al.* *copulative*: Plavt. Cas. 587 i tu atque arcesse (*cf. vol. II 449, 66 sq.*). Poen. 1116 i atque evoca. Truc. 329 *al.* Acc. trag. 508 Verg. Aen. 4, 424. Hor. sat. 1, 10, 92 i, puer, atque ... subscribe. Val. Fl. 3, 448. 7, 162 i, precor (*cf. l. 77*), atque ... amorem vince (7, 240). Sil. 3, 116 i felix, i ... atque ... memento. Plavt. Aul. 263 ⌊ei et⌋ (⌊ ⌋ fiet *codd.*) vale. 458 Amph. 971 Merc. 282. Ter. Hec. 611 i ergo intro et compone *eqs.* Verg. Aen. 11, 119 nunc (*cf. p. 631, 69. aliter l. 38*) ite et ... supponite. Cvlex 19 Prop. 3, 4, 10. 4, 5, 46 Liv. 38, 51, 10 Val. Max. 2, 9, 1. 4, 5, 5 Lvcan. 7, 277 Pers. 5, 126 Petron. 115, 14 Sil. 1, 651 Stat. Theb. 3, 167. 10, 33 ite age et ... circumdate. Mart. 4, 10, 3. 10, 12, 7 i, precor (*cf. p. 631, 77. 82*) et ... combibe. Ivv. 10, 166 *al.* Lygd. 1, 17 ite domum cultumque illi donate libellum. Ov. met. 3, 562 ite citi ..., ite ducemque attrahite. 13, 466. 15, 640 fast. 6, 475. Lvcan. 8, 784 i modo (*cf. p. 631, 3*) ... fassusque sepulchrum posce caput. Val. Fl. 1, 248 Sil. 4, 793. Stat. Theb. 10, 266 ite ... superisque faventibus, oro, sufficite (*cf.* 12, 648 *et l. 5. 20*). Ov. met. 2, 464 i procul hinc ... nec ... pollue. *coniunguntur plura verba*: Plavt. Cist. 286 i, curre, equom adfer. Mil. 1361 i, sequere illos, ne morere. Trin. 1108 Pacvv. trag. 350 Verg. Aen. 4, 381. 593. 7, 426 Sen. Oed. 880. Tro. 191 ite, ite ..., auferte ..., solvite. Herc. O. 742 Stat. Theb. 6, 809 *al.* Plavt. Asin. 382 i, puere, pulta atque ... evocato. Cist. 284 i, adfer mihi arma et loricam adducito. Most. 682 Prop. 3, 4, 7 Ov. met. 12, 475 Liv. 3, 48, 3 Sen. Phoen. 401 Calp. ecl. 4, 24 Sil. 1, 571. 6, 716. 14, 134 Stat. Theb. 8, 65 *al.* Ter. Hec. 787 i atque exple animum eis, coge, ut credant. Prop. 1, 9, 13 i quaeso (*cf. l. 5. 10*) et ... compone libellos et cane *eqs.* (*cf.* 3, 23, 23). Ov. met. 6, 159 ite frequentes et date ... lauroque innectite crinem. Calp. ecl. 2, 96 i (*Haupt,* et *codd.*) procul, i Doryla, plenumque reclude canalem et sine *eqs.* Val. Fl. 1, 56 Sil. 9, 473 Stat. Theb. 7, 507 *al.* *imp.* i (ite) *postponitur*: Plavt. Bacch. 497 cura, ei, concastiga hominem probe. Truc. 583 iube ⟨vasa⟩ auferri intro, i, Cyame. Liv. 9, 24, 9 arx ... capta est, defendite, ite (*MP, om. recc.*). Sen. Oed. 1051 ingredere praeceps ..., i, profuge, vade. Sil. 7, 101. 11, 214. 16, 86. *imp.* i *coniung. c. coni.*: Val. Fl. 4, 78 i ..., differat arma. 6, 29. *in scriptura sacra pro coordinatione etiam part. coni. extat* (*cf. p. 631, 78 et 637, 65*): Itala gen. 43, 2 (Lugd.) iterum euntes (*πάλιν πορευθέντες.* Vvlg. revertimini et) emite. exod. 5, 11 (Lugd.) euntes (*πορευόμενοι.* Vvlg. ite et) colligite. Is. 55, 1 (Cypr. testim. 3, 100 p. 178, 20) euntes (*βαδίσαντες.* Vvlg. properate) emite. *al.* Vvlg. iud. 18, 7 euntes ... venerunt. Ier. 37, 8 euntes abibunt. Matth. 9, 13 euntes (*πορευθέντες*) ... discite. 10, 7. 14, 15 ut euntes (*ἀπελθόντες*) in castella emant. 21, 6 euntes (*πορευθέντες*) ... fecerunt. Marc. 16, 13 *al.* Ⓘⓥ *formulae irridentium vel exprobrantium* i (ite, eat) nunc: *imp.*: Verg. Aen. 7, 425 i nunc, ingratis offer te inrise periclis. Hor. epist. 1, 6, 17 Ov. epist. 4, 127. 12, 204 Sen. Herc. f. 89 Med. 650. 1007 Pers. 4, 19. Stat. Theb. 7, 612 ite, age, nunc, pacem sperate. silv. 1, 6, 39. Mart. 10, 96, 13 i, cole nunc reges. *al.* Hor. epist. 2, 2, 76 i nunc et versus tecum meditare. Prop. 2, 29, 22 Ov. epist. 3, 26. 16, 57 ars 2, 222 Epiced. Drusi 363 Sen. contr. 1 praef. 10. 10, 4, 10 *al.* Sen. benef. 6, 35, 5 *al.* Petron. 115, 14 Mart. epigr. 22, 12 (23, 6). *al.* Qvint. decl. 312 p. 227, 12 i nunc et nega; i nunc et ... converte. *al.* Ps. Qvint. decl. 10, 7 *al.* Ivv. 6, 306. 10, 310. 12, 57. Carm. epigr. 950, 3 i nunc ⟨et *metro flagitatur*⟩ ventis ... crede. *al.* Prop. 3, 18, 17 i nunc, tolle animos et tecum finge triumphos (Ov epist. 9, 105 ars 2, 635 Sil. 4, 787). Ov. am. 1, 7, 35 i nunc, ... molire triumphos, cinge comam lauro votaque redde Iovi. Pont. 1, 3, 61 i nunc et ... refer et mirare (Qvint. decl. 252 p. 35, 19). *et al.* *coni.*: Sen. dial. 12, 1, 2 eat nunc aliquis et singulas comploret animas. Svet. Nero 35, 4. Cypr. epist. 37, 2 p. 577, 5 eant nunc ... glorientur (*cf.* Vopisc. Prob. 23, 5). Paneg. 3 (11), 9, 4 Lact. inst. 5, 13, 13 Avg. c. Petil. 2, 103, 237 p. 151, 23. 3, 16, 19 p. 176, 23 civ. 6, 9 p. 265, 12 D. *al.*

Ⓥ *etiam liberius in formulis valere dicentium et aversantium (non solum de eis, qui abire iubentur, sed etiam de eis, qui relinquuntur aut non admittuntur) i. q. vale, apage, abi* (*saepe etiam de rebus personatis*): Verg. catal. 5, 1 ite hinc inanes rhetorum ampullae *eqs.* Tib. 1, 1, 76 signa tubaeque, ite procul, cupidis vulnera ferte viris (2, 4, 15. 20 Musae. Lygd. 4, 3 *somnia.* 6, 7 ite procul ..., ite labores. Prop. 4, 6, 9 fraudes. Ov. ars 3, 505 tibia. Gratt. cyn. 447 procul hinc extorribus ire edico ..., quīs scelus ... in pectore motum est. Calp. ecl. 2, 55 ite procul ..., ite profani. Stat. silv. 1, 6, 2. 3, 3, 13. Ach. 1, 598 lex procul ire mares [*sc. iubet*]. Mart. 14, 47, 1 iuvenes. Prvd. c. Symm. 2, 901 gentes [*syn.* discedite longe]). Lygd. 6, 52 ite a me, seria verba, precor. Ov. am. 1, 12, 7 ite hinc ..., tabellae. Mart. 11, 2, 4 fastus ..., ite foras. Ivv. 2, 89 ite profanae. 3, 66 ite, quibus grata est ... lupa.

b *speciatim*: *α in condicionibus notabilioribus*: Ⓘ *in actibus publicis et iuris*: *abs.* (*cf. p. 633, 17. 41*): Plavt. Epid. 423 res magna amici apud forum agitur, ei volo ire advocatus (Liv. 38, 33, 4). Varro ling. 5, 28 candidatus circum it. Cic. Att. 15, 11, 2 Cassius mihi videbatur iturus (*sc. in provinciam; cf.* epist. 2, 17, 4. ad Q. fr. 2, 5, 3 [*syn.* iter habebat] *et v. p. 633, 22*). epist. 3, 10, 7 causam ... non eundi fuisse *legatis* (*cf. p. 633, 5 et* Liv. 5, 5, 10). Hor. sat. 2, 6, 26 ire necesse est (*de sponsore*). *al.* *add.* de (super): Varro rust. 3, 2, 3 de controversiis Interamnatium et Reatinorum (*cf. p. 633, 28 et Rudorff, Grom. Lat. II p. 429*). Liv. 29, 36, 11 (*cf.* 24, 27, 4 de indutiis dierum decem legatos isse ad Ap. Claudium). Stat. Theb. 3, 340 legatum ... petendis isse super regnis ... Polynicis. *add. quo: ad iudicem i. q. se convertere, confugere*: Plavt. Asin. 131 ad tres viros. Most. 1101 ad iudicem (Liv. 3, 57, 5

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SEN. contr. 2, 1, 23 POMPON. dig. 16, 1, 32, 4 GAIVS inst. 4, 122 *al.*). COMMENT. cons. Varro ling. 6, 88 ad conventionem huc ad iudices. CIC. Quinct. 48 ad praetorem (*cf.* TAC. ann. 2, 34 ad praetoris tribunal). *nota*: VLP. dig. 46, 7, 3 pr. apud (*cf. p. 639, 81*) aliquem iudicem iturus. *de legatis* (*cf. p. 632, 77. 81*): LVCIL. 465 ad regem legatu' Rhodum ... ibo (*sc. nave*). CIC. Phil. 12, 5. VERG. Aen. 7, 154 oratores ... ad moenia regis. LIV. 23, 6, 5 *al.* VAL. MAX. 3, 7, 10. *et al.* LIV. 2, 59, 5 ad contionem (*cf. supra l. 2*). 3, 24, 6 ad iudicium (VLP. dig. 5, 3, 7, 1). 8, 36, 12 ad senatum. *al.* *in ius, consilium sim.*: LEX XII tab. 1, 1 si in ius ⌊vocat, i⟨t⟩o: ni⌋ ⟨i⟩t (⌊ ⌋ vocationi *trad.*) antestamino (PLAVT. Asin. 480 in ius voco te. :: non eo. :: non eis? Curc. 621 ambula in ius. :: non eo. Most. 1089 cum illo. Poen. 1229. 1342. 1349 Truc. 840 RHET. Her. 2, 13, 19. NEP. Att. 6, 3 de sua re. SEN. apocol. 13 MART. 1, 103, 11. 12, 97, 10. DIG. 2, 5 si quis in ius vocatus non ierit. PAVL. dig. 2, 5, 2, 1 [*syn.* venire]. *cf.* PLIN. nat. 18, 42 die dicta ... cum in suffragium tribus oporteret ire [*aliter v. infra l. 43*]. *huc pertinet*: LVCIL. 552 si non it, capito ... eum. VARRO frg. Gell. 13, 12, 6 vocatus ... non ivi). TITIVS or. frg. Macr. Sat. 3, 16, 16 in consilium (*v. vol. IV 461, 17 sqq.*). LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 129 nei quis ... eum in senatum, decuriones conscriptos ire iubeto (131. PLIN. nat. 7, 141 ut quotiens in senatum iret, curru veheretur. 7, 181). *de legationibus, magistratibus publice missis* (*cf. p. 632, 75*): CIC. Verr. II 2, 29 in provinciam (*v.* provincia). Att. 1, 16, 14 in Asiam. 5, 11, 3 (*syn.* discedere). epist. 1, 4, 2 propter exercitus cupiditatem Alexandriam. ad Q. fr. 2, 3, 2. CAES. civ. 1, 10, 3 SALL. Iug. 103, 3. 104, 2 NEP. Att. 6, 4 LIV. 3, 32, 1. 40, 39, 3 *al.* FEST. p. 233 VAL. MAX. 3, 7, 5. *et al.* *de arbitro*: COD. Theod. 2, 26, 1 (*a. 330*) agrimensor ire praecipiatur ad loca (*sc. ut de finibus decernat; cf. p. 632, 79*). in sententiam (pedibus) ire *sim.* (*cf. Mommsen, Röm. Staatsr. 3, 991 sq.; Liebenam PW V 1172 sqq.*): *in discessione* (*cf.* PLIN. epist. 8, 14, 19 lex ... docet dirimi debere sententias ..., cum ita discessionem fieri iubet: 'in hanc partem ... ite ...!'): CIC. Phil. 11, 15 si quis ... graviorem sententiam dixisset, in eam se iturum. epist. 1, 2, 2 in Hortensii s. SALL. Catil. 50, 4 pedibus (LIV. 9, 8, 13. 22, 56, 1. 27, 34, 7. PS. QVINT. decl. 12, 6 p. 222, 9 pedibus, manibus imus in sententiam necessitatis. TAC. ann. 14, 49 GELL. 3, 18, 1 VOPISC. Aurelian. 20, 2. *cf. etiam p. 642, 17*). LIV. 1, 32, 12. 23, 10, 4 (*de senatu Campano*). 34, 43, 3 *seq.* ut (42, 3, 10). PLIN. epist. 2, 11, 22 cum fieret discessio ..., in Cornuti sententiam ire coeperunt. CIC. epist. 1, 2, 1 de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia (CAEL. Cic. epist. 8, 13, 2). *abs.*: CIC. p. red. in sen. 8 nequis decerneret ..., ne pedibus (*cf. l. 34*) iret, ne scribendo adesset. *sim.*: LIV. 31, 7, 14 ite in suffragium (34, 2, 5. *aliter v. supra l. 16*). *metaphorice*: CIC. Att. 15, 4, 3 ut in Saufei eam relinquamque Tusculanas disputationes. SEN. dial. 8, 3, 1 in illorum sententiam (*cf.* AVG. bapt. 3, 4, 6 p. 202, 1). epist. 6, 6 in diversum. 48, 4 in utramque ... partem (*cf.* AVG. serm. 149, 5, 6 in partem ire et ab universo conscindi).

Ⅱ *in re militari* (suppetias [*inde a* VARRONE Men. 509], subsidio [*inde a* POMP. Cic. Att. 8, 12a, 3] ire *v. s. his vv.*): *i. q. exire, incursare, aggredi* (*etiam in actionibus non ad militiam pertinentibus e. g. p. 634, 42. 51. 54*): PLAVT. Epid. 208 ire vidi milites plenis viis (ACC. carm. frg. 26 M. *v. p. 642, 65*). Pseud. 1180 in vigiliam. ACC. trag. 308 cum animatus iero, satis armatus sum. 436 obviam ense it (*cf.* CIC. Verr. II 1, 106 cupiditati hominum. *v.* obviam). CATO orig. 83 p. 79, 2 ad verrucam. p. 79, 15 quorsum ire pergam (*ibid.* proficiscuntur). VARRO ling. 6, 93 quo. LVCR. 3, 1030 iter ... dedit legionibus ire per altum. GALBA Cic. epist. 10, 30, 2 vidit se invito legionem ire. CAES. Gall. 1, 26, 5. 5, 18, 5 impetu. 5, 31, 4. 7, 61, 3 adverso flumine. HIRT. Gall. 8, 8, 3 legiones ... ante ... impedimenta. SALL. Iug. 105, 2. 3 temere et effuse euntes. hist. frg. 3, 25 socordius. *al.* HOR. carm. 2, 17, 10 (*trop.*) dixi sacramentum: ibimus, ibimus, utcumque praecedes. OV. am. 1, 9, 11 in adversos montes. met. 8, 378. 13, 242 LIV. 2, 12, 4. 2, 47, 6 incursantes ... vano ... impetu. 2, 49, 6 ire fortes, ire felices iubent. 9, 12, 10 nec ad Luceriam ire ... nec manere ... audebant. 10, 33, 1 in ordines (CVRT. 4, 13, 19. 8, 13, 27). 27, 26, 6 inexplorato euntes 28, 24, 10 in stationes ac vigilias ordine ibant. 33, 29, 9 ab Elatia. *passim*. SEN. nat. 1 praef. 10 exercitus subrectis ire vexillis. epist. 82, 22 ire, commilitones, illo necesse est, unde redire non est necesse. CVRT. 3, 9, 9 Cretenses ante agmen ibant (*i. dispositi erant; cf.* 4, 12, 6. 11 LVCAN. 7, 226 VAL. FL. 6, 160). 3, 9, 12 XXX et duo armatorum ordines ibant. 5, 10, 12 signo ad eundum dato. *al.* LVCAN. 4, 162 ite sine ullo ordine. 5, 488 venire ... non ire (*sc. in expeditionem; cf. Francken ad l.*). 10, 405 duce sub famulo (*cf.* PANEG. 12 [2], 32, 4). SIL. 4, 64 sub armis. 4, 745 ire iubet. 5, 40. 392. 535 *al.* HOMER. 238. 241 STAT. Theb. 3, 386. 647 *saepe*. *nota*: 7, 245 comes, quo Laius ibat armigero. QVINT. inst. 6, 4, 17 (*trop.*) adversarium ... ire quam longissime cogas. TAC. hist. 1, 32 eundi ultro ... facultatem (*opp.* regressus). ann. 13, 40 in cornibus pedes sagittarius ... ibat. *al.* PANEG. 10 (4), 14, 1 Constantino imus auxilio (AMM. 15, 10, 10; *cf. l. 49*). 12 (2), 39, 1 *artifices* Victoriam finxere pinnatam, quod hominum cum fortuna euntium non cursus est, sed volatus. AMM. 17, 10, 6 protinus. VVLG. I Macc. 6, 40 ibant (ἤρχοντο) caute et ordinate. 13, 20 castra eius ambulabant ..., quocumque hostes ibant (ἀντιπαρῆγεν ... ἐπορεύετο). II Macc. 11, 10 ibant (προσῆγον) ... prompti. *et al.* *ad exercitum sim.*: PLAVT. Amph. 401 (*vs. spurius*) cum Amphitruone hinc una ieram in exercitum (*cf.* CAES. civ. 1, 48, 7 ad e. LIV. 10, 7, 6 *al.* TAC. ann. 1, 3 PLIN. paneg. 20, 3). Truc. 508 iamne ⌊iit ad⌋ (*Bücheler*, ⌊letat⌋ *B*) legionem? CIC. ad Brut. 2, 6, 1 ad te ire voluntarios. SALL. Iug. 84, 4 lubido cum Mario eundi. SIL. 3, 287 in castra (STAT. Theb. 4, 127 VLP. dig. 24, 1, 3, 4 [PAVL. dig. 4, 6, 35, 9]. 49, 17, 6 ad c. *al.*). *ad (in) bellum sim.*: CIC. Verr. II 1, 113 ad arma (*v. vol. II 595, 46 sqq.*). Lig. 35 ad bellum (CAEL. Cic. epist. 8, 14, 4 LIV. 5, 17, 9 STAT. Ach. 2, 18. TAC. Germ. 30 alios ad proelium ire videas, Chattos ad bellum. hist. 1, 83 *al. cf. l. 16. 20. 24 sq.*). Phil. 14, 1 ad saga (14, 3 *opp.* redisse ad togas). FEST. p. 249 ad pugnam (VVLG. num. 32, 6. *cf. l. 21*). SEN. dial. 4, 35, 5 ad caedem. IVST. 15, 4, 6 ad ... militiam (*cf. l. 26; aliter v. p. 647, 21*). CORP. XIII 3496 (*s. III*) ad expedi(tionem). AMM. 29, 5, 9 ad procinctus (*cf. l. 27*). VVLG. II par. 25, 13 ad proelium (*cf. l. 11*). *al.* PLAVT. Mil. 1393 (*trop.*) in tumultum. Truc. 511 in proelium (OV. met. 14, 545. LIV. 2, 30, 13 cursu. 7, 26, 7 *al.* TAC. Germ. 3 *al.*). VERG. Aen. 12, 73 in ... certamina (LIV. 3, 39, 3). OV. ars 3, 3 in bella (LIV. 38, 23, 9 SIL. 9, 573 QVINT. decl. 377 p. 421, 6 *al. cf. l. 12. 24. 25*). LIV. 2, 45, 15 in pugnam (22, 19, 9 SIL. 15, 445 [*syn.* rue]. STAT. Theb. 11, 288. *cf. l. 13*). 7, 32, 10 in aciem (VAL. MAX. 5, 8, 5 CVRT. 5, 1, 18 QVINT. inst. 9, 2, 85 TAC. Agr. 32 hist. 2, 46). LVCAN. 2, 523 in medios belli ... furores. VAL. FL. 6, 739 ibat ... in medii praeceps (*cf. p. 628, 68*) incendia belli. SIL. 4, 228 in Martem (6, 445). QVINT. decl. 249 p. 24, 16 in militiam (COD. Iust. 12, 36, 1, 1). AMM. 31, 7, 3 in procinctum (*cf. l. 16*). CLAVD. 23, 12 in medias ... tubas. CORP. VI 32933 in expeditione (*cf. l. 15*). *al.* *ad, adversus, contra aliquem*: PLAVT. Capt. 534 (*trop.*) eunt ad te hostes (*cf. p. 642, 23*). CIC. Phil. 6, 9 ad hunc utrum leg⟨atos⟩ an legiones ire oportebat? CAES. Gall. 6, 8, 6 infestis signis ad se. LIV. 26, 17, 3 *al.* LVCAN. 8, 429 VAL. FL. 7, 134 SVET. Iul. 34, 2. TERT. nat. 1, 18, 9 ad bestias (*in venatione*). VVLG. II par. 35, 21. I Macc. 9, 8 (ἀναβῶμεν). CAES. civ. 3, 31, 4 contra hostem si ducerentur ituros, contra civem ... arma non laturos (*cf. p. 639, 11 et v. vol. IV 747, 57. 748, 8. 749, 60 sqq.* [*trop.*]). SALL. Iug. 101, 8 quos advorsum ierat (*v. vol. I 853, 43; cf.* NEP. Eum. 3, 4 *copias* adversus quos ducerentur, ... non ituras, sed ... dilapsuras). PROP. 2, 19, 22 comminus ire sues (*cf. p. 639, 12 et v. vol. III 1894, 66 sqq.*). HOR. carm. 3, 20, 6 per ... catervas (OV. fast. 2, 208 SEN. epist. 82, 22 LVCAN. 7, 277. VAL. FL. 1, 438 gladio. 6, 285 *al.*). VVLG. Iudith 14, 5 ite post illos securi (*i. persequimini illos*). *in hostes, enses sim.*: SALL. or. Macri 11 (*trop.*) quantis animis ierit in L. Quintium. VERG. Aen. 9, 422 ense recluso ibat in Euryalum. 6, 880. 11, 389 imus in adversos? quid cessas? (*cf. p. 630, 78*). 12, 378 OV. epist. 1, 13. 12, 15 anhelatos ... in ignes (*i. adversus tauros ignivomos*). met. 8, 403. fast. 5, 36 in Iovis ire domum. 5, 176 in apros ... et ... comminus ire leas. 5, 713 Pont. 4, 7, 30 LIV. 2, 46, 4. SEN. Med. 27. 593 in enses (LVCAN. 7, 670 *al.*). dial. 10, 17, 6 CVRT. 4, 15, 19. LVCAN. 7, 324 cognata in pectora ferro. 10, 393. 409 LAVS Pis. 177 PLIN. nat. 9, 152 VAL. FL. 3, 308. 6, 372 *al.* STAT. Theb. 3, 365 *al.* *nota*: silv. 2, 3, 9 it *Pan*, cunctas *nymphas* tamquam velit, et (*M*, it *Ald.*) tamen unam in Pholoen *insidiaturus*. MART. 12, 14, 2 in lepores ... violentus. TAC. ann. 1, 49. 2, 25 AMM. 16, 12, 37. 31, 10, 7. *in ora sim. i. q. invehi, involare*: OV. am. 1, 7, 64 in vultus unguibus. 2, 5, 46 in ... genas. epist. 11, 92 in ... meas unguibus ire comas. VAL. FL. 7, 294 in ora deae (*cf.* 8, 152 unguibus. PS. QVINT. decl. 10, 15 p. 202, 9). OPTAT. 2, 25 p. 63, 1 ire iam coeperat armata manus hostiles in iugulos. *de imperatore exercitum ducente*: CATO or. frg. 1, 19 inde pergo porro ire in Turtam (*cf. 1, 18* proficiscor). CIC. Phil. 13, 13 ut cum suis copiis iret ad Mutinam (*cf.* CAES. Gall. 1, 10, 3. 1, 40, 15 BELL. Afr. 33, 3 SALL. Iug. 90, 2 LIV. 21, 41, 2. 42, 40, 6 *al.*). Att. 8, 3, 7 ad Capuam. 8, 4, 3 Brundisium. 8, 8, 1. 13, 31, 3 in Parthos. epist. 16, 12, 4 ad urbem. *al.* POMP. Cic. Att. 8, 12c, 1 ad me. PLANC. Cic. epist. 10, 8, 2 hostibus obviam (*cf. p. 633, 55 et v.* obviam). 10, 8, 6 ire, quo res p. vocet. 10, 21, 2. BRVT. Cic. epist. 11, 13, 2 ille ... iit passim, ego ordinatim. LENT. Cic. epist. 12, 14, 6 in Syriam. CATVLL. 68, 86 si miles, (*i. bellum gesturus*) muros isset ad Iliacos *Protesilaos*. CAES. Gall. 1, 23, 1 Bibracte. *al.* BELL. Afr. 87, 8 ab Utica proficiscitur atque in regnum *Iubae* ire contendit. 89, 3 Hadrumeto egressus ... Uticam ire contendit. 92, 2. NEP. Dat. 9, 3 eo loco (*syn.* profectus est). Ages. 3, 5 Sardis (*syn.* iter facturus). VERG. Aen. 12, 555 ad urbem. HOR. carm. 1, 35, 29 iturum Caesarem in ultimos orbis Britannos. OV. ars 1, 203. LIV. 1, 20, 2 ad bella (9, 18, 14 *al.*). 24, 20, 9 quacumque ierat (*P*¹, erat *cett.*). *saepe*. VAL. MAX. 3, 7, 1 (*syn.* proficisci). SEN. epist. 94, 63 non ille ire vult, sed stare non potest. CVRT. 9, 3, 8 *al.* LVCAN. 6, 284 ire vel in clades properat. SIL. 8, 338. *al.* STAT. silv. 5, 2, 132. QVINT. inst. 3, 8, 19. TAC. ann. 3, 34 se ... in Illyricum profectum et ... alias ad gentes iturum. SPART. Sept. Sev. 16, 2 longius. LAMPR. Alex. 48, 3 (*syn.* proficisceretur). AMM. 16, 12, 27 ulterius. 26, 9, 2. 27, 8, 3. HYG. fab. 121 Agamemnon cum ad Troiam iret. VVLG. I Macc. 5, 66 movit castra, ut iret (διεπορεύετο) in terram alienigenarum. *al.*

β de specialibus rationibus se movendi (*cf. etiam p. 629, 38*):

Ⅰ *i. q. navigare* (*addito loco, qui petitur v. p. 638, 76*): NAEV.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carm. frg. Varro ling. 7, 23 per liquidum mare sudantes eunt (Prop. 2, 26b, 29 Ov. epist. 2, 36 Sen. Tro. 193 Sil. 15, 159 *al. cf.* Verg. georg. 1, 456 per altum [Aen. 3, 374. 4, 310 Val. Fl. 1, 270 *al.*]. Tib. 1, 3, 1 per undas [Paneg. in Mess. 193 Prop. 2, 30, 19 *al.*]. Lvcan. 5, 492 per aequor [Mart. 7, 44, 5]. *al.*). Plavt. Bacch. 458 in mare it. 577. 592. Mil. 119 prius perii quam ad erum veni, quo ire occeperam (*praecedit*: vectus fui). Persa 710 animus iam in navist mihi. :: cras ires potius. Varro Men. 473 quocumque (quo cum *l. v.*) ire vellemus, obvius flare. Catvll. 84, 11 Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset. Verg. Aen. 2, 111 terruit auster euntis (*cf.* 3, 130. 5, 777 Ov. epist. 20, 73 met. 9, 589 Val. Fl. 8, 209 *al.*). 3, 144 mari (*cf.* Ov. epist. 15, 118 Aegaeis ... aquis [fast. 1, 500]. Stat. Ach. 2, 26 oculis ... in carbasa fixis ibat [*i. navigare sibi videbatur*] et ipsa freto). 4, 554 certus eundi (Ov. met. 11, 440). 5, 769. 10, 207 it gravis Aulestes centenaque arbore fluctum verberat. Hor. epod. 9, 30 ventis iturus non suis (Prop. 1, 8, 4. *cf.* Ov. ars 3, 99 flaminibus. met. 14, 227 flatu). Ov. epist. 3, 61. 7, 7 certus es ire (*cf. l. 13*). 7, 40 adversis fluctibus (*cf.* 13, 126 invitis ... aquis). 7, 139 (*opp.* adire). 7, 173 (*opp.* manere). ars 2, 141 met. 11, 698 *al.* Liv. 37, 31, 7 ad traiciendas copias consulis ire (*Madvig*; iere *codd., del. Weißenb.*). 45, 22, 13 classi ... obviam ire. Sen. epist. 53, 2 (*opp.* redirem). Cvrt. 9, 9, 14. Mela 3, 70 circa *insulam*. Val. Fl. 8, 198 longius. *al.* Sil. 14, 487 senis ... pulsibus. Homer. 193. Stat. Theb. 4, 24 super aequor. 5, 480. Qvint. inst. 10, 7, 23 (*trop.*) simul euntes aptabimus vela et disponemus rudentes. Flor. epit. 3, 10, 17. Vlp. dig. 26, 10, 3, 9 trans mare. Paneg. 7 (6), 18, 3 stare se, non ire clamabant. Ivst. 2, 12, 7 ite cessim, inhibete remis. Vvlg. Ion. 1, 3. Matth. 8, 18 iussit ire (*ἀπελθεῖν*) trans fretum. Ioh. 6, 21 (*ὑπῆγον*). *al.* *add.* (cum) navibus *sim.*: Lent. Cic. epist. 12, 14, 1 cum paucioribus ... navibus ad illas *naves* (Bell. Afr. 8, 3. 11, 4 cum classe. Liv. 41, 17, 7). Verg. Aen. 2, 254 phalanx instructis navibus ibat (Serv. veniebat) a Tenedo (10, 213 subsidio Troiae. Homer. 209). Hor. epod. 1, 1 Liburnis. Tib. 1, 4, 45 puppi ... per undas. Lygd. 3, 10 rate (Ov. Pont. 3, 1, 28 Lvcan. 9, 34). Liv. 22, 19, 4 classe (*v. vol. III 1290, 81 sqq.*). Lvcan. 3, 228 carinā (Homer. 178. 207). Flor. epit. 4, 2, 37 speculatorio navigio. Ⅱ *i. q. equitare*: Enn. ann. 439 it eques et plausu cava concutit ungula terram (Verg. Aen. 8, 555. 9, 367. Liv. 2, 65, 3. 22, 2, 3 Cvrt. 4, 9, 12. 5, 4, 20 eques pediti iret [*Jeep*, erat *codd.*] mixtus. Sil. 6, 211 campis. Tac. hist. 2, 14 ann. 13, 40 Amm. 30, 1, 14 Vvlg. act. 23, 32 [*ἀπέρχεσθαι*]). Caes. Gall. 7, 67, 2 equitatum ... contra hostem ire iubet. Bell. Afr. 83, 1 Caesar ... equo admisso in (contra *Wfl.*) hostem contra (inter *Wfl., Klotz*) principes ire contendit. Sall. Iug. 97, 5 pars equos escendere, obviam ire hostibus. Verg. Aen. 5, 554 frenatis lucent in equis, quos omnis euntis ... fremit ... iuventus. 9, 25 campis exercitus ibat ... dives equum. Ov. ars 1, 41 loris ... solutis. Cvrt. 3, 10, 3. 4, 16, 22. 5, 13, 12 calcaribus subditis effuso cursu eunt. *de Europa tauro vecta*: Hor. carm. 3, 27, 43 fluctus ire per longos. *de Iesu asinā vecto*: Vvlg. Luc. 19, 36 eunte (*πορευομένου*) illo. (in) equo *sim.*: Verg. Aen. 9, 267 quo Turnus equo ... ibat (Ov. epist. 1, 46. fast. 2, 314 [*de Hespero*]. Val. Fl. 6, 328 Stat. Theb. 10, 6 silv. 5, 2, 118. Anth. 392, 4 equo ... curru ... pede. Clavd. 21, 348). Ov. trist. 5, 7, 14 per medias in equis itque reditque (*cf. p. 630, 44*) vias. Ivst. 41, 3, 4 super illos (*sc. equos*) ire, consistere, mercari. Hor. sat. 1, 6, 105 mulo. Clavd. 10, 159 variis vectae Nereides ibant ... feris. Svlp. Sev. dial. 1, 21, 4 pedibus aut asello. Ⅲ *i. q. vehi*: Cato or. frg. 40, 6 quem ... credo in pompa vectitatum ire (iri *Scaliger fort. recte*) ... atque cum spectatoribus sermocinaturum (*cf.* Verg. catal. 14, 4 [*trop.*] Aeneas Romana per oppida ... carmine vectus eat [*cf. etiam p. 649, 47*]. Aen. 6, 589 quattuor hic invectus equis ... per ... urbem ibat. Cvlex 341 iret inevectus caelum super). Verg. Aen. 12, 164 bigis it Turnus in albis (*cf. infra l. 74 et* Mart. 3, 47, 5 in raeda). Hor. sat. 1, 1, 115 auriga ... temnens extremos inter euntem (*in certamine; cf.* Sil. 16, 378. 381 Stat. Theb. 6, 346. 432. 445. 485 isset ante Chromis). Ov. am. 2, 1, 24 Solis euntis equos (*cf.* met. 4, 264. Manil. 1, 186 cum ... Phoebus eat caeli de partibus isdem. 1, 198. 3, 180. Pavl. Fest. p. 103 Hyperionem ... *Solem* quod eat super terras ... appellatum. Lvcan. 3, 41. *sim. de Luna*: Lvcan. 1, 78 fratri contraria). met. 2, 75. 137 medio tutissimus ibis. 2, 233. 7, 350 pennatis serpentibus ... in auras. fast. 6, 603 carpento patrios initura penates ibat per ... vias. Manil. 5, 82 dextros ire per orbes. 5, 351 curru (Sen. Herc. f. 196. Stat. Theb. 5, 701 curru ... sublimis ... it medius turmis). Ivst. 11, 7, 11 plaustro. Vvlg. II Macc. 9, 7 impetu euntem (*φερομένου ῥοίζῳ*). *de triumphatore*: Ov. am. 1, 2, 42 ibis in auratis aureus ipse rotis. ars 1, 214 quattuor in equis. trist. 4, 2, 49 (*syn.* veheris). Pont. 2, 1, 35. 2, 2, 83. 3, 4, 100 iunctis equis (*cf.* Epiced. Drusi 332 Clavd. 28, 369). Liv. 28, 9, 15 sublimis curru multiiugis ... equis. Mart. 6, 10, 8 Capitolinas itque reditque vias. Svet. Claud. 24, 3 in Capitolium (Porph. Hor. carm. 4, 2, 35). Ⅳ *i. q. volare, per auras vehi* (*saepius metaphorice*): Verg. Aen. 5, 607 adspirat eunti *Iridi*. Ov. ars 2, 37 caelo temptabimus ire. 2, 57 praevius ibo. 2, 60 per auras (met. 4, 700. 15, 147. Manil. 1, 14 iuvat ire per ... aera ... spatiantem ... caelo). met. 8, 186. 204. Pont. 1, 5, 81 altius. Lvcan. 9, 690 ales it ... super Libyen. Val. Fl. 6, 527 qualis roseis it Lucifer alis. Stat. silv. 1, 2, 212 ire polo ... visus.

Ivv. 3, 78 in caelum (Mart. Cap. 1, 26). Alc. Avit. carm. 4, 216. Ven. Fort. carm. app. 1 (p. 375), 180 angelicos cursus ire redire. *de hominibus (praecipue Caesaris familia ortis) ad deos evectis*: Ov. trist. 5, 2, 52 ad pacta tibi sidera tardus eas. Sen. apocol. 1 in caelum (Plin. nat. 35, 139 Svet. Aug. 100, 4). Paneg. 7 (6), 7, 2 iturus ad deos. *de ascensione Christi et beatorum*: Comm. apol. 864 per auras. *al.* Vvlg. act. 1, 10 in caelum euntem (*πορευομένου*). 1, 11. Pavl. Nol. carm. 31, 400 ad caelos ... ire patri. Ven. Fort. carm. 5, 5, 28 sidereum pendulus iit iter. Ⓥ *i. q. natare* (*cf. p. 643, 31*): Ov. epist. 17, 59. 92. 194 per ... aquas (*cf.* 18, 161). 18, 32 Hellespontiacā ... aquā. rem. 122 pugnat in adversas ire natator aquas. Val. Fl. 8, 360 ibat ... arma ferens ... naufragus. Stat. Theb. 9, 326 levat unda gradus, seu defluus ille sive obliquus eat. Plin. epist. 9, 33, 7. Ⅵ *i. q. cadere, praecipitari*: Catvll. 17, 9 quendam ... de tuo volo ponte ire praecipitem in lutum per caputque pedesque ([Ciris 302 *v. p. 627, 81*]. Svet. Cal. 35, 3 per gradus. Amm. 29, 1, 21 vel in mare nos ire praecipites suadet Theognis [*v. 176 φεύγοντα ... ῥιπτεῖν*]. *cf.* Lvcan. 8, 557 ibat in hostilem praeceps Cornelia puppem *[i. in eo erat, ut insiliret]. cf. etiam p. 643, 1. 644, 27. 646, 3. aliter p. 628, 68. trop.*: Sall. Iug. 31, 6. Pers. 3, 42 imus, imus praecipites. Char. gramm. p. 412, 7 B. [*syn.* ruat vel cadat. se praecipitet]. Tert. adv. Marc. 4, 38 p. 549, 13 praeceps ituros homines [Cypr. epist. 8, 2 p. 486, 23]. Avg. c. Arrian. 2, 3. [*cf. etiam p. 646, 7*]). Sen. dial. 12, 13, 2 (*trop.*) cadentem sustinuit et in praeceps euntem leniter ... deposuit. nat. 6, 1, 8 in abruptum cum sedibus suis eunt. Ⅶ *varia*: Petron. 89, 27 ibat iuventus capta (*sc. in equo ligneo*), dum Troiam capit. 112, 8 qua ratione mortuus isset in crucem (137, 2). Mart. 1, 3, 8 ibis ab excusso missus in astra sago. Ven. Fort. carm. app. 1 (p. 372), 58 *puer in utero* dum pede non potuit, motibus iit iter. *sensu ambiguo*: Sen. Ag. 32 (*de Thyeste*) ut per omnes liberos irem parens (*sc. filios devorando [cf. p. 643, 36], filiam dirumpendo in stupro* [*cf. p. 629, 81 et* Mart. 11, 61, 6. *v. etiam p. 643, 59*]).

γ de moribundis i. q. vita decedere, perire (*cf. p. 643, 40. 82*): Lvcr. 2, 962 potius leti ... *ab* limine ... reverti quam quo decursum prope iam siet ire et abire. 3, 526 hominem paulatim cernimus ire. 6, 1242 contagibus ibant. Verg. Aen. 4, 660 sic iuvat ire sub umbras (Stat. Theb. 2, 608. 667). Prop. 4, 7, 23 mihi non oculos quisquam inclamavit euntis (*v. Löfstedt, Syntactica I, 1928, 183*). Ov. fast. 5, 470 sub terras. Sen. Herc. f. 1131 ite ad Stygios ... portus, ite. 1135. Herc. O. 344 ire, ire ad umbras ... libet (*cf.* 1706 Lvcan. 5, 667. 7, 613 Mart. 1, 36, 5 *al.*). epist. 65, 20 quo hinc iturus sum? 77, 12. 98, 10. Sil. 5, 596 ad manes. 10, 572. Stat. Theb. 1, 636 iubet ire cruento inferias monstro iuvenes (*possis referre ad II C 1a; item* 7, 698 *Amphiaraus* sanctum et venerabile Diti funus eat). 8, 327 veniemus ..., quo limite cuncti, qua licet ire via. silv. 2, 1, 218 ibimus omnes, ibimus. Mart. 1, 101, 10 ad infernas ... aquas (*cf.* 7, 96, 7. 9, 51, 4). 4, 73, 2 per Stygias ... iturus aquas. Apvl. met. 6, 17 ad imum Tartarum. Carm. epigr. 1994, 12 (*s. II/III*). Itala Iob 1, 21 (Cypr. mort. 9 p. 300, 13) nudus ... ibo (*ἀπελεύσομαι*. Vvlg. revertar) sub terram (*cf. etiam p. 651, 16*). Vvlg. gen. 15, 15 ad patres tuos. num. 27, 13 ad populum tuum. Sirach 14, 20 ibit (*ἀπελεύσεται*) cum illo. Pavl. Nol. carm. 31, 4. Avg. civ. 12, 14 p. 532, 6 D. de generationibus aliis euntibus, aliis venientibus. Corp. VIII 1966 ibam e vivi⟨s⟩. Carm. epigr. 1530b, 1 in optatas sedes. *al.* *christiana*: Cypr. zel. 11 p. 426, 18 in gehennam. Comm. instr. 1, 29, 15 in tartaros. Vvlg. Matth. 25, 46 ibunt (*ἀπελεύσονται*) hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Inscr. christ. Diehl 90 ad deum. 1603 iit in pace. 2875 in pacem. 3419A, 7 in caelis. 3420, 10 superas ... domos. *et passim; v. ind. Diehlii p. 522.*

structurae ad I A 1: ① *additur, qua ratione*: ⓐ *adverbiis et locutionibus adverbialibus*: Naev. trag. 22 actutum (Plavt. Capt. 950 Merc. 741 Rud. 1223 Trin. 983 Acc. trag. 508). Plavt. Asin. 745 cito (Cas. 744 propere cito. Mil. 1353 Sen. contr. 7, 7, 8 *al.*). Merc. 671 incedit tandem. quin is ocius? (Ter. Phorm. 562 Verg. Aen. 8, 555. Hor. sat. 1, 9, 9 [*opp.* consistere]. *al.*). Mil. 1373 strenue (Poen. 405 Pseud. 1175). Ter. Phorm. 867 placide. Acc. trag. 541 cautim. Com. pall. inc. 104 otiose (Fest. p. 313). Rhet. Her. 4, 55, 68 celerius (*cf.* Cic. Phil. 2, 78 *al.*). Cic. Att. 3, 7, 3 tarde (Sall. Iug. 79, 5 Hor. sat. 2, 3, 101 *al.*). Ov. am. 1, 6, 7 leniter. Liv. 2, 36, 4 propere (Tac. hist. 2, 48 *al. cf. etiam p. 627, 84*). 28, 8, 1 raptim. Sen. epist. 34, 2 (*trop.*) lente. 71, 28 (*trop.*) ad summa procedens cultor ... virtutis ... ibi⟨t⟩ interim cessim. Sil. 10, 11 velocius (Mart. 1, 46, 3 *al.*). Stat. Theb. 11, 759 passim (*cf. p. 634, 66*). *et al.* Plavt. Merc. 691 quantum potest (Men. 435 Stich. 250; *cf. et p. 641, 79*). Stat. Theb. 7, 480 plus quam possit euntem. Liv. 37, 7, 14 eadem, qua ierat, celeritate. Stat. silv. 1, 4, 45 nec qua *ratione* iubet alta potestas ire. Plavt. Stich. 292 pedibus ire non queo (*opp.* vehar). Ov. Pont. 3, 1, 28 nec pede quo quisquam nec rate tutus eat. Liv. 5, 40, 10 religiosum ratus sacerdotes ... pedibus ire ..., se ... in vehiculo conspici. 28, 17, 11. Petron. 44, 18 nudis pedibus (Plin. nat. 28, 78 Cypr. epist. 75, 10 p. 817, 15. *cf.* Stat. Theb. 9, 572 plantis ... ex more solutis). Svet. Aug. 16, 3 *al.* (*v. etiam p. 633, 34. 635, 51. 55 al.*). *nota*: Itala gen. 33, 14 pede in pede cum pueris eo (Vvlg. sequar ... vestigia). Plavt. Cist. 378 nimium is vegrandi gradu

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Poen. 523 modico ... gradu ire [*opp.* festinantem currere]. Trin. 624 Phorm. 867. SEN. epist. 20, 2 [*trop.*] nec ... sapientem uno semper iturum g., sed una via. STAT. Theb. 3, 634 silv. 1, 2, 35 PLIN. epist. 7, 27, 10 *al.*). STAT. Theb. 10, 382 magnis passibus (silv. 5, 2, 62 deside passu). MART. 4, 8, 12 gressu ... licenti (PRVD. perist. 14, 75 CARM. epigr. 443, 1). LIV. 2, 38, 1 continuato agmine (3, 50, 13 *al.* SEN. epist. 59, 7 CVRT. 6, 4, 14 STAT. Theb. 7, 229 *al.*). SIL. 7, 734 iuventus ... ordine longo ibat (*cf.* STAT. Theb. 7, 395). PLAVT. Capt. 475 aperto capite. RHET. Her. 4, 55, 68 contorta toga (MART. 9, 49, 4 in hac). *et sim. al.* (b) *adi., subst., part.* (*saepius [ex gr. l. 26. 35. 41. 51. 59] notione propria magis evanescente non tam motus quam status, condicio respicitur, quibus quis incedat aut abeat [cf. etiam p. 650, 36]*): NAEV. com. 120 risi egomet mecum cassabundum ire ebrium. PLAVT. Asin. 660 inanis. Aul. 714 caecus. Cist. 114 immunda. Poen. 611 nos priores ibimus (COM. pall. inc. 70 VERG. Aen. 10, 457. LIV. 22, 2, 3 primos [34, 28, 7. *cf.* 1, 26, 2 princeps. *al.*]. SEN. Phoen. 73 *al.*). Rud. 1170 quin tu i dierecta (*v. vol. V 1, 1021, 46 sqq.*). 1252 divorsi (*v. vol. V 1, 1576, 3 sq.*). TER. Eun. 919 otiosus. TVRPIL. com. 199 ebrium. VARRO ling. 7, 81 transversus. CIC. div. 1, 60 integri (*i. non onusti nimio cibo*). VERG. Aen. 4, 149 qualis ... Apollo ... graditur ..., haud illo segnior ibat (12, 566 HOR. sat. 2, 3, 101 SIL. 6, 471 *al.*). 5, 268 opibus ... superbi (*cf.* PROP. 2, 1, 8 [*syn.* incedere]. SIL. 8, 338). 8, 162 altior (*cf.* OV. fast. 6, 604). 10, 769 obvius (*q. v.*). TIB. 1, 2, 27 tutus (OV. met. 2, 696 Pont. 3, 1, 28 MART. 10, 20, [19], 18). PROP. 1, 5, 2 (*trop.*) cursu ... pares (SIL. 12, 579). 2, 14, 11 supplex (OV. ars 1, 713 *al.*). 3, 12, 19 securus (SEN. Med. 968). OV. ars 1, 494 lentus. met. 2, 724 praestantior omnibus. 3, 562 citi (SIL. 1, 568. 7, 101). 8, 204 celsior (MANIL. 3, 180. 5, 351 SIL. 15, 739). fast. 2, 287 nudos (MART. 9, 56, 6). 4, 519 sospes. 5, 68 interior. LIV. 3, 3, 10 populabundus (25, 14, 11. *cf. infra l. 62*). 22, 2, 3 novissimos. 38, 55, 2 pilleatum, sicut in triumpho ierat, in funere (*cf. p. 628, 35*) quoque ante lectum isse. *al.* SEN. Herc. O. 410 praeclarum. 610 regi proximus (CVRT. 3, 3, 13 *al.*). CVRT. 4, 14, 25 alacres (SIL. 6, 246 *al.*). LVCAN. 7, 559 vagus. VAL. FL. 3, 431 insignis (STAT. Theb. 2, 230 *al.*). SIL. 4, 267 quantus eat. 10, 11 citatior. 17, 573 velox. *al.* HOMER. 1023 inermis (*cf. p. 639, 39 et 640, 25*). MART. epigr. 30 (28), 8 pedestris. *et al.* CATVLL. 68, 68 miles (*cf.* LVCAN. 9, 402 dux an miles). VERG. Aen. 2, 547 nuntius (STAT. Theb. 8, 49 itque reditque). 2, 704 comes (*v. vol. III 1769, 54 sq. 1770, 24. 1772, 45*). 6, 880 pedes (7, 624. 10, 542 STAT. silv. 4, 4, 67. TAC. hist. 2, 11 pedes ire [*Madv.*, pedestre *M*]). PROP. 4, 2, 38 institor. OV. epist. 1, 46 victor (rem. 28 EPICED. Drusi 174 LIV. 26, 8, 4 *al.*). VAL. FL. 3, 308 ultor (TAC. hist. 1, 65). 6, 694 armiger (STAT. Ach. 1, 55). SIL. 7, 346 (*trop.*) coeptis ire ministrum ... hortantur. *al.* (*v. etiam p. 636, 43 sq.*). *nota*: OV. epist. 3, 20 quamlibet ad Priami munus (*cf. p. 646, 27*) itura nurum (SEN. Phoen. 576). *cf.* AMM. 31, 12, 15 pignoris loco. PLAVT. Aul. 721 pessime ornatus eo. Pseud. 1138 praedatus (Rud. 1316). VARRO Men. 439 calceati. [CIC. Catil. 1, 23 *v. p. 628, 23*]. SALL. Iug. 31, 6 armati. 102, 3 acciti. 106, 1 coniuncti. VERG. Aen. 7, 154 ramis velatos. 7, 698 aequati numero. 8, 282 pellibus ... cincti. HOR. sat. 2, 7, 31 velut ... vinctus. PROP. 2, 4, 12 saepe repulsus eas (*cf.* OV. am. 2, 9, 46). OV. fast. 2, 309 odoratis umeros perfusa capillis. LIV. 40, 10, 4 si iero ad fratrem invitatus. 40, 15, 6 missus. *al.* SEN. Herc. O. 607 stipatus. SIL. 6, 402 turba ... saeptus. 7, 462 compta. STAT. Theb. 2, 230 fusae super ora pudorem. 11, 317 ibat scissa comam. MART. 12, 87, 6 excalciatus. *al.* PLAVT. Pseud. 846 incenatus. Rud. 144 impransum. VERG. Aen. 4, 467 incomitata (OV. trist. 2, 480 nec tuto fugiens incomitatus eat *miles* [*in ludo latrunculorum; cf. p. 646, 59*]. APVL. met. 2, 18). IVV. 3, 274 intestatus. TERT. spect. 23 p. 24, 4 impunitus. patient. 8 p. 14, 11 inlaesus ibis (abis *Gelen.*). *al.* PLAVT. Mil. 268 ibo odorans quasi canis venaticus. VERG. ecl. 9, 64 cantantes. Aen. 1, 518 OV. rem. 593 *al.* LIV. 34, 48, 1 populantem isse (*cf. supra l. 30*). *al.* CVRT. 3, 13, 12. 9, 2, 34 ovantes (*cf.* SIL. 3, 409 *al.*). LVCAN. 8, 356. SIL. 7, 462. 16, 247 ire ... properantem. STAT. Theb. 9, 43 *al.* *notabiliora*: ITALA Luc. 15, 18 (Hier. epist. 21, 15) surgens ibo (*ἀναστὰς πορεύσομαι*. VVLG. surgam et i.) ad patrem (*cf. et p. 632, 30*). VVLG. I reg. 17, 41 ibat (*fere i. q. pergebat; cf. p. 628, 83 et 631, 15*) ... incedens et appropinquans. *cf.* II reg. 13, 19 ingrediens. Ier. 41, 6. psalm. 125, 6 euntes ibant (*πορευόμενοι ἐπορεύοντο*) et flebant. HOR. epist. 2, 2, 37 i bone, ... i pede fausto grandia laturus meritorum praemia. OV. epist. 16, 158 rediturus. LIV. 1, 51, 7 SEN. Herc. O. 1766 PLIN. nat. 29, 19 *al.* (*aliter v. p. 641, 29*).

CONSENT. gramm. V 350, 13 sunt . . . plerique, qui *vocabula* ex graeco et latino putant posse conponi, ut **epiclīnium** (-clinum *M*), epiraedium (*i. q.* '*lectus*', '*accubitus*'? *[v.* clinium *vol. III 1349, 68 et cf. ἐπίκλιντρον]. ad sentent. cf. Quint. inst. 1, 5, 68, ubi* bi- [*v. et s.* epi, *p. 660, 34*]. epi- *Consentii errore aliquo natum videtur* [*cf. seq.* epi- raedium]).

APVL. mund. 18 *terrarum motus* obliquis lateribus proxima ⌊quaeque⌋ (⌊ ⌋ *v. adn. crit.*) iactantes et acutis angulis mobiles **epiclintae** (*Colvius*, (a)epidete, epedite *codd.*) graece appellantur (*gr. p. 396ᵃ, 1 τῶν δὲ σεισμῶν οἱ μὲν εἰς πλάγια σείοντες κατ' ὀξείας γωνίας ἐπικλίνται καλοῦνται*).

epiclōsis *v.* epiglossis.

✕**epicoenon**, -ī *et* **epicoenum**, -ī *n.*, *ἐπίκοινον* (*sc. γένος*). *de scriptura*: -cen-: DON. *infra l. 32.* CONSENT. *infra l. 36.* PRISC. *infra l. 37. 56.* -quin-: DIOM. *infra l. 33.* -koen-: PRISC. *infra l. 56. 63. cf.* GRAMM. suppl. 235, 12 epikoenon per k et oe dipthongon debemus scribere (*v. l. 39. 43 et cf. p. 660, 38*). *de formis nom. (acc.) sing.*: -on *inde a* QVINT. *infra l. 61 plerumque.* -um: PROB. *infra l. 64.* PRISC. *infra l. 56.* ISID. diff. *infra l. 58.* GLOSS. *l. 27.* *inde a* QVINT. (*v. l. 60*), GRAMM.

t. t. gramm.: *i. q. genus quasi commune ea nomina amplectens, quae quamvis uno solo genere (aut m. aut f.) prolata tamen utrumque sexum naturalem significant (ad rem cf. J. Wackernagel, Synt. II 26 sqq.; J. B. Hofmann, Synt. 365 sq.)*:
1 *loci notabiliores* (*de doctrina gramm. Rom. v. Jeep, Redeteile, p. 128*): **a** *definitur*: *α explicatur voce lat. q. e.* '*promiscuum*': *cf.* GLOSS. II 308, 55 *ἐπίκοινον* promiscuum -um. GLOSS.ᴸ Corp. E 263 -i promiscui sexus masculini et feminini. PROB. inst. gramm. IV 120, 4 sunt nomina quae Graeci -a appellant, id est promiscua, siquidem ex suo genere et aliam speciem designant, ut puta '*canis*', '*simia*', '*sus*', '*passer*' *eqs.* DON. gramm. IV 355, 18 est -on, id est promiscuum, ut '*passer*', '*aquila*'. 375, 22 (-cen- *LS*). DIOM. gramm. I 301, 13 quintum genus quod Graece -on (-quin- *M*, epinon *A*), dicitur, Latini promiscuum vel subcommune (*v. infra l. 43*) vocant *eqs.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 538, 20 de -is id est promiscuis. CONSENT. gramm. V 344, 24 (-cen- *BM*). PRISC. gramm. II 141, 14 -a (*R*, -ke- *GK*) id est promiscua vel masculina sunt vel feminina, quae una voce et uno articulo utriusque naturae animalia solent significare. GRAMM. suppl. 162, 13. 235, 12 epikoenon i. promiscuum *eqs.* (*v. supra l. 16*). *β per se definitur*: AVG. gramm. V 505, 43 de genere -o (*om. F*). est . . . genus -on, quo sub uno articulo intellegitur uterque sexus, ut puta '*hic passer*' (*v. supra l. 38*). GRAMM. suppl. 235, 14 -koenon . . . dicitur '*supercommune*' (*cf. supra l. 34 et v. s.* epi, *p. 660, 39*). **b** *distinguitur a t. t. q. e.* '*commune*': SERV. gramm. IV 408, 8 *sqq.* commune *genius*, quod et masculinum et femininum . . . *continet.* -on . . . quod confusum continet sexum. nam inter commune et -on hoc interest, quod commune est ubi visu secernimus sexum ut '*canis*', -on est e contrario ubi visu non secernimus sexum ut '*piscis*' (*ibid. l. 11 sqq.*: inter -on et c. hoc interest, quod in communi articulo secernimus sexum ut '*hic canis*' vel '*haec canis*': in -o vero unus articulus sumitur et utrumque sexum intellegimus ut '*haec aquila*'. *sim.* CLEDON. gramm. V 11, 7 *sqq.* [*exempl. gen. comm.*: '*hic*' *et* '*haec sacerdos*'; *gen.* -is '*hic passer*', '*haec aquila*']. *al.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 493, 37 *sqq.* POMP. gramm. V 161, 4 *ad l. 30 fusius*). PRISC. gramm. II 555, 25 commune duum generum et -um (-cen- *GLK*, epykoen- *B*) in participio inveniri natura ipsa prohibet. GRAMM. suppl. 235, 15 *sqq.* ISID. diff. 1, 126 inter c. et -um. c. generis (*al.* gentis) est, -um vero animalium. orig. 1, 7, 29 *fusius*.

2 *loci generales*: QVINT. inst. 1, 6, 12 '*lepus*' et '*lupus*' similia positione . . . non esse paria, quia '*lepus*' -on sit, '*lupus*' masculinum (PRISC. gramm. II 104, 19 '*l.*' . . . -um [-ce- *RGL*, -coenon *D*, -koenum *B*; *cm. H*] disyllabum . . . tertiae . . . declinationis). PROB. inst. gramm. IV 82, 35 '*hic*' et '*haec passer*', quod -um enarratur. *al.* AVG. gramm. V 496, 21 *nomina terminant a vocali* ab -o '*vipera*', '*aquila*', '*musca*', '*locusta*', '*ulula*'. 497, 17. *al.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 494, 21 plerumque auctores variant ipsa -a. 501, 26. *al.* PRISC. gramm. III 445, 31 '*mus, muris*' -on est. 487, 3 *verba naturaliter ad certum sexum pertinentia* in alterum sexum transferre vel figurate vel per irrisionem vel per -a (*v. app. crit.*) ut si dicam '*bona anima est quae istam virginem devirginavit*' *eqs.* GLOSS.ᴸ V Abba HI 32 hiaena -on est, genus beluae.

epicōpus, (-a, -um), *ἐπίκωπος*. *i. q. remis instructus*: CIC Att. 14, 16, 1 v Nonas conscendens ab hortis Clavianis in phaselum -um has dedi litteras (*cf.* 5, 11, 4; *ubi gr.*).

[SCHOL. Ivv. 6, 573 (*ad* '*ephemeridas*' *sc.* '*ceu . . . sucina tritas*') quae ex assidua tractatione colorem suum mutavit et **epicrocea** (*Cramer*, eplocea *PS [alii aliter]; i. fere* '*lutea*', *v. l. 81*) facta est. *cf. l. 80. 82 et v.* croceus.]

epicroculum (ecrocollum *R*) pallium tenue meretricium, dictum a croceo colore GLOSS.ᴸ IV Ps. Plac. E 12. *v.* epicrocum *et l. 77.*

epicrocum, -ī *n.*, *ἐπίκροκον*. epy-: *p. 664, 6. 11.* -groc-: *p. 664, 17.* *i. q. species vestimenti pellucidi (et crocei [v. p. 664, 5 et cf. l. 77. 81]; vix tamen ad voc. gr. κρόκος referendum fuerit, cum notio '**pellucidi**' primitus unica fuisse videatur [sic et ap.* PLAVT. *l. 15]. itaque potius de κρόκη derives intellegasque vestem quandam subtilissimae telae* [*sc. muliebrem, virorum, effeminatorum ut vid., l. 14; cf. et l. 10*]): *proprie: cf.* PAVL. FEST. p. 82 -um genus amiculi croco tinctum, tenue ac perlucidum (GLOSS.ᴸ IV Ps. Plac. E 3 -a [epripica, epypicra *trad.*] perlucida). GLOSS.ᴸ II Philox. EP 4 -um *ἐσθῆτος εἶδος* [⌊*ἢ σχοινίον ἀραιόν κατώτερον*⌋] (⌊ ⌋ *vid. ad lemma abolitum q. e.* epidromos [*v. p. 665, 58*] *pertinere*). EP 6 -um *δηλανγές* (*i.* τηλ-). NAEV. trag. 54 diabathra in pedibus (pecudibus *trad. Varro ling. 7, 53*) habebat, erat amictus -o (*[*epy- *cod.]. ad Bacchum in Lycurgo relegavit Ribb., an ex comoedia?* [*addit* VARRO *l. c.* utrumque vocabulum graecum, *sc.* 'diabathra' *et* '-um']). VARRO frg. Non. p. 318, 27 (= frg. 37 p. 202, 1 F.) utrumque mulieres et -um viri quoque habitarunt (*i.* '*adhibuerunt*'). *inde iocose in comparat. de iure nimis liquido*: PLAVT. Persa 96 nisi cremore crassost ius (sotius *trad.*) collyricum, nihilist (nihil est *trad.*), macrum (magr- *codd.*) illud -um (-groc- *codd.*) pellucidum. *cf.* epicroculum *et v. p. 663, 77.*

[GROM. p. 360, 11 si *terminus* aliquid fictum habuerit super se, aerum aut plumbum aut stagnum **epicteticum** (*i.* '*stannum epitecton*'*?, an i. q.* epitecticum, *q. v.?*), hoc est massatium fabritum *eqs.* (*v. Du Cange s. v. massatium*).]

epicūrizo *v. Onom.* Epicurus.

✕**epicus**, -a, -um, *ἐπικός*. *de originatione: v. infra l. 45. forma gr.* -on: MAR. VICTORIN. *infra l. 50 sqq.* (*iuxta* dimoeron; *sic et* gramm. VI 175, 30); *infra l. 57* (*post* tetrametron, *ante* acatalecton). *inde a* CIC., QVINT. (*binis locis*). [*ex correct.*: PORPH. *l. 41.*]

i. q. herous: **1** *de ipso poeta* (*pro subst. infra l. 34 sq.*): CIC. opt. gen. 2 licet dicere et Ennium summum -um poetam . . . et Pacuvium tragicum et Caecilium fortasse comicum (*cf.* HIER. in Am. 1, 1 p. 993ᴰ poetae si -i sunt, Homerum atque Vergilium . . . concelebrant; *opp.* lyrici). QVINT. inst. 10, 1, 51 *Homerus* omnes sine dubio et in omni genere eloquentiae procul a se reliquit, -os tamen praecipue *eqs.* (MAR. VICTORIN. gramm. VI 56, 5 apud -os). **2** *de carmine, metro (rebus ad metrum pertinentibus), genere* -o (*singulariter de ratione tamquam heroa, qua quid enarratum est; sc. non de ipsa forma -a: infra l. 62*): CIC. opt. gen. 1 poematis . . . tragici comici -i melici. QVINT. inst. 10, 1, 62 Stesichorum . . . -i carminis onera lyra sustinentem (PORPH. Hor. carm. 1, 6, 1 p. 11, 18 fuit . . . L. Varius et -i [*W. Meyer*, ipse *trad.*] carminis et tragoediarum et elegiorum auctor [*sim.* sat. 1, 10, 40 p. 283, 23]. SCHOL. Cic. Bob. p. 175, 32 St. Q. Tullius . . . -i . . . carminis scriptor). FORTVN. gramm. VI 284, 5 idem *versus* et -us dicitur, quod sermonum capax et quod per eius pedes simplicius . . . verba eant . . . , *ἀπὸ τοῦ ἕπεσθαι* (MAR. VICTORIN. gramm. VI 161, 31 pars tertia -i versus. DIOM. gramm. I 494, 30 *versus herous* et hexameter vel Pythius vel -us . . . vocatur. *cf. et infra l. 59*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 50, 10 species . . . metrorum sunt quattuor: -a, melica, comica, tragica (*item de metro*: 161, 28 'terruit urbem' [*Hor. carm. 1, 2, 4*] metrum vocatur dimoeron -on, ideo quod duos pedes heroos accipiat, dactylum et spondeum [163, 1; *v. app. crit.* 167, 17. 171, 34. *al.*]. 166, 27 mixtus *versus* ex duobus metris, -o et trochaico. 180, 16 metra trimetra [*v. infra l. 55*] -a hypercatalecta. PORPH. Hor. ars 73 p. 166, 11 de omnibus metris, de -o, elegi⟨ac⟩o, [ac] iambico). MAR. VICTORIN. gramm. VI 167, 7 trimetris . . . -is hypercatalectis (172, 24. *al. cf. supra l. 53*). 170, 21 tetrametrum (*ibid. l.* 25. 172, 16 -um t. acatalectum heroum [177, 11; *v. supra l. 26*]. 178, 15. *al.*). 170, 32 *metrum* . . . compositum ex dimetro iambico acatalecto et penthemimere -o (182, 30 penthemimeri. *al.*). 172, 14 -um hexametrum (*v. supra l. 44*), quod heroum ⟨dicitur⟩ (*om. AB*). *al.* MART. CAP. 1, 3 poetae . . . -a vulgo lyricaque pagina *consonabant.* *nota* (*v. supra l. 37*): HIER. in Hab. 2 praef. p. 1307ᴬ alterum . . . in Abacuc librum scribimus, proprium cantico eius opusculum dedicantes sermonemque -um et psalterii id est lyrico more compositum, totis viribus aggredientes.

✕**epicyclus**, -a, -um, *ἐπίκυκλος*. epicicl-, epy- *hi illi codd. nonnullis locis* CHALC. *exhibent.* *t. t. astron.*: *i. q. circulus, qui centrum in puncto circumferentiae habet alterius circuli: cf. def.*: CHALC. comm. 31 p. 151, 15 -us dicitur globus, qui per aliquem circulum fertur. **1** *adi.*: CHALC. comm. 79 p. 149, 1 alii sphaeris eccentris . . . vehi planetas adserunt, alii -is potius, hoc est a terra separativis (87 p. 158, 6 seu per eccentros ferantur seu per -os circulos *[v. l. 75] stellae errantes.* 97 p. 168, 2 motus eccentri sui vel etiam -i . . . progressionem). 81 p. 151, 15 per -os globos. MART. CAP. 8, 879 huius (*sc. Stilbontis*) Venerisque circulos (*v. l. 73*) -os esse superius memoravi (*sc. 8, 857 Veneris Martisque* circuli terras . . . non ambiunt, sed circa Solem laxiore ambitu circulantur). **2** *pro subst.*: CHALC. comm. 81 p. 151, 21 ε ζ η κ -us. *eqs. ibid. l.* 24 sol in eodem -o constitutus (*ibid.* p. 152, 4 sol . . . in hoc eodem -o constitutus -i sui motui contrarium motum moliatur). 82 p. 153, 9. *ibid.* p. 154, 9 est . . . in solis circuitu maximum intervallum . . . a terra ad summum limitem solstitialis -i. 85 p. 156, 16. 86 p. 157, 19. *al.* *v. et p. 32, 38.*

epidecticalis, epidecticum *v.* epitect-.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epidēmētica, (-ōrum) *n.*, *ἐπιδημητικά. i. q. pecunia hospitiorum vice solvenda*: COD. Iust. rubr. tit. 12,40(41) de metatis et -is. NOVELL. Iust. 134,1 p. 678,3 neque ... angariis aut his quae vocantur -is aut alio quolibet dispendio gravare nostros subiectos (*gr. ἐπιδημητικοῖς*).

VINDIC. med. 44 p. 234,15 sicuti memoravimus in libro undecimo, quem **epidēmiōn** (eridimion *cod., i. ἐπιδημίων*) appellavimus.

AMM. 19, 4, 7 prima species luis pandemos appellatur ..., secunda **epidēmos** (*i. ἐπίδημος.* -us *cod.*), quae ... acies hebetat luminum *eqs.* ..., tertia loemodes *eqs.*

epidermis *f.*, *ἐπιδερμίς. i. q. cuticula quaedam verae cuti superducta* (*transl. de crustis quae super ulcera nascuntur*): PELAGON. 182 pelliculam de qua pulmunculus fuerit abstractus, parcius demittito, id est fortius resecato, ne -is fiat (*item* VEG. mulom. 2, 61, 1 ut pellem ... praecidas, ne cum cicatricem duxerit, inveniatur -is [-darmus *A*]).

PS. SORAN. quaest. med. 251 p. 274, 2 utimur ... **epidesmo** (*i. ἐπιδέσμῳ.* epydis- *cod.*), cui est nomen lepus sine auribus.

[**epidia** COM. pall. inc. 18 *v. Onom.* Epidicus.]

epidīcticōs *v.* epidicticus, *l. 28.*

epidīcticus, -a, -um, *ἐπιδεικτικός.* GLOSS. Werth. Gallée 339 -⟨ic⟩a demonstrativa. *i. q. dcmonstrativus, techn. de certa orationis specie*: CIC. orat. 42 in illo -o genere quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius *eqs.* (*cf.* 37. 207, *ubi gr.*). FRONTO p. 54, 12 N. cum aeque tres quasi formulae sint orationis, *ἰσχνόν*, *μέσον*, *ἀδρόν*, prope nullus in -is *τῷ ἰσχνῷ* locus *eqs.* (*cf. ibid. l.* 7. 10. 13, *ubi vox gr.*). [*gr. etiam* FORTVN. rhet. 1, 1 p. 81, 16.] *v. et s.* epitecticus. [*?***epidīcticōs,** *ἐπιδεικτικῶς adv. sic codd.* DON. Ter. Andr. 794 p. 227, 2 (*ἐπιδεικτικῶς edd.*).]

epidiēgēsis, *f.*, *ἐπιδιήγησις. i. q. repetita narratio*: FORTVN. rhet. 2, 19 p. 112, 13 est et -is, cum latius in quaestionibus vel ante epilogos exequimur eas res gestas, quas in narratione breviter attigimus. [PS. CASSIOD. rhet. 15 p. 502, 28 *vox gr.* (epidigisis *cod.*).]

[**epidimoeron** (*ἐπιδίμοιρον*) *trad.* VITR. 3, 1, 6 *graece editur.*]

epidiorthōsis *f.*, *ἐπιδιόρθωσις. abl.* -i: *l. 40. gr.* SERV. auct. Aen. 10, 302 (*lat. F*). COMMENT. Lucan. 9, 69 (epidiortosit *C*).] *i. q. correctio rei antecedentis* (*sc. quasi postea facta*): SACERD. gramm. VI 468,11 ex ... figura ... synecdoche nascuntur duae: aposiopesis et -is. *ibid. l.* 18 de -i. -is est oblivionis correctio ut 'filius' *eqs.* (*cit. Verg. Aen. 7, 50*). CASSIOD. in psalm. 61, 2 p. 429^{C} figuram ... quae dicitur -is, Latine superioris rei correctio.

epidīpnis *f.*, *ἐπιδειπνίς. acc. plur.* -das: *l. 46. i. q. mensa secunda*: PETRON. 69, 6 nec ullus tot malorum finis fuisset, nisi -is esset allata *eqs.* MART. 11, 31, 7 has *cucurbitas* prima feret *Caecilius* alterave cena, has cena ... tertia reponet, hinc seras -das parabit.

epidīxis *f.*, *ἐπίδειξις. abl. plur.* -bus: *l. 49.* NOT. Tir. 93, 75 epodixis. *i. q. genus quoddam ludicri*: CORP. V 2787 Q. Magurius ... lus(or) (*an* lus(it)*?*) -b(us) et cetaes (*v. vol. III 964, 51*) ... in greg(e) Veturian(a) *eqs.* (*cf. adnot. Mommseni et v. Dessau ad nr. 5202* [*videntur ad scaenam pertinuisse; at ipsa res admodum obscura*]).

epido *v.* epiplon.

[**epidon** pirum GLOSS. III 397, 7 (494, 40. *i. ἐπίδιον demin.; v.* III 415, 41 pirum apidium [*lemma inserendum est vol. II 234, 34*).]

epidonicus *v.* epipedonicus.

epidromos (*l. 58*) *et* **epidromus,** -ī *m.*, *ἐπίδρομος. forma gr.* -os: ISID. *l. 68 bis.* 1 *i. q. restis* (GLOSS.^{L} II Philox. EP 4*?*, *v. s.* epicrocum *p. 664, 8*): CATO agr. 13, 1 *in torcularium opus est* lectum stratum ubi duo custodes liberi cubent ... fiscinas novas ⟨...⟩, veteres ⟨...⟩, -um ⟨I⟩, pulvinum I *eqs.* (*cf. J. Hörle, Catos Hausbücher 1929, p. 212; an i. q. lorum sc. quo lectus sustentetur [v. 10,5]?*). *de resti quae in superioribus cassibus ad rete contrahendum applicata est* (*v. Blümner, Röm. Privataltert., p. 518*): PLIN. nat. 19, 11 vidimus ... iam tantae tenuitatis *plagas*, ut anulum hominis cum -is transirent uno portante multitudinem, qua (que *trad.*) saltus cingeretur. 2 *i. q. velum*: ISID. orig. 19, 3, 2 genera velorum: acation, -os *eqs.* 19, 3, 3 -os *velum est* secundae amplitudinis, sed ad puppim.

epifania *v.* epiphan-. **epifora** *v.* epiphora.

CAEL. AVR. gyn. frg. p. 144, 1 (*ap.* ORIBAS. syn. 5, 5 p. 49$^{extr.}$) ventris tegmina, quod Graeci **epigastrion** (*i. ἐπιγάστριον*) vocant *eqs.* (nos subventralem dicimus *add. La*).

*?***epigetur** *ἐπιεροῦργει* GLOSS.^{L} II Philox. EP 3 (epuletur *Vulc.*, ecpietur *Buech.*).

epiglōssis *et* **epiglōttis** (*l. 84. p. 666, 1*) *f.*, *ἐπιγλωσσίς* (*-γλωττίς*). *gen. sg.* opigloddides: CAEL. AVR. *p. 666, 1. acc. sg.* -glottida: *l. 84.* GLOSS. III 600, 26 epiclosis uva (602, 6 ipiclosis u. *cf. ibid.* 601, 32 gargarion [*i. γαργαρεών*] epiclosis [*v. Probst, Glotta 2, 1910, 112*]). *i. q. pars illa faucium, qua arteria aspera quasi operculo quodam tegitur* (*cf.* GELL. 17, 11, 4 *sq. et* MACR. Sat. 7, 15, 6 *sq. [utrubique vox gr.] et v. Cic. nat. deor. 2, 136*): PLIN. nat. 1, 11, 66 de palato, de tonsillis. uva, -ssis, arteriae *eqs.* CAEL. AVR. chron. 2, 1, 8 radicem linguae, quam Graeci -ttida vocant. acut. exc.

12 p. 707 tonsillarum et uva⟨e⟩ et opigloddides (*v. p. 665, 77*). [*dub.*: VINDIC. gyn. p. 436 (rec. l) cibus stomacho ferunt quem epigessi (*?*) continent (*cf. ibid. rec. d* p. 437 ipoglossa (*i. confus. c. voce q. e.* 'hyperglossis'*?*).]

HYG. fab. 71^{a} tit. (p. 78) septem **epigonī** (*i. ἐπίγονοι*) id est filii. *K.-M.*

epigramma, -atis *n.*, *ἐπίγραμμα. scribitur* epy-: CIC. Tusc. 5, 66 *K R V.* SIDON. epist. 2, 8, 2 *M. et al.* ephi-: VEN. FORT. carm. 7, 12, 105 *R.* -grama: VEN. FORT. carm. 7, 12, 105 *A. et al. graecis litt.*: VLP. dig. 47, 10, 5, 10. *de formis: gen.: sg.* -tos: VITR. 8, 3, 23. *pl.* -tōn: MART. 1 praef. 10, *v. infra l. 54.* 1, 1, 3, *v. infra l. 55.* 1, 117, 3 PRISC. gramm. II 261, 9 II 516, 25 ANTH. 287, 22. (*dat.*) *abl. pl.*: -tīs: CIC. Att. 1, 16, 15, *v. infra l. 36.* FRONTO p. 212, 1 N. NON. p. 87, 22 PRISC. gramm. II 149, 13 adn. (*codd. G L K*). AVSON. 360, 2. -tibus: PRISC. gramm. II 267, 16 BASS. gramm. VI 255, 11. *sec. primam decl.*: DON. gramm. IV 379, 12; *v. p. 450, 58 sqq. de notione*: GLOSS.^{L} I Ansil. EP 40 -a titulus (= III Abstr. EP 1). 42 epitaphion dicitur, id est super sepulcrum versus (44 paucis verbis abta oratio super sepulcrum). 45 edictum iu⟨di⟩ca⟨n⟩tis. V Aa E 445 ab⟨b⟩reviata scriptura, seu adbreviati [-ta] titulatio. ISID. orig. 1, 39, 22 -a est titulus, quod in latinum superscriptio interpretatur; *ἐπί* enim super, *γράμμα* littera vel scriptio dicitur. NOT. Tir. 76, 32. *legitur inde a* VARRONE, CIC. [PAVL. sent. 5, 4, 15 *secl. Cuiacius. dub.*: FRONTO p. 184, 22 N. (epichiremata *Niebuhr*). *suppl.*: CARM. epigr. 1770, 2. *ex coni. certa*: VITA Lucani p. 336, 19.]

i. q. inscriptio (*stricte sub 1 a et 2; exempla sub 1 b allata ut laxiorem quendam usum exhibent, ita c. parte 1 a arte cohaerent* [*v. etiam l. 30*]): **1** *in arte poetica* (*cf.* PS. BASS. gramm. VI 312, 8 poeticae species latinae: epos, ... -a, iambica *eqs. de re v. Reitzenstein, PW VI 71*): **a** *de versibus, qui monumentis, signis, donis sim. inscripti sunt*: CIC. Verr. II 4, 127 cum ipsa (*Sappho*) fuit egregie facta, tum -a Graecum pernobile incisum est in basi. Tusc. 5, 66 apparebat (*in basi monumenti Archimedis*) -a exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatum (-tis *codd., corr. Bentley*) fere. Att. 1, 16, 15 -tis tuis, quae in Amaltheo posuisti, contenti erimus. NEP. Paus. 1, 3 quod ex praeda tripodem aureum Delphis posuisset -te inscripto (PRISC. gramm. II 17, 13. *sim.* II 253, 22). VITR. 8, 3, 21 ad eum ... fontem -a est in lapide inscriptum hac sententia versibus graecis (*cf.* 8, 3, 22. 23. CARM. epigr. 1531 B, 5 [*s. V*] hoc Pelagia suos fontes -te donat). PETRON. 115, 20 Eumolpus ... dum -a mortuo facit. GELL. 1, 24$^{tit.}$ tria -ta ... Naevii, Plauti, Pacuvii, quae facta ab ipsis sepulcris eorum incisa sunt (*ibid.* 1). CAPITOL. Maximin. 27, 3. CLAVD. DON. Aen. 3, 285 p. 304, 26 scutum fingendo in foribus templi et tale scribendo -a *eqs.* SIDON. epist. 4, 8, 4 -a ... duodecim versibus terminatum, quod posset aptari conchae capaci. *et al.*

b *de quolibet brevi vel lepido poematio*: CIC. Arch. 25 quod *malus poeta* -a in eum (*sc. Sullam*) fecisset ... alternis versibus longiusculis (MART. 6, 65, 1). PETRON. 55, 4 ab hoc -te coepit poetarum esse mentio. STAT. silv. 2 praef. 17 in arborem ... tuam ... et psittacum scis a me leves libellos quasi -tis loco scriptos. MART. 1 praef. 8 absit ... malignus interpres nec -ta mea scribat (*ibid.* 15. 3, 69, 1. 7, 85, 3. *al.*). 10 lascivam verborum veritatem, id est -ton linguam (*cf.* 8 praef. 9). 1, 1, 3 notus ... Martialis argutis -ton libellis (1, 117, 3. *cf.* SIDON. epist. 2, 8, 2 quam [*neniam funebrem*] ... ceteris -tum meorum voluminibus applicandam mercennarius bybliopola suscipiet. ALC. AVIT. carm. 1 prol. p. 201, 8). 1, 118, 1 cui legisse satis non est -ta centum *eqs.* (2 praef. 2. 4, 81, 1 PLIN. epist. 4, 3, 3). 2, 7, 3 componis belle mimos, -ta belle (SVET. frg. p. 345, 12 *Rothius,* compertum *vulgo* [*inde* PORPH. Hor. sat. 1, 7, 19/20]). 4, 23, 3. 4, 49, 1 nescit ... quid sint -ta ..., qui tantum lusus ista iocosque vocat (*cf.* TAC. dial. 10). 12, 94, 9 -ta fingere coepi (*cf.* SIDON. epist. 2, 10, 4 illorum iustius -ta micant quam istaec, quae imaginarie tantum et ... umbratiliter effingimus). *al.* PLIN. epist. 4, 14, 9 sive -ta sive idyllia sive eclogas sive ... poematia ... vocare malueris, licebit voces, ego tantum hendecasyllabos praesto (*cf.* ALC. AVIT. carm. 6 prol. p. 274, 7). SVET. Aug. 70, 2. vita Cornific. p. 41, 3 Cornificia, cuius insignia extant -ta (CAPITOL. Opil. 11, 3. *et al.*). FRONTO p. 212, 1 N. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 50/51. *al.* AVSON. 360, 2 esse Apulcium in vita philosophum, in -tis amatorem. ALC. AVIT. carm. 6 prol. p. 275, 8 VEN. FORT. carm. 7, 12, 105. *de certis certorum virorum -tis* (*v. et supra l. 42*): VARRO rust. 3, 16, 4 Archelaus in -te ait. CIC. fin. 2, 106 non intellego, cur Aristoteles Sardanapalli -a ... derideat. Tusc. 1, 84 Callimachi ... -a in Ambraciotam Theombrotum est (SEN. epist. 108, 34 Enni. QVINT. inst. 1, 5, 21 Catulli). QVINT. inst. 8, 3, 29 nec minus noto Sallustius -te incessitur. PLIN. epist. 7, 4, 3 incidit -a Ciceronis in Tironem suum. SVET. vita Hor. p. 45, 1 gramm. 22 LAMPR. Alex. 38, 1. *et al.* '*-ta*' *pro titulis librorum* (*cf. supra l. 55. 71*): SVET. Aug. 85, 2 unus liber extat ..., cuius ... titulus est Sicilia; extat alter aeque modicus -tum. DON. vita Verg. p. 4, 56 Br. *fecit Vergilius* catalecton et priapea et -ta *eqs.* (SERV. vita Verg. p. 1, 13). PRISC. gramm. II 261, 9 Martialis in I -ton (II 267, 16. 516, 25). BASS. gramm. VI 255, 11. *et al.*

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de stigmate servi fugitivi*: PETRON. 103, 4 implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus litteris et notum fugitivorum -a per totam faciem liberali manu duxit.

epitheta selecta ad 1: Graecum: *p. 666, 33.* PLIN. epist. 4, 3, 3. 4, 18, 1. *et al.* iambicum: MAR. VICTORIN. gramm. VI 137, 25. arduum: VEN. FORT. carm. 3, 18, 1. brevius (brevissimum): MART. 3, 83, 1. 8 praef. 18. dulce: MART. 7, 25, 1. famosum: SVET. Iul. 73. elegans: ISID. vir ill. 36 p. 1101A. insigne: *p. 666, 69.* longum: MART. 1, 110, 1. 2, 77, 1. 6, 65, 5. pernobile: *p. 666, 33.* ridiculum: SCHOL. Hor. sat. 1, 10, 22. vividum: MART. 11, 42, 1.

deriv.: epigrammatarius, epigrammaticus, epigramm⟨at⟩ista.

epigrammatārius, -ī *m.* *ab* epigramma. *is qui epigrammata facit*: VOPISC. Tac. 16, 3 de qua *imagine* quidam -us ita allusit, ut diceret *eqs.* quatt. tyr. 7, 4 sunt ... Aegyptii ... novarum rerum usque ad cantilenas publicas cupientes, versificatores, -ii, mathematici *eqs.*

epigrammaticus, (-a), (-um). *ab* epigramma. *i. q. ad epigramma pertinens*: SPART. Ael. 5, 9 Martialem, -um poetam.

epigrammation, *ἐπιγραμμάτιον.* *i. q. breve epigramma*: VARRO Men. 90 libet me -a (epigramma *vel* -ata *pars codd. Nonii*) facere. 398 poema est lexis enrythmos ..., itaque etiam distichon, -on vocant poema. ling. 7, 28 item ostendit Papini (Po⟨m⟩pili *Bergk*) -on, quod in adolescentem fecerat Cascam.

epigramm⟨at?⟩ista, (-ae) *m.* *ab* epigramma. *i. q. epigrammatarius*: SIDON. epist. 4, 1, 2 si quid ... panegyrista plausibile, sophista serium, -a (*Luetjohann*; epigrammista *codd.*) lascivum ... condiderunt (*iure tamen dubitare possis de probabilitate coniecturae: nam fort. Sid.* epigramm-ista *re vera formavit* [*sc. quasi ad analogiam vocc. q. s.* panegyr-ista, soph-ista. *v. et* epitaph-ista]).

epigrōma NOT. Tir. 76, 31 (*post* commentarium, epitoma. *cf. Du Cange s. v.*).

epigrus *v.* epiurus.

epilampadium, -ī *n.*, **ἐπιλαμπάδιον.* *instrumentum in medicina adhibitum*: CHIRON 677 folliculum sagitta pungis vel -um, si habueris, infigis ei, desinies humorem ambulare. CAEL. AVR. acut. exc. 6 p. 691 cucurbita erit adhibenda cum -o non satis ignito in medio capite.

✖**epilēpsia** (-lemps-), -ae *f.*, *ἐπιληψία.* *de scriptura et formis* (*v. W. Schulze, Orthographica, Marburg 1894, III sqq.; Sofer, Lat. u. Roman. aus d. Etym. d. Isid. v. Sevilla p. 156*): epilemps- (epy- epe- ephi-): PS. SORAN. quaest. med. 207 (*bis*), *v. infra l. 52.* VINDIC. med. 6, *v. infra l. 64.* 33. THEOD. PRISC. phys. 5 p. 253, 8, *v. infra l. 66.* CAEL. AVR. diaet. pass. 55. 56 (*cod. Aug.*). ORIBAS. syn. 8, 7 (*Aa*). *et al.* -lems-: MISC. Tir. p. 65, 26 (hipelēsia). ISID. orig. 4, 7, 5. 9. *et al.* -lens-: FIRM. math. 7, 23, 19 *codd. A D.* CASS. FEL. 71 p. 168, 16. 172, 11. -lentia: FIRM. math. 7, 23, 19 *B N.* GREG. TVR. glor. mart. 86 p. 546, 21, *v. infra l. 67.* **epilēmpsis,** -is *f.*, *ἐπίλημψις*: THEOD. PRISC. log. 46 p. 147, 4 (*B*; -sia *r*; epilepsias *b*). 47 p. 147, 9. GLOSS. *ἀναλημψία.*

i. q. morbus comitialis (*cf.* SCRIB. LARG. 12. *vocatur* sacra passio, puerilis, caducus morbus: CAEL. AVR. diaet. pass. 56. *et al.*): *ad definitionem*: PS. SORAN. quaest. med. 207 quid est -a? mentis et sensibilium nervorum passio (*cf.* THEOD. PRISC. log. 47 p. 147, 9. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 60 -a vocabulum sumpsit, quod sensum atque mentem pariter apprehendat [*sim.* diaet. pass. 55 ISID. orig. 4, 7, 5]). *ibid.* aliter: ... subitaneus casus, interdum frequens, interdum per intervalla accidens (CASS. FEL. 71 p. 168, 16. *cf.* GLOSS. III 600, 22). *varia ex usu* (*fusius de -a tractant*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 60 *sqq.* CASS. FEL. 71 p. 168, 15 *sqq.* ORIBAS. syn. 8, 3. 4. *et al.*; *cf. p. 668, 6 sq.*): FIRM. math. 7, 21, 4 aliis ... ⌊stomacacas -as⌋ (⌊ ⌋ *Ziegler*, stomacalis epylenticialis *vel* epilentialis *N W*; stomaca⟨cas, a⟩liis -as *Heraeus in schedis*), aliis insanias ... decernit ista coniunctio (*cf.* 7, 23, 19). VINDIC. med. 6 fit tam vehemens *in coitu* membrorum motus, ut a plerisque -a minor diceretur (*cf.* MACR. Sat. 2, 8, 16 *ex Hippocrate*). 33 VITA Hippocr. Rh. Mus. 58 (1903) p. 61, 113. THEOD. PRISC. phys. 5 p. 253, 8 -ae passio. *al.* GREG. TVR. glor. mart. 86 p. 546, 21 nec caruit ultra hanc -ae infirmitatem *Epachius presbiter.* ORIBAS. syn. 8, 7. *al.* ISID. orig. 4, 7, 9. *et al.* *v. et p. 658, 54.*

✖**epilēpticus** (-lempt-), -a, -um, *ἐπιληπτικός.* *de scriptura et formis* (*v. Schulze loco supra l. 39 citato*): epilempt- (epy-, epe-, ephi-): VLP. frg. Vat. 130, *v. infra l. 84.* MARCELL. med. 20, 128, *v. infra l. 80.* PS. APVL. herb. 131, 37 H.-S. THEOD. PRISC. log. 49 p. 150, 2, *v. p. 668, 8. al.* *et al.* -lemt-: MARCELL. med. 20, 3 DIOSC. 1, 140 CHALC. comm. 231 *U. et al.* -lent-: FIRM. math. 7, 23, 15. *al.* CHIRON 311. *al.* PLIN. VAL. 5, 7 DIOSC. 1, 5. *al.* GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 148, 15. *al.* GLOSS. uuoda (*anglosax.*). daemoniosi. -a *ἀναλημψία* (*v. l. 49*).

1 *de hominibus* (*iumentis: l. 80.* CHIRON 341): *i. q. morbo comitiali correptus, vexatus* (MARCELL. med. 20, 3. *cf.* CHIRON 311 de emplectico, id est -o. MARCELL. med. 20, 128 -is, quos caducos dicunt [*distat a* caducus: FIRM. math. 7, 21, 8]. PS. APVL. herb. 131, 37 H.-S. ad -os, hoc est daemoniosos et qui spasmum patiuntur. *plerumque pro subst.*): VLP. frg. Vat. 130 sive ... quis arthriticus sit ... sive -us . . excusantur. FIRM. math. 6, 29, 16 *si* ceterae ... stellae in VI. ... loco fuerint constitutae, facient lunaticos, -os (6, 31, 53. *al. cf.* 7, 21, 3). AVG. c. Iul. op. imperf. 6, 16 p. 1537fin. in loco tantae beatitudinis ... constituere ... leprosos, paralyticos, -os (PS. AVG. serm. 292, 7 p. 2300med. [*sim.* GREG. TVR. Mart. 2, 24 p. 617, 27]). GREG. TVR. Franc. 4, 12 p. 148, 15. 5, 5 p. 197, 12. *-orum signa, curatio sim.* (*fusius tractant*: CHIRON 341 THEOD. PRISC. log. 47 p. 147, 7 *sqq.* phys. 5 p. 253, 1 *sqq.* PLIN. VAL. 5, 7. *et al., v. p. 667, 58 sq.*): THEOD. PRISC. log. 49 p. 150, 2 scotomaticorum et -orum paene similis est ... sollicitudo. p. 150, 14 omnia quae -is ordinata sunt (50 p. 152, 5. *al.*). phys. 5 p. 253, 4 latentes -os gagatis lapidis admotum fumigium ... repentinis casibus publicavit (DIOSC. 5, 154 [*gr. 5, 128 ἐπιληπτικῶν*]). *al.* VINDIC. gyn. p. 460s. DIOSC. 1, 5 *cardamomum* -is prodest (1, 19. 2, 55. *al.* [*gr. ubique ἐπιληπτικοῖς*]). *al.* CASS. FEL. 71 p. 172, 1. *et saepe.* 2 *de rebus, i. q. ad epilepsiam pertinens*: CHALC. comm. 231 phrenesis ... oblivio, lapsus -us. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 6 -a sunt agitati passione (ORIBAS. syn. 1, 16 -ae passiones [*Aa; gr. τὰ ... ἐπιληπτικά*]). chron. 1, 5, 170 de -a curatione memorantes. GREG. TVR. Mart. 2, 18 p. 615, 6 quod genus morbi -um ... medicorum vocitavit auctoritas (*cf.* vit. patr. 8, 8 p. 699, 1). *cf. et p. 658, 61.*

epilēus, -ī *m.* (*cf. gr. λεῖος*). *genus quoddam accipitrum*: PLIN. nat. 10, 21 -um (-laeum *F*, -laeon *z*) Graeci vocant, qui solus omni tempore apparet. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 7 -us.

epilimma (epal- *Augustinus*) genus vilissimi unguenti PAVL. FEST. p. 82.

[INSCR. Ephem. epigr. VIII 337 (*a. 65*) villa Polli Felicis, quae est **epilimones** (*?, an ἐπὶ Λειμώνης?; sic Beloch [cf. Philipp, PWK XIII 710, 25. v. Onom.]*).]

epilogicus, -a, -um, *ἐπιλογικός.* *quod more epilogi fit, ad epilogum pertinet: t. t. rhet.*: -a *quaestio, i. q. qualitas communis, conclusiva* (*κοινὴ ποιότης Hermogenes*): FORTVN. rhet. 2, 6 p. 106, 1 qui sunt alii loci? ... a conparatione facti et adsumptionis, coniectura, communi qualitate, id est -a (epiloga *P*) quaestione (2, 8 p. 106, 32 -a quaestione *ἐκ τῆς ἐκβάσεως*). 2, 29 p. 119, 15 novissima quaestio qualis esse debet? quae aut descensum nobis subtilem faciat ad epilogos, aut quae ipsa sit -a. *al.* *spectat ad misericordiam, qualem in epilogis movere solent* (*v. p. 669, 35 sqq.*): CLAVD. DON. Aen. 8, 385 p. 171, 16 'aspice' *eqs.* -a dictio, quam idcirco ad finem distulit, ut melius partis miserationis inpleret.

epilogismus, -ī *m.*, *ἐπιλογισμός*: PS. SORAN. quaest. med. 48 quid est -us? ratio ab his quae magis apparent incipiens et ad illa procedens quae leviter et paulisper videntur.

epilogium, -ī *n.*, *ἐπιλόγιον.* GLOSS.L II Abav. EP 3 -um (-gus): novissima pars controversiae qui (-ae) preces tantum habet (Abstr. *v. infra l. 54*). *fere i. q. epilogus*: VEN. FORT. carm. praef. 1 illi inventione providi, partitione serii, distributione librati, -orum (epilogorum *B L*) calce iucundi.

*?***epilogonius,** (-a), (-um). GROM. p. 345, 14 terminus a ferro taxatus si fuerit et subditum nihil habuerit, -us vocatur (*sensu non perspicuo*).

✖**epilogus,** -ī *m.*, *ἐπίλογος.* *scribitur* aepi-: AMM. 30, 7, 1 *V.* epy- HEGES. 1, 45, 1 p. 121, 11 *C A. al.* *nom. sing.* -os: SCHOL. Cic. Gron. D p. 301, 6 St. *vox gr.*: QVINT. inst. 6, 1, 55. *al.* *de notione*: GLOSS.L III Abstr. EP 8 -us novissima pars controversiae, quae preces tantum habet. Abol. EP 1 postremus (*sc. sermo, v. Lindsay in adn.*). V Abba EP 9 -um miseratio. capitulum. Aa E 448 -um narratio, dictatio. GLOSS. recapitulatio brevis. extrema pars libri. novissima pars controversiae flebilis ad misericordiam iudicum commovendam. NOT. Tir. 76, 38. *ap. rhet. min. numerus plur. eodem sensu quo sing. adhibetur* (*e. g.* SCHEM. dian. 13 p. 73, 6. *al.*). [*loc. dub.*: SEN. contr. 7, 4 (19), 3 (*transposuerunt edd.*). QVINT. decl. 338 p. 330, 13 (*v. adn.*).]

t. t. rhet., quo extrema pars orationis significatur; latine redditur per 'peroratio': CIC. Brut. 127 MAR. VICTORIN. rhet. 2, 14 p. 270, 15. *al.*, 'conclusio': *l. 70.* MAR. VICTORIN. rhet. 2, 15 p. 271, 12 (*de re cf. Volkmann, Rhetorik d. Griechen u. Römer p. 262 sqq.*): 1 *strictiore sensu*: a *proprie*: *α potiora quaedam ad rhet. doctrinam spectantia* (*fusius tractant* QVINT. inst. 6, 1 decl. 338 p. 330, 13 *sqq.* IVL. VICT. rhet. 18 p. 429, 16 *sqq.* MART. CAP. 5, 565. *et al.*): RHET. Her. 2, 30, 47 conclusiones, quae apud Graecos -i nominantur, tripertitae sunt. nam constant ex enumeratione, amplificatione et conmiseratione (*cf.* FORTVN. rhet. 2, 31 p. 119, 31 SVLP. VICT. rhet. 23 p. 324, 21. *et al.*). SEN. contr. 7, 4 (19), 6 in -is nos de industria vocem ... infringere et vultum deicere et dare operam, ne dissimilis orationi sit orator (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 138. 11, 3, 170 -us, si enumerationem rerum habet, desiderat quandam concisorum continuationem: ... si *ad* placandos *iudices est accommodatus*, inclinatam quandam lenitatem: si misericordia commovendos, flexum vocis et flebilem suavitatem. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 164). QVINT. inst. 4, 1, 28 *neque* eo distare prooemium ab -o credam, quod in hoc praeterita, in illo futura dicantur, sed quod in ingressu parcius ... praetemptanda sit iudicis misericordia, in -o vero liceat totos effundere adfectus, et fictam orationem induere personis et defunctos excitare et pignora reorum producere (*cf.* 4, 1, 51 decl. 338 p. 331, 3. *et al.*). 6, 1, 54 ubi

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... coniunctam ex pluribus causam agimus, ... necesse erit uti pluribus quasi -is (*cf.* SIDON. epist. 9, 1, 2). 11, 3, 152 in differentia partium, ut in prooemio, narratione, argumentatione, -o (*cf.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 14 p. 194, 29 MART. CAP. 5, 506. *pro tit.*: DRAC. Romul. *ante* 5, 260. 9, 140). *et talia saepe.* **β** *loci selecti*: CIC. Planc. 83 ut miserabiliores -os possem dicere (QVINT. inst. 4, 2, 114 quid ulli -i possunt magis habere miserabile?). de orat. 1, 86 de prooemiis et de -is et de huius modi nugis ... referti *libri* (*cf.* QVINT. inst. 6, 2, 20). 2, 278. orat. 57 hic e Phrygia et Caria rhetorum -us paene canticum ([*inde* QVINT. inst. 11, 3, 58]. HIER. in Os. 2, 16 *sq.* p. 839[A] in narrationibus atque -is Asiatico more cantare. *cf.* HIER. epist. 14, 10, 1 quaestionum scopulis transvadatis laetantium more nautarum -i celeuma cantandum est). fin. 4, 22 Tusc. 1, 112 (*inde* LACT. ira 22, 2). *al.* SEN. contr. 1, 7, 15 ad preces patrem deduxit et rogavit in -o filium (*cf.* QVINT. inst. 10, 1, 50 nam -us quidem quis umquam poterit illis Priami rogantis Achillen precibus aequari?). 3 praef. 10. 7, 5 (20), 7. *al.* QVINT. inst. 6, 1, 47 pueris in -um productis (*cf.* PS. ASCON. Verr. p. 233, 3 St.; *v. p. 668, 82sq.*). *saepe.* GELL. 14, 2, 1 adulescens a poetarum fabulis et a rhetorum -is ad iudicandas lites vocatus. *et al.*

b *in comparatione*: QVINT. inst. 2, 17, 6 cuius sententiae (*sc. naturalem esse rhetoricen*) talis defensio est, quod indocti et barbari et servi, pro se cum loquuntur, aliquid dicant simile principio, narrent, probent, refutent et, quod vim habeat -i, deprecentur. AMBR. hex. 6, 4, 24 p. 220, 20 *canis* velut -o quodam miserabile carmen inmurmurans universos convertit in lacrimas (HEGES. 1, 45, 1 p. 121, 11 ACT. Archel. p. 95, 23). patr. 11, 46 p. 150, 1 ut tamquam -o quodam concludamus historiam sicut et scriptura conclusa divina, prophetiam sancti Iacob de sancti Ioseph nomine digeramus (*cf.* HEGES. 5, 53, 1 p. 408, 3). *huc adde*: AMBR. fid. 4, 8, 81 p. 632[D] ne -o quodam invidiam quaestionis declinasse videamur.

c *transfertur ad ipsas partes, quae -o continentur*: **α** *ad rerum enumerationem (v. p. 668, 71. 75), fere i. q. summarium*: AMM. 30, 7, 1 replicare nunc est opportunum et ... actus eius (*sc. Valentiniani*) discurrere per -os breves. **β** *a poetarum interpretibus ad affectus (sc. ad commiserationem, preces, apostrophen sim.), quibus res in -o proferri solent (v. supra l. 6. 16. 24. 25. p. 668, 82. al.)*: SERV. auct. Aen. 2, 141 finita narratione *Sinon* subiungit -os; ... sane per huius modi preces ostendere vult vera se proloqui (EVGRAPH. Ter. Andr. 20). SERV. Aen. 3, 718 notandum ... quia controversiarum -os dedit sex istis prioribus libris, quos et esse bioticos voluit; ... -os autem sic variavit, ut in primo miseratio esset Didonis, in secundo mors Creusae, in tertio Anchisae *eqs.* 4, 314. georg. 1, 466 'ille (*sc. Sol*) ... extincto' *eqs.*: bonum -i repperit locum, ut in Augusti gratiam defleat Caesaris mortem. COMMENT. Lucan. 4, 799. 5, 805. 7, 369 'credite pendentes' *eqs.*: pars -i. *al.* CLAVD. DON. Aen. 1, 555 p. 110, 26. *et al.*

2 *latiore sensu: fere i. q. finis*: LACT. inst. 5, 3, 25 -us ... te tuus arguit stultitiae. SIDON. epist. 9, 16, 4 si -is musicis opus prosarium clauserimus *Burckhardt.*

epilophius, (-a, -um). *ab* **ἐπιλόφιος. i. q. culminalis* (*ἐπὶ λόφῳ*): CORP. III 14565 (*Naissi, a. 223*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) paterno aepilofio *eqs.* (*cf. Hesych. Ζεὺς ἐπάκριος*).

liceor est **epimatizo** (*?*) GLOSS. Aynardi V 620, 37 (*i. ἐπι⟨ϑε⟩ματίζω coll. Prisc. gramm. III 486, 6 C ἐπν- [ὑπο-, ὑπερ- al.] coni. Heraeus*).

epimēdion (-um*?*, *v. l. 59 et cf. l. 65*) *n.*, *ἐπιμήδιον.* **1** *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 27, 53 -on III. 27, 76 -on (-menidion *Gelen.*) caulis est non magnus, hederae foliis *eqs.* DIOSC. 4, 19 de -o. -o (*i.* -o(m) *pro* -um*?*) hasta habet non maiore *eqs.* (*gr. 4, 19 ἐπιμήδιον* [*cf. add. codd. SJ ad Diosc. lat.*: sive ut latini vineta, viecta *et Ps. Diosc. Vind. 4, 19 Ῥωμαῖοι οὐινδίκτα. v. Wellmann ad l.*]). *cf. μήδιον.* **2** *fere i. q. retinaculum in scalarum lateribus affixum, quo sc. gradientes adminiculo utantur*: CORP. X 5192 Fabia Philemai ('*fort.* Philemat(ium)'), Baionia Philemai, Graecina Myrinna, ⟨mag(istrae)⟩ (*suppl. Mommsen*) gradus et -a s. p. f. (*dubitandum tamen de originatione; v. et Dessau ad nr. 5565. an* erismatia *ab ἔρεισμα deminutive? [sic suspic. Heraeus]*).

epimelas, *ἐπιμέλας. nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 58 eurotias, eusebes, -as. 37, 161 -as fit, cum candida gemma superne nigricat (*inde* ISID. orig. 16, 10, 10; -mela *C*, -malas *K*).

[**epimelēs** (*ἐπιμελής*) APIC. 1[tit.] *v. adn. crit.*]

⟨e⟩**pimelīa** graece cura (*i. ἐπιμέλεια*) GLOSS. V 382, 9. [*gr.* GELL. 1, 7, 19.]

epimēlida, -ae *f. v.* epimelis.

epimēlis *f.*, *ἐπιμηλίς. sec. 1am decl.* -da, -dae: DIOSC. *l. 77.* GLOSS. *l. 79. i. q. genus mali*: DIOSC. 1, 129 *mespilam Hispaniensem* (*immo 'Italicam'*) multi -dam vocant (*gr. 1, 118 εἶδος sc. μεσπίλου ἐν Ἰταλίᾳ γεννώμενον, ὃ ἔνιοι ἐπιμηλίδα ... ὀνομάζουσιν*), *unde* GLOSS. III 562, 47 -da i. nespula. [*vox gr.* CLOAT. Macr. Sat. 3, 19, 2. ISID. orig. 17, 7, 12 pomelida (pomedila *T*) *i.* '*hypomelis*' (*v. Sofer, Lat. u. Roman. aus d. Etymol. d. Is. v. Sev., p. 57. v. s.* hypomelis).]

epimēnia, (-ōrum) *n.*, *ἐπιμήνια.* **1** *i. q. menstrua, sc. cibaria sim. per singulos menses alci. distributa* (*cf.* GLOSS.[L] III Abstr. EP 7 -a xenia quae dantur per singulos menses [I Ansil. EP 54 IV dub. Plac. E 11]. *cf. et infra l. 42*): IVV. 7, 120 *pretium erunt* petasunculus et vas pelamydum aut veteres, Maurorum -a, bulbi *eqs.* (*cf.* SCHOL. *ad l.*: Gra⟨e⟩ce dicitur -a, nam Latine menstrua dicuntur dantium). GILD. Brit. 23 chron. III p. 39, 7 barbari ... impetrant sibi annonas dari ... queruntur non affluenter sibi -a contribui ... et ni profusior eis munificentia cumularetur *eqs.* (*v. adnot. Mommseni*). **2** *notione menstrui evanida: de quibusvis cibariis, de penu sim.* (*v. et s.* epimenio): ITALA gen. 45, 21 (Lugd.) *Ioseph* dedit eis (*sc. filiis Israhel*) -a in via (*ἐπισιτισμόν*, VVLG. cibaria in itinere). *dub.*: ACT. Petr. 5 p. 50, 2 descendit Caesaream et ... ascendit navem, iam scala subducta neque epsimenia inposita ('neque *corruptum est, scribe* atque' *ed.*; n. primnesia *suspic. Usener* [*i. οὐδὲ πρυμνήσια ἐπέκειτο*], *fort. recte*).

epimēnio, -āre. *ab* epimenia. *i. q. viatico instruere*: ITALA deut. 15, 14 (Lugd.) viatico -bis eum (*ἐφόδιον ἐφοδιάσεις*, VVLG. dabis viaticum. *nota construct.*).

[**epīmer-** *v.* ephemer-.]

epimetrum, (-ī) *n.*, *ἐπίμετρον. i. q. mensurae accessio*: COD. Theod. 12, 6, 15 (*a. 369*) in -is ... eam consuetudinem ... observari, ut in aridis ... fructibus centesimam levandi dispendii causa a possessore susceptor accipiat, laridi vero et vini vicesimam consequatur.

SACERD. gramm. VI 539, 16 de **epimictō** (*i. ἐπιμίκτῳ*) sapphico tetrametro hypercatalecto.

epimonē *f.*, *ἐπιμονή. fig. rhet., i. q. crebra repetitio* (*cf.* SCHEM. dian. 7 p. 72, 21 *ἐπιμονὴ* est latine repetitio crebra sententiae): EVGRAPH. Ter. Andr. 494 p. 47, 13 (*add. rec. α*) figura antisagoge, proposita superius -e. CASSIOD. in psalm. 12, 1 p. 101[C] quae figura (*sc.* '*usquequo*', '*quousque*' *sim.*) dicitur -e, quando similia dicta crebra repetitione geminantur (28, 2 p. 198[D]. 143, 1 p. 1016[A] *cf.* 101, 3 p. 707[D] latine repetitio). 28, 3 p. 199[A] per figuram -e ... frequenter per capita versuum unum repetens verbum *eqs.* [*vox gr.*: DON. Ter. Hec. 366 p. 257, 9 Eun. 127 p. 293, 4 (*ex correct.*). 924 p. 465, 5. *v. et l. 27. dub. coni.*: ISID. orig. 2, 21, 43 (= rhet. 21, 43 p. 521, 30) effon, efron *trad.* (-e *Arevalo*).]

PRISC. gramm. III 430, 28 (= rhet. 2 p. 552, 7) oratio qua utilitas fabulae retegitur, quam **epimythion** (*ἐπιμύθιον*) vocant, quod nos affabulationem possumus dicere, a quibusdam prima ... a plerisque ... postrema ponitur.

? **epinia** *ταινιοα* (*ἐπινίκια add. alio atram.*) GLOSS. III 480, 43 (epimenia *τὰ σιτία Roensch, coll. phil. p. 136* [e. *τὰ ξένια Heraeus*]; *v. supra l. 2*).

epinīcius, (-a), -um, *ἐπινίκιος.* epy-: *l. 59. 61. 62.* -nich-: *l. 60. 62. subst. praeter l. 57sqq. (plur. excepta l. 56). sg.* -on: *l. 56. 62 et v. ex. seq.* GLOSS. V 498, 53 -⟨i⟩cion sive -um (cinium *trad.*) triumphum, victoria (*v. et l. 41*). *i. q. ad victoriam pertinens*: **1** *de laudatorio carmine, quo parta victoria celebratur* (*inde laxius de quovis encomio: l. 55; cf. etiam infra l. 61*): **a** *pro subst.*: SVET. Nero 43, 2 se (*sc. Neronem post exortum in Galbae exercitu tumultum*) ... *apud milites* fleturum revocatisque ad paenitentiam defectoribus ... laetum inter laetos cantaturum -a, quae iam nunc sibi componi oporteret. RVFIN. Orig. in iud. 6, 1 p. 498, 13 B. -a (-cenia *A*, -cinia *D*) eius (*sc. Debborae*), id est victoriae laudem. *i. q. encomium* (*v. supra l. 49*): VVLG. I par. 15, 21 in citharis pro octava canebant -on (*sentent. praeterea non satis perspicua*). **b** *adi.*: AMBR. in psalm. 38, 1, 2 p. 184, 1 illi ... *qui carmina componebant quidem, sed non ipsi canebant*, coronam Olympicam postulabant, unde et -um (epyn- *α*, epynich- *DF*') hymnum eorum scripta ... testantur (*ibid. l.* 5 David ... hymnum non victoriae [*dat., sc. velut illi gentiles poetae*] -um [epy- *A*, epynicion *BCE*, -nichion *DF*], sed ei [*sc. deo*] scripsit, qui *eqs.*). **2** *i. q. festa victoriae rite celebrandae*: VVLG. II Macc. 8, 33 cum -a agerent Ierosolymis (*ἐπινίκια δὲ ἄγοντες*). *de re cf. Crusius, PW VI 183, 56 sqq.*

epinictis (-noctis) *v.* epinyct-.

[**epinomē** memoria GLOSS. V 357, 11 *v. s.* epitome].

NOT. Tir. 21, 71 (*post* nomen; *ante* a-, ad-, con- *et sim. compos.*) **ep[h]inōmen** (*vid. vox hybride composita esse ex* 'epi' *gr. et* 'nomen' *lat., i.* '*ad-*' *an* '*cognomen*'*?; cf.* supra-, supernomen).

✖**epinyctis,** -idis *f.*, *ἐπινυκτίς. de orthographia: altera syll. per* -y-: epy-: CELS. *infra l. 82.* PLIN. *p. 671, 15.* DIOSC. *p. 671, 18. 20.* aepy-: CELS. *infra l. 83. tertia per*: -nict-: CELS. *infra l. 83.* PLAC. *p. 671, 4. 7.* DIOSC. *p. 671, 18. 20* (*cf. et* PLIN. *p. 671, 15*; -nit-). -nect-: HIPPOCR. *p. 671, 20.* -noct- (*fort. voce ad lat.* 'noctem' *relegata?*): DIOSC. *ter* (*p. 671, 17. 21; cf. et* -nuct- PLIN. *p. 671, 15 et v.* -nopt- *in seqq.*). -nypt-: PLIN. *p. 671, 14.* -nopt- (*v. l. 75*): DIOSC. *p. 671, 22. fere plur.*

1 *i. q. pustulae gravioris quoddam genus* (*interdum potius ulcus quoddam videtur significari: v. ex. gr. p. 671, 8. 9. 12. 13; acced.* pusula [-is *quasi adi.?, an* pusula *explicative?*] *p. 671, 9*): *cf. defin.*: CELS. 5, 28, 15[C] pessima pusula est, quae -is (*J*, epynict- *F*, aepynict- *P*, epinigthys *V*) vocatur ... oritur ... fere noctu, unde nomen quoque a Graecis ei impositum est. PLIN. nat. 20, 44

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-es, ita vocatur ulcus qua⟨e et syc⟩e (*v. adn.*) in angulo oculi perpetuo umore manans (*v. infra l. 23*); quidam eodem nomine appellant pusulas liventes ac noctibus inquietantes. PLAC. med. 7 rec. β 21 H.-S. -nictidas, id est pustellas quae in nocte ingravescunt. CELS. 5, 28, 15[E] -is . . . herba . . . sanguinali . . . curatur. PLIN. nat. ind. 1, 36 *medicinae* ad . . . oculos, -as (-nycted- *B*), dentes *eqs.* (PLAC. med. 7 rec. β 20 H.-S. ad -nictidas). 20, 88 -as et quidquid aliud serpit in corpore (23, 70 condylomatis [*v. infra l. 11*], ignibus sacris quaeque serpunt ulcera, -i [ulcera piuratidi *V*]). 20, 141 -as pusulas (20, 216. *v. p. 670, 81*). 20, 248 -as cutisque vitia in facie mulierum. 23, 78 condylomata . . . et -es (23, 162 paronychia et -as, condylomata *eqs. v. et l. 8*). 23, 127 ulcera manantia et -as (23, 154 -as . . . et lentigines et ulcera manantia et ulcera oris. *cf.* 23, 144 -as . . . ulcera putrescentia). 32, 72 (-nypt- *B*). 36, 140 maculis . . . corporis . . . faucium exulcerationi, -as (*d*, epynuct- *B*, epinit- *a*; -is *rell.*) . . ., volvarum dolores (DIOSC. 2, 135 *porrum* maculas corporis tollit, -noctidas, vulnera sordida limpidat [*gr. 2, 149, 3* ἐπινυκτίδας]. *cf.* DIOSC. 2, 110 maculas nigras et -ynictidas [epininct- *P*; *gr. 1, 126, 2* ἐ.]). *al. passim.* HIPPOCR. aer. 3 p. 255[extr.] K. (= p. 7, 2 G.) -nectidas (-nect- m^2) plurimas (*gr.* ἐπινυκτίδας). DIOSC. 2, 119 -ynictidas (*gr. 2, 135, 1* ἐ.). 3, 23 -noctidas (*sic et* 3, 67; *gr. 3, 23, 2 et 3, 63* ἐ. *v. et l. 17*). 3, 99 -noptidas (*gr. 3, 89, 2* ἐ.).

2 *i. q. ulcus in oculo ortum (συκή): v. l. 1.*

epionia (*i. herba q. e.* paeonia *sive* dactylus) *v. s.* paeonia *et cf. vol. III 4, 8.*

PRISC. gramm. III 429, 2 Hephaestion . . . ostendit comicum **epiōnicum** (ἐπιωνικόν, *i.* '*ionicum a maiore*') spondeos paribus locis habens iambicarum *συζυγιῶν eqs.*

epipactis *v.* epicactis.

?epipampinum NOT. Tir. 105, 50[a] (*post* pampinum; *cf. ibid. 51*[a] dipampinum, *quod iterum* pampinum *51 collocatum sequitur*).

epipedonicus, (-a, -um). *ab* epipedon. *scribitur*: -pod-: *l. 35. 39. forma* epidonicus: *l. 38 (cf. et l. 39). i. q. in superficie, plano positus* (*t. t. grom.*): LIB. col. I p. 213, 9 sunt et medii termini, qui dicuntur -i (epodonici *E*, epipodon- *P*), pedem longum crassum et distant a se in pd. ∞CC ([*i.* '*mediis in centuriarum lateribus*' *siti; v. adnot. et cf. Rudorff p. 274. 355*]. *inde* PS. BOETH. grom. p. 409, 20 termini . . . epidonici [*v. l. 33*]). p. 247, 12 ager -us (-podon- *GP*, epiponicus *E*).

epipedos, -on *et* epipedus, -a, -um, ἐπίπεδος. -pod-: *l. 54 (v. et l. 32). nom.*: -os (*f., adi. sc. Graecorum more duo sola genera exhibente*): PLIN. *l. 47.* CENS. *l. 50.* -on: *l. 54. latine*: -am, -as, -ōs: CHALC. *l. 48. 52. 53*; -um: *v. l. 55.* [*coni.*: PLIN. *l. 47.*] *i. q. in superficie collocatus; planus (syn.: l. 48. 50. 53. 54), aequalis*: **1** *adi.*: PLIN. nat. 37, 196 figura *in gemmis* oblonga . . . probatur, deinde quae vocatur lenticula, postea -os (*Sillig c. Turnebo*; epicp-, elip-, clitedos *vel* clipeidos *trad.*) et rotunda (CHALC. comm. 8 p. 74, 14 -as hoc est planas figuras, quae longitudinem modo et latitudinem, nullam vero profunditatem habent). CENS. frg. 6, 2 p. 61, 4 plana, quae dicitur -os, summitas. CHALC. comm. 38 p. 105, 1 *singularitas* omnes in se formas numerorum creditur continere: -am, triangularem, cubum. 88 p. 159, 14 orbes -os, id est planos et sine ulla soliditate. **2** *subst. neutr.*: BALB. grom. p. 97, 5 planum est quod Graeci -on (-pod- *J*, -pedum *V*) appellant, nos constratos pedes, in quo longitudinem et latitudinem habemus (*inde* PS. BOETH. grom. p. 415, 20).

epitecticālis, (-e). *scribitur* epe-: *l. 22. 23. 24 bis.* *fere i. q. principalis sive in angulo positus* (*t. t. grom. de termino*): GROM. p. 307, 13 si extra quattuor lapides fuerit ... -etecticales observantur (p. 344, 9 si plus a quattuor lapidibus fuerint inventi, -etecticales vocantur. nam terminus iste maximus appellatur). p. 341, 14 -etecticalis in trifinio. p. 344, 6 terminus -etecticalis *eqs.* (p. 345, 22 t. -is subsecivorum [p. 352, 17]. p. 346, 18). *v. et* epitecticum. GROM. p. 337, 9 lapides ... in **epitecticum** adsignavimus. *sunt qui vocem ad gr. ἐπιδείκνυμι redire putent (i.* epidect-; *v. Rudorff II 274; ab ἐπίκτητα Lachmann ad I p. 345, 22).*

[MISC. Tir. 65, 10 ad colera mundare et ventrem purgare **epitene** ... in aqua (*corrupte; i.* epithymum*?, sic suspic. Moore, Archiv 10, 1898, 266; an* epitem⟨at⟩e*?, Heraeus*).]

LVCIL. 829 ⟨praeclarum⟩ cuiu⟨m⟩ viderim in vi⟨t⟩a mea (*v. app. crit.*) **epite⟨u⟩gma** (*Iunius, edd.*) ⟨b⟩elli (*Marx*, apepelli *codd. Non.*) longe opera ante alia omnia (*i. ἐπίτευγμα, cuius opp. sit ἀπότευγμα [v. Marx ad l.]. ad pugnam apud Zamam commissam referri vult Marx. cf. ἐπίτευξις*).

✖**epithalamion** *et* **epithalamium,** -ī *n.*, *ἐπιθαλάμιον.* *de scriptura ac formis*: -t-: PRISC. *infra l. 57.* ENNOD. *infra l. 72.* ephit-: VIRG. *infra l. 61.* PRISC. *infra l. 58.* epist(h)-: TREB. *infra l. 63. 65.* [*gr. vox*: HIER. epist. 53, 8, 18 (epithalamium *ΣDS*, epythalamion *l*).] *nom. acc. sg.* -on: STAT. *infra l. 55.* VIRG. *infra l. 59* (-um *N*). *infra l. 61.* TREB. *infra l. 63; ceteris locis* -um. *inde a* STATIO, QVINT.

i. q. carmen nuptiale (syn. infra l. 60. 77; cf. et infra l. 80), nuptiarum laudes carmine canendae sim.: cf. de significatione: AVG. in psalm. 44, 3 p. 494$^{extr.}$ solent dici ab scholasticis carmina quaedam uxores ducentibus et nubentibus, quae vocantur -a ([*cf. quae seqq.*]. *sim.* ISID. orig. 1, 39, 18 -a sunt carmina nubentium [= GLOSS. V 358, 51], quae decantantur ab scholasticis in honorem sponsi et sponsae). CASSIOD. in psalm. 44 div. p. 319^A -um ... interpretatur laus thalami *eqs.* (GLOSS. V 359, 43). GLOSS.^{L} III Abstr. EP 4 -um carmen nuptiarum (V Abba EP 5. *al.*). GLOSS. IV 336, 27 nuptialis laus. V 619, 4 carmen nuptiale. **1** *generatim* (*pro tit. carm. v. infra l. 70 sqq.*): STAT. silv. 1 praef. 23 tu Stella ..., qui -on (*m*, -um *fort. M*) tuum, quod mihi iniunxeras, scis biduo scriptum (*sc. silv. 1, 2, ubi cf. praescr.*). QVINT. inst. 9, 3, 16 Catullus in -o ([*seq. 62, 45*]. PRISC. gramm. II 170, 10 Calvus in -o [-t- *L*, ephit- *H; seq. frg. 5 M.*]). VIRG. gramm. epist. p. 105, 21 (*in vaticinio*) *agni et vituli* bibentes ... ex eo *flumine* inebriati -on canebant ([AMBR. Isaac 5, 46 p. 670, 8 canunt; *l.* 5 nuptiale canunt carmen]. *cf. ibid.* p. 106, 9 iuvenes ... -on [ephita- *N*] ... decantant, nuptiales scilicet ... cantus conviviorum ponentes. *cf. et supra l. 49*). TREB. Gall. 11, 7 *Gallieni* est illud -on (epistolamiono *P*, epistolamioni *Σ*), quod inter centum poetas praecipuum fuit. *ibid.* cum fratrum suorum filios iungeret ⟨et⟩ omnes poetae ... -[s]thalamia dixissent *eqs.* (*v. infra l. 72. 80*). SIDON. carm. 14, 1 omissa ...-i teneritudine per asperrimas philosophiae ... regulas stilum traxi. 14, 2. CASSIOD. in psalm. 44 p. 318^D istius (*sc. Christi*) ... spiritales nuptiae referuntur, istius vota -i laude celebrantur *eqs. ibid.* div. p. 319^A. *al.* *nota carm. tit. vel subscr.* (*v. supra l. 54*): ANTH. 18 *al.* AVSON. 356$^{tit.}$ DRAC. Romul. 6 *subscr.* 7$^{tit.}$ *et subscr.* ENNOD. carm. 1, 4$^{tit.}$ -um (-tho- *B*, -t- *LV*) dictum (*v. supra l. 65*) Maximo.

2 *speciatim ap. Christ. de cantico canticorum, quod nuptiali poemati assimilatur*: PS. ORIG. tract. 12 p. 132, 10 sic ... in -o (*F*^{2}, ... ium *BF*) illo, quod dicitur canticum Salomonis, scriptum est (*seq. 1, 1*). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 61, 5 B. -um libellus hic, id est nuptiale carmen, dramatis in modum mihi videtur a Salomone conscriptus. *ibid.* p. 74, 12 istud -i carmen. p. 74, 19 in -o hoc cantici canticorum. *al.* AVG. in euang. Ioh. 65, 3. serm. coll. Morin p. 52, 10 totus liber quasi carmen est nuptiarum, quomodo dicunt -um. *et al.*

epithēca, -ae *f.*, *ἐπιθήκη (ex coni.).* *i. q. accessio, auctarium* (*cf. Plaut. Merc. 490*): PLAVT. Trin. 1025 (*trslt. per iocum*) quid ego quod periit petam? nisi etiam laborem ad damnum apponam -am (*Camerar.*, apo- *codd.*; pros- *suspic. Leo*) insuper.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epithema, -atis *n.*, *ἐπίθεμα. scribitur*: epyt(h)-: SORAN. *infra l. 34. 39.* THEOD. PRISC. log. 64 p. 167, 8 (epytima *b*, et himtia *V in ras.*; epithematia *r*) *infra l. 42* (*cf. et l. 5*). PLIN. VAL. *infra l. 38.* -t(h)im-: SORAN. p. 69, 15. 20 *et infra l. 34. 38. 39.* THEOD. PRISC. *infra l. 42. 43.* gyn. 9 p. 230, 14 (epytima *f, v. supra l. 3*; epithima *gb*). PLIN. VAL. *infra l. 38.* PS. LEO M. *infra l. 45.* CAEL. AVR. *infra l. 27. 48.* CASS. FEL. *ubique* (epith'a *sim. cod. p saepius* [*sic et* 71 p. 170, 16 *pro voce* 'epithymi'; *v. p. 691, 57*]). ORIBAS., ALEX. TRALL., ISID. *infra l. 15* (*v. et s.* epithymum). apithima: ALEX. TRALL. 1, 43. -thym-: MARCELL. *infra l. 40.* [*gr. vox*: HIER. epist. 64, 1, 5 (*v. adn. crit.*).] *de formis: sg. acc.* -am (*sc. tamquam sec. I^am decl.* -a, -ae): PS. LEO M. *infra l. 45. sg. abl.* -o (*fort. confusum c. v. q. e.* epithymus): CAEL. AVR. *l. 27. de notione*: GRAMM. suppl. 187, 11 -a dicitur et emplastrum a superponendo dictum (*cf. ibid. l.* 19; *antea*: synthema). ISID. orig. 4, 9, 10 -tima eo quod superponatur aliis adiutoriis praecedentibus. GLOSS. III 600, 20 -a fastimentus (fascimentum *a*) in similitudinem quasi malagma. [*it.* pittima, *hisp.* bizma. *M.-L.*]

i. q. fomenti sive emplastri (syn. infra l. 32. 46; cf. et supra l. 14) genus quoddam (acced. genet. obi. l. 36. 48. coniung. malagma: *l. 17. 28): cf.* PS. SORAN. quaest. med. 37 p. 252, 17 extrinsecus ... accedere dicuntur ... embrochae, cataplasmata, -temata *eqs.* CASS. FEL. 76 p. 185, 21 -ima dicunt Graeci medicamentum, quod stomacho et praecordiis ... et ventri superponatur, cum fuerit panno inunctum. 1 *proprie*: SCRIB. LARG. 160 -e uti oportet, quod *eqs.* (CAEL. AVR. chron. 2, 13, 175 utendum constrictivis [*v. infra l. 47*] -bus. acut. exc. 11 p. 706 utantur -timo diacerotario, deinde malagmata. *al.* CASS. FEL. 34 p. 74, 12 dia melilotu -imate [*item* 42 p. 97, 5]. 42 p. 101, 9 -imate. 44 p. 112, 5 dia spermaton -imate [55 p. 144, 16]. *al.* ALEX. TRALL. 1, 43 -bus; *gr. I p. 495 P. ἐπιθέμασι*). AVG. in psalm. 90 serm. 2, 6 p. 1165^a. med. tamquam medico diceretur posito forte -e: 'molestum est mihi hoc emplastrum ... tolle illud' (*cf.* 130, 7 p. 1709^a. med. apponit [CASS. FEL. 34 p. 74, 11 -ima dia spermaton]. SORAN. p. 63, 5 -thima [epiti- *b*, epythi- *l*] ... dia sycon ... imponimus [THEOD. PRISC. log. 85 p. 187, 3. *al.* ORIBAS. syn. 5, 4 p. 48; *gr. deest*]). serm. 154, 5, 6 (*ad* 'tumoris -a apostolo datum'; *v. supra l. 20*) qualem tumorem timuit, qui ... -a accepit (PLIN. VAL. 3, 12 epythima). SORAN. p. 16, 18 cum -imatibus stalticis. p. 45, 19 damus -ima (epythi- *h*), quod *eqs. al.* MARCELL. med. 20, 104 (*antea* epithematium). 20, 147 -a (-thym- *P*), quod efficaciter prodest stomacho. *al.* THEOD. PRISC. log. 62 p. 164, 12 adhibeo -ta (-thima *Vb*, epythem- *r*; epithematia *Gelen.*) simili sub virtute operantia (87 p. 190, 4 [-tima *b*, -thimata *V*]. PS. LEO M. serm. 15, 4 p. 511^A reguli filium rex regum reddidit sanum [*v. Ioh. 4, 50*], non adhibens diversis pigmentis -thimam [*v. supra l. 11*], sed lingua baiulans medicinam [*antea* emplastro]. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 103 constrictiva [*v. supra l. 26*]. acut. exc. 24 p. 728 puscae adhibendae atque -thima egiae [*i. hygiae; v. supra l. 20*]. *al.*). *al.* CAEL. AVR. chron. 3, 4, 59. CASS. FEL. 51 p. 134, 7 -ima (-imia *c*). 76 p. 186, 11 -ima Filagrii. *al.* ALEX. TRALL. 1, 47 -ima (*gr. I p. 501 P. ἐπιθέμασι*). *cf.* epithematium *et v. p. 688, 31.*

2 *per allegoriam*: MART. CAP. 3, 225 (*in laude atramenti quasi pro mendorum remedio habiti*) arterias ... medicaminis adhibitione purgabat, in quo et cera fago illita et gallarum ... commixtio et Niloticae fruticis collemata notabantur. quae vis -is licet memoriam ... procuraret, tamen *eqs.*

epithematium, -ī *n.* *ab *ἐπιθεμάτιον* (*cf. sim. demin. ut* enematium, gargarismatium *al.*). -thim-: *l. 61. 63. 64.* -thym-: *l. 61.* epy-: *l. 61.* GLOSS. III 602, 34 lixoperitum (*i. λῃξοπύρετον*) -tematia, refrigeratorium. *fere i. q. epithema* (*1, v. supra l. 25*): MARCELL. med. 20, 37 -o (-thymatio *L*, epythim- *P*) ... post cataplasma uti oportet. 20, 48 stomacho -um (epidie- *P*) ... superpones (*cf.* 20, 49 -um [-thi- *PL*] optimum ad stomachum reparandum. 20, 99. 102). 20, 75. 146 confectio -i (-thim- *PL*). 20, 148 tenue. 27, 140 -um ad ventrem stringendum (*cf.* 27, 141 ad ventrem restringendum). *al.* [THEOD. PRISC. log. 64 p. 167, 8 *cod. r v. supra l. 2 sq. cf. et supra l. 40.*]

epitherapeusis *f.*, *ἐπιθεράπευσις. t. t. rhet., i. q. quasi* '*curatio postea facta*', *sc. per confirmationem (non emendationem): cf.* PS. ASCON. Verr. p. 215, 8 St. 'an me taciturnum' (*Verr. I 27*) est hic -is, ubi non emendatio dicti atrocissimi, at confirmatio ponitur recte dixisse, causa subiecta cum quadam ⟨indignatione⟩. PORPH. Hor. epist. 1, 12, 11 p. 330, 28 'vel quia cuncta putas': -is, qua dicit illum philosophandi studio sordide vivere. [*gr. vox*: PORPH. Hor. epist. 1, 20, 25 p. 366, 27. 2, 1, 118 p. 378, 22. DON. Ter. Ad. 500 (*suppl. R. Stephanus, lac. in codd.*).]

epithesis, -in *f.*, *ἐπίθεσις. -tis-: *p. 690, 1.* epyt-: *p. 690, 7.* *abl.* -i: *l. 81.* [*del.*: PORPH. Hor. epod. 5, 37 p. 195, 24 *(Fabricius). suppl.*: THEOD. PRISC. *p. 690, 7.*] 1 *t. t. gramm., i. q. positio epithetorum*: PORPH. Hor. epod. 5, 47 p. 196, 12 pro rei atrocitate mira haec [idem positura] (*del. W. Meyer*) -i asperantur: 'inresectum pollicem' et 'saeva' et 'dente livido'. 2 *t. t. med., i. q. superpositio* (*opp.* lenimentum, *v. p. 690, 2*): PS. SORAN. quaest. med. 189 p. 266, 24 duo *tempora aegritudinum chronicarum*, quae Graeci -in (-itis- *cod.*) et dialimma appellant, quod a nobis superpositio et lenimentum ... dicitur (CASS. FEL. 51 p. 133, 13 in ipso superpositionis tempore, quam Graeci -in [*p*, epitheson *c*] vocant, id est in quo passio superimponendo dolores increscere facit). THEOD. PRISC. log. 39 p. 138, 11 quibus (*chronicis*) aliquando febres supervenientes sub longo tractu passionum veluti temporales commotiones assimulant, ⟨quam medici -in (epytisin *r*, veluti epytisma *b*) appellaverunt⟩. *v. et* epitasis *p. 688, 14 sqq. et cf. Rose in indd. Soran. p. 390 et Cass. Fel. p. 204 s. v. ἐπίθεσις.*

epitheton (-um *v. l. 17*), -ī *n.*, *ἐπίθετον. scribitur* -teton: QVINT. *infra l. 75.* DIOM. *infra l. 38.* COMMENT. Lucan. *trad. ubique. v. et infra l. 55. 59.* epy-: *infra l. 38.* [*graece aut trad. aut ed. saepius: afferuntur* QVINT. inst. 8, 6, 40; *v. infra l. 29 sqq.* CHAR. *infra l. 37.* PORPH. *p. 691, 5; reliqua exempla quibus vox gr. legitur, omittuntur, ex. gr.*: PORPH. Hor. carm. 1, 24, 7 *al.* DON. Ter. Eun. 325 p. 341, 12 (-um *V*). *ibid. l.* 12 (-a *V*). DOSITH. gramm. VII 397, 4. *et al.*] *de formis: nom.* -um: CONSENT. gramm. V 339, 2 (*in loco recent. manu fort. addito*). *v. et l. 16. de usu: habetur inde a* QVINT. inst.; *pro adi. ponitur* SCHOL. Stat. *p. 691, 45* (*acced.* nomen); *omittitur per ellipsin q. v. p. 691, 12. 24.*

t. t. gramm. et rhet.: i. q. appositum, attributum (*syn.* adiectivum [*v. infra l. 47*] *aut* superpositum [*v. l. 48* (*cf. l. 47*); supranomen *l. 46*]; *strictius fere i. q.* '*firmum ac perpetuum*' *appositum: p. 691, 6 sqq.*): 1 *potiora quaedam*: a *de vi ac notione, de virtute -i sim.* (*cf. et* QVINT. inst. 8, 6, 41 solet fieri aliis adiunctis -on tropus [*ex. sunt Verg. Aen. 6, 276* 'turpis egestas'; *6, 275* 'tristis senectus']): α *definitur, explicatur*: QVINT. inst. 8, 2, 10 ex adpositis — -a dicuntur — ut 'dulcis musti' *eqs.* 8, 6, 40 cetera ... ad ornandam ⟨vel⟩ augendam orationem adsumuntur. ornat enim *ἐπίθετον*, quod recte dicimus adpositum, a nonnullis 'sequens' dicitur (*de usu in seqq.*). SACERD. gramm. VI 463, 8 de -o. -on est dictio propriis adiecta nominibus vel demonstrandi vel ornandi vel vituperandi ⟨causa⟩. *ibid. l.* 10 sumitur -on modis quinque *eqs.* DON. gramm. IV 400, 20. *ibid. l.* 22 fit ... -on modis tribus *eqs.* ... vel vituperamus aliquem vel ostendimus vel ornamus. CHAR. gramm. p. 197, 23 B. sunt etiam quae a Graecis *ἐπίθετα* (*ἐπι(κ)τητικα trad.; latine*: DIOM. gramm. I 323, 6; -teta *B*, epy- *M*) dicuntur, quae quibusque personis adiciuntur laudandi gratia (*ex. Verg. Aen. 7, 651*) vel vituperandi (*2, 264*). p. 360, 24 -on est dictio vocabulo adiecta ornandi aut destruendi aut indicandi causa. (25) ornat -on sicut 'dirus Vlixes' (*Verg. Aen. 2, 261*), destruit sicut 'scelerumque inventor Vlixes' (*2, 164*), indicat sicut 'Larisaeus Achilles' (*2, 197*). DIOM. gramm. I 459, 8 *sqq.* SERV. Aen. 1, 178 -a numquam vacant, sed aut ad augmentum aut ad diminutionem aut ad discretionem poni solent. 2, 171. ISID. orig. 1, 37, 12 -on supranomen (*cf.* GLOSS. V 359, 11 -on superpositio. *v. supra l. 22*). *et al.* *i. q. lat.* 'adiectivum' (*v. l. 52. 54. 56*; 'superpositum' *l. 52. 56. 57*) *sc. artius usurpatum de iis adi., quae per se* '*mediae signific.*' *sunt*: DON. gramm. IV 374, 4 sunt alia *nomina* mediae significationis et adiecta nominibus, ut 'magnus', 'fortis'. dicimus ... 'magnus vir', 'fortis exercitus': haec etiam -a dicuntur [id est adiectiva] (*om. P*, superposita *L*). CLEDON. gramm. V 36, 14. POMP. gramm. V 147, 20 ista (*sc.* 'fortis', 'magnus') adiectiva dicuntur latine, graece -a appellantur. CONSENT. gramm. V 340, 8. GRAMM. suppl. 72, 13 alia -a (-teta *trad.*) sunt, id est adiectiva vel superposita. ISID. orig. 1, 7, 22 -a ... latine adiectiva vel superposita appellantur eo quod ad implendam sui significationem adiciantur ut 'magnus', 'doctus' *eqs.* (*sim. fere* GLOSS.^L IV Plac. E 22 -teta *bis*). *et al.*

β *de ratione inter* -on *et cognatam fig. q. c.* 'antonomasia' *intercedente*: QVINT. inst. 8, 6, 29 antonomasia, quae aliquid pro nomine ponit, poetis ... frequentissima et per -on, quod detracto eo, cui adponitur, valet pro nomine 'Tydides', 'Pelides' et ex iis, quae ⟨in⟩ quoque sunt praecipue et *eqs.* SACERD. gramm. VI 463, 16. DON. gramm. IV 400, 21 antonomasia vicem nominis sustinet, -on numquam est sine nomine, ut 'dira Celaeno' (*Verg. Aen. 3, 211*) et 'dia Camilla' (*11, 657*). CHAR. gramm. p. 361, 11 *sqq.* B. SERV. Aen. 1, 23 'Saturnia' antonomasia est, non -on. quae fit quotiens pro proprio nomine ponitur, quod potest esse cum proprio nomine et -on dici. POMP. gramm. V 307, 12 *sqq. ibid. l.* 23 nihil est ... -on nisi antonomasia iuncta nomini. ISID. orig. 1, 37, 12. *et al.*

b *de certis quibusdam iisque sollemnibus -i generibus* (*distinctione fere per adi. facta [per praep. c. subst.: p. 691, 14. 17. 18; per adv. infra l. 80]; aliter [non technice] s. 2, p. 691, 33. 41 sqq.*): QVINT. inst. 8, 3, 20 'exiguus mus' (*Verg. georg. 1, 181*) ... -on (-tet- *AG*) ['exiguus' aptum] (*del. Christ*) proprium effecit, ne plus expectaremus *eqs.* SERV. Aen. 1, 223. 224. 7, 31 *saepe.* SCHOL. Hor. carm. 1, 1, 14 *(rcp). al.* COMMENT. Lucan. 2, 5. 4, 677 *al.* SCHOL. Stat. Theb. 2, 332. *al.* CASSIOD. in psalm. 136, 10 p. 977^D. *et al.* *cf.* SERV. Aen. 1, 699 'pater' proprie omnium deorum -on est. PORPH. Hor. carm. 3, 27, 66 p. 132, 4 'ridens' et perpetuum [antepositum numen] (*del. W. Meyer*) -on est Veneris et ad praesentiam pertinet. 4, 14, 18 p. 159, 2 *al.* (*v. et p. 691, 2 sqq.*). DON. Ter. Eun. 515 p. 383, 18 (-tet- *codd.*). SERV. ecl. 6, 7 'tristia ... bella' -on bellorum perpetuum.

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Serv. auct. Aen. 1, 223 Serv. Aen. 2, 250 *saepe*. Schol. Hor. **ars** 405/6 *al.* *et passim.* *inde omisso per ellipsin q. v. adi.* 'perpetuum' *-on per se significare videtur idem atque '-on perpetuum' (fort. iam ap.* Porph. Hor. carm. saec. 25 p. 181, 22 'stabilis rerum' autem *ἐπίθετον* est 'termini' [*i.* '*-on perpetuum*'; p. *add. Petschenig*]): Schol. Hor. sat. 1, 1, 36 'inversum annum' magnum -on anni (*i. fere* '*-on*' '*firme*' *ac* '*perpetuo*' *affixum. sic etiam*: **ars** 157 ['mobilibus naturis'] est magnum -on; quid enim naturā mobilius?). Serv. ecl. 3, 33 'iniusta noverca' -on generale novercarum. georg. 1, 186. 3, 332 'Iovis quercum' et 'sacram umbram' generalia esse, non specialia -a. *al.* *v. et infra l. 19.* *cf.* Serv. Aen. 4, 178 'terra parens' generale est (*sc. -on; v. p. 690, 20*). Serv. auct. ecl. 6, 63 ('amarae corticis') est -on naturale. auct. Aen. 1, 127 -a alia naturalia sunt, alia ad tempus *(v. infra l. 17). al.* Schol. Hor. epod. 16, 39 (*Γb V*). Serv. auct. georg. 4, 17 'inmitibus nidis' temporale -on est. Aen. 1, 4 Serv. auct. Aen. 4, 190 *al.* *cf.* Serv. auct. Aen. 1, 99 'saevus' . . . est -on ad tempus (auct. Aen. 8, 549. *v. supra l. 14*). Serv. auct. Aen. 5, 17 -on sumptum ex tempore. Serv. auct. Aen. 3, 398 'malis Grais': potest . . . aut catholicon esse -on Grais vel eis habitantibus Grais, qui mali sunt (*cf. l. 9*). Serv. auct. Aen. 4, 224 'Tyria Carthagine': civitati -on patrium dedit. Serv. auct. Aen. 6, 279 familiare (*sc.* '*mortiferum*' *bellum*). Serv. auct. Aen. 8, 336 poetico (*opp.* proprio . . . vocabulo). Serv. Aen. 10, 135 'colli vel capitis' erat commune (*sc. -on; v. p. 690, 20*). Schol. Stat. Theb. 5, 326. Schol. Verg. Veron. Aen. 2, 173 'salsus' . . . -on demonstrativum. *sim. al.*

2 *generalia*: Tert. pall. 4 p. 935 Oe. scytalosagittipelliger ille (*i. Hercules*), qui totam -i sui sortem cum muliebri cultu compensavit *apud Omphalen* (*i. quicquid -on suum ipsi attribuerat*). Sacerd. gramm. VI 458, 26 schesis onomaton est, cum singulis nominibus -a iunguntur (Diom. gramm. I 446, 25). Porph. Hor. epist. 1, 6, 38 p. 325, 11 'suadela' . . . -on est Veneris. *al.* Serv. georg. 4, 101 'dulcia mella' non est superfluum -on. auct. georg. 4, 287 longo . . -o 'Pellaei Canopi' sic usus est, ut alibi 'Tyrios et Agenoris urbem' (*Aen. 1, 338*). Aen. 2, 7. 2, 20 'ingentes' . . . -o levavit tapinosin (2, 482 auxit tapinosin [3, 197 *al.*]. *cf.* Pomp. gramm. V 294, 34 ut accipiant -a maiora, ut sic eleventur [*sc.* 'cavernas' *Verg. Aen. 2, 19 levandum per* 'c. . . . grandes']. *sim. et al.*). 2, 392 duo -a . . apud Latinos vitiosum est (*sim.* 3, 70. 6, 552 excludendum est vitium de duobus -is. *al.* Cassiod. in psalm. 139, 1 p. 995^{A}). 2, 360 'cava umbra' bonum -on (*cf. sim. adi. laudativa* [*aliter p. 690, 72 sqq.*]: Serv. auct. Aen. 8, 84 oportunum. Schol. Hor. sat. 2, 3, 280 apta [*Γ*]. Cassiod. in psalm. 39, 5 p. 289^{A} pulcherrimum. *al.*). *passim.* Comment. Lucan. 8, 303 *al.* Schol. Stat. Theb. 7, 47 'impetus amens': singulis ministeriis Martis -a nomina (*v. p. 690, 19*) aptando coniunxit. *al.* Macr. Sat. 3, 6, 11 *al.* Sidon. epist. 9, 7, 2. *et al. passim.* *de re v. Volkmann, Rhetor. d. Griech. u. Römer², p. 429.*

1. epithima *v.* epithema. [**2. epithima** *v.* epitome.]

epithimon, -um *v.* epithym-.

*?***epitholium** *v.* epitolium, epitonium.

Gloss.^{L} IV dub. Plac. E 12 **epithymēticon** (epytimit- *trad.*) concupiscibile (*ex* Cassian. conl. 24, 15, 3; *ubi vox gr.*). *cf.* Gloss. V 417, 11.

Iren. 1, 29, 4 *Spiritum* dicunt . . . generasse kakian, zelon et pthonon et erinyn et **epithȳmiān** (*i. ἐπιθυμίαν pro re personata*).

epithymon (*v. l. 58*) *et* **epithymum,** -ī *n.* (-us *v. l. 59*), *ἐπίθυμον.* -tim-: Vindic. *infra l. 71.* Diosc. *infra l. 72.* -thim-: Cass. Fel. *infra l. 74. 76* (epith'i *p; v. s.* epithema *p. 689, 7*). Oribas. epy-: Oribas. *infra l. 77.* *de formis*: *nom. acc.* -on: Plin. *infra l. 67.* Marcell. *infra l. 70; rell. locis* -um. -thymus (*masc.?*): Oribas. *infra l. 77.* Gloss. *de notione*: Isid. orig. 17, 9, 13 -um Graecum nomen, quod latine dicitur flos thymi (*cf. l. 68. 72*). Gloss. III 562, 71 -themus qui super timo nascitur (589, 72 -ttimus. 595, 55 -temus. 611, 32. 623, 34 -tinum). III 565, 23 hipoteus (*i.* '*hippopheos*', *v. infra l. 67*) i. -temu. III 629, 52 opitimus. [Misc. Tir. 65, 10*?*; *v.* epitene *p. 688, 29.*]

i. q. flos e thymo nascens, qui et '*hippopheos*' *(v. l. 63. 67) vocatur*: Plin. nat. 1, 26, 35 -on sive hippopheos VIII (26, 55 -um qui est flos e thymo satureiae simili . . . quidam hippopheon vocant. *cf. supra l. 63*). 26, 55 -um. 26, 106 -i sucus. 26, 130 -um. Marcell. med. 20, 74. 30, 11 pituitam et bilem . . . *detrahit* -on. 30, 33. Vindic. med. 33 (-timo *B*). Theod. Prisc. log. 77 p. 179, 12. Diosc. 4, 172 de -timo. -timu(m) flore est tymmi simile tymbre (*gr. 4, 177 ἐπίθυμον, ἄνθος ἐστὶ θύμου κτλ.*). Cael. Avr. acut. 2, 9, 53 bibere . . . aquam salsam et -um. Cass. Fel. 9 p. 16, 15 -um (-thimum *c*, -thi *p*) . . . ex locis maritimis sumptum . . . decoquas (*cf.* 71 p. 170, 16 -i [-thim- *c*, epith'i *p*] decoctionem [Oribas. syn. 2 add. p. 845 -thimi]). Oribas. syn. 1, 17 p. 818 de -thimu. epythimus cholera . . . deponit *eqs.* (*gr. p. 26, 10 ἐπίθυμον*). Alex. Trall. 1, 60. 64.

Plin. nat. 34, 80 Pyrrhus Hygiam *fecit* et Minervam, Phanis Lysippi discipulus **epithȳūsan** (*sic Sillig, Keil*; ephity- *B*, epydhisam, -um *rell.*; *i. ἐπιθύουσαν*).

epitim- *v.* epithema, epithymum.

[**epitīmēsis** (*ἐπιτίμησις*), *fig. rhet.*: *gr.* Ivl. Rvf. rhet. 21 p. 44, 8 (*lat. B*). Ps. Ivl. Rvf. schem. dian. 7 p. 61, 19 Carm. de fig. 161.]

*?***epitimio** (epyt- *cod.*, epithoinio *Heraeus*) epulo, caena vel comesator Gloss. V 568. 30.

epitog(i)um, (-ī) *n.* *a gr. ἐπί et* toga. epitogum: Not. Tir. 97, 9 (*post* togatus, brax, bragatus; *ante* lacinium, tunica *sim.*). epitogis (*plur. abl.*): Chiron *l. 11 bis* (*dub. utrum ab* -togum *an ab* -togium). *i. q. amiculi genus* (*sc. togae superiniciendum*): Qvint. inst. 1, 5, 68 (*de ratione vocum componendarum*) *iungitur compositum* aut ex nostro et peregrino ut 'biclinium' aut contra ut '-ium' et 'Anticato'. *fere i. q. cooperimentum*: Chiron 318 p. 95, 25 unctionibus . . . *iumentum* perfrigato tam diu, donec sudet et [et] -gis coperito (463 p. 153, 10 -gis coperito aut pellibus lanatis).

Not. Tir. 97, 93 culcita, tritolium, **epitolium,** pulvinum (*inc. orig.; ab ἐπί et τύλη Schmitz [Festschr. Trierer Philol.-Vers., Bonn 1879, p. 67], qui c. cod. Guelf. tamen praefert* (h)emitolium; *aliter* emituliarius, *v. p. 510, 47*). *cf.* Gloss. *τύλη* culcita *sim. et v. s.* epitonium, *p. 693, 2.*

epitoma *v.* epitome.

epitomārius abbreviator Gloss.^{L} V Aa E 452 (*vel* -matarius).

✖**epitomē,** -ēs *f.*, *ἐπιτομή.* *scribitur*: ephi-, aephi-, eptho-; -itho-, -ithi-, -icto-, -iste-; -n(a). *litt. gr.*: Hier. epist. 33, 2 *bis.* 53, 8, 17. *de formis*: *gr.*: *nom.* -e: Cic. *v. infra l. 36.* Dimens. provinc. 31. *acc.* -en: Cic. Att. 13, 8; *v. infra l. 44.* Lact. epit. praef. 1 Avson. 420, 3. *abl.* -e: Hier. in Nah. 3; *v. l. 70. 75.* -i: Oribas. syn. 2 add. p. 841 tit. *lat.*: *sg.*: *nom.* -a: Flor. epit. 1, 1; *v. l. 51.* Prosp. chron. I tit. Not. Tir. 76, 30. *gen.* -ae: Virg. gramm. epitom. 2 p. 10, 18 Avson. 409, 12. *acc.* -am: Cassiod. *v. l. 68.* Chiron *infra l. 61.* Ennod. opusc. 3, 146 p. 368, 21. *abl.* -a: Cic. *v. infra l. 37.* Prisc. gramm. II 251, 1. *l. 75.* *?*Veg. mulom. (*v. l. 80*). *pl.*: *nom.* -ae: Flor. epit. 1, 1 praef. Epit. Alex. tit. *gen.* -arum: Diom. gramm. I 365, 7. *acc.* -as: Plin. nat. *v. infra l. 47 sqq.* *abl.* -is: Colvm. 1, 1, 10 Prisc. gramm. III 482, 3 Victorin. Petav. in apoc. 4, 5 p. 56, 4. Gloss. adbreviatio. supercisio quae de maiore corpore librorum carptim . . . excerpitur *eqs.* (*seq.* expositiunculas). breviarium. *legitur inde a* Cic. [*in loco turbato*: Cic. Att. 12, 5, 3 contur⟨ba⟩bat (-bo *M*) enim me -e Bruti Fanniana, in Bruti -a Fannianorum scripsi quod erat in extremo (*M, al. alia tempt.*). *v. et* epinome *p. 670, 67.*].

1 *i. q. liber abbreviatus quo continentur ea quae ex libro quodam vel libris res fusius exhibentibus excerpta sunt* (*significantur per num. sing. et plur. cum totum opus in brevius redactum tum si partes plures amplectitur singuli -ae libri. syn. e. g. compendium, breviarium, summarium, cf. infra l. 54. de re v. Wölfflin, Archiv, 12, 1902, 333 sqq.*): Cic. Att. 12, 5, 3 *v. supra l. 36.* 13, 8 -en Bruti Caelianorum velim mihi mittas. Colvm. 1, 1, 10 Diophanes Bithynius Uticensem totum Dionysium . . . per multa diffusum volumina sex -is circumscripsit (Plin. nat. 1, 8 ind. auct. Diophane qui ex Dionysio -a⟨s⟩ fecit: *acc.* -as *Mayhoff [cf. Archiv 13, 1903, 97] restituit ex* 1, 14 *M et* 1, 15 *M*^{2}, *F*^{a} *etiam*: 1, 17. 18; *rell. locis et codd. ubique trad.* -a [*praeter* 1, 15 -en, -em]). Flor. epit. 1, 1 praef. -ae (*L*, -a *B, N*) de Tito Livio *eqs.* Diom. gramm. I 365, 7 Fenestella in libro -arum secundo. Prisc. gramm. II 251, 1 Apuleius in -a (III 482, 3 in -is historiarum). Virg. gramm. epitom. 2 p. 10, 18 scire et hoc vos in fine huius -ae, hoc est expositionis cupio. Dimens. provinc. 31 -e (*M*, -en *V*) totius orbis finit. Epit. Alex. tit. Alexandri Magni -ae rerum gestarum. Victorin. Petav. in apoc. 4, 5 p. 56, 4 in -is Theodori. Lact. epit. praef. 1 p. 675, 7 quamquam divinarum institutionum libri . . . ita . . . mentes instruant, ut *eqs.* tamen horum tibi -en fieri desideras. Avson. 409, 12 *tres Suetonii* libros in -en coegisti (*i. Paul. Nol.*). 420, 3 breviter et in -ae speciem belli Troici causam, origines . . . retexuimus. Chiron 743 ex his -a (*i.* -am) feci. Oribas. syn. 2 add. p. 841 tit. de clystere Iusti iatrosofiste en -i (*i. ἐν ἐπιτομῇ*). *audacius de summario virtutum*: Ennod. opusc. 3, 146 p. 368, 21 precor . . . ut . . . Victor . . . episcopus comes mihi et particeps huius itineris adiungatur, in quo clarum est -am omnium virtutum constare.

2 *i. q. brevis expositio eorum quae alias pluribus verbis fusiusque scripta erant*: Cassiod. gramm. VII 199, 9 quasi per -am eadem mihi repetere placuit (Hier. in Nah. 3 p. 1265^{A} dicam . . . primum breviter, id est quasi in -e, et postea latius de singulis disserens).

3 *pertinet ad numerum litterarum restringendum in ludo metrico*: Ven. Fort. carm. 5, 6 praef. 8 (*antec.* totidem versiculis [*i. 33*] texerem carmen quot litteris) tam metri necessitate quam litterarum -e (-a *g*^{2}) quid facerem?

epitomo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* epitoma. *i. q. in epitomam redigere*: Treb. trig. tyr. 30, 22 *Zenobia* historiae Alexandrinae atque orientalis ita perita, ut eam -asse dicatur. Veg. mil. 1, 8 horum, quos supra rettuli, quae dispersa sunt, velut in ordinem -ta conscribo. mulom. praef. 6 breviter omnia -ta (*A F*, epitoma *L*, enucleata *P*) digererem. Nepotian. praef. p. 592, 17 cum . . . praeter nos duo profecto nemo -ta cognoscat (*opp.* integra).

epitomos (*vel* -ōs) breviata Gloss. V 358, 54. *cf. ἡ ἐπίτομος sc. ὁδός et ἐπιτόμως.*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epitonium, -iī *n.*, *ἐπιτόνιον.* NOT. Tir. 114, 27 (*inter* solium *et* embasis *Guelf.*, epit(h)olium *rell. codd.*). *instrumentum aliquod, quo versando fit, ut fistulae alicuius foramina aut aperiantur aut claudantur* (*de re v. Puchstein, PW VI 203, 18 sqq. s. v.* epistomion; *quod tamen vocab. ex Iucundi ad* VITR. *l. 7. 10. 12 facta coniectura ortum non extat*): VARRO rust. 3, 5, 16 cum ... aqua ... ex orbi ligneo ... -iis versis ... factum sit, ut fluat. VITR. 9, 8, 11 (*de horologio aquae administratione moto*) *in tympano* minus tympanum includatur, ... ita uti minus tympanum quemadmodum -um in maiore circumagendo arte leniterque versetur. 10, 8, 3 singulis canalibus singula -a sunt inclusa, manubriis ferreis conligata (*de hydraulis. cf.* 10, 8, 5 motione ... vectium vehementiore spiritus ... compressus -orum aperturis influit et replet animae canales). SEN. epist. 86, 6 pauper sibi videtur, ... nisi Thasius lapis .. piscinas nostras circumdedit, ... nisi aquam argentea -a fuderunt. VLP. dig. 19, 1, 17, 8 -a fistulis adplumbata ... aedium esse. PAVL. sent. 3, 6, 65 instrumento balneatorio legato ... fistulae ... -a ... legato cedunt (*cf. Basil. 20, 1, 58 schol.*). CORP. VIII 23991 (*a. 233*), 9 dederunt et fistula plumbea cum -o aereo ad labrum lapideum aqua u⟨t⟩ saliret.

epitoxis, -idos *f.*, *ἐπίτοξις. i. q. catapulti cavum illud, cui imponitur sagitta*: VITR. 10, 10, 4 -idos longitudo

epitrapezios, *ἐπιτραπέζιος. de parva Herculis statua mensam decorante*: STAT. silv. 4 praef. Herculem -on (*sc. carm. sexto celebratum*).

[PASS. Firm. 3 praecepit *imperator* sibi tribunal in **epitrimō** circi praeparari (*corrupt. pro 'hippodromo'; cf. Jordan, Röm. Topogr. II 384 et v. s.* hippodromus).]

***epitritos** *et* **epitritus,** -a, -um, *ἐπίτριτος.* epy-: *infra l. 61.* [*vox gr.*: VITR. 3, 1, 6 (*ed.*, -os *x*). TER. MAVR. (*in descript. pedis, v. infra l. 78 sqq.*) 1546. 1553. *v. et p. 694, 2 al. de formis: gr. ratione: sg. nom.* -os: GELL. 18, 14, 5 TER. MAVR. 2406 FORTVN. gramm. VI 280, 26 *sqq.* MART. CAP. 7, 737 (-us *L corr.*). *acc.* -on: TER. MAVR. 1560. CENS. *infra l. 45.* SERV. *infra l. 57. adhibetur pro adi. ex. gr. l. 53. 54. 65. 71. 74. 75. p. 694, 18. 34; pro subst. saepe* (*neutr.* -um, -i: CHALC. *l. 56*; ISID. *l. 63*).

i. q. sesquitertius (*tam de ipso numero totum eiusque tertiam partem continente quam de comparatis inter se numeris, quatenus sesquitertia ratione constent [velut 4 : 3]. syn.* supertertius *infra l. 46*): **1** *in arithm. et mus.* (*de symphonia, harmonia q. e. διὰ τεσσάρων, v. infra l. 44 sqq.*): **a** *notabiliora exempla: definitur, explanatur*: GELL. 18, 14, 5 '-os' est, qui habet totum aliquem numerum et eiusdem partem tertiam, ut quattuor ad tres, duodecim ad novem, quadraginta ad triginta. CENS. 10, 8 p. 18, 5 *διὰ τεσσάρων*, cum earum pondera ... rationem haberent quam tria ad quattuor, quem pthongon arithmetici Graeci -on vocant, Latini supertertium (CHALC. comm. 45 p. 111, 20. *al.* MACR. somn. 1, 6, 43 fit *symphonia δια τεσσάρων* ex -o [*v. et infra l. 62*]. *al.* MART. CAP. 2, 107 tres ad quattuor -us vocitatur arithmetica ratione ac diatessaron perhibetur in musicis. 7, 737. 9, 933 *al.* BOETH. arithm. 1, 1 p. 11, 18 diatessaron ... modulatio -a conlatione componitur [*sim.* mus. 1, 10 p. 198, 4 secundum -am proportionem]. CASSIOD. art. 5 p. 1210^{D}). CHALC. transl. 36^{A} eorum *ordinum*, quibus accedit pars sui tertia, quod genus a Graecis -um (*U*^{2}, *ἐπίτριτος rell.*) dicitur (*gr. ἐπιτρίτων*). comm. 41 p. 107, 15 -um ... dicunt intervallum, quotiens numero ad numerum comparato maior minorem totum in se continet et eius tertiam portionem (*cf. ibid. l.* 18). 46 p. 113, 23 trium -a (*v. supra l. 34*) sunt quattuor. *al.* SERV. gramm. IV 425, 34 -on dicunt Graeci quattuor et tria vel tria et quattuor. MACR. somn. 2, 1, 15 est -us, cum de duobus numeris maior habet totum minorem et insuper eius tertiam partem, ut sunt quattuor ad tria ... is numerus vocatur -us (epy- *B*) deque eo nascitur symphonia quae appellatur *διὰ τεσσάρων* (*v. supra l. 39*). MART. CAP. 9, 933. ISID. orig. 1, 17, 22 -um est quando minus continetur a maiore ⟨et⟩ eius tertia pars.

b *loci generales*: GELL. 18, 14, 3 quale ... fieri nomen *latinum* posset 'hemiolio' numero aut -o? CHALC. transl. 43^{D} intervalla terna ...-orum sescuplorumque et epogdoorum medietatibus confirmata (*cf.* comm. 43 p. 109, 14 dixit epogdoi spatio -orum omnium intervalla compleri [47 p. 115, 11]. 47 p. 115, 19 -us non solum ex duobus epogdois constat, sed etiam ex alio quoque aliquantulo. 48 p. 116, 5 -is ... epogdoa ratione dimensis. *al.*). comm. 42 p. 109, 3 intervallum -ae quantitatis. 46 p. 113, 8 octo numerus sex numeri -us est (p. 114, 16 sex numeri -us est octonarius numerus. *al.*). *ibid.* p. 113, 10 duodecim ... numerus sex numeri duplex, qui dividitur in am rationem, scilicet duodecim adversum novem (92 p. 162, 26 sex et duodecim limitum intervallum continuavit -a ... potentia). *saepe.* BOETH. arithm. 2, 48 p. 155, 18 in -a propositione ut est quaternarius ad ternarium. *al. v. et p. 694, 34.*

2 *t. t. metr. de colo ('pede' p. 694, 18) unam brevem tresque longas syll. amplectente* (*sc. ex 'iamb.' aut 'troch.' et 'spondeo' constante* ⏑–|– –, –⏑|– – *[et versa vice], ita ut temporum numeri sing. pedum inter se collati 3 : 4 = 1 : 1⅓ efficiant. syn.* hippius: *p. 694, 3. 12 sqq. 29 sqq.; opp. vel coniung.* paeon: *p. 694, 4. 7. 36 sqq. [confusum c. metro paeonico: p. 694, 41]. appellatur* 'compositus' [*opp.* 'simplex']: *p. 694, 37* [*cf. et p. 694, 39*]): *cf. defin.* (*v. et supra l. 29*):

MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 32 -i dicti ob adiectionem tertiae partis quam sunt paeones meritoque a Graecis ita dicti *ἐπίτριτοι*: nam sunt heptasemi. 48, 12 -i qui et hippii, adaeque numero quattuor, quod[que] est veluti genus paeonicorum ... sunt ... heptasemi id est temporum septem (POMP. gramm. V 125, 7 -i septena habent tempora. *et al. v. et infra l. 8 sqq.*). DON. gramm. IV 370, 21 *paeonibus* contrarii sunt quattuor -i; -us primus ex prima brevi et tribus longis temporum septem ut 'sacerdotes'; (22) -us secundus ex secunda brevi et tribus longis t. s. ut 'conditores'; (24) -us tertius ex tertia brevi et tribus longis t. s. ut 'Demosthenes'; (25) -us quartus ex quarta brevi et tribus longis t. s. ut 'Fescenninus' (*sim.* DIOM. gramm. I 480, 29 hippius sive -us primus ex iambo et spondeo *eqs. ibid. l.* 30 hippius sive -us secundus ex trochaeo et spondeo *et sic deinceps ad l.* 34. FORTVN. gramm. VI 280, 26—28 -os *πρῶτος, δεύτερος, τρίτος, τέταρτος. sim. al. [cf. et infra l. 20 sqq.]. cf.* MART. CAP. 9, 986 qui quartum admittit iambum, appellatur -us iambus ... qui ... quartum recipit trochaeum, -us trochaeus appellatur). DIOM. gramm. I 518, 12 -us ... pes constat ex longa et brevi et duabus longis (*i. -us 'secundus'*). *et al.* ISID. orig. 1, 17, 19. TÉR. MAVR. 2406 -os ... primus implet hanc partem, brevis locata cum sit ante tres longas (*sic* primus: PS. BASS. gramm. VI 308, 12 *al.* GRAMM. VI 643, 40. 644, 2 *al.* secundus: PS. BASS. gramm. VI 308, 14 *al.* EXC. Bob. gramm. VI 627, 24 GRAMM. VI 643, 30 *al.* SCHOL. Hor. carm. 1, 2 praescr. [*A Br v*]. *al.* tertius: SACERD. gramm. VI 494, 34. 35 *al.* DIOM. gramm. I 521, 3 *al.* GRAMM. VI 644, 9 *al.* quartus: SACERD. gramm. VI 494, 32 *al.* PROB. cath. gramm. IV 42, 15 *al.* DIOM. gramm. I 504, 24 *al.* GRAMM. VI 642, 29 *al. et passim. v. etiam supra l. 7, infra l. 30 sqq.*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 41, 19 hippiorum quos -os vocamus (208, 2 -us sive hippius primus, secundus, tertius, quartus. SACERD. gramm. VI 534, 18 *al.* CLEDON. gramm. V 31, 1. PROB. cath. gramm. IV 42, 17 hippius tertius, id est tertius -us. AVDAX gramm. VII 336, 3 -us primus qui et hippius. *al.*). *al.* DON. gramm. IV 370, 32 amphibracho ... et -o, quorum alterum tripla, alterum -a divisione partimur *eqs.* (DIOM. gramm. I 480, 3. *et al.*). DIOM. gramm. I 502, 18 in -is et paeonibus (AVDAX gramm. VII 335, 22. *et al.* MART. CAP. 9, 975 simplices ... ut est pyrrhichius conpositosve ut sunt paeones vel eorum pares -i [*βΛM, om. ΛRB*]. SIDON. epist. 4, 3, 8 -orum ... paeonumque quaternas ... iuncturas [*opp. pedes bisyll. ut troch., pyrrhich.; trisyll. ut molossi, anap.*]). GRAMM. *saepe.* MART. CAP. 9, 977 *ter.* 9, 978 *al. nota* (*v. p. 693, 82*): SACERD. gramm. VI 499, 19 -i quattuor sunt, ideo hoc nomine vocati, quod ad tres breves una longa ... teneatur (*confus. c. 'pacone'*). paeones tot sunt numero, quot etiam -i *eqs.*

epitroc(h)asmos *m.*, *ἐπιτροχασμός. fig. rhet.*: CASSIOD. in psalm. 22, 9 p. 171^{B} -os id est dicti rotatio, cum succincte ea quae sunt effusius dicenda, perstringit (*sim.* 114, 1 p. 818^{C} -casmos). [*vox gr.*: AQVILA rhet. 6 p. 24, 16 SCHEM. dian. 9 p. 72, 28. DON. Ter. Ad. 670 p. 134, 17 (*suppl., lac. in codd.; sic et* Eun. 804 p. 444, 14 *al.*). Phorm. 390 p. 450, 10 rec. A (-trocasmos *R*, epytrochosmos *C*, epitasmos *D*). *et al.*]

epitropē, -ēn *f.*, *ἐπιτροπή. fere i. q. concessio, arbitrium alci. permissum (t. t. rhet.): cf.* ISID. rhet. 21, 30 p. 520, 25 (= orig. 2, 21, 30) -e id est permissio, cum aliqua ipsis iudicibus aut adversariis permittimus existimanda. CHAR. gramm. p. 374, 25 B. (*de schemate dianoeas*) per -en (*ex. est trag. inc. 197.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 76 p. 396, 17 'i nunc' oportune per -en ostendit fieri carmina Romae non posse). [*gr.*: RVT. LVP. 2, 17 p. 20, 12 IVL. RVF. rhet. 27 p. 45, 15. DON. Ter. Ad. 132 p. 32, 10 (*suppl. Steph., lac. codd.; sic etiam* 991 p. 184, 16 *al.*). *et al.*]

IVLIAN. epit. novell. 22, 82 p. 45$^{extr.}$ **epitropī** (*i. ἐπίτροποι 'inspectores' sive 'procuratores'*) et tracteutae non sint, nominentur autem *eqs.* [AVSON. 415, 2 *graece.*]

[CORP. IV 2413^{K} viginti **epitum** S. Vitalis (*dub.; v. adn. et add.*; viginticipitum *Diehl, pompeian. Wandinschr. nr. 752*).]

epitȳrum *n. ab ἐπίτυρον. genus quoddam condimenti (v. l. 75) ex fractis olivis constantis (cf. l. 73. 76): cf.* VARRO ling. 7, 86 (*allato loco Plaut., l. 70*) -um vocabulum est cibi, quo frequentius Sicilia quam Italia usa. PLAVT. Mil. 24 me sibi habeto, ego me mancipio dabo; nisi unum, -um (epytira *P, Varro ling. 7, 86; A n. l.*) estur (aut apud illa *P*) insanum (*A*, -e *P, Varro; varia temptata*) bene. CATO agr. capp. 128 -um album, nigrum, variium ... ex olivis facias (119 -um a., n. variumque sic facito. ex oleis albis nigris variisque nuculeos eicito *eqs.*). COLVM. 12, 49, 9 est et illud conditurae genus, quod in civitatibus Graecis ... usurpatur idque vocant -um (epistrum *S*). oliva pausea *eqs.*

***epiurus,** -ī *m.*, *ἐπίουρος. de formis*: epiurus (*quod sec. gr. expectes*) *nusquam traditur, sed tantum formae vulg.*: *1) plenae: a)* epigr-: ISID. *p. 695, 3.* GLOSS. *p. 695, 4 bis* (*fort. et* SEN. *p. 695, 13 cod. Naz.* spigros ['*i.* epigros?' *Heraeus; v. l. 84*]). *b)* epir-: PALLAD. 12, 7, 15 *PSG F*^{1} (epyr- *V*; pir- [*v. p. 695, 1*] *LET*). AVG. civ. (*p. 695, 19*) *omnes codd. Dombarti. 2) c. aphaeresi: a)* pigr-: SEN. benef. 2, 12, 2 *codd. (in* pirgos *depravatum in solo M) exc. fort. Naz.* ([*v. l. 80*]. epigros *scripsit Scal.* [*v. l. 80*], epiuros [*rectius ut*

[K.-M.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vid.] *Weise*). *b*) pir-: PALLAD. *v. p. 694, 81 (pars codd.).* *c*) pier-: GLOSS. *v. l. 5.* *de notione*: ISID. orig. 19, 19, 7 (*ex* AVG., *v. l. 19*) epigri et clavi sunt, quibus lignum ligno adhaeret (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. EP 46 epigri et cl. GLOSS. Scal. V 597, 51 epigri. *cf. l. 20*). GLOSS.^{L} II Abav. PE 120 pessuli pieri (*v. l. 1*), clavi lignei. *in ling. roman. quatenus* epígrus *propagatum sit, docti dissentiunt: cf. Meyer-Lübke, rom. Wtb. n. 2878* (epigrus), *6366* (peiron). [*Heraeus c.* epiurus — pirus *cft.* scíurus — scirus, *campid.* skirru (scirus: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 11; (s)cirus *sim.*: MART. 5, 37, 13 [$\beta\gamma$]; scirra [*et* scira]: GLOSS. *lat.-anglosax.*).]

i. q. clavi, cunei sim. genus: SEN. benef. 2, 12, 2 parum ... foede ... insolens fuerat *imp. Caligula*, qui de capite consularis viri (*sc. Penni*) soccatus audiebat, nisi in os senatoris ingessisset ... epigros (-iur-*?*, *v. p. 694, 84*) suos (*hyperbol. dictum pro* '*soccum osculandum porrexisset*' *Heraeus*). PALLAD. 12, 7, 15 si poma decurrant, oleastri epi⟨g⟩rum terebratae infige radici (*ad rem cf. Geopon. 10, 87, 4 οὐκ ἀπορρίπτει τὸν καρπὸν τὰ φυτά, ἐὰν τὴν ῥίζαν περιορύξας καὶ τρυπήσας κρανέας ἐπίουρον ἐμβάλῃς καὶ γῆν ἐπισωρεύσῃς*). AVG. civ. 15, 27 p. 118, 12 D. lignum ligno per suscudines, epiros, clavos, gluten bituminis non potest adhaerere (*v. supra l. 3*) *eqs.* *cf. Liddell-Scott s. v. ἐπίουρος.*

GLOSS. V 417, 1 **epiūsion** (*i. ἐπιούσιον*) peri⟨u⟩sion (*ex Hier. in Matth. 6, 11—13 p. 43*^{A}).

×**epizeuxis** *f.*, *ἐπίζευξις.* *scribitur*: epez-: *l. 35.* -zeus-: *l. 31. 36.* *abl.* -ī: *v. l. 30.* [*gr. litt.*: CARM. de fig. 76 MAR. VICTORIN. gramm. VI 93, 17.] *t. t. gramm. et rhet., i. q. eiusdem verbi repetitio cum gravitate prolata*: CHAR. gramm. p. 370, 12 B. -is est repetitio dictionis eiusdem cum impetu pronuntiationis ut 'me, me' *eqs.* ([*Verg. Aen. 9, 427*]. *item fere* DIOM. gramm. I 446, 9 de -i. -is est *eqs.* [*seq. idem ex.*]. DON. gramm. IV 398, 12 *al.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 630 'illum illum' -is [-zeus- *LMPb*] id est repetitio nominis. *et al.*). POMP. gramm. V 302, 26. 303, 10 -is nullum verbum in medio habet ut 'me, me' *eqs.* (*v. l. 29*). CASSIOD. in psalm. 17, 12 p. 127^{A} 'volavit, volavit' figura est -is, quae Latine coniunctio dicitur. 108, 20 p. 789^{A} 'domine, domine' ... figura dicitur epezeuxis *eqs. al.* ISID. orig. 1, 36, 10 (-zeus- *A*; *pro ex. est* 'sic, sic' *Verg. Aen. 4, 660*).

epizygis *f.*, *ἐπιζυγίς.* [*ex coni. certa.*] *i. q. ferrei cuneoli genus in ballista adhibiti* (*cf.* VITR. 10, 12, 1 cuneoli ferrei, quas *ἐπιζυγίδας* [epysycidas *GH*] Graeci vocant): VITR. 10, 11, 4 foramen *ballistae* ... oblongius sit tanto, quantam -is (opytigis *H*, opizigiis *G*) habet crassitudinem.

[**eplocea** *v.* epicrocea.]

GLOSS. III 623, 26 **epocalium** id est ungula caballina (611, 26 -um id est ungula ca⟨balli⟩ [seu fel terrae]. *cf.* III 545, 37 elucalium. *al. cf. s.* ebulcalium, *p. 16, 10 sq. [vox gall.; i. q.* '*tussilago farfara*'*]. v. et Thes. gloss. emend. s. v.* ungula caballi).

CIC. ac. 2, 59 illa ... nata est **epochē** (*ABV*, *ἐποχή edd.*) id est adsentionis retentio (*cf.* 2, 148 per epochem [*AB*] illam ... adsentior [*at dub., cf. Plasberg ad l. in ed. min.*]).

[**epodagri** MARCELL. med. 31, 26 *dub.* (*i.* '*equi-lacrimae*' *a celt.* epo-dagri*?* *suspic. Heraeus*; lithargyri *coni. Cornar.*).]

INSCR. christ. Diehl 377 (*Ravennae, a. 574?*) hanc arcam iubante ... Martino ego Principius ex **epodectā** (*i. ἀποδέκτης fere i. q.* '*exactor*') de meo proprio ... comparavi *eqs.* (*ad rem v. Oehler, PW I 2818, 41 sqq.*).

? PLIN. nat. 32, 152 (*ex Ov. hal. 102 sqq.; v. l. 60*) *poeta nominat pisces* chrysophryn ... percam, tragum et ... melanurum, **epodas** (eporas *Rdb*, aep- *V*) lati generis (*vox dub.; inde Hauptius in* OV. hal. 126 *pro* tunc lepores leti [lati *Sannazar.*] *ci.* 'epodes', *quod iure refellit Birt, de hal. p. 118 sq., qui contra ap.* PLIN. *coni.* lepores).

epōdicus, (-a), -um. *ab* epodos. *ad epodum (v. p. 696, 7) pertinens*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 176, 17 'sic te diva' *eqs.* (*Hor. carm. 1, 3, 1*) hoc metrum modo in -is, ⟨modo in proodicis⟩ ponitur, id est quotiens maioribus metris minus aliquid subiungitur, epodos (*v. p. 696, 17*) dicitur, quotiens vero comma vel colon integro metro praeponitur, proodicon (*v. p. 696, 19*) dicitur. FORTVN. gramm. VI 291, 7 de pentametro -o (296, 3). 295, 8 -um carmen.

epodos *v.* ephodos.

×**epōdos** *et* **epōdus**, -ī *m. et f.* (-on *n.*: *v. p. 696, 3*). *ab ἐπωδός (cf. ὁ ἐπωδός sc. στίχος et ἡ ἐπῳδός sc. περίοδος).* *scribitur*: hep-: *p. 696, 64.* epp-: *p. 696, 65.* aep-: *p. 696, 65.* *de formis: gr. forma: sg.: nom.* -os: QVINT. *p. 696, 24.* MAR. VICTORIN. *p. 696, 18 al.* TER. MAVR. 2099. *et al.* *acc.* -on: MAR. VICTORIN. *p. 696, 72. 73.* gramm. VI 137, 27. 161, 30 *al.* SIDON. *p. 696, 59. et al.* *pl.: nom.* -oe: DIOM. *p. 696, 13. 49.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 57, 3. 175, 30 (-e *A*). 176, 4. 182, 9. *al.* *gen.* -ōn: DIOM. *p. 696, 61 bis.* SERV. *p. 696, 62.* AVSON. *p. 696, 42. et al.* *decl. lat.: sg.: nom.* -us: MAR. VICTORIN. gramm. VI 170, 23 BASS. gramm. VI 269, 7 TER. MAVR. 1804 *al.* VEN. FORT. *p. 696, 38.* *acc.* -um: MAR. VICTORIN. *p. 696, 27. 28. 30 al.* *pl. nom.* -i: MAR. VICTORIN. *p. 696, 28.* TER. MAVR. *p. 696, 29.* *praeterea leguntur sg. gen.* -i (*p. 696, 34*), *abl.* -o *saepius; pl. acc.* -ōs (*p. 696, 26. 31. 44. 45. 74*), *abl.* -is *saepius.* *de genere: pro masc. v. ex. gr. infra l. 26. 29. 30. 34. 45. 59 (de* '*versu*'*); fem. v. infra l. 74. 76 (pro* '*parte*' *carminis lyr. [ἡ ἐπῳδός sc. περίοδος, v. infra l. 66], de* '*versu*' *infra l. 28; de -o Horat. infra l. 54*). epōdon *n.*: ISID. *l. 20. 21.* *de notione: cf.* PAVL. FEST. p. 56 clausula quam Graeci *ἐπῳδόν* vocant *eqs. v. l. 16.* [*ex coni.*: CENS. frg. 9 p. 63, 14 (*G. Hermann*, ea potius *trad.*).]

1 *spectatur tam versus quam carmen metro -o compositum (saepius cogitatur de* '*dimetro*' *iamb. [v. l. 12. 30 sq. 35. 36. 42 et cf. versus -os, quales exstant in Hor. epod. 1 ad 10]; inde fere i. q.* '*dimeter*' *ipse infra l. 45*): *cf. defin. et doctrinas veterum*: SVET. frg. 3 p. 13, 15 (= DIOM. gramm. I 485, 11) iambus est carmen maledicum plerumque trimetro versu et -o sequente compositum (*i.* '*dimetro*'). DIOM. gramm. I 485, 18 -oe dicuntur versus quolibet metro scripti et sequentes clausulas habentes particularum, quales sunt -oe Horatii (*v. infra l. 46*), in quibus singulis versibus singulae clausulae (*cf. supra l. 4, infra l. 20. 57*) adiciuntur. MAR. VICTORIN. gramm. VI 163, 12 quotiens maioribus metris minus aliquid subnectitur, -os dicitur, quotiens vero comma vel colon integro metro praeponitur, proodicon appellatur (*sic opp.*: 168, 24. 176, 17; *v. p. 695, 67*). ISID. orig. 1, 38, 23 -on in poemate clausula brevis est. dictum ... -on, quod adcinatur (*cf. infra l. 50*) ad speciem elegiaci *eqs.* *v. et infra l. 74 sqq.* **a** *de singulis versibus -is*: QVINT. inst. 10, 1, 96 cuius (*sc. iambi*) acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quamquam illi (*sc. iambo*) -os intervenit (*Osann*, interve non *trad.*), reperietur (*loc. vix sanus*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 104, 11 *Archilochus* primus -os excitavit alios breviores, alios longiores *eqs.* (GRAMM. VI 639, 16). 114, 13 ad -um. 115, 5 scitam ... -um. 116, 26 tales -i (*al.* TER. MAVR. 1804 -us. 2099. 2111 unde tibi tales generentur -i. 2468 talis hic -us. *al.*). 137, 8 ex trimetro versu iambico dimetrum -um octosyllabum Archilochus commentus est (171, 12 dimetrum -um). 152, 18 -ōs duas (-us d. *A*, *ἐπῳδούς* d. *B*). 161, 17 secunda ode (*sc. Hor. carm. 1, 2, 4*) cum -o (*i.* '*terruit urbem*') sapphicum metrum continet (*sim. al.*). 164, 8 subditus loco -i versus (*al.*). 166, 31 -um inductum. 168, 24 iambicum -um (*i.* '*dim. iamb.*'). *al. passim.* BASS. gramm. VI 269, 7 *al.* SCHOL. Hor. epod. praef. (*Γ*) secundus ... *versus est* tetrameter sive dimeter, qui -os dicitur, id est uno pede minor. *al.* VEN. FORT. carm. 9, 7, 43 dulcis -us (epid- *P*). *cf. et p. 698, 5 sq.*

b *de toto carmine -on ratione composito*: *α in universum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 57, 3 (*ex Hephaest.*) systematica *poemata* ... ut sunt -oe et quae apud lyricos invenimus, quae syzygiis gradiuntur. AVSON. 397, 11 perfer ... teriuga milia -on (milie pondon *V*) vel falsas lites (*fort.* '*iambos dimetros*'*; v. l. 45*). 399, 37 dactylicos, elegos, choriambum carmen, -os, socci et cothurni musicam. 405, 2 libello ... apologorum antetuli paucos -os (*i.* '*dimetros*'*, cf. c. 406 et v. l. 43*). *β speciatim: de -is Horatianis (aut de toto corpusculo -on aut de certis quibusdam -is [v. et infra l. 59 sqq.].* *de libri inscriptione cf. e. g.* DIOM. gramm. I 485, 28 dicti ... -oe *συνεκδοχικῶς* a partibus versuum, quae legitimis et integris versibus *ἐπᾴδονται*, id est accinuntur [*cf. supra l. 21*]. *v. et supra l. 15 et cf. Heinze, praef. ad epod. p. 498 adn. 1*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 172, 2 tam carminum quam -on (-um *A*, *ἐπῳδῶν B*) metra (174, 4 in carminibus quam -is. 183, 21 *al.*). 182, 9 -oe. ode I 'ibis' *eqs. ibid. l.* 11 haec -os ex iambicis metris constat. FORTVN. gramm. VI 303, 18 de -is (PORPH. Hor. epist. 1, 18, 30 p. 351, 25). PORPH. Hor. epod. 1, 1 p. 185, 3 liber hic -on inscribitur, scilicet quod ita versus in eo ordinati sunt, ut singulis quibusque clausulae (*v. supra l. 16*) suae ⟨r⟩ecinant. serm. 1, 8, 23 p. 273, 18 in -o carmine. SIDON. carm. 9, 222 novum ... -on. *aut liber aut singuli -i afferuntur hac ratione*: DIOM. gramm. I 524, 32 *Horatius* in -on (-dion *AM*) libro (527, 34 liber quintus qui -on inscribitur. SERV. gramm. IV 468, 15 -on. MAR. VICTORIN. gramm. VI 169, 24. 181, 20 libri -on ode XIII [182, 23 -on ode prima]. *et al.*). PRISC. gramm. II 16, 9 Horatius ... in -o (*sic* 47, 15. 249, 23 [hep- *KR*]. 321, 15 [epp- *H*]. 473, 12 [aep- *D*]. *al.* EVTYCH. gramm. V 461, 8 *al.*).

2 *significat tertiam illam carminis chorici aut cantici partem, quae stropham et antistropham subsequitur* (*i. ἡ ἐπῳδὸς περίοδος, v. supra l. 2*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 58, 7 *sqq.* pleraque lyricorum carminum ... ex strophe et antistrophe et -o (ς, -e *AB*) ut Graeci appellant, ordinata subsistunt ... (13) in conspectu deorum soliti consistere cantici reliqua (*sc. post finitas strophen, antistr.*) persequebantur, appellantes id -on, ... quod post *στροφήν* et *ἀντιστροφὴν ἐπῇδον*, (15) dicebant -on. ... hinc sumptum vocabulum in has -os, quae binos versus impares habent; nam ut illae canticum finiebant, sic hae sensum versu insequenti (*v. supra l. 11 sqq.*). 59, 22 postrema -os. 59, 25 -oe (*opp. ἐφύμνια*). 162, 2 *al.* BASS. gramm. VI 267, 1. FORTVN. gramm. VI 295, 1 strophen, antistrophen, -on. 295, 4 *sqq.*

epoēse(n), *gr. ἐπόησε(ν).* CARM. epigr. 935, 13 (= CORP. I^{2} 2, 2540; *Pompeis*) Tiburtinus -e. INSCR. christ. Diehl 4108 A (*e coemet. Priscillae*) .⟩s Facundae ⟨.....⟩ aimnesto (*i. ἀειμνήσ-*) -en. *cf. p. 697, 21.*

×**epogdous**, -a, -um (*et* epogdous, -ī *m.*), *ἐπόγδοος, sesquioctavus.* *significat numerum qui continet in se numerum aliquem totum insuperque eiusdem numeri octavam partem (sc. rationem* [*K.-M.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

8:9); sim. in re musica de sonis et intervallis: CHALC. transl. 36[A] natis itaque limitibus sescuplorum ... item eorum quibus accedit pars sui octava, qui numerus -us ... vocatur. ex his nexibus illa prima spatia, id est -i spatiis epitritorum omnium intervalla complebat (*ἡμιολίων δὲ διαστάσεων ... καὶ ἐπογδόων γενομένων ... τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα ξυνεπληροῦτο*). comm. 41 p. 107, 20 intervallum. 43 p. 109, 12 novem et octo -um faciunt spatium. 109, 16 decem et octo numerus adversum decem et sex numerum -i rationem obtinet (46 p. 113, 16 ex quo apparet tonon in -a ratione inveniri [MART. CAP. 9, 953]. *al.*). 44 p. 111, 6 nascitur ea cantilena, quae -us et diapason vocatur *eqs.* 46 p. 113, 19 superest -us modus, id est novem adversum octo. 47 p. 115, 14 -a subputatione. 49 p. 117, 19 huius ipsius numeri (*324*) ... -us est is qui habet summam (*364¼*) ... habet enim ipsum et eius octavam portionem quadraginta semis. 50 p. 118, 14 -us in numeris idem est, qui est in musica tonus (*v. supra l. 9.* MACR. somn. 2, 1, 20 -us ... numerus sonum parit, quem *τόνον* musici vocaverunt. BOETH. arithm. 1, 1 p. 11, 20. 2, 54 p. 172, 1 mus. 2, 16 p. 248, 14). *al.* MACR. somn. 1, 19, 21 MART. CAP. 2, 108. BOETH. arithm. 2, 54 p. 172, 6 inter sesquitertiam et sesqualteram proportionem sola est -us differentia. *v. et s.* epitritus, *p. 693, 66 sqq.*

epoi (*semel* epoei *l. 25*), *gr. ἐπόει* (*cf. p. 696, 78*). CARM. epigr. 1099, 2 heredes titulum, versiculos Cornelius epoi conlegae et amico (*cf. p. 696, 79 sq.*). *tituli signaculo catillis (optimae aetatis) impressi*: CORP. XIII 10009, 117 Eros epoi. *ibid.* 316 Utilis epo⟨i⟩. XV 5211[c] epoei Felix. 5398[a] Onesimus epoi.

epol *v. Onom.* **epolōnus** *v.* epulo *p. 703, 34.*

epomf- *v.* epomph-. [**epōmidascus** *v. l. 32.*]

epōmis, -idis *f.*, *ἐπωμίς*. *gen.* -dis: *l. 36.* *acc. sg.*: -dem: *l. 35. 37.* -da: *l. 38. pl.*: -das *l. 31.* ITALA exod. 28, 6 (Hesych. in lev. 8, 4—9 p. 875[C]) superumerale ... opere polymito, vel sicut LXX opus variatum ⌊epomidas cohaerentes⌋ alteram ad alteram (⌊ ⌋ *recte dist. Heraeus et Lommatzsch*; epomidasco, haerentes *Migne. gr. ἔργον ὑφαντὸν ποικιλτοῦ· δύο ἐπωμίδες συνέχουσαι ἔσονται ἀντῷ ἑτέρα τὴν ἑτέραν*). ITALA lev. 8, 7 (Hesych. in lev. 8, 7 p. 875[B]) et posuit super illum -dem (*ἐπωμίδα*. VVLG. umerale) et cinxit illum secundum aditum -dis (*ἐπωμίδος*. VVLG. *aliter*). HESYCH. in lev. 8, 7 p. 875[C] aliquando unam -dem, aliquando duas appellans (*ibid.*). p. 875[D] una -is. *ibid.* necessarie ... hypodyti coniunxit -da.

epomphalium, -ī *n.*, *ἐπομφάλιον*. *scrib. fere* -f-. *medicamen vel emplastrum quod umbilico imponitur*: FVLG. myth. 2, 2 p. 42, 1 -a (epimf-, epimph- *trad.*) ... *umbilico* firmandis fetibus opponuntur. THEOD. PRISC. log. 97 p. 196, 17 et -um (*l. v.*: epanf-, & ponf-, & eponfalion *sim.*) ex lupinorum farina ... in melicrati temperatum imponi. 98 p. 197, 15 -um (*l. v.*: & ponf-, eponfalion, et epomf-) vero his ex subiectis adhibeo

epōno *v.* expono.

epōnymon, -ī *n.*, *ἐπώνυμον*. *nomen quod significanter nomini proprio additur*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 540, 5 dionymon ..., feronymon ..., aut -on, ut 'Dardanio Anchisae' (*cf. Dionys. Thr. 33, 10 et Schol. p. 238, 7 sqq. Hilgard ἐπώνυμον δέ ἐστιν, ὃ καὶ διώνυμον καλεῖται*).

in hac praefatione dicit se non poetam, sed **epopoen** esse SCHOL. Pers. Bern. (ed. Kurz) praef. in prol. (*cf. ἐποποιός*).

epops, -opis *m.*, *ἔποψ*. *nomen avis, i. q. upupa*: CVLEX 253 quo[d] Bistonius rex orbus, -s, maeret volucres evectus in auras (*sim. de Tereo*: OV. met. 6, 674 nomen -s volucri). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 25 (*inter aves*) opips (= epops*?*).

epoptēs, -ae *m.*, *ἐπόπτης*. *ex coniect. l. 62. 63. 65. qui ad summa mysteria Eleusina (Samothracica l. 60 sqq.) admissus est*: CORP. I[2] 2, 665 mustae pieis -ae: L. Fourius L. f. Ou⟨f⟩. Crassupes P. Teidius P. f. Pom. (*cf.* III 717 [*a. 14*] mystes pius ... et symmystae pii ⟨e⟩pop⟨te⟩s [*Huebner*, popiis *trad.*, *v.* INSCR. Dessau 4055]). TERT. adv. Val. 1 p. 177, 11 cum -as (*Scaliger*, et portas *codd.*) ante quinquennium instituunt (*ibid. l.* 16 ceterum tota in adytis divinitas, tot⟨a⟩ suspiria -arum [*Scal.*, portarum *codd.*]).

epoptice ligea *vel* lycea PS. APVL. herb. 4, 26 H.-S. adn. *inter synon. codd. interpol. ex Diosc. II 224, 6 sqq.*

epopticus, -a, -um, *ἐποπτικός*. *ex coniect. l. 73 bis.* *i. q. contemplativus, speculativus* (*opp.* 'physicus', 'naturalis' *l. 72*): CHALC. comm. 129 p. 191, 15 quod inquisitio istius rei (*i. daemonum naturae*) primariae supervectaeque contemplationis sit, quae appellatur -a, altior aliquanto quam physica. 272 p. 303, 9 haec ... naturalis, illa -a (epot(h)ica *trad.*) disputatio est (*ibid. l.* 11 -a [epothica *trad., s. scr.* p *alt. U*[2]] ... quae ex sincerissimae rerum scientiae fonte manat).

PLIN. nat. 3, 123 **eporēdias** (*E*[1]; sepore- *A*, s *ditt. ex verbo antec.*: -ure- [-use- *R*] *rell.*) Galli bonos equorum domitores vocant. [*vocabulum gallicum, cf. c.* equus *et* raeda. *W.*] *v. Onom.*

? **eporules** CORP. IV 1760.

epos *n.* (*nom. et acc.*), *ἔπος*. NOT. Tir. 76, 42. [*gr. ἔπος coni. Lachmann* LVCIL. 343 (*trad.* stoc).] **1** *i. q. carmen heroum* ([*nota -s de oratione soluta adhiberi p. 698, 18*]. *def.*: SVET. frg. p. 17, 1 [*inde* DIOM. gramm. I 483, 27] -s dicitur graece carmine hexametro divinarum rerum et heroicarum humanarumque comprehensio ...; latine paulo communius carmen audit[ur], -s latinum primus digne scripsit *Ennius*. p. 17, 10 -s autem appellatur ut Graecis placet *παρὰ τὸ ἕπεσθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἑξῆς μέρη τοῖς πρώτοις. quae seq. v. l. 15 sqq.*): HOR. sat. 1, 10, 43 forte -s acer ... Varius ducit (*nota doctrinam turbatam*: SCHOL. *ad l.* '-s' pro epodos. -s autem ideo dictum, quod unum versum maiorem habet, alterum minorem). OV. rem. 395 tantum se nobis elegi debere fatentur, quantum Vergilio nobile debet -s (*Muretus*; opus *codd.*). MART. 12, 94, 1 scribebamus -s. SVET. frg. p. 17, 5 *v. supra l. 1 sq.* AVSON. 195, 10 mox ... -s ligasti metricum. SIDON. epist. 8, 11, 3 vs. 26 nunc* inflat -s tragoediarum (tragoedia atrum *Wilamowitz*), nunc comoedia temperat iocosa. 9, 15, 1 vs. 19 nunc ... vaga lingua flexum competenter explicat -s. carm. 23, 450 si dicat -s metrumque rhytmis flectat commaticis. **2** *i. q. versus heroicus, hexameter* (SVET. frg. p. 17, 12 [*quae anteced. v. supra l. 2 sqq.*] praecipue vero hexameter versus -s dicitur, quoniam ... hoc versu verba responsi in mutuam ... consequentiam primus ... vates comprehendit, unde postea abusive [...] et solutae orationis ipsa scriptura consequens ab aliis -s dicitur [*v. p. 697, 82*]. GLOSS. -s versus heroicus quod ipso dicuntur gesta heroum): DIOM. gramm. I 501, 22 a pedum quantitate quaedam nominantur, ut est -s hexametrum. MAR. VICTORIN. gramm. VI 50, 11 -s est proprie heroicum metrum *eqs.* 55, 19. 169, 19. GRAMM. VI 274, 12 princeps genus versuum heroicum quod et -s dicitur et dactylicon (PS. BASS. gramm. VI 312, 4. *cf.* 312, 8). *K.-M.*

ēpōtātus *v.* epoto.

[**epotiotis** *v.* hepatitis.]

✱**ēpōto,** -āvī, -pōtum (-pōtātum *v. l. 30 sqq.*), -āre. *ab* ex *et* potare. *scribitur* exp-: PLAVT. Men. 470 Trin. 406 GLOSS. V 597, 65. 628, 49. *usque ad* MART. 2, 19, 3 (*v. l. 69*: -vere) *non nisi part. perf. pass.* -potus *occurrit. legitur: p. p. p.* -tus: TREB. Claud. 6, 6 PACIAN. sim. carn. p. 114, 9 GREG. M. moral. 7, 5 p. 769[C]. *v. et l. 59.* GLOSS. *v. p. 4, 73.* -turus: SIDON. epist. 1, 5, 9. *notione activa?*: PAVL. FEST. p. 79 exburae quae exbiberunt, quasi -potae. *legitur inde a* PLAVTO *l. 38. 39.*

fere i. q. ebibere: **I** *proprie*: **A** *de animalium potandi, bibendi actione*: **1** *vi praepos. valente, i. q. totum exbibere, sc. potiones, medicamenta, pocula sim.* (*nota fere i. q. consumendo perdere*: PLAVT. Trin. 406 quid factumst eo [*i. quadraginta minis*]? :: comessum, -potum): PLAVT. Men. 470 confecto prandio vinoque -poto. CIC. Cluent. 168 -poto poculo (LIV. 40, 24, 6. *al.*). OV. met. 5, 453. LIV. 8, 18, 9 -poto medicamento ... interierunt *mulieres* (LIV. perioch. 8 p. 14, 18 medicaminibus. *cf. l. 52 sq.*). FEST. p. 153 amphora vini (PHAEDR. 3, 1, 1. *al.*). PLIN. nat. 14, 144 tribus congiis ... uno impetu. QVINT. inst. 7, 2, 25 *potione* -pota tyrannus decessit (*al.*). IVV. 10, 177 -pota flumina Medo prandente ([*ad l.* PRISC. gramm. II 376, 3 -atur flumen]. *al.* CLAVD. 21, 171 amnes). VVLG. prov. 23, 30 calicibus -andis. SIDON. epist. 1, 5, 9 *v. vol. VI 1, 1078, 82. et al.* **2** *praepos. vi deminuta, fere i. q. potare, bibere* (*res liquidas, praeter l. 53: fere i. q. absorbere, devorare*): CIC. Cluent. 173 *venenum* ([*opp.* comestum]. *al. cf.* SER. SAMM. 103 vis -pota veneni ... capitis ... deiecit honorem [*i. capillos*]). CELS. 2, 8, 9 medicamentis (*al. cf.* MIN. FEL. 30, 2 medicaminibus. *al. v. l. 41 sqq.*). 5, 27, 12[C] si sanguisuga -pota est (*v. l. 49 sq. cf.* SCRIB. LARG. 199 sanguisugam ... devoratam ... excutere oportebit aceto quam plurimo -poto). *al.* COLVM. 7, 10, 8 ligni sucus medicabilis (*al.*). PLIN. nat. 2, 231 iuxta Nonacrim in Arcadia Styx ... -pota (pota *Mayhoff*) ilico necat. SIL. 13, 706. MART. epigr. 3, 1 -poto Sarmata pastus equo (*pro 'lacte' vel 'sanguine equino'*). SER. SAMM. 375 cinis ex calido prodest -pota (-ta *A*) Lyaeo. 591. *et al.*

B *de rebus umores, res liquidas absorbentibus, exhaurientibus* (*de morbo l. 70; spectatur amnis derivatio l. 68*): LVCR. 5, 384 cum sol et vapor omnis omnibus -potis umoribus exsuperavit (MANIL. 5, 687. *cf.* ENNOD. carm. 1, 8, 18 -potis [*v. app. crit.*] *incendio Phaethontis* Tanais siccus abibat aquis). OV. rem. 740 vomit -potas ... Charybdis aquas (Pont. 4, 10, 28). met. 15, 273 terreno Lycus est -potus (*Sen. nat. 3, 26, 4* potatus) hiatu. PLIN. nat. 5, 74 Damascum -poto (*v. app. crit.*) riguis amne Chrysorrhoa fertilem (*v. l. 62*). MART. 2, 19, 3 quae Tyron totiens -vere (*v. supra l. 29*) lacernae. PACIAN. sim. carn. p. 114, 9 *febres* sanguinis -ta substantia corpus ... reddunt effetum.

II *in allegoriis et translate* (*l. 77*): VVLG. Ezech. 23, 34 bibes illum (*calicem tristitiae*) et -bis usque ad faeces (HIER. *ad l.* p. 222[A] -vit. *cf.* in Is. 51, 17 p. 492[A]). VEREC. in cant. 2, 38 *martyres* effusione sui sanguinis -antur (*cf. antea* sagittae *dei* potant sanguinem nostrae infidelitatis *eqs. sim.*: GREG. M. moral. 7, 5 p. 769[C]). *translate*: SEDVL. epist. 1 p. 9, 10 scripturas ... ecclesiastici dogmatis ... sitiens -vit *Syncletice.* *Bannier.*

POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 16 (*inter nomina piscium*) scarus, cornutus, **eppoe** (*i.* hipp-*?*, *cf. Plin. nat. 32, 149*), rubellio.

ēprōmo *v.* expr-. **epta-** *v.* hepta-. *K.-M.*

? CORP. VIII 1828 populus curiar(um) x ... ob dedicationem *statuae* decurionibus sportulas, curiis **epulactris** eius deder(unt) (epul(arum) act⟨o⟩res *Mommsen*).

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epulae, -ārum *f.* [*inc. orig. W.*] *de originatione*: ISID. orig. 20, 2, 5 -ae ab opulentia rerum dictae. *scribitur*: ae-: *in tit. p. 700, 52. 61.* CIC. Tusc. 5, 98 *X.* VAL. MAX. 9, 2, 2 *L.* MIN. FEL. 9, 6. 31, 5 *P.* ITALA *p. 701, 70.* PORPH. Hor. carm. 3, 1, 17. 3, 29, 1. FIRM. err. *ubique.* AMM. 15, 3, 5 *al.* hep-: CVRT. 4, 4, 5 *L.* epule (*plur. nom.*): CORP. XI 1027. *de formis: sing.* -a, -ae: *cf.* PAVL. FEST. p. 82 -am antiqui etiam singulariter posuere. *legitur*: ITALA *p. 700, 49.* ITIN. Alex. *p. 700, 51.* AVG. serm. coll. Morin p. 262, 31 sine ista -a. *v.* epulum *p. 706, 33 sqq.* *de sensu*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 427, 28 B. in convivio ... inter -as. inter cibos *eqs.* LYD. mens. 1, 29 *ἐπούλας ... τὰς εὐωχίας ... ἔθος καλεῖν* (*v. p. 702, 36*). GLOSS.^{L} I Ansil. AE 182 aepulae escae vel laetitiae (*v. p. 702, 19*). *al.* II Philox. EP 2 -ae *θοῖναι.* GLOSS. *εὐωχίαι. al.* *de differentia: inter* 'epulum' *et* '-as': CIC. Vatin. 30 ita ... illud epulum est funebre (*v. p. 707, 5*), ut munus sit funeris, -ae quidem ipsae dignitatis. *inter* 'dapes' *et* '-as': *v. vol. V 1, 36, 28 sqq. 33 sqq.* *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, ACCIO *per totam latinitatem.* [*ex coni.*: LVCIL. (*v. p. 706, 73*). HIER. epist. 29, 1, 2 (epistulae *trad.*). *dub.*: CIC. Phil. 5, 15 (*D*). *in loco dub.*: TREB. Gall. 9, 4. *suppl.*: ACT. Arv. a. 140 (Not. d. scavi 1919) p. 103.]

I ***de edendo:*** **A** ***active i. q. cena fere lautior vel rite ac sollemniter celebrata*** (*sic in variis sive publ. sive privatis sollemnitatibus: v. l. 46. 56. 81. p. 700, 10. 35. 60 sqq. 78 al.; in cultu ac relig.: l. 37. 49. p. 700, 17. 21. 46 al. [funebres vel memoriales: l. 60. 62 bis. 64. p. 700, 47. 64. 71. 74; v. et p. 701, 32]; v.* epulum. *i. q. συσσίτια, φειδίτια l. 51. p. 700, 49. 76*). *hic illic significat totam convivii festivitatem (inclusis sc. et comesatione et potione): v. infra l. 66 sqq. p. 700, 41; contra pro parte tantum convivii p. 700, 55 (v. et infra l. 31).* *syn. vel coniung. passim* daps, cena, convivium. *opp.* frugalitas *p. 700, 27. 30*; ferculum *p. 700, 29.* **1** *proprie* (*de cena inter potionem, ut vid. aut 'secunda mensa' p. 700, 65 sqq.*): **a** *in universum de qualibet cena*: ENN. scaen. 314 (*verba Telamonis de Aiace fil. occiso*) scibam me in mortiferum bellum, non in -as mittere (*i. fere 'in laetitiam et hilaritatem, quales pax praebet'; sic opp. fort. et p. 700, 33*). ACC. carm. frg. 3, 4 M. per agros urbesque fere omnes *Graeci Croniis festis* exercent -as (-is *trad.*) laeti; *vs. 6* ut cum dominis famuli epulentur (*v. p. 704, 28*) ibidem (TEST. Leon. [Corp. X 114] I 31 cum publice [*cf. p. 700, 35*] -as exercebitis). trag. 219 -arum fictor, scelerum fratris delitor (*i. Atreus cenae Thyesteae auctor* [*vs. 218* dapem]. *cf.* CIC. nat. deor. 3, 68 *Atreus* funestas -as fratri comparans. *v. p. 700, 73. 83*). LVCIL. 1288 quod sum(p)tum atque -as victu praeponis honesto (CIC. rep. frg. 8. COD. Theod. 16, 10, 20, 2 [*a. 415*]. *cf.* CIC. Tusc. 5, 97 magnificentia et sumptus -arum. LIV. 39, 6, 8 -ae ... ipsae ... sumptu maiore apparari coeptae). ELOG. 11 (Corp. I^{2} 1 p. 193) *Duilio* per⟨mis⟩sum est, ut ⟨ab e⟩pulis do⟨mum cum tibici⟩ne e⟨t f⟩unali rediret. CIC. Verr. II 2, 52 sacris -isque (STAT. silv. 4, 2, 63 felices -as mensaeque ... sacra tuae [*Domitiane*]. *cf.* VERG. Aen. 7, 175 sacris ... -is. *al.* PLIN. nat. 17, 250 sacrificio -isque). II 3, 160 in -is cotidianis ([*antea* convivium]. Mur. 74 Lacedaemonii ... cotidianis -is in robore accumbunt. FIRM. err. 14, 1. *al.*). Mur. 76 profusas (AMM. 30, 9, 4 laetus non profusis -is, sed excultis). Flacc. 95. Sest. 54 omitto gratulationes, -as *eqs.* (111. Pis. 22 -as, ... laetitiam et gratulationem tuam ... intemperantissimas perpotationes [*cf. p. 700, 24*]). har. resp. 21 Lentule, tui sacerdoti sunt ... ludi, libationes -aeque ludorum (*cf.* VAL. MAX. 9, 1, 5 cum inmanibus -is apparatissimos ... ludos. SVET. Cal. 32, 1 MACR. Sat. 1, 16, 3. *et al.*). Phil. 2, 116. 3, 20 vino atque -is retentus, si illae -ae potius quam popinae nominandae sunt (NEP. Pelop. 3, 1 vino -isque dediti. *al.* SEN. epist. 12, 8 vino et ... funebribus [*v. supra l. 24*] -is [*seq.* cena]. TAC. ann. 14, 2. *et al. cf. p. 701, 42 sqq.*). CIC. leg. 2, 63 sequebantur -ae *humatum corpus.* fin. 2, 101 (*testam. Epicuri*) dent ad eorum -as, qui una secum philosophati sint, ut et sui et Metrodori memoria colatur ([*cf. p. 166, 8 Usener*]. 2, 103 post mortem -is celebrari memoriam sui nominis). Tusc. 1, 3 est in Originibus (*frg. 118*) solitos esse in -is canere convivas ad tibicinem *eqs.* ([*de eadem re*: 4, 3 Brut. 75]. *cf.* Tusc. 1, 4. de orat. 3, 197 -arum sollemnium fides ac tibiae. QVINT. inst. 1, 10, 20. *et al.*). Cato 44. *ibid.* (*syn.* conviviis, *seq.* cena). off. 2, 55 -is et viscerationibus et gladiatorum muneribus. orat. 83 in -arum apparatu (VAL. MAX. 4, 8 ext. 2 magnifici. *et al.* [*v. p. 700, 35*]. *cf.* LIV. 23, 4, 2 *plebem* apparatis accipere -is. SEN. epist. 83, 25 apparatissimas -as luxusque regales. MELA 2, 14 apud Anthropophagos ... -ae visceribus humanis apparantur. *v. l. 45. sim. al.*). epist. 10, 28, 1 quam vellem ad illas pulcherrimas -as me ... invitasses (CVRT. 6, 8, 16; *seq.* cenare. *al.* TAC. ann. 14, 4. *et al.*). LVCR. 2, 26 nocturnis. [CAES.] Gall. 6, 28, 6. SALL. Iug. 66, 3 eos ... inter -as obtruncant ([AMM. 26, 9, 9]. *sim. ex. gr.*: LIV. 9, 18, 4 inter vinum et -as *Alexandri* caedes amicorum [*sc. Cliti*]. 32, 21, 23 Charitelen ... occisum. SEN. dial. 5, 17, 1 CVRT. 3, 12, 19. *al.* *cf.* HOR. epod. 2, 61 has inter -as [*vs. 48* dapes]. LIV. 9, 40, 17. 38, 57, 5 *Scipionem* in Capitolio cenantem ... i. -as Graccho filiam ... *despondisse.* PAVL. FEST. p. 322 TAC. ann. 13, 1 *al.* LEX colleg. salut. Dian. et Antin. [Corp. XIV 2112, *a. 136*] II 28 i. -l⟨as⟩. AMM. 23, 6, 75 i. -as festosque dies. *al.* HIER. epist. 22, 23, 3 *al. et passim*). MAECEN. Sen. epist. 114, 5 inremediabilis factio rimantur (*aliter p. 702, 1*) -is. VERG. Aen. 1, 216 exempta fames -is mensaeque remotae (*cf.* 1, 723 *et Hom. Od. 12, 308 ἑδητύος ἐξ ἔρον ἔντο*). 6, 604 -ae ... ante ora paratae regifico luxu (TIB. 1, 5, 34 *viro* paret atque -as ipsa *Delia* ministra gerat. OV. fast. 2, 317 *al.* LIV. 45, 32, 11 legationibus [*syn.* convivium]. SEN. Ag. 48. *et al.* [*v. et infra l. 12*]). Aen. 7, 147 instaurant -as (8, 283 [*in sacrific. Herculis*]. STAT. Theb. 1, 514). *al.* HOR. carm. 1, 36, 15. 3, 8, 6 voveram dulcis -as ... Libero *eqs.* (STAT. Theb. 8, 254. *aliter p. 701, 58*). OV. fast. 2, 327 -is functi (met. 4, 765). *al.* LIV. 3, 29, 5 *in triumpho Quinctii* -ae instructae dicuntur fuisse ante omnium domos epulantesque cum carmine triumphali ... currum secuti sunt (26, 13, 17 instructae parataeque [*v. supra l. 3*]. SEN. contr. 9, 2 [25], 6; *coni.* extruitur convivium. SEN. Ag. 875 [*syn.* dapes]. *al.* TAC. ann. 6, 50. *et al.* *cf.* PAVL. FEST. p. 98 instructionem -arum. TAC. ann. 15, 55 liberales ... -as struxisse). LIV. 9, 30, 8 celebrandarum cantu -arum (25, 23, 14 *die festo Dianae Syracusanae* vino largius -as celebrari. *al.* VAL. MAX. 9, 1, 8. *et al.*). 39, 43, 4 inter pocula atque -as; *seq.* dapes ([FIRM. math. 8, 10, 7 VVLG. iud. 9, 27]. *cf.* CVRT. 8, 2, 6 inter vinum et -as caede commissa). 40, 4, 10 sollemnes -as (TAC. ann. 1, 50. *v. et p. 699, 67*). *al.* PAVL. FEST. p. 78 datum est ... *epulonibus* nomen, quod -as indicendi Iovi ceterisque dis potestatem haberent (*v. p. 699, 24 et p. 703, 35*). p. 82 regiis (*cf.* SIL. 11, 42 regales -ae atque ... convivia [STAT. Theb. 2, 306 *i. 'a regibus datae'*. APVL. met. 5, 2]). p. 215 -is et potationibus inservire (*cf.* TERT. apol. 39, 6 non -is ... nec potaculis nec ingratis voratrinis. *v. et p. 699, 54*). VAL. MAX. 2, 5, 6 luxuriosis (*opp.* frugalitas). *al.* SEN. epist. 74, 14 lautitiae (*cf.* COLVM. 8, 7, 5 lautioribus. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 108 lautis. *et al. aliter p. 701, 55*). 122, 3 -is et quidem in multa fericula discoctis. *al.* CVRT. 5, 2, 15 *passim.* COLVM. 9 praef. usus -arum (10 praef. 1; *opp.* frugalitas, *v. Schneider ad l.*). MELA 1, 41 *al.* LVCAN. 1, 602 doctus ... augur ... septemvirque -is (*abl.*) festus Titiique sodales (*i. 'epulo'; an abl. plur. ab* epulum*?; v. p. 706, 39*). *al.* PETRON. 5 vs. 19 (*in imag.*) dent -as et bella (*locus varie explicatus; fort. item intelleg. ac p. 699, 34*). *al.* PLIN. nat. 14, 66 publicis (APVL. mund. 35 publicarum -arum apparatus et lectisternia deorum [*gr. p. 400^{b}, 21 δημοθοινίαι*]. *cf. p. 699, 38*). 29, 58 aditialibus (*antea* cena). *al.* SIL. 11, 414. 16, 227 -is postquam finis. *al.* STAT. silv. 4, 6, 80 *al.* IVV. 11, 88 *al.* TAC. hist. 1, 62 *Vitellius* fortunam principatus inerti luxu ac prodigis -is praesumebat (*al.*). ann. 15, 69 pro -is consularibus. *al.* PLIN. paneg. 49, 5 (*opp.* frugalitas). SVET. Nero 22, 3 familiaribus. Vit. 13, 1 -as trifariam ..., interdum quadrifariam dispertiebat, in iantacula et prandia et cenas comisationesque (*cf. seqq.*). *al.* GELL. 2, 24, 9 (*syn.* cena). CORP. XI 6481 (*a. 148*) ⟨ad divisi⟩onem -arum HS $\overline{CC}$ (6369; *cf. adnot.*). APVL. met. 4, 14 iacentes -as (*i. semiviva corpora ferarum*). 7, 10 vobis -as ⟨s⟩aliares comparaturus (*v. p. 704, 47. 707, 50 et cf. 4, 22* saliares cenas). 9, 1 dominus aedium sacrificales -as cum sacerdotibus deae *Syriae* cenitabat. *al.* Plat. 2, 25 p. 257 communibus -is (*gr. rep. 3 p. 416^{E} τὰ συσσίτια*). ITALA III Esdr. 3, 1 (Colb.) Darius fecit -am grandem omnibus ([*δοχήν*, VVLG. cenam]. *cf.* ITIN. Alex. 14 Alexander ... victor ad Darii -am et tentorium subit). ACT. Arv. a. 240 (Inscr. Dessau 9522) I 37 post aepulas ante promg. mensa remota est *eqs.* AMM. 15, 3, 5 -is coetibusque. *al.* CLAVD. DON. Aen. 1, 720 p. 140, 16 mos prolixi et publici convivii describitur, nam confectis -is bibendi studium sequitur. *al.* VVLG. eccl. 29, 29 melior est victus pauperis ... quam -ae splendidae (*al.*). *al.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 327 genialibus. *al.* SVLP. SEV. dial. 2, 6, 6 imperialibus -is (*antea* cenula). *al.* COD. Theod. 6, 13, 1 (*a. 413*) divinis -is (*i. imperatoris*). *al.* ENNOD. carm. 2, 111, 18 ieiunis ... -is. *al.* CORP. VIII 210 ob cuius dedicationem decurionibus sportulas, curiis epu⟨las ded.⟩ ([VIII 858, 12 ae-. 12376. 23966 *al.*]. VIII 862 ob dedicationem ordini -as dedit [12382]. *v.* epulum, *p. 707, 22*). VIII 23880^{b} cives ... et populos ... -is quam largissime ministravit. XI 1027. CARM. epigr. 1215, 7 ditales ... dabunt -as meritis pro talibus illi (*v. adnot. et cf. p. 699, 24*). *et saepe al.* *nota* (*v. p. 699, 31*): COLVM. 8, 12 ut cibus ad satietatem *gallinis rusticis* praebeatur, quo sint conviviorum -is aptiores (12, 50, 1 pauseae baccae vel orchitae ... conviviorum -is praeparantur. GREG. M. moral. 1, 10 p. 532^{A} magna purgatione sacrificiorum diluendae sunt -ae conviviorum [*an i. q. 'cibi'?, v. p. 701, 26*]).

pendet genet. (cf. et l. 66 sqq.): *subi. et obi.* (*infra l. 71. 73. 74*): PLIN. nat. 20, 113 defunctorum -is feralibus. deorum: OV. fast. 6, 325. TAC. dial. 12 *deorum* interesse -is. *cf.* VERG. Aen. 1, 79 -is accumbere divum. SEN. Thy. 760 *Atreus* securus vacat ... fratris (*Thyestae*) -is (*v. p. 699, 40*). AVG. civ. 3, 18 p. 127, 1 D. opimas -as inferorum. Iovis: HOR. carm. 4, 8, 30. CIC. Tusc. 5, 98 his ... rebus (*sc. labore, sudore, cursu sim.*) Lacedaemoniorum -ae condiuntur (*antea*: philitiis). Lapitharum: STAT. Theb. 5, 262. CIC. Tusc. 4, 4 quod et deorum pulvinaribus et -is magistratuum fides praecinunt. Oenopionis: CIC. Arat. 425 (*cf. gr. Arat. 640*). parricidarum: CIC. Sest. 111. procorum (*Penelopae*): CIC. Brut. 71. regis: CIC. rep. 2, 37 ENNOD. opusc. 3, 92 p. 354, 14. *cf.* HOR. sat. 2, 2, 45 regum (*i. 'divitum'*). *explicat.*: MANIL. 3, 18 *non* germanos ... patris referam matrisque nepotes natorumque -as (*i. 'cena ex fil. sc. Thyestae comparata'; cf. p. 699, 40*). AMBR. epist. 63, 19 p. 1195^{B} suco ... et

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pane vel aqua qui ... utitur, despuit deliciarum -as (*i.* '*deliciosas*'; *antea* comessationes, convivii).

b *speciatim ap. Christ.: de cena dominica*: FIRM. err. 18, 8 salutaris cibi gratiam quaerite ... Christus vos -is suis revocat ad lucem. AVG. fid. et op. 25, 46 in -is sacramentorum et in dilectionibus plebium. serm. 372, 2 ipsa *gentium multitudo* accepit de mensa dominica non viles -as. SACR. Leon. 301 (*opp.* diabolico ... convivio). PETR. CHRYS. serm. 95 p. 468^{B} inter amoris -as et dulcia pocula. *i. q. eucharistia*: VVLG. Iudas 12 hi sunt in -is suis maculae *eqs.* (*ἐν ταῖς ἀγάπαις*).

2 *per imag. et alleg.: de incorporeis rebus, quae quasi cena sunt mentis, sensuum, affectuum sim.* (*addito saepius genet. rei*): PLAVT. Poen. 1175 fuit hodie operae pretium ... oculis -as dare. CIC. div. 1, 61 (= *Plato rep. 9 p. 571*^{D}) mentis et consilii ... *pars animi* agitata et erecta saturataque bonarum cogitationum -is (*ἑστιάσας λόγων καλῶν καὶ σκέψεων sc. τὸ λογιστικόν*). top. 25 quoniam avidum hominem ad has discendi -as recepi (*cf.* CASSIOD. var. 2, 40, 6 Orpheus ... greges contemptis pascuis ad audiendi -as ... invitavit). AMBR. Noe 24, 88 *passionum bonarum* cibo utimur ad vitae gratiam, harum -is delectamur. 25, 91 virtutum (GREG. M. moral. 1, 27 p. 539^{D}). RVFIN. Orig. in gen. 16, 4 p. 141, 6 B. conveniunt ad -as sapientiae (*seq.* dapibus). in lev. 10, 2 p. 444, 23 voluptatis; *syn.* cibum (AVG. civ. 17, 20 p. 250, 3 D. carnalis -as v.). PETR. CHRYS. serm. 40 p. 312^{B} consueti sermonis -as. CASSIOD. inst. div. 8 p. 1121^{D}. *et al.*

B *praevalente vi passiva de ipsis edulibus*: **1** *fere i. q. cibus, esca* (*strictius i. q. cibus e carne constans infra l. 50*): **a** *hominum*: *α proprie*: PLAVT. Capt. 847 iubes astitui aulas, patinas elui, laridum atque -as foveri foculis ferventibus. Trin. 471 si in aedem ad cenam veneris ..., si illi congestae sint -ae *eqs.* LVCIL. 444 *v. p. 706, 73.* 596 illi praeciso (*i.* '*omaso*') atque -is capiuntur opimis. VARRO ling. 6, 13 feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum -as ad sepulcrum *eqs.* (PAVL. FEST. p. 85 a ferendis -is. *cf.* PAVL. FEST. p. 65 -ae in funere). CIC. Tusc. 5, 62 (*in Damoclis cenae apparatu*) mensae conquisitissimis -is exstruebantur (SEN. dial. 12, 10, 3 -as ... toto orbe conquirunt. *cf.* SALL. hist. frg. 2, 70 -ae ... quaesitissimae. PLIN. nat. 9, 119 exquisitis. *sim. al.*). Tusc. 5, 100 sudantis, ructantis, refertos -is (*opp.* victus. *cf.* CLAVD. 12, 16 -is ... repleto ... Quirite). nat. deor. 1, 112 poetae ... nectar, ambrosiam -as comparant ([*i.* '*ad deos adhibent*'; *at v. Plasberg ad l.*]. *cf.* OV. Pont. 1, 10, 11 nectar et ambrosiam, latices -asque deorum). SALL. Iug. 76, 6 vino et -is onerati (*cf.* LIV. 8, 16, 10 vino -isque sopitos hostes [TAC. hist. 4, 79 *al.*]. CVRT. 8, 3, 8 vino ... et -is gravis [*antea*: convivium]. STAT. silv. 4, 6, 6. *et al.* *cf.* LVCAN. 10, 396 plenum -is madidumque mero. *cf. et p. 699, 58 sqq.*). VERG. georg. 3, 527 -ae ... repostae ([STAT. Ach. 1, 773]. VAL. FL. 4, 530 *post sacra Iovi oblata* vina toris -asque reponunt. *al. cf.* OV. fast. 4, 545 -as ponunt [met. 6, 488]. *et al.*). Aen. 7, 110 (*opp.* dapes *i.* '*cenam*'). *al.* OV. met. 8, 572. 671 -as ... foci misere calentes. 15, 478 perdite si qua nocent *animalia* ..., ora vacent -is (*v. supra l. 27*) alimentaque mitia (*aliter p. 702, 12*) carpant. *al.* LIV. 4, 37, 2 gravīs somno -isque (CVRT. 7, 6, 18 *al.*). 23, 5, 13 his infandis (*sc. carne humana*) pastos -is (CYPR. laps. 30 p. 259, 6 -is affluentibus pastus et sagina largiore distentus). CELS. 1, 3, 16 (*FV, om. J*). LVCAN. 4, 307 languida ... corpora sustentant -is. 9, 430 *al.* PLIN. nat. 10, 56 lautiores -as non novit Britannia *quam* chenerotes (STAT. silv. 1, 6, 32 hi panaria ... subvectant -asque lautiores, illi ... vina largiuntur. *aliter p. 700, 28*). VAL. FL. 2, 653. SIL. 7, 182 dulcis (*v. p. 700, 8*) -as *et* ... cerealia dona (*vs. 181* dapes). STAT. Theb. 5, 255 QVINT. inst. 10, 5, 15. MIN. FEL. 31, 5 (*i. fere* '*luxuriosis cibis*'; *opp.* convivium). *al.* TERT. apol. 9, 13 in -is esculentis. SER. SAMM. 321 coctis. LAMPR. Heliog. 30, 3 exhibuit ... et tale convivium, ut haberet viginti et duo fercula ingentium -arum. FIRM. err. 14, 1 (*syn.* alimenta). *al.* AMBR. Noe 25, 89 carnalibus (SACR. Greg. 38, 2 *al. v. infra l. 68*). RVFIN. hist. 4, 15, 14 p. 341, 15 -as largius ministrari (*gr. τροφῆς ἀφθόνου*). AVG. trin. 2, 11, 20 humanis -is epulatus. *et al.* (*v. etiam p. 700, 69*).

pendet genet.: materiae: AMBR. Noe 25, 90 ad arvinam corporis, quam -ae carnis facere consuerunt (*cf. supra l. 64*). ENNOD. opusc. 3, 48 p. 343, 6 holerum et leguminis pascebatur -is. '*identitatis*': ITALA gen. 27, 31 (Lugd.) fecit et ipse aepulas escae (*ἐδέσματα*, VVLG. *aliter*).

β in alleg. Christ. de cibo spiritali (*c. genet. rei infra l. 76. 77*): AVG. beat. vit. 8 p. 95, 10 talibus -is animus pascitur, id est curis et cogitationibus suis. PS. AVG. serm. 231, 3 p. 2172$^{med.}$ caelestibus -is. QVODV. catacl. 6, 9 -as dominicas libentissime comedistis (ARNOB. ad Greg. 14 p. 409, 4 divinorum -as praeceptorum). SEV. MINOR. p. 742^{B} *populus* tanti gaudii -is saginatus (*seq.* carnalium ... escarum). CARM. epigr. 1447, 8 (= INSCR. christ. Diehl 179) *Eugenia* esuriens -as, o paradise, tuas.

b *bestiarum, fere i. q. pastus*: CIC. Arat. 414 Pistrix (*i. Κῆτος*) ... horribilis -as funesta requirens. VERG. Aen. 4, 484 *Massyla* sacerdos ... -as ... draconi ... dabat (VAL. FL. 8, 96 [*Medea flet draconem*] sacra ferens *Hecatae* -asque tibi. PAVL. NOL. carm. 32, 144 quinquennis -as ... portare draconi [*cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*^{2}, *p. 185 adn. 6*]). Aen. 6, 599 *vultur Promethei iecur* rimatur ... -is (*dat.; aliter p. 700, 1*). LVCAN. 9, 802 *cadaver* -as ... daturum ... feris (*paulo audacius*: APVL. met. 4, 13 noxii *homines* perdita securitate suis -is bestiarum saginas instruentes, *i.* '*ipsi corporibus suis pastus sunt bestiarum*'). CLAVD. carm. min. 27, 13 *Phoenix* non -is saturare famem, non fontibus ullis adsuetus prohibere sitim. *al.* *acced. gen. obi.*: HOR. sat. 2, 3, 119 stragula vestis, blattarum ac tinearum -ae (*cf. et p. 703, 7*).

2 *fere i. q. victus, alimentum*: PLAVT. Capt. 483 de dictis melioribus, quibus solebam menstrualis -as ante adipiscier. OV. fast. 4, 398 -ae *primis mortalibus* tenera fronde cacumen erant. met. 15, 82 alimenta ... mitia tellus suggerit atque -as sine caede et sanguine praebet (*aliter p. 701, 50*). LVCAN. 4, 602 *Antaeum* -as raptos habuisse leones (SOL. 52, 22 *Indorum quidam* proximos parentesque ... velut hostias caedunt, deinde peremptorum viscera -as habent; *i. fere* '*edunt*'). 10, 281 Cambyses ... defectus ... -is et pastus caede suorum ... redit. VAL. FL. 6, 333 -ae *sunt* quodcumque pecus, quaecumque ferarum.

II *i. q.* ***hilaritas, laetitia*** (*v.* epulatio, epulor): ITALA eccles. 7, 5 (Aug. civ. 17, 20 p. 250, 7 D.) cor insipientium in domo -arum; *opp.* luctus (*gr. 7, 4 ἐν οἴκῳ εὐφροσύνης*, VVLG. ubi laetitia). ITALA act. 14, 16 (cod. g) replens cibo et -is corda nostra (*τροφῆς καὶ εὐφροσύνης*, VVLG. cibo et laetitia).

epulāris, -e. *ab* epulae. *i. q. ad epulas pertinens* (*fere c. nota quadam lautitiae, luxuriae*): **1** *adi.* (*fere i. q. luxuriosus, lautus; acced.* 'cena' *infra l. 31*): CIC. de orat. 3, 73 pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tris viros epulones esse voluerunt, ut ... illud ludorum -e sacrificium facerent. Cato 45 maiores accubitionem -em amicorum ... convivium nominaverunt. APVL. met. 2, 19 sermo. 3, 12 vadimonium. CYPR. ad Donat. 3 p. 5, 12 -bus (aepol- M^{1}) cenis et largis dapibus (*v. supra l. 26; opp.* parcimoniam). AMM. 22, 4, 5 -es triumphi. AMBR. Hel. 13, 46 bucinae (*opp.* proeliaris). off. 3, 14, 86 p. 170^{A} copiis. HEGES. 1, 9, 3 p. 13, 22 de -i ludo (*gr. 1, 88 ἐν ταῖς εὐωχίαις*). **2** *subst.*: PAVL. FEST. p. 82 -es appellabantur, qui in quibusdam ludis nocte epulabantur.

epulāria, (-ae) *f.* *ab* epulae. LYD. mens. 1, 29 *ἱστέον ... Ῥωμαίοις τὸ κανοῦν ἐπὶ μὲν τῶν ἱερῶν σατούραν, ἐπὶ δὲ τῶν εὐωχιῶν ἐπουλαρίαν, ἣν ἀπαλαρίαν* (*cf. vol. II 205, 76 et 295, 2 sqq.*) *οἱ πολλοὶ ἐξ ἀγνοίας προσαγορεύουσιν. v. p. 699, 11.*

epulātīcius, -a, -um. *ab* epulari. GLOSS.^{L} III Abstr. EP 9 -us qui epulis dat operam (V Abba EP 14 epol-. *al.*). *neutr.* -um *certum epularum genus significare videtur*: CORP. VIII 11813, 8 -um ex usuris curialibus die natali fratris sui quodannis dari iussit (*v.* epulum *p. 707, 19*). [*suppl.*: CORP. VIII 1827 ⟨epul⟩aticium.]

1. ✕**epulātio,** -ōnis *f.* *ab* epulari. aep-: *v. infra l. 72. 73.* hep-: *v. infra l. 83. 84.* GLOSS.^{L} II Philox. EP 5 -o *εὐωχ[ε]ία*. GLOSS. *θοίνη. εὐφρασία.* *inde a* PAVLO FESTI (*fort. iam inde a* CIC., *v. infra l. 54*). [LVCIL. 444 *trad., v. p. 706, 73.*] **1** *de cenando*: **a** *active: i. q. actio epulandi*: *α laxiore sensu* (*fere de epulo lauto, sollemni, festivo sim.; ex largitione: infra l. 63 sqq.; cf. s.* epulae *p. 699, 22*): Ⓘ *proprie* (*fort. de potione, comesatione infra l. 58; acced. gen. obi. infra l. 59*): PAVL. FEST. p. 86 *Saturnalibus* adiungebantur -es ex proventu fetus, pecorum frugumque. VAL. MAX. 2, 5, 4 festae -is. COLVM. 12, 3, 2 (*ex Cic., cf. frg. phil. I 10 M.*) quae ad mensam quotidianam atque -em pertinent (*cf. Xenoph. oecon. 9, 7 τὰ θοινητικά*). PETRON. 141, 10 SVET. Cal. 18, 2. ITALA eccles. 7, 3 (Ps. Orig. in Iob 2 p. 508^{C}) melius est ire in domum luctus quam in domum -is (*πότου*, VVLG. convivii; *v. supra l. 52*). AVG. serm. coll. Morin p. 262, 2 -o occisi vituli saginati. *al.* MACR. Sat. 1, 16, 4. EVSTATH. Bas. hex. 8, 8 p. 956^{B} vespertinae... -is (*syn.* convivii, *gr. p. 188*^{A} *τὴν τῶν ἑσπερινῶν ἀπόλαυσιν*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 107. 204 (*εὐωχίας συντελεῖν*). CORP. VIII 11201 (= 924), 8 *Sisenna* -is nomine decurionibus sport(ulas) ✕V ... die natali suo praestari iussit (*i.* '*epulum*' *[cf. Heraeus, Sprache d. Petron u. d. Gl. p. 49]. sic etiam*: VIII 26239, 9 *bis.* XI 5716 quod ... honesta -t⟨io⟩ne universos sit prosecutus). *et al.* Ⓘⓘ *in alleg. christ.*: PS. AMBR. sacr. 5, 3, 14 p. 449^{A} *ecclesia* habens convivium ... dignum caelesti -e. CONC. Chalc. Leo M. epist. 98, 1 p. 959^{C} -bus in cibis, quas per tuas litteras Christus epulantibus apparavit. ORIG. in Matth. 17, 22.

β sensu artato: i. q. deliciae, luxus, helluatio (*nota* 'escae -is' *i. fere* '*cibi deliciosi*' *infra l. 74*): ITALA Mich. 2, 9 (Weing.) proicientur de domibus aepulationum suarum (*τρυφῆς*, VVLG. deliciarum). ITALA Luc. 7, 25 (cod. d) aepulatione (*τρυφῇ*, VVLG. in deliciis). VVLG. sap. 19, 11 postulaverunt *impii* escas -is (*v. l. 71*). Sirach 37, 32 (*τρυφῇ*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 228 (*τρυφῆς* [*Dindorf, τροφῆς trad.*]). PALLAD. hist. mon. I 1 p. 251^{B} -bus ... ac voluptatibus (*ἐν τρυφῇ*).

b *passive: i. q. cibus, fructus sim. (acced. gen. obi.: l. 80. 81); fere in imag.*: AMBR. in psalm. 43, 37, 1 p. 288, 28 Christus ... factus est ovis -is nostrae (*syn.* esca). *ibid.* 2 p. 289, 6 bona -o. VITAE patr. 6, 1, 16 p. 999^{D} salus ... et -o futurorum bonorum. CASSIOD. in psalm. 99, 3 p. 698^{C} divinarum scripturarum copiosa et dulcis -o.

2 *i. q. laetitia, hilaritas sim.* (*v.* epulae *II, supra l. 19*; epulor *p. 705, 63*): ITALA Bar. 2, 23 (Cav.) vocem hepulationis et vocem exsultationis (*εὐφροσύνης*, VVLG. iucunditatis). *item* 3, 35 (hep-). 4, 23.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

29. PASS. Thom. 148, 15 *altera vita* est semper in gaudio, semper in laetitia, semper in -e, semper in lumine.

[**2. epulātio** *v.* ebullatio *p. 17, 14.*]

epulātor, -ōris *m.* *ab* epulari. **1** *qui epulatur*: **a** *proprie*: OP. imperf. in Matth. 9 p. 681$^{P. med.}$ (*de divite*) qui fuerat -or, ... in gula ... amplius torquebatur. GLOSS. V 566, 8 comedo -or vel tinea (*cf. p. 702, 7*). **b** *in imag. et alleg.*: NOVATIAN. cib. Iud. 5 p. 236, 4 talis -or (*sc. cuius cibus est vera fides*) conviva est dei. AMBR. bon. mort. 5, 21 -es illi Platonici (*cf. Plato symp. p. 203^{B}*). AVG. in psalm. 144, 9 ille avidissimus -or Ioannes apostolus *eqs.* Ps. AVG. sent. 2. **2** *qui superbit* (*cf.* epulari *p. 706, 12*): NOVELL. Iust. 30, 9 pr. p. 232, 28 si ... illi quidem adierint ..., ille autem iudex et -or non susceperit verba *eqs.* (*gr.* τρυφῶν).

epulātōrius, -a, -um. *ab* epulator. *i. q. ad epulandum aptus, pertinens sim.* (*nonnisi in imag. et transl., acced. notione 'iucundi', 'laeti' sim.; v. s.* epulatio *p. 702, 82*; epulor *p. 705, 63*): AMBR. epist. 67, 13 p. 1231^{A} sicut ... *ex alimentis* quod bonum est, editur, quod inutile aut malum, proicitur, ita et bona opera -a dicimus, quia sunt esui (usui *al.* 67, 14 p. 1231^{B}). 67, 14 p. 1231^{B} (*ad lev. 25, 6* 'escae') -a ... et refectoria requies in deo (*sim.* fug. saec. 8, 45 *ad eundem l.*; aep- *AP*).

epulis *f.*, *ἐπουλίς*. [*gr.* SCRIB. LARG. 61, *unde* MARCELL. *l. 24.*] *i. q. ulcus, tumor in gingiva ortus*: MARCELL. med. 11, 27 ad parulidas aut -das, id est ubi ex transverso gingiva suppuratur vel ubi super extremum molarem increscit. GLOSS. III 600, 25 -is (ebolis *trad.*) carnis nimia interiori⟨bu⟩s locis maxillarum.

✖**epulo,** -ōnis *m.* [*significatione collegii ab* epulum, *altera lurconis ab* epulae *derivatum. W.*] PRISC. gramm. II 121, 18 in o masculina ... derivativa ... ab epulando '-o' (*sim.* GRAMM. suppl. 17, 2. 37, 13). *notatur*: EPL (EPV, EP) *v. l. 53*; *praeterea breviatur gen. plur. aut* epul(onum) *aut* epulon(um) (-ón(um) CORP. XIV 3606 [*a. 2 a. Chr.*]. XII 3163 *al.*) *saepe; perscribitur* epulonum *ex. gr.* CORP. VIII 25367 XI 5210. *al.* *graece*: *ἐπουλώνυμ*: *v. l. 63. 65* (*cf. et l. 67*); *-ώνων v. infra l. 64. 66.* *de formis*: PAVL. FEST. p. 78 **epolōnōs** dicebant antiqui, quos nunc -es dicimus (*v. p. 700, 21 sq. et l. 39*). *legitur ap. script. inde a* CIC. (*sed v. l. 37*) *satis raro, in* INSCR. *inde ab* INSCR. numm. *infra l. 53* (*a. 64 a. Chr.*). [*dub.*: ENN. ann. 421 (*v. Vahlen ad l., fort. nom. propr.* Epulo); *cf. Münzer, PW VI 265, 23 sqq.*] *v. Onom. et cf.* coepulonus (*v. l. 35*).

1 *technice qui epulum rite exhibendum curat: adhibetur de collegio prius trium (v. infra l. 51), post septem (v. infra l. 53 sqq.; [vel decem]) virorum ad epulum Iovis ludis Romanis vel plebeis apparandum instituto* (*audiunt illi* triumvir -o, tresviri -es; *hi* septemvir(i) -um [*singulariter* VII vir -o: CORP. III 1741]; *suppl.* '-um': CORP. VI 1416 VII virum flam(en) *eqs. cf. et* VI 2194 D. Laelius Balbii l. Satur viator VII -(um), *ubi 'vir' subaudias. gr. ἐπτὰ ἀνδρῶν ἐπουλώνων: infra l. 64*). *de re v. Wissowa, Rel. und Kultus der Römer², p. 423. 518; Ruggiero s. v. II 2 p. 2140 sqq.; Klotz, PWK II. A. 1552, 68 sqq.* (*septemviri -um*). *al.*

CIC har. resp. 21 vos ... pontifices, ad quos -es Iovis Optimi Maximi si quid est praetermissum ... adferunt. de orat. 3, 73 tres viros -es ([*v. p. 702, 27*]. LIV. 33, 42, 1. 40, 42, 7 triumvir -o). CORP. I² 2 app. numm. 336 (*a. c. 64 a. Chr.*) VII ℘ EPL (EPV, EP). CORP. X 6087 (*post a. 43/42*) L. Munatius ... Plancus cos. ... VII vir -n(um). VI 1374^{a} C. Cestius L. f. Pob. -o. pr. tr. pl. VII vir -um. VI 1390 (*a. 5*). FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 17 (Corp. I² 1 p. 231) pontifices a⟨ugures XV viri s(acris) f(aciundis)⟩ ⟨VII⟩ vir(i) -um victumas inm⟨ol⟩ant (VI 903 [*a. 36/37*] VII vir(o) -n(um). VI 921^{4} [*a. 51*]. GELL. 1, 12, 6 flamen aut augur aut quindecimvirum sacris faciundis aut septemvirum -um. CORP. V 6416, 5. *et al.*). CORP. III 1741 (*a. p. Chr. 10*). XI 4772 (*a. a. Chr. 3 vel p. Chr. 26*). V 6974 (*sub Nerva imp.*). PLIN. epist. 2, 11, 12. CORP. IX 2455 (*inter a. 98/107*). INSCR. Dessau 8819 (*Pergami ca. a. 105*) *Γάιον Ἄντιον Αὖλον Ἰούλιον ... σεπτέμ⟨ουιρουμ ἐπουλώνουμ⟩, φρᾶτρεμ Ἀρουᾶλεμ* (*sic de eodem*: 8819^{a} *ἐπτὰ ἀνδρῶν ἐπουλώνων, φρ. Ἀρ.* INSCR. graec.-rom. Cagnat IV 374 *ἐπουλώνουμ*. 383. 384. *al. cf.* INSCR. Dessau 8834^{a} *M. Ῥώσιον . . σεπτίμβερα ἐπουλών(ων)* [*vix -ουμ*]). CORP. III 550 (*a. 112*) P. Aelio ... Hadriano cos., VII viro -um, sodali Augustali (VI 1511. *et al.*). XIV 3610 (*a. 150*). X 5824 (*a. 172/3*). CARM. epigr. 654 praescr. (*a. 385*) VII viro -um patri sacrorum summi invicti Mitre. CORP. III 12116. VI 31704. X 6227 Vinicio Coetaeo calat(ori) VII vir(o) epul(onum), liberto optumo. XI 5210. *et passim in Inscr.* (*v. ind. Dessau p. 565 sq.*).

2 *qui epulis (epulo, v. infra l. 79) ipse fruitur, i. q. cenator*: **a** *de hominibus (acced. vi voluptuosi, luxuriosi), i. q. lurco, vorator sim.*: CIC. Att. 2, 7, 3 illa opima ad exigendas pecunias Druso ... Pisaurensi an -i (*v. adn. crit.*) Vatinio reservatur. APVL. met. 2, 19 frequens ibi numerus -um. 9, 38. 10, 16 -um expectatio. TERT. ieiun. 16 p. 295, 15 divite. SIDON. epist. 4, 7, 2 inter Apicios -es. 8, 12, 7. **b** *de deis* (*v. l. 83. 84; de deo epuli illius [v. p. 706, 52] quasi cenatore l. 81*): CORP. I² 2, 988 mag(istri) quinqu(ennales) c⟨oll⟩(egii) teib(icinum) Rom. ... Iov(i) epul(oni) sac(rum) (*sic Mommsen et Bang; v. Wissowa l. c. 120 adn. 4 et cf.* dapalis. *v. l. 79*). VI 522 sacrum Mercurió -lóni euphrosynó. AVG. civ. 6, 7 p. 258, 22 D. -es etiam deos parasitos Iovis *eqs.* *v. et p. 706, 73.*

✖**epulor,** -ātus sum, -ārī *et* **epulo,** -āre (*v. l. 9*). *ab* epulae (*cf. sim. denominat. ut* pabulor). *de orthographia*: ae-: PORPH. Hor. carm. 2, 7, 6/7. 3, 7, 13/16 *cod. Vat.* GREG. TVR. *infra l. 46.* LIB. iubil. 16, 25. ACT. Petr. *p. 705, 72*; GLOSS. *al.*; *in* INSCR.: CORP. VIII 14613 IX 3842 INSCR. Dessau 6865. *breviatur*: -l(anti), -l(antibus): CORP. IX 3842, 10. 11. 12 (*l. 9 perscript.*). -antib(us): CORP. IX 1618. epulet(is): TEST. Val. (Corp. V suppl. ital. 181) 24 (*v. l. 12*). *de formis*: CHAR. gramm. p. 479, 14 B. *inter verba media.* *imp.* -are: *v. p. 705, 37. 706, 8.* *act.* epulo: *cf.* PRISC. gramm. II 392, 13 *sq.* plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem ... activam pro passiva ... habent terminationem ut '-o' pro '-or'. *sensu eodem ac depon.*: TEST. Val. *v. l. 7*; ITALA *l. 72. p. 705, 67*; ITALA Luc. 15, 32 (cod. l), *ubi* VVLG. -ari (*v. p. 705, 75*). VINDIC. *p. 705, 9.* GREG. TVR. *infra l. 46.* Franc. 5, 2 p. 192, 17. VEN. FORT. *p. 705, 38* (*v. et p. 705, 34*); GLOSS.; *notione q. e.* '*alere*' *sim.*: DRAC. *p. 705, 40. item passive p. 705, 41 sqq.* (*dub. tamen an re vera ab* epulare). *de notione*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 448, 20 B. -ari, convivari, satiari, satur fieri *eqs* GLOSS.^{L} I Ansil. AE 178 aepulamus epulas sumimus. 180 aepulata convivio laeta. II Abav. (EN, EO), EP 9 -antur conbibunt, diliciantur. *al.* GLOSS. *ἐνωχοῦμαι. ἐνφραίνω* (*v. p. 705, 63*). -antur manducant (*v. p. 705, 7*). *al. legitur inde ab* ACCIO, VARRONE, CIC.

***equidem.** [*potius c.* ē- castor *conferendum, quam ex* *egoquidem *ortum esse videtur. W.* (*cf. Walde-Hofmann, Et. Wb., ubi plura; ex* ego quidem *Stolz-Schmalz, Lat. Gramm.*⁵ *p. 282. 469. 665. cf. p. 720, 13 sqq.*).] *scribitur* ecq-: PLAVT. Stich. 342 *A.* aeq-: CIC. leg. 3, 26 *B.* haec quidem: RHET. Her. 4, 43, 56 *H. et al.* *de notione et usu (fusius tractant: Hand, Tursell. s. v.; Ribbeck, Lat. Partikeln p. 36 sqq.; rectius Jordan, Krit. Beiträge z. Gesch. d. lat. Sprache, p. 314 sqq.): ex grammat. doctrina*: FEST. p. 343 'sultis' si voltis significat composito vocabulo, ita ut alia sunt: ... -m ego quidem (SERV. auct. georg. 1, 193 SERV. Aen. 8, 471. *cf. l. 6. 7*). SERV. auct. Aen. 1, 335 -m nunc 'ego quidem' significat, alias expletiva particula est (*cf.* SERV. Aen. 1, 576 -m in omni Vergilio 'ego quidem' significat, sed in aliis et pro 'quidem' tantum ponitur; *seq.* CIC. Mil. 5 [*v. p. 722, 9*]. PERS. 5, 45 [*v. p. 723, 20*]). '-m' *ex* 'ego quidem' *compositum esse negat* PRISC. gramm. III 103, 5 *sqq.* (*sim.* CLEDON. gramm. V 73, 12). *enumeratur inter coniunctiones approbativas*: PRISC. gramm. III 97, 5; *completivas: ibid.* 102, 12; *expletivas*: GRAMM. suppl. 57, 20. 169, 6. *cf. supra l. 6.* *coniungitur ap. script. ante* APVL. *plerumque c. prima pers. verb. sing., ita ut ex* ego quidem *derivatum esse appareat (intellegas 'semel', nisi alium numerum adscriptum invenies; sic et in seqq.): ap.* PLAVT. *fere 160ies*, CAECIL., TER. *fere 30ies*, LVCIL., ACC., AFRAN. (*cf. et l. 44*), VARRO ling., RHET. Her. *bis*, CIC. *fere 320ies*, CATVLL., CAES. *bis*, SALL. *8ies*, PS. SALL. *ter*, VERG. *36ies*, CIRIS *4er*, HOR. sat. epist. *4er*, OV. *26ies*, NVX, LIV. *39ies*, VELL., VAL. MAX., PHAEDR. *4er*, SEN. *17ies*, OCTAVIA, CVRT. *12ies*, LVCAN., PERS., PETRON. *5ies*, CALP. *bis*, PLIN. nat. *68ies*, VAL. FL. *7ies*, SIL. *7ies*, STAT. *23ies*, QVINT. inst. *29ies*, decl. *10ies*, TAC. *5ies*, PLIN. min. *19ies*, SVET. *ter*, APVL. apol. flor. Socr. *19ies*. *restituitur prima pers. verbi sing.*: CIC. Sest. 122, *v. p. 721, 46.* LIV. 26, 22, 14 PLIN. nat. 25, 154. *in sermone autem vulgari etiam c. reliquis verbi personis componitur* (*primum, ut videtur, in iunctis velut* atque -m, me -m, dum -m, certe -m *sim. c.* quidem *confusum [an per soni similitudinem?], deinde liberius pro partic. affirmativa adhibitum [in initio sententiae inde a Varrone, v. p. 723, 47]. v. supra l. 15 sq.*): *ap.* PLAVT. *fere 9ies* (*v. p. 722, 75 sqq. 84. p. 723, 7 sqq.; at cf. infra l. 53. 54 bis. 55. 57. 60. 61*), TER. (*v. p. 722, 81*), TVRPIL. (*v. p. 723, 1*), VARRO rust. (*v. p. 723, 47*), CIC. (*v. p. 723, 49; at cf. l. 24. 60*), LVCR. (*v. p. 723, 12*), SALL. *ter*, PS. SALL., AETNA, PROP., LIV. (*at v. supra l. 24*), GERM., CVRT. *bis*, LVCAN., PERS. *bis*, STAT. *bis*, TAC*?* (*v. infra l. 54*), APVL. met. *11ies*, mund., Plat. *bis; crebrescit ap. posterioris aetatis scriptores.* ego quidem *legitur* (*v. l. 15 sq.*): PLAVT. *12ies*, CATO, CIC. Att. epist. *6ies*, CAECIN. Cic. epist., CAEL. Cic. epist. *ter*, POLLIO Cic. epist., CASS. Cic. epist., SALL., LIV. *ter*, VAL. MAX., SEN. dial. nat. epist. *5ies*, CVRT., PETRON. *bis*, QVINT. inst. *6ies*, decl. *ter*, PLIN. min. *bis*, APVL. met. *bis.* GLOSS.L III Abstr. EQ 6 ego quidem. II Philox. EQ 7 *ἐγὼ μέν.* GLOSS. *ἐγὼ μὲν οὖν.* NOT. Tir. 3, 84. *in Graecis respondent*: *ἐγὼ μέν: p. 721, 36. ἔγωγε: p. 722, 40. μέν: p. 724, 14. 15. 18. 24. 25. 37. 40. 42.* [*in locis lacunosis*: PLAVT. Cist. 368 AFRAN. com. 182. 366 FRONTO p. 166, 20 N. *ad I: variat c.* quidem: SEN. contr. 1, 1, 4 PLIN. nat. 27, 99. *v. p. 721, 24. 722, 10. 11. 16. 30.* *c.* et quidem: CIC. fin. 2, 27 LIV. 5, 54, 3 PLIN. nat. 27, 99 QVINT. inst. 6, 1, 38. *v. p. 722, 10. 17.* *c.* ego quidem: QVINT. inst. 8, 6, 36. *restituitur pro* quidem: *v. p. 721, 14. 30.* PLAVT. Capt. 249. 394 Mil. 1073 CIC. Scaur. 49 rep. 1, 30 (*Moser*). fin. 2, 16 Att. 7, 22, 2. 9, 18, 3. 16, 16, 5 epist. 9, 6, 2 TERT. adv. Hermog. 16 p. 143, 9. *falso trad. pro* quidem: PLAVT. Curc. 387 *al.* *ad II: variat c.* quidem: *v. p. 723, 22. 724, 7. 16. 23. al., post* me (*cf. p. 723, 9*): PLAVT. Epid. 497 Stich. 329 TER. Ad. 899 TAC. dial. 27; mi: PLAVT. Mil. 158; quando (*v. p. 723, 1*): PLAVT. Trin. 352; atque: *v. p. 722, 77. 81.* *c.* et quidem: *p. 723, 54. 55. 63. al.* IVST. 39, 3, 8 HEGES. 2, 17, 1 HIER. interpr. Iob 14, 18. *falso trad.*: PLAVT. Persa 639 (*P*, eo *A*). Poen. 291 (*A*, idquidem *P*). QVINT. decl. 340 p. 343, 27 (*corr.* ecquid). APVL. mund. 12 (*corr.* et quidam). PANEG. 12 (2), 30, 5 (*corr.* ⟨t⟩e quidem). *pro* quidem: PLAVT. Men. 309. 551 Rud. 827 CIC. Flacc. 5; *pro* et quidem: PLAVT. Persa 187 (*P*). CIC. fin. 3, 9 (*dett., v. Madvig ad l.*). *al. cf. p. 723, 69 sqq.*]

particula sive affirmativa sive concessiva: **I** ***c. prima persona verbi sing.*** *fere i. q. ego quidem* (*hic illic notione vocabuli 'ego' debilitata non tam ad verbum quam ad aliam quandam sent. vocem spectare videtur: ex gr. l. 78. p. 722, 8. 12.* CIC. Lael. 25 Att. 12, 14, 3 epist. 3, 12, 3 *al.* APVL. met. 9, 2. 4 *v. p. 723, 24. 39*): **A** *de usu* (*multa exempla omittuntur*): **1** *praevalente vi affirmativa*: **a** *in universum*: PLAVT. Asin. 607 apud Orcum te videbo. nam -m me ... a vita abiudicabo. Aul. 714 Cist. 526. Poen. 278 nam Venus non est Venus: hanc -m Venerem venerabor. *al.* TER. Haut. 569 ut -m, ita me di ament, metui, quid futurum ... esset! *al.* CIC. Verr. I 3 -m ut de me confitear, iudices, ... numquam ... tantum periculum mihi adire visus sum (*sim.* TAC. dial. 7, 1. *cf.* CIC. Cluent. 4 -m, quod ad me attinet, ... nescio. Cael. 6 *al.*). Rab. perd. 30. Phil. 1, 37 -m is sum, qui istos plausus ... contempserim; idemque *eqs.* div. 2, 52 quid ego haruspicum responsa commemorem (possum -m innumerabilia), quae *eqs.?* Att. 10, 4, 5 proficiscar magno -m cum dolore. *saepe.* VERG. georg. 1, 193. Aen. 10, 29 -m credo, mea volnera restant ([-m, credo, *eqs. Hand, Tursell. p. 428, vix recte, v. l. 7. 19*]. LIV. 28, 27, 8 CVRT. 3, 12, 18). *al.* LIV. 28, 27, 10 *al.* SEN. nat. 1 praef. 3 QVINT. inst. 2, 13, 8 *al. et talia saepe.* *in aposiopesi*: OV. epist. 12, 207. **b** *specialia quaedam*: *α ponitur in responsis*: Ⓘ *in dialogo* (*verbo iterato p. 721, 10 sqq., suppl. p. 721, 19 sqq.*): PLAVT. Amph. 328 illic homo ... sibi malam rem arcessit iumento

[Burckhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suo. :: non -m ullum habeo iumentum. 720 insaniā *est gravida.* :: -m sana sum (730). Asin. 171. 625. Aul. 650 laevam *manum* ostende. :: quin -m ambas profero. Bacch. 437. Capt. 578 tun te gnatum memoras liberum? :: non -m me Liberum, sed Philocratem esse aio. Men. 618. Merc. 583 quin ergo imus . . .? :: -m te sequor (*cf.* Most. 857 Poen. 1161). 709 *al.* TER. Andr. 327 obsecro . . . ut ne ducas. :: dabo -m operam. Haut. 547 *al.* CIC. de orat. 1, 111 leg. 1, 8. 2, 2 illo loco libentissime soleo uti . . . :: -m, qui nunc potissimum huc venerim, satiari non queo. ac. 2, 10 fin. 4, 2 Tusc. 4, 10 *al.* HOR. sat. 2, 1, 79 PHAEDR. 1, 1, 11. *iterato verbo* (*in lusu verb. l. 15*): PLAVT. Amph. 368 advenisti . . . consutis dolis. :: immo -m tunicis consutis huc advenio, non dolis. 576 Asin. 622 Aul. 307. Bacch. 99 sine. :: sino -m, si lubet (419). 1063 Cas. 791. Curc. 156 tace. :: taceo hercle ⟨e⟩quidem (*add. Fleckeisen*). Men. 503. Mil. 1424 (*v. l. 10*) verberon etiam, an iam mittis? :: mitis sum -m fustibus. Persa 44 *al.* TER. Andr. 659 Hec. 85 *al.* CIC. de orat. 2, 128 'illa deprome nobis *eqs.*' 'depromam -m' inquit *Antonius* (*cf.* leg. 2, 18). leg. 2, 69 *al.* VERG. Aen. 3, 315 'vivisne?' . . . 'vivo -m'. HOR. sat. 2, 5, 23 LIV. 32, 32, 14 SEN. Ag. 158. *et al.* *suppl. verbo*: PLAVT. Men. 369 quicum haec mulier loquitur? :: -m tecum. 1079 tun meo patre es prognatus? :: immo -m . . . meo. Persa 225 ecquid habes? :: ecquid tu? :: nil -m (TER. Andr. 858 CIC. nat. deor. 1, 67 HOR. sat. 2, 6, 53). Stich. 342 TER. Ad. 641. Hec. 814 cessas? :: minime -m. Haut. 518 quid tu istic (*sc. facis*)? :: recte -m. CIC. part. 132 (quidem *P*). Ⓑ *post interrogationes ab ipso loquente factas*: PLAVT. Mil. 1097 quid me consultas quid agas? dixi -m tibi quo id pacto fieri possit (CIC. Mil. 45). *al.* VARRO ling. 9, 32 ecquid . . . nescis *eqs.*? -m non dubito, qui⟨n⟩ *eqs.* (CIC. Planc. 18 Ov. trist. 4, 3, 27). RHET. Her. 4, 43, 56. CIC. Tull. 29 si . . . ego me . . . si⟨c⟩ defendam . . ., ecquis me audiat? non opinor ⟨e⟩quidem (*add. Halm*), quia *eqs.* Flacc. 27 utrum . . . hoc Graeci statuent . . . an nostri praetores . . .? -m existimo *eqs.* (Sest. 125 Balb. 15 Phil. 1, 17). Balb. 29 Marcell. 22. Phil. 10, 15 veteranis suspectum nomen est M. Bruti? . . .; -m non arbitror (de orat. 3, 139 CELS. dig. 33, 10, 7, 2 APVL. apol. 30). Tusc. 1, 98 ut . . . conloqui cum Orpheo . . . liceat, quanti . . . aestimatis? -m saepe emori . . . vellem ([*cf. Plato apol. p. 41^A ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις θέλω τεθνάναι*]. LIV. 8, 20, 12). Cato 83 epist. 4, 7, 4. 16, 17, 1 *al.* SALL. epist. Pomp. 4 utrum censetis me . . . posse? -m fateor me *eqs.* (LIV. 5, 54, 3 PETRON. 91, 8 *al.*). *al.* Ov. met. 8, 497 *al.* LIV. 5, 53, 7. 38, 49, 3 *al.* CVRT. 6, 3, 14 QVINT. inst. 2, 17, 4 *al.* AVR. Fronto p. 38, 17 N. APVL. apol. 14. *et al.* *β distinguitur expressis verbis ab altera persona* (*verbo suppl. infra l. 59*): PLAVT. Amph. 411 quae dixisti . . . omnia ementitu's: -m Sosia Amphitruonis sum. Capt. 543 -m tam sum servus quam tu (*cf.* CIC. de orat. 1, 213. 2, 186). Epid. 585 *al.* CIC. dom. 44. Sest. 72 vos haec melius scire potestis, -m audita dico (*cf.* 122 quae . . . significatio fuerit . . ., -m audiebam [*ed. Ascens. 1531*, audiebamus *codd.*], existimare facilius possunt qui adfuerunt). Pis. frg. 2. Att. 6, 1, 14 Parthicum bellum impendet. Cassius . . . litteras misit, . . . quibus recitatis puto fore ut . . . commoveatur senatus. -m sum in magna animi perturbatione (*similiter in narratione*: 14, 22, 2 epist. 10, 14, 1 *al.* CAEL. Cic. epist. 8, 17, 2 PETRON. 126, 11 *al.* PLIN. epist. 1, 13, 5. *et al.*). 6, 3, 4 de urbanis rebus . . . plura tu scis . . .; -m doleo non me tuis litteris certiorem fieri. 11, 24, 2 epist. 11, 27, 7 ad Q. fr. 3, 1, 3. *saepe.* CAES. civ. 2, 32, 14 -m me Caesaris militem dici volui, vos me imperatoris nomine appellavistis. Ov. met. 8, 722. 15, 359 fama est *eqs.*; haud -m credo (*cf.* CVRT. 9, 1, 34). LIV. 21, 46, 10 servati consulis decus Coelius ad servum . . . delegat; malim -m de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores (*cf.* 23, 16, 15. 30, 3, 6). *al.* VELL. 1, 7, 3. PLIN. nat. 10, 136 -m et tragopana (*sc. fabulosam reor*), de qua plures adfirmant maiorem aquilā. 18, 303 *al.* QVINT. inst. 3, 1, 12. 8, 6, 36 illa . . . quidam *κατα-χρήσεις* volunt esse, cum *eqs.*; a quibus -m (ego quidem *A*) dissentio. *al.* PLIN. epist. 6, 17, 5 *al.* FRONTO p. 120, 16 N. *et sim. saepe.* *γ legitur in sententiis restringentibus* (*interiectis infra l. 69*): CIC. fin. 2, 28 haec . . . liberius ab eo dicuntur. . . . quod -m non reprehendo. Tusc. 1, 77 catervae . . . contra dicentium, nec solum Epicureorum, quos -m non despicio, sed . . . doctissimus quisque . . . disseruit. *al.* SEN. epist. 115, 18 *al.* CVRT. 4, 3, 23. PLIN. nat. 15, 76 quo nihil -m duco mirabilius (22, 10 *al.*). *al.* *in sent. interiectis*: CIC. rep. 2, 55 ut -m (ego quidem *corr. m.²*, *Ziegler; at v. p. 720, 37*) intellego (Att. 13, 47^b, 2 existimo. PLIN. nat. 7, 104 arbitror [14, 148 *al.*]. 7, 115 reor. 29, 21 credo. 30, 8 invenio). fin. 4, 13 quantum -m intellego (APVL. apol. 80). PLIN. nat. 2, 91 quod -m sciam ([10, 50. *al.*]. *sic c. coniunctivo*: 2, 220 noverim. 7, 128 compererim. 7, 153 adnotaverim. 13, 3 inveniam [13, 119 *al.*]. *al.*). *cf. A. Ludewig, Quomodo Plinius maior, Seneca, eqs. particula 'quidem' usi sint, stud. philol. Prag. III, 1881, p. 34 sq.*

2 *praevalente vi concessiva: sequitur*: sed (*cf.* CIC. Att. 4, 7, 3 -m dolui: *ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων*): PLAVT. Rud. 1103 dixi -m, sed si parum intellexti, dicam denuo. TER. Hec. 219 ACC. trag. 19. RHET. Her. 4, 52, 65 'occidar -m, sed victus non peribo'. CIC. har. resp. 47 *tela* quamdiu haerebant in uno me, graviter -m, sed aliquanto levius ferebam. Rab. Post. 6. 42 Mil. 65. Lig. 10 non nihil -m . . . etiam tuam, sed multo magis patris tui prudentiam desidero. 28 pacis -m semper auctor fui, sed tum sero (Att. 5, 9, 3 epist. 10, 19, 1). Phil. 12, 3 de orat. 2, 316. Att. 9, 5, 3 intellego serius -m, quam vellem . . ., sed video *eqs. saepe.* VERG. Aen. 9, 205 HOR. epist. 2, 1, 69 Ov. trist. 2, 341 *al. et postea saepe.* sed tamen: CIC. Sull. 23 -m . . . laetor *eqs.*; sed tamen . . . puto. Flacc. 66 de orat. 1, 52 epist. 3, 6, 4 *al.* LIV. 9, 17, 5 PANEG. 4 (9), 16, 5 *al.* verum (verum tamen): PLAVT. Merc. 264 *al.* TER. Haut. 647 CIC. de orat. 2, 356. Att. 13, 2, 1 tuas litteras hodie exspectabam, nihil -m ut ex iis novi . . . verumtamen. *al.* vero: CIC. Mil. 5 (*ET, Quint. inst. 8, 6, 48. al.*; -m ego *Serv.* [*v. p. 720, 8*]; et quidem *H*; quidem *Pomp. gramm. V 306, 8*). Phil. 9, 5 (quidem *V*). de orat. 2, 6 *al.* PLIN. epist. 6, 4, 4. tamen: CIC. Phil. 5, 19 locutus sum . . . minus -m libere quam mea consuetudo, liberius tamen quam periculi minae postulabant. leg. 3, 26 *al.* Ov. epist. 8, 75 vix -m memini, memini tamen. *al.* LIV. 4, 3, 2 PLIN. nat. 29, 24 epist. 2, 11, 11 *al.* CYPR. unit. eccl. 23 p. 230, 14. *et al.* autem: CIC. Phil. 8, 31 (quidem *V*). nat. deor. 1, 23 epist. 13, 16, 1. CIC. Lig. 30 causas, Caesar, egi multas -m (et quidem *HVβ, Quint. inst. 7, 4, 17 A [in ras.], M*) tecum, . . . certe numquam hoc modo.

B *iunctura selectae*: 1 *voces frequentiores, quibus* -m *adiungitur*: a *verba*: cedo -m: VERG. Aen. 2, 704 *al.* SIL. 3, 115 STAT. Ach. 1, 396 Theb. 7, 178 *al.* CLAVD. 5, 216. credo -m: PLAVT. Pseud. 1302 TER. Eun. 739 CIC. rep. 6, 10 Att. 11, 6, 2 *al.* VERG. Aen. 4, 12 *al.* CVRT. 8, 10, 15 VAL. FL. 4, 477. *et al.* dicam -m: CIC. de orat. 1, 111 *al.* VERG. Aen. 6, 722 *al.* CIRIS 266 STAT. Theb. 4, 636 MIN. FEL. 16, 1. dixi -m: *v. p. 721, 26. 79.* PLAVT. Curc. 608 *al.* TER. Haut. 616 HOR. sat. 2, 5, 23. scio -m: PLAVT. Asin. 842 Most. 754 *al.* TER. Andr. 659 *al.* CIC. Att. 11, 24, 2 SALL. epist. Mithr. 16. *et al.* b *coniunctiones, adverbia*: atque: PLAVT. Aul. 714 *al.* TER. Ad. 850. CIC. Cael. 63 (quidem *GE*). epist. 7, 25, 2. VERG. Aen. 1, 619 memini (7, 205). *al.* haud: PLAVT. Merc. 512 dico (TER. Hec. 232). VERG. georg. 1. 415 credo (*v. p. 721, 56*). Aen. 1, 335. 5, 56 reor (CLAVD. carm. min. 17, 31). *al.* Ov. met. 8, 497. LIV. 5, 34, 6 miror (SIL. 11, 556). *al.* SEN. Herc. f. 415. *al.* SIL. 14, 173. *et al.* iam pridem: PLAVT. Poen. 156 audivi (TER. Hec. 219). 1347 scivi (1391). immo: PLAVT. *v. p. 721, 11. 21.* Aul. 307 *al.* nam: PLAVT. *v. p. 720, 69.* Bacch. 369 *al.* APVL. apol. 56. 59. neque (nec): PLAVT. Bacch. 419 Curc. 565 *al.* CIC. Tusc. 3, 41 nec -m habeo, quod *eqs.* (*Epicur. π. τέλους frg. 67 p. 120, 1 οὐ γὰρ ἔγωγε eqs.*). *al.* nihil (nil): *v. p. 721, 22.* PLAVT. Aul. 635 *al.* CIC. div. 1, 11 Ov. am. 3, 14, 41 *al.* VAL. FL. 8, 420. *et al.* non: PLAVT. Bacch. 1061 accipiam (*cf.* 1063). *al.* TER. Ad. 641 CIC. Att. 12, 14, 3 *al.* CATVLL. 108, 3. VERG. ecl. 1, 11 invideo (NVX 33). Aen. 4, 330 *al.* CIRIS 19 *v. infra l. 65. al.* HOR. epist. 2, 1, 69 Ov. epist. 6, 79. *saepe.* LIV. 27, 13, 6 *al.* SEN. Herc. f. 348 PERS. 5, 19 STAT. Theb. 2, 156 *al. et al.* sic: CIC. de orat. 2, 186 VERG. Aen. 6, 690 STAT. Theb. 5, 617. tum: CAECIL. com. 28 TER. Eun. 597. vix: Ov. epist. 8, 75 *v. supra l. 14.* trist. 3, 10, 35 credar (Pont. 4, 3, 27 *al.*). *al.* LIV. 23, 16, 15. -m etiam (et): CIC. de orat. 2, 362 puto (fin. 4, 13). off. 1, 37 animadverto (*cf.* epist. 15, 4, 14). *al.* VERG. Aen. 11, 111 SEN. Ag. 158. PLIN. nat. 7, 144 duxerim (18, 288). *al.* PLIN. epist. 6, 4, 3. *et al.*

2 *accedunt particulae affirmativae*: certo (certe): PLAVT. Amph. 447 -m certo idem sum (Mil. 433). Bacch. 437 Persa 209 *al.* VERG. ecl. 9, 7. ecastor: PLAVT. Amph. 698. 714. 730 Men. 658. edepol: PLAVT. Amph. 282 credo (Vid. 44). Aul. 215 Merc. 508 *al.* hercle: PLAVT. Asin. 622 Aul. 640 Bacch. 890. Cist. 52 (*v. adn.*). Curc. 156 *v. p. 721, 14.* Epid. 484 *saepe.* TER. Phorm. 807. pol: PLAVT. Bacch. 89 Most. 178 *al.* TER. Eun. 876.

3 *ad* -m *accedit attributum*: a *pronomen*: ego *per pleonasmum*: *v. p. 270, 37 sqq.* PLAVT. Merc. 264 QVINT. decl. 323 p. 273, 20. *falso trad. v. supra l. 9.* *cf.* CIC. de orat. 2, 25 sic ego, si iam mihi disputandum sit . . ., nolim -m apud rusticos, sed multo minus apud vos. Att. 12, 38, 1. CIRIS 19 si me . . . Sapientia pangeret arce . . ., non ego te talem venerarer munere tali, non -m, . . . sed *eqs.* FRONTO p. 80, 3 N. ipse: PLAVT. Amph. 754 qui ipsus -m . . . conspicio. VERG. georg. 4, 147 LIV. 45, 38, 1. OCTAVIA 540 hoc -m et ipse credidi (HIER. epist. 1, 3, 4). b *subst. vel adiect.*: CIC. de orat. 1, 154 -m mihi adulescentulus proponere solebam (PLIN. epist. 7, 20, 4). Att. 3, 8, 2 -m adhuc miser . . . maneo Thessalonicae. LIV. 25, 6, 7 -m miles. PLIN. epist. 2, 13, 8 -m iuvenis.

II *c. reliquis verbi personis*: A *praevalente vi affirmativa*: 1 *adhaeret singulis vocibus, quas vel efferendo vel restringendo praeter ceteras distinguit; fere i. q. quidem*: a *copulae* atque: PLAVT. Bacch. 974 *Priamus* quadrigentos filios habet, atque -m omnis lectos sine probro. Epid. 30 pol illa ad hostis transfugerunt. :: armane? :: atque -m (*sic Luchs, Leo*; quidem *codd.*) cito. Mil. 650 o lepidum semisenem . . . atque -m plane educatum in nutricatu Venerio. Poen. 1240 filias . . . celavistis . . . atque -m ingenuas. Trin. 611 ilico *actumst* . . . atque -m ipsus ultro venit Philto oratum filio. TER. Eun. 956 conligavit? :: atque -m (*sic Don. in lemm.*, quidem *codd.*) orante ut ne id faceret Thaide.

b *coniunctionibus*: PLAVT. Stich. 554 quattuor *tibicinas* . . . dato, dum -m (quidem *alii*) hercle quod edint addas. TVRPIL. *[Burckhardt]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

com. 158 quando -m (*codd. Nonii p. 522, 4 praeter LA^{4}C^{4}* [et quidem]) amorem ... lenivit dies (*v. p. 720, 54*). APVL. met. 5, 1 opes ceterae maiestati domus respondent, ut -m illud recte videatur *eqs.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 183 cur -m diversa sint homines voluntate, non curo.

c *quibuslibet variis vocabulis* (*inter vocabula arte cohaerentia v. infra l. 32 sqq.*): PLAVT. Aul. 138 decet te -m vera proloqui (tequidem *Bothe, Lindsay*). Epid. 16 scurra es. :: scio te esse -m hominem militarem (-m *c.* scio *coniungunt alii*). 378 me -m certo servavit (PERS. 1, 110 per me -m sint omnia protinus alba. *cf. p. 720, 53*). 603 hinc Athenis civis eam emit Atticus: adulescentem -m dicebant emisse. LVCR. 3, 1078 certe -m (certa quidem *Avancius, at v. Heinze ad l.*) finis vitae mortalibus adstat. SALL. Catil. 52, 11 iam pridem -m nos vera vocabula rerum amisimus. 52, 16. 58, 4 scitis -m, milites, *eqs.* AETNA 458 haud -m mirum ... restat (GERM. 440 haud -m possis alio contingere signo, quae divis sedes [*cf. Arat. 456 οὐκ ἂν ἔτ' εἰς ἄλλους ὁρόων ἐπιτεκμήραιο*]. LVCAN. 8, 824). PROP. 2, 31, 5 hic -m Phoebo visus mihi pulchrior ipso ... carmen hiare lyra. FEST. p. 333 scribas ... antiqui et librarios et poetas vocabant. at nunc dicuntur scribae -m librari. PERS. 5, 45 non -m hoc dubites, amborum ... consentire dies. DECL. in Catil. 39 hi sunt -m, quos ... calamistratos ... obvolitare cernimus (41 [quidem *γbz*]). 40 (quidem *EHY*). *al.* APVL. met. 2, 13 quam olim -m exoptatus nobis advenis? 4, 2 *caliculi* quos -m ... vulgus ... rosas laureas appellant. 8, 10. 9, 4 (*v. p. 720, 66*). *al.* mund. 27. AVR. VICT. Caes. 28, 3 quod -m denuntiatum ... prodigiis (32, 5 *al.* AVSON. 409, 26. *et al.*). AVSON. 344, 4. AVG. in psalm. 99, 5 p. 1274$^{med.}$ apostolus dicit -m *eqs.* MACR. Sat. 3, 2, 17 hos annales appellant -m maximos. THEOD. PRISC. log. 77 p. 179, 7 CLAVD. MAM. anim. 1, 24 p. 86, 8. 2, 1 p. 100, 9 omnia ... dinoscuntur melius contrariorum conparatione; sic -m lumen tenebris ... plus delectat (*al. cf.* ENNOD. epist. 1, 9, 1 p. 18, 11). 3, 2 p. 156, 13 *al.* BOETH. arithm. 2, 23 p. 109, 17. *et al.* *ponitur inter vocabula arte cohaerentia, ita ut hic illic vis attributi augeatur* (*ex. gr. l. 37. 38; fort. et* TERT. cult. fem. 2, 1 p. 714, 5 Oe., *si sanae tradit.* [*v. app. crit.*]): APVL. met. 1, 1 iam haec -m ipsa vocis immutatio desultoriae scientiae stilo ... respondet (THEOD. PRISC. log. 24 p. 121, 11). 7, 9 poterit unus *latro* magnis -m talentis, ut arbitror, puellam praestinare. 7, 15 uxor eius, avara -m (*v. adn.*) nequissimaque illa mulier. 9, 2 post multum -m temporis ... quievi ([*v. p. 720, 66*]. *cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 122, 12). 10, 1. TERT. pall. 4 p. 935, 5 Oe. (*de Achille*) monstrum -m geminum *eqs.* AVR. VICT. Caes. 13, 6 AVSON. 350, 3. AVG. c. Petil. 2, 2, 4 p. 24, 27 quibus -m obscenis sordes cunctae mundiores sunt (*cf.* HESYCH. in lev. 15, 16 p. 974^{D}). CASSIAN. conl. 9, 28, 1 p. 274, 11 PAVL. PELL. 129 BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 46, 5 *al.*

2 *praecedit enuntiatis (in apodosi infra l. 65), fere i. q. sane, profecto* (*ante imperativum infra l. 68. accipit vim explicativam e. g. infra l. 59, adversativam e. g. infra l. 61*): VARRO rust. 1, 5, 1 -m innumerabiles mihi videntur *partes agri culturae*, inquit Agrius. CIC. Att. 13, 26, 2 -m credibile non est quantum scribam. PS. SALL. rep. 2, 2, 1 -m mihi decretum est nihil ... reperiri posse *eqs.* LIV. 5, 51, 4 -m, si nobis ... traditae ... religiones nullae essent, tamen tam evidens numen ... adfuit ..., ut *eqs.* (VVLG. I reg. 21, 5 HESYCH. in lev. praef. p. 789^{B}). APVL. Plat. 2, 20. TERT. adv. Iud. 9 p. 720, 16 Oe. dicunt Iudaei: ... -m (et quidem *Scioppii schedae*) Esaias praedicat *eqs.* (*cf.* VICT. VIT. 2, 83 [et quidem *W M L β*]). ANTH. 16, 31 hoc dicens *Pilatus*: '-m in iusto (equitem inisto *A, corr. Riese*) nil tale repertumst'. OPTAT. 7, 6 p. 180, 4 -m constat eum *eqs.* app. 5 p. 208, 27 (*ante interrog., sic et*: HIER. epist. 23, 2, 2). p. 209, 29 sicut in causis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt. -m gentes minora interdum iudicia refugientes *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 9, 130 p. 204, 29 hinc pergit ad ceteras materiae partis ...; -m primam quaestionem noluit evidenter ponere. AVG. serm. coll. Morin p. 569, 18. OROS. hist. 5, 18, 28 -m (*LPR*, et quidem *D*) tunc in sinus ... civitatis ... opes congerebantur, cum *eqs.* (*cf.* 6, 16, 8). 5, 19, 2. RVSTIC. c. aceph. p. 1197^{B} si quidem hoc solum ... insuetum esset in Christo, -m neque tunc te diffidere ... oportere convenerat. *sing. ante imperativum*: HIST. Apoll. rec. A 32 p. 64, 8 'indue vestes lugubres'. ... *ille* respondit '-m da mihi vestes'.

3 *adnectit sententiarum partes, fere i. q. et quidem* (*dubitaverim tamen an ubique* et quidem *scribendum sit; sic certe falso trad. pro* et quidem: LIV. 45, 39, 9 [*V*]. SEN. nat. 2, 4, 1 [Φ]): STAT. silv. 3 praef. 25 summa est egloga, qua mecum secedere Neapolim Claudiam meam exhortor. hic ... sermo est -m (et quidem *edd. recc.*) securus, ut cum uxore et qui persuadere malit quam placere. TERT. adv. Marc. 4, 1 p. 423, 10 facile est praescriptive occurrere, -m (*R*, et quidem *M*) ut accepto eas (*sc. Marcionis antitheses*) faciam. pall. 5 p. 948, 3 Oe. molitio ... *pallii* operire est solutim. id ex uno circumiectu licet, -m nusquam inhumano. p. 952, 9 Drusillanus, -m servus Claudii. MAXIMIN. c. Ambr. 91. 132 Esaia ex persona ipsius dei patris -m teste ipso filio suo dicente (*cf.* 133). OROS. hist. 7, 24, 3 bella ... civilia -m (*RD*, et quidem ς [*velut N 1*]) plurimo sanguine duo gessit *Probus*. CASSIAN. c. Nest. 3, 16, 2 ostendam tibi ... signum -m tale, cui nec daemones ... contradixerunt (3, 16, 7 [et quidem *Mv utroque loco*]). THEOD. MOPS. in Gal. 3, 12 p. 41, 27 validissimum fide struxit sermonem, -m et ... excludens illa quae legis erant et quod inpossibile sit *eqs.* (*aliter distinguit Swete*).

B *praevalente vi concessiva* (*ponitur in initio sententiae e. g. l. 10. 16. 26. 38. al.*): *sequitur* sed: CVRT. 5, 13, 3 ⌊⟨non⟩⌋, -m (⌊ ⌋ *add. I*; qui nondum [*omisso* -m] *Hedicke, at cf. l. 20*) vinctum regem, sed in periculo esse ... adfirmabat. STAT. Ach. 1, 548 grande -m (*kc*; grandem -m *P*; grande quidem *q*) ... castris inducere Achillem; sed si *eqs.* APVL. Plat. 2, 26 PS. CYPR. singul. cler. 4 p. 177, 14 *al.* SPART. Ael. 5, 3 voluptates ... -m (e⟨t⟩ quidem *Hohl*) non infames sed ... diffluentes. OPTAT. 4, 6 p. 110, 1. 7, 3 p. 170, 22 -m malum est ... facere; sed peius *eqs. al.* AVSON. 191, 5 THEOD. epist. ad Auson. FAV. EVL. p. 9, 5 PRVD. perist. 10, 1101 *al.* AVG. c. Parm. 2, 14, 32 p. 85, 8 *al.* MIRAC. Steph. 2, 2, 6 p. 846$^{fin.}$ CASSIAN. conl. 23, 15, 5 (et quidem *Oβc*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 4, 22 ([quidem *m i q*]. *gr. I 1, 1 p. 11, 15 μὲν ... δέ*). CONC.^{S} I 5 p. 258, 1 (*gr. I 1, 6 p. 116, 6 μὲν ... δέ*). FAVST. REI. epist. 3 p. 180, 2 (quidem *cod.*). VITAE patr. 5, 5, 40 -m patres ... bene tibi imposuerunt onera ...; sed si me ... audis, iacta a te haec (*gr. Nau, Rev. Or. chr. 1908 p. 57 n. 174 μὲν ... δέ*). VISIO Pauli p. 30, 9 INSCR. christ. Diehl 3423, 1. *et al.* ceterum: CVRT. 4, 12, 20 caligo ... universam -m (universae quidem *Zumptius, Hedicke*) rei faciem non abstulit, ceterum agminum discrimina ... prohibuit perspici. vero: DECL. in Catil. 118 *al.* PRISC. rhet. 6, 17 p. 555, 15 VVLG. Is. 49, 25 CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 103 haec -m (quidem *R*) Manethon. in palam vero est *eqs.* (1, 252; *gr. utroque loco μὲν ... δέ*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 13, 24 (*gr. Isid. ep. 3, 408 p. 1041^{B} μὲν ... δέ*). BOETH. trin. 3, 43 (quidem *A*). at: IVL. VAL. 1, 36 -m Graecum (aequum *Kroll, Rh. M. 52, 585, 1; def. Heraeus collato 2, 29. 3, 4*) et imperiale videbatur cum clementia ... invehi urbem vestram. at enim vos primi ... exstitistis, qui mihi insolentius obviaretis. EPIST. ed. Morin Rev. Bénéd. 40, 1928, p. 299, 28 delectat -m (e *add. s. l.*) sonus iste verborum aures hominis inquieti: at tibi ... ista tempnenda sunt. tamen (verum, sed t.): AVIEN. Arat. 639 grandibus haud -m stellis, non his (*Aldus*; hic *trad.*) tamen atris ... micat *cycnus* ([*cf. Arat. 276 ἀστράσιν οὔτε λίην μεγάλοις, ἀτὰρ οὐ μὲν ἀφαυροῖς*]. PAVL. PELL. 578). CONC.^{S} I 5 p. 270, 27 operatum -m Christum ... in sanctis dicimus ..., non tamen *eqs.* (*cf. p. 156, 14* adiutos quidem per Christum *eqs.* ...; at non *eqs.; gr. I 1, 6 p. 130, 24 μὲν γὰρ ..., οὐ μήν*). SIDON. epist. 2, 11, 1. autem: VITAE patr. 5, 15, 27 -m si dignus est nescio, unum autem scio (*cf. 3, 188 et 7, 33, 3* si quidem dignus sit *eqs.; gr. Cotelier p. 560 εἰ μὲν ..., ἓν δέ*). CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 212 hoc -m (enim *R*) Agatharchidi videtur esse ridiculum; eis autem ... apparet magnum (*gr. μὲν ... δέ*). Didym. in I Ioh. 1, 2 p. 40, 18. *et al.* *deest partic. adversativa*: CONC.^{S} II 2, 1 p. 49, 42 (*gr. II 1, 1 p. 94, 32 μὲν ... δέ*). *et sim. al.* *Burckhardt.*

equifer(us), -ī *m.* [*ab* equus *et* ferus, *ut aetate inferiore* ἱππαγρος *apud Opp., terminatione ad instar adi., quale* ignifer, *formata. W.* (*cf. quae s.* caprifer *dicta sunt et Stolz-Leumann, Lat. Formenl. p. 251*).] *nom. sing.* -ferus: BOETH. (*l. 55 sqq.*). -fer: GLOSS. NOT. Tir. 108, 67 (*post* equus). GLOSS. ἵππος ἄγριος. ἱππαγρος. *i. q. equus ferus* (*cf. p. 736, 23*): PLIN. nat. 1, 28, 42—80 *medicina ex* -o. 28, 159 de -is non scripserunt Graeci, quoniam terrae illae non gignebant. 28, 197 potus -orum sanguinis. BOETH. herm. pr. 1, 2 p. 48, 8 in nomine ... quod est -us (*pro voce gr. q. e. Κάλλιππος*); *opp.* in oratione quae est equus ferus (*gr. ἐν τῷ λόγῳ τῷ καλὸς ἵππος*). p. 49, 8 herm. sec. 1, 2 p. 58, 5. 8. 21. 2, 4 p. 81, 10. 85, 28. 32. 91, 7 -us currit. 92, 11 (*fere nom. sing.*). ISID. orig. 12, 1, 54 sunt ... hi (*sc. equi colore dosino et cinereo*), quos -os dicimus, et proinde ad urbanam dignitatem transire non possunt.

equila *v.* equola, *p. 731, 22.*

equīle, -is *n.* [*ab* equus. *W.* (*cf.* ovile *sim.*).] VARRO ling. 8, 18 ab equo -e (*sim.* 8, 52). PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 152, 8 B. aquale, ut -e, sedile, monile. equel-: VIRG. *v. l. 73.* *sg. abl.* -i: *l. 69. 73*; -e: *l. 72.* GLOSS. ἱππόστασις, ἱππών, ἱππὼν ὁ τόπος. equorum stabulum. II 333, 4 ἱπποστάσιον (*cf. p. 708, 13*) stabulum (*cf. l. 73*) -e (*inc.* -e *utrum subst. an pro adi. accipiendum*). [CORP. IV 138 *v. s.* equester *p. 717, 83.*] CATO agr. 14, 2 (*inter villae partes a fabro faciendas*) -e. VARRO ling. 8, 29 in aedificiis quom non videamus habere ... similitudinem ... cubiculum ad -e. rust. 2, 7, 14 si frigus erit, in -i faciendus ignis. 3, 17, 7. VITR. 6, 6, 4 -bus, ... in villa loca calidissima ... constituantur *eqs.* (*antea* ovilia ... caprilia). 6, 7, 1 -a (*Jocund.*, aequalia *codd., cf. p. 708, 16*). SVET. Cal. 55, 3 marmoreum. CHIRON 490 prodiens de -e *iumentum* (VEG. mulom. 2, 86, 1; -i *AL*, stabulo *P*). VIRG. gramm. epist. 8 p. 176, 25 equus ... equele reversurus (*?*, -o *cod.*).

[**ēquilībro** *v.* aequilibro (*vol. I 1008, 78 sqq.*).]

? GLOSS. II 332, 62 ἱπποκόμος agaso **equilio** (equisio *Goetz in Thes. gl.; cf. p. 726, 30*).

CORP. XIV suppl. Ost. 4290 *ille* signum Martis cum **equiliolō** Isidi reginae ... d. d. (*i. demin. ab* equileus *i.* 'equoleus'; *v. W. Schulze ad l.; Lommatzsch, Gnomon 10, 1934, 313*). *ad sensum cf.* CIC. Verr. II 4, 42 *p. 730, 50.*

*?***equīlis** (-e) *v.* equile *l. 65.* [**equilisaepium** *v. p. 726, 22.*]

equīmentum, -ī *n.* [*ab* equio. *W.*] *merces, quae pro admissura equi datur* (*nobis 'Beschälgeld'*): VARRO Men. 502 an si equam

[H. G. Wackernagel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

emisses quadripedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcissem dedisses -i? ((a)equam- *codd. Non. p. 69, 20; sed p. 69, 17* (a)equim- *lemma*). *cf. p. 739, 55.*

equimulga, -ae *m.* [*ab* equus *et* mulgeo. *W.* (*cf. gr. ἱππημολγός*).] SIDON. epist. 4, 1, 4 -as Gelonos.

equīnālis, (-is) *f.* *ab* equinus. *nomen herbae, i. q. equisaetum, gr. ἵππουρις*: Ps. DIOSC. Vind. 4, 46 p. 203, 14 W. (*om. N*) *ἵππουρις . . . Ῥωμαῖοι ἑκυνάλις, οἱ δὲ σάλιξ ἑκυνάλις* (*ἑκύναλις l. v.*). *v.* equitinalis.

[**equinam** GLOSS.^{L} IV Plac. E 46 *v. p. 58, 29.*]

equīnum *v.* equinus, *l. 79.*

×equīnus, -a, -um. [*cf. c. boruss.* aswīnan '*lac equinum*' *et c.* equus. *W.*] aequ-: *infra l. 31.* *ἑκονίνους*: *l. 76. 77.* **1** *adi.: i. q. ad equum (equam infra l. 38. 63. 67) pertinens* (*saepe pro genet. varii ordinis q. e.* '*equi*' [*'equae'*]; *v. e. g. infra l. 28. 40. 47. 55. 69 [nota gen. obi. adiectivo q. e.* -us *coniunctum infra l. 26; cf. gr. ἵππου infra l. 23. 32; ἵππειος infra l. 61. 62]; componuntur saepius adi. sim. ratione derivata velut* asininus, caprinus, vaccinus *al.*): **a** *proprie* (*de astrorum signis v. l. 22 sqq. 41. 43 sqq. 60 sqq.*): ACC. trag. 545 reciproca tendens nervo -o concita tela (VERG. Aen. 9, 619 Ov. Pont. 1, 2, 21 *al.*). LVCIL. 193 pedibus (MELA 3, 56 -is p. Hippopodas et Pannatios. SCHOL. Germ. Bas. p. 90, 2 *Sagittarius* homo -is p. est [*gr. Catast. 28 σκέλη ἔχει ἵππου*]. *al. cf.* HYG. astr. 2, 27 p. 68, 28 -is cruribus . . . deformatus *Sagittarius* [*ibid* p. 69, 10 *al.*]). VARRO rust. 1, 38, 3 *stercus* ([MARCELL. med. 8, 125]. *cf.* PLIN. nat. 17, 54 -o *fimo* [28, 174. 202 *al.*]). 2, 7, 6 emptio -a similis fere ac boum et asinorum. 2, 7, 7 pecus (2, 7, 13 VERG. georg. 3, 72 AMM. 31, 2, 19 *al.*). 2, 8, 2 consuetudinem (*cf.* GREG. M. moral. 23, 22 more). 2, 8, 6 auribus (MELA 3, 88). 2, 11, 1 *lac* (SCRIB. LARG. 186 *al.* PLIN. nat. 18, 100 lacte vel sanguine [*v. infra l. 37*]. 28, 159 *al.* SER. SAMM. 525 PLAC. med. 16, 19 H.-S. *al.* ORIBAS. eup. 2, 1 G 1 aequinus [*gr. p. 606, 27 ἵππου*]. *et al.*). CIC. Tusc. 5, 62 in . . . apparatu *cenae Damoclis* . . . gladium e lacunari saeta -a aptum demitti ([*sim.* AMM. 29, 2, 4 SIDON. epist. 2, 13, 7]. PLIN. nat. 18, 259 [*cf.* equisaetis, -um *p. 726, 12. 15. item*: 26, 51 *al.*]). VERG. georg. 3, 92 cervice -a *Saturni in equum conversi* (*cf. l. 54.* HOR. ars 1). 3, 463 *Gelonus* lac concretum cum sanguine potat -o ([*inde* AVIEN. orb. terr. 921]. HOR. carm. 3, 4, 34. *et al.* [*v. et supra l. 30*]). HOR. epod. 8, 8 ubera. epist. 2, 1, 45 caudae (PAVL. FEST. p. 38 *al.*). Ov. met. 9, 125 haud . . . effugies (*Nesse*), quamvis ope fidis -a. 12, 88 -is fulva iubis cassis ([CORIPP. Ioh. 4, 495. *cf* STAT. Theb. 7, 263]. PLIN. nat. 2, 90 hippeus *cometae genus* -as iubas *imitatur.* 8, 40 -a iuba. *cf.* SOL. 32, 30 hippopotamus . . . -o et dorso [*v. exempl. seq.*] et i.). MANIL. 1, 419 *Centaurus* pars hominis, tergo pectus commissus -o (COLVM. 10, 57 Croti *i. Sagittarii. cf. et supra l. 42*). 2, 444 (*de Sagittario*) partis -ae (MART. CAP. 8, 843 Centauri *signi* pars -a). COLVM. 1 praef. 26 armentum (6, 22, 2 APVL. met. 7, 16 *al.*). 6, 7, 1 genus (6, 27, 1 quibus cordi est educatio generis -i [*in de* PELAGON. 139]. PLIN. nat. 8, 166 *al.* CHIRON 743. *et al.*). 6, 27, 3 *ἱππομανές*, quod -ae cupidini similem mortalibus amorem accendit (*cf.* PRVD. c. Symm. 1, 56 libido *Saturni commutati; v. infra l. 54*). PLIN. nat. 10, 136 capite (AVIEN. Arat. 646; *gr. 283 τοῦ Ἵππου. al.*). 28, 146 *fel* (*al.*). 28, 213 ungulae (28, 263 *al.* MARCELL. med. 15, 60 *al. cf.* VAL. FL. 5, 153 Philyrae . . . litora quae cornu [*i.* '*ungula*'] pepulit Saturnus -o [*v. l. 35 sq. 50*]). 28, 227 pullus (QVINT. inst. 8, 2, 15. *et al.*). MART. 11, 84, 8 colla. APVL. met. 7, 14 in greges -os (CASSIOD. var. 1, 4, 17). SOL. 27, 18 motus -i de auribus intelleguntur (*cf.* 45, 13 affectum -um lacrimae probant). *al.* PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 176, 4 ludicra spectacula . . . -a certamina (*i. circenses*), . . . scenicas turpitudines. AMM. 23, 6, 36 hinnitu (GREG. TVR. glor. mart. 86 p. 546, 18). HYG. astr. 3, 37 p. 96, 26 Centaurus . . . habet . . . in medio pectore -o I *stellam* ([*gr. Catast. 40 τοῦ ἱππείου στήθους*]. *cf.* 3, 37 p. 97, 2 in lumbo [*gr. ibid. τοῦ ἱππείου ἰσχίου*]). *al.* RVFIN. hist. mon. 28 p. 451^{A} virgo . . . in -um animal versa ut putaretur equa esse et non puella (COD. Theod. 9, 30, 5; *a. 399*). PLAC. med. 16, 43 H.-S. coagulum. *al.* SIDON. carm. 7, 457 poplite nudo peronem pauper nodus suspendis -um (*i.* '*pelle -a factum*'). EVG. TOLET. carm. 42, 3 mulus ab Arcadicis et -a matre creatur. CASSIOD. in psalm. 32, 17 *v. vol. VI 1, 1958, 63 sqq.* IORD. Get. 213 -is sellis construxisse pyram *Hunnos* (*i.* '*ephippiis*'). CORIPP. Ioh. 6, 726 casu confractus -o (*i.* '*equi casu*'). *et al.*

b *adhibetur per metaphoram ad denotanda* (*cf. gr. exempla*): *α Hippucrenen*: AVIEN. Arat. 497 Aones hoc latici posuerunt nomen (*cf. vs. 496*) -o pastores (SIDON. carm. 16, 2 laticem simulatum fontis -i). *β herbas quasdam* (*quarum nomen in gr. ab ἱππο- incipit*): Ps. DIOSC. Vind. 3, 71 p. 82, 14 *ἱππομάραθον . . . Ῥωμαῖοι φενούκλουμ ἠρρατικουμ . . . οἱ δὲ φενούκλους ἑκονίνους* (*v. app. crit.*). 4, 47 p. 204, 16 (*om. N*) *ἵππουρις ἑτέρα . . . Ῥωμαῖοι σάλιξ ἑκονίνους* (*cf. l. 8*). *v. etiam l. 34 sq.*

2 *subst.*: **a** *neutr.* **equīnum,** -ī. *fere i. q. equitium*: CARM. epigr. 218, 2 (*aet. Hadr.*) Gaetula harena prosata, Gaetulo -o consita . . . Speudusa *equa* (*v. adn.*). **b** *masc.* **-us -ī**: GLOSS. II 332, 52 -us *ἱππικὸς ἄνθρωπος.*

equio, -īre. [*ab* equus. *W.* (*cf.* catulire *et nostrum* '*rossen*').] *de equabus ostendentibus se velle maritari*: PLIN. nat. 10, 181 equas domitas LX diebus -ire ante quam gregales. CHIRON 768 equa si prurire coeperit virginalem, si inspicies, nec -bit nec praegnans erit *eqs.*

*?***equionas** aequa dictio GLOSS. Werth. Gallée (= GLOSS. I p. 162) (aequisona *Buech.*; aequivoca *rectius Heraeus*).

equipāstor, (-ōris) *m.* *ex* equus *et* pastor (*cf. ?*equistrator). GLOSS. *ἱπποναύμης, -φορβός.*

[**equiperī** habens saporem DIOSC. 1, 6 p. 59^{a}, 28 (*i. κυπείρου. cf. gr. 1, 7, 1 μετὰ τοῦ κυπερίζειν*). *de* e *ante* q *adiecta cf. p. 728, 72. add. ad* cypirus *vol. IV 1593, 23 sqq.*]

ēquirīne *v. Onom.* Quirinus. **equirria** *v. Onom.*

equis *v.* ecquis *p. 52, 80.* [**equisēpium** *v.* equisetum.]

equis(a)ētis, (-is) *f.* *i. q. equisaetum*: PLIN. nat. 18, 259 invisa et equisetis (*sic d*; -selis *E*, aequiselis *D F*) est, a similitudine equinae saetae (*cf. p. 725, 34*).

equis(a)ētum, -ta (-ī, -ae) *n.* (*f.*). *ab* equus *et* saeta *ad exemplum vocabuli gr. q. e. ἵππουρις formatum* (*cf.* equis(a)etis). *de formis*: -seta: Ps. APVL. herb. 39, 1. 3. 6. 9 H.-S.; *cf.* MISC. Tir. *l. 24 sq.*; *ceteris locis* -um. *formae corruptae: infra l. 22. 25. 26. 27. nomen herbae* (*gr. ἵππουρις, v. M. C. P. Schmidt, PW VI 272*): PLIN. nat. 1, 26, 83 hippuris sive ephedron sive anabasis, quae -um. 26, 132 -um, hippuris Graecis dicta *eqs.* (PS. APVL. herb. 39, 9 H.-S. a Graecis dicitur ippirum, Itali -a [*add. codd. class. β*: alii equisepium (equilisaepium *Vi*; *cf.* GLOSS. *l. 25 sqq.*), omoeos aquitinale *i.* equi-; *v. p. 728, 68 sqq.*]). PS. APVL. herb. 39, 3 H.-S. herba -a. 39, 6 herbae -ae sucum. MISC. Tir. 59, 15 hipirum (*i. ἵππουρις*) qui et equistiam. GLOSS. III 561, 41 equisepium (*cf. supra l. 22*) · i · ippirus. *cf.* III 539, 52 ippisu idest equireiasatrex. III 582, 62 c⟨a⟩uda caballina . . . sive quisipium. *cf.* cauda caballi (*vol. III 627, 26 sqq.*).

[**equisēlis** *v.* equisaetis.]

equīsio, -ōnis *m.* *cf. c.* equiso *et c.* mulio, agasio (*vol. I 1269, 1*). GLOSS.^{L} II Philox. EQ 8 -o *ἱπποκόμος* (GLOSS. V 290, 32). GLOSS. III 308, 3 *ἱππονομεύς* -o. III 505, 57 ypponomus -o (*cf.* 523, 45). IV 440, 30 hippago, aurigarius. *idem esse videtur quod* '*equiso*': CORP. III 13370 *illi* praef. leg. II . . . -es eius pos. *cf.* equitio *et v. l. 51.*

*?***equīsius,** (-ī) *m.* *i. q.* '*equisio*': IVL. VAL. 1, 7 p. 14, 3 (*anteced.* viri qui Philippi armenta vel equitia curabant; *v. p. 729, 7*) -us (*P, deest T*, vel equarius -us *cod. Gotting.*; *v. Kroll, Hist. Alex. praef. p. VIII adn. 4*).

equīso, -ōnis *m.* (-i-*?*; *sic Buecheler, Kl. Schr. I 335, adnot. 1 propter vs. senar.* VARRONIS *l. 43*). [*cf. c.* equus *et c.* agaso. *W.* (*v. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.*).] VARRO ling. 8, 14 ab equo -o (10, 28). *i. q. equorum domitor et curator*: VARRO Men. 118 neque furentem eculeum Damacrinum insanus -o . . . educet umquam. 276 quam *navem* nautici -es per ulvam ducerent loro (NON. p. 450, 30 *ad l.* -es non equorum tantum moderatores aut magistros, sed omnis, quibus regimen conceditur cuiuslibet rei dici posse veteres probaverunt). Men. 559 nam ut ecus qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro ut -o doceat tolutim (NON. p. 105, 27 *ad l.* -o pro equite). VAL. MAX. 7, 3 ext. 1 summa . . . in . . . *Darii* regis -e calliditas. *ibid.* 2 acumine -is. APVL. apol. 87 rationibus villiconum et upilionum et -um (eqsiñũ *trad., em. ead. m.*; *cf. l. 30 sqq.*). met. 7, 15 armentario -e. 8, 1 -es opilionesque, etiam busequae (*cf. p. 728, 80*). CORP. VI 33777 Hilari Ti. Caesaris Augusti -is Gallograeci.

[**equistia** *v.* equisaetum.]

*?***equistrātor,** (-ōris) *m.* *ex* equus *et* strātor (*cf.* equipastor). *vid. officium quoddam ad custodiam carceris pertinens significare; fort. quasi* '*eculeorum strator*' (*cf.* strator): PASS. Cypr. 2 venerunt ad eum (*sc. Cyprianum*) principes duo, unus strator officii . . . proconsulis . . . et alius -or a custodiis eiusdem officii (*vox tamen admodum dub.; bene* aeque strator *coniecit Heraeus* [*cf.* PASS. Perp. 2 p. 64, 5 catechumeni . . . alterum aeque catechuminum; *gr. ὡσαύτως*]).

H. G. Wackernagel.

equitābilis, -e. *ab* equitare (*ad exemplar vocis gr. q. e. ἱππάσιμος* [*v. l. 66*]; *cf. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* equus *p. 413*). *qui equitando percurri potest*: CVRT. 4, 9, 10 opportuna explicandis copiis regio erat, -is et vasta planities (*Arrian. 3, 8, 7 ἱππάσιμα*). ITIN. Alex. 24 erat id aequor inoffensius -e. AMM. 22, 15, 12 *Nilus* minuitur . . . et . . ., navibus ante pervius, -es campos ostendit. *comp.*: inequitabilis (*gr. ἄνιππος*). *Rehm.*

*?***equitārius** *v.* equitiarius.

[GLOSS.^{L} III Abstr. EQ 3—4 **equitās** (*AB*) numerus equitum, iustitia (*sc. confus.* equitatus *et* aequitas, *quod inseruit ante* iustitia *Lindsay*). *cf.* V Aa E 466 *c. adnot.* GLOSS. *al.*] *K.-M.*

equitāta (cohors). *ab* eques (*masc.* -us *et n.* -um *non extant*). *in titulis perscribitur*: CORP. II 2129. 3227. 3230 III 6690. 8733 VI 1607. 3520 X 7019. 7351 -átae. XI 393. 3101. 7427 XIII 4030 XIV 3548. 4456 INSCR. Dessau 9014. *brev.*: equitat: CORP. III 607, 4. 9756 X 4873 XI 5632, 5. 9. equit: CORP. II 1086. 2213 III 600. 14147^{8}, 7 (*a. 155*). V 875, a 3. 4 X 5831. 6100 XIII 7796. equ: CORP. III 3315. eq: CORP. III 1183. 3316. 3352. *et passim.* e (*?*): CORP. II 2913 c(ohortis) p(rimae) G(allaecorum) e(quitatae) c(ivium) R. III 1703, 2 ⟨coh.⟩ I c(ivium) R(omanorum) e(quitata). *gr. χώρτης . . . ἑκτατα (i. -ας ?)*: INSCR. Preisigke, Sammelbuch gr. Urkunden aus Aeg. 4591. [*dub.*: CORP. V 2841.] *t. t. mil.*:

[Rehm]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cohors -a, i. cui equites admixti sunt (*opp.* peditata. *v. Ruggiero, diz. epigr. II p. 329. Grosse, röm. Militärgesch. p. 44*): HYG. mun. castr. 19 cohors peditata quingenaria vel -a. 25. 26 habet itaque cohors -a miliaria equites CCXL. 27 *al.* NOT. dign. or. 34, 43 cohors prima -a. *passim in tit., e. g.*: CORP. V 875 (*a. 105*) C. Minicio ... praef. coh. V Gallor. equit., praef. coh. I Brencor. equit. c(ivium) R(omanorum), praef. coh. II Varc ianorum?) eq. VII 937 coh. I Nervana Germanorum mil(iaria) eq. *v. indd. Corp. II p. 1123, III p. 2490, V p. 1174, VII p. 336, VIII p. 1076, IX p. 768, X p. 1127. adde praeter p. 726, 76 sqq. allatos*: INSCR. 17. Ber. d. röm.-germ. Komm. 1929 p. 66 nr. 201 (*a. 162*). CORP. VI 32933 XI 6123 XIII 6503. 6509. 6620. 7395. 11752. 11780 INSCR. Dessau 9154 INSCR. Not. d. scavi 1928 p. 343 PAPYR. lat. Berol. 696 (Ephem. epigr. VII p. 458; *a. 156*) 1, 1.

equitātio, -ōnis *f.* *ab* 1. equitare (*cf. c.* 3. equitatus). GLOSS. II 332, 48 *ἱππασία* (556, 32). *i. q. actio equitandi*: PLIN. nat. 28, 54 -o stomacho et coxis utilissima, pthisi navigatio (*cf.* CAEL. AVR. chron. 5, 11, 132 corpus exercere ... curriculi motu et -e). AVR. Fronto p. 69, 5 N. me -o et sternutatio defatigavit. ITALA Hab. 3, 8 (Aug. civ. 18, 32 p. 301, 11 D.) quia ascendas super equos tuos et -o tua salus (*ἡ ἱππασία*, VVLG. quadrigae). HIER. nom. hebr. p. 56, 20 Susis -o vel revertens.

? GLOSS. IV 458, 17 (*cf. Verg. Aen. 5, 105*) Ph⟨a⟩etontis equos Solis currus (curas *vel* cur(r)ax *codd.*) **equitat[i]um** (*vel* -antium).

1. equitātus *v.* equitata (*v. p. 726, 74*).

2. *equitātus, -ūs *m.* *ab* equites (VARRO ling. 7, 4 -um esse ab equitibus, equites ab equite. *cf. Stolz-Leumann p. 237*). MART. CAP. 3, 255 'q' quidam litteram non putabant et vincerent nisi in 'equo' et '-u' appareret expresse. *dat. sing.* -ui: CAES. Gall. 1, 18, 10 *al.* BELL. Afr. 31, 3 *al.* NEP. Hann. 3, 1 LIV. 42, 67, 5 VELL. 2, 112, 4 CVRT. 6, 9, 21 VOPISC. Prob. 15, 6. *v. et infra l. 71. 80.* *gen. plur.* -uum: *v. p. 728, 30.* NOT. Tir. 45, 55. GLOSS. II 332, 55 *ἱππικὸν στράτευμα*. 510, 55 *ἱππικὴ στρατιά*. 530, 6 *ἡ πολυιππία*. GLOSS.[L] Corp. A 333 -us et peditatus numerus equitum et peditum. *al.* *legitur inde ab* ENNIO (*praeterea apud poetas* VERG. SEN. AVSON. CLAVD.), CATONE. *plural. inde a* CIC., *v. p. 728, 27.* [*variat in codd. c.* eques (*v. p. 708, 63*): CAES. Gall. 1, 42, 5 -ui (equitibus *L*). LIV. 29, 2, 5 -um (equitem *Σ*). VAL. MAX. 5, 1 ext. 3. *v. et infra l. 44.* *c.* aequitas: *v. p. 728, 45. 47. cf.* BELL. Hisp. 29, 4 (-um *codd., corr. Fleischer*).]

i. q. corpus vel numerus equitum: **1** *pars exercitus*: **a** *sing. collect.* (*allegor. infra l. 75*): ENN. ann. 591 -us ut celerissimus. CIC. Sest. 71 neque -um in Suria et cohortis optimas perdidissemus. de orat. 3, 168 intellegi volumus ... ex toto partem, ut cum unam turmam -um (equitum *L*) populi Romani dicimus. Tusc. 5, 20 -u, ... pedestribus copiis, ... navium multitudine. Att. 7, 7, 6. PLANC. Cic. epist. 10, 15, 2 quod et Antonius ab -u firmus esse dicebatur et Lepidus ne mediocrem quidem -um habebat. LEP. Cic. epist. 10, 34, 1 *Antonius* -um habet magnum (CAES. Gall. 6, 7, 4 SALL. Iug. 95, 1. *cf.* CAES. Gall. 6, 36, 2 maximo ... -u. CVRT. 4, 9, 4 maior. IVST. 2, 4, 28 cum ingenti -u). CASS. Cic. epist. 12, 13, 4 cum ... quattuor milium -u (LIV. 29, 29, 4). CIC. ad Brut. 1, 2, 1 optimum -um. CAES. Gall. 1, 15, 1 -um ... omnem (civ. 1, 40, 3 *al.* ITALA gen. 14, 11 [Hier. quaest. hebr. in gen. p. 23, 17] et tulerunt omnem -um Sodomorum [*τὴν ἵππον*, VVLG. substantiam]. *et al.*). 4, 37, 4 -us noster (civ. 1, 46, 3 *al.* HIRT. Gall. 8, 28, 5. *et al.*). civ. 3, 58, 1 quo facilius -um Pompeianum ad Dyrrhachium contineret. *al.* HIRT. Gall. 8, 20, 2 *al.* BELL. Afr. 1, 4 -us infinitus (*cf.* 10, 3 innumerabilem). 8, 5 regium (56, 3 LIV. 31, 41, 13 *al.*). 59, 4 -um frenatum (*cf.* 61, 2 -us ... Numidarum Gaetulorumque sine frenis). *ibid.* spatium -us explicandi. *al.* VERG. Aen. 8, 585. LIV. 3, 70, 7 impressione una totum -um fudēre. 8, 33, 5 cum expedito -u. 9, 27, 10 Romanus -us (10, 26, 14 *al.*). 10, 28, 10 victorem (TAC. hist. 3, 18). 21, 17, 8 duae Romanae legiones cum suo iusto -u (*cf.* 40, 36, 6 cum suo -u). 26, 5, 8 cum sociali -u. 37, 42, 7 cum ... cataphracto -u. 38, 26, 3 *al.* VAL. MAX. 7, 1, 2 -um voracibus impensis onerosum. *al.* SEN. Phoen. 545 vidit -u levi Cadmea frangi prata. PLIN. nat. 8, 67 *cameli* iumentorum ministeriis dorso funguntur atque etiam -us in proeliis. *al.* SVET. Cal. 48, 1. AMM. 19, 1, 2 ferreus. *al.* VVLG. exod. 14, 9 omnis -us et currus (*collect.*) Pharaonis (סוּס; *cf* AVG. loc. hept. 5, 48 p. 608, 23 pro equis vel pro -u equum posuit). Ios. 24, 6 cum curribus et -u (פָּרָשִׁים). cant. 1, 8 -ui meo in curribus Pharaonis assimilavi te (*hebr. 1, 9* לְסֻסָתִי, *i. equae meae; LXX τῇ ἵππῳ μου, quod utrumque significat*). I Macc. 6, 38 (*τὴν ... ἵππον*). 10, 24 (*τοὺς ... ἵππους*). *al.* CLAVD. 20, 569 nuper ab extremo veniens -us Araxe. *et al.* *allegor.*: ITALA Hab. 3, 8 (Ambr. in psalm. 118 serm. 4, 28, 1) -us tuus sanitas (*ἱππασία*, VVLG. quadrigae). RVFIN. Orig. in exod. 6, 2 p. 193, 11 B. Iudas equus erat, sed donec adscensorem habuit dominum, de -u salutis fuit. in Ios. 15, 3 p. 386, 9 omnem istum -um pessimum vitiorum. in cant. 2 p. 152, 25 huic ... 'equo albo' ... vel huic -ui caelesti ... comparat Christus ecclesiam suam. *al.*

B *translate*: **1** *i. q. radendo auferre, delere, abolere*: **a** *res incorporeas* (*praeter l. 73*): *α praevalente notione demendi, removendi* (*fere ex animo, mente sim.*): HOR. carm. 3, 24, 51 -enda cupidinis pravi sunt elementa. PHAEDR. 3 prol. 21 quamvis ... curam ... habendi penitus corde -serim. SEN. Thy. 520 ponatur omnis ira et ex animo tumor -sus abeat (epist. 104, 20 omnem ... nequitiam. *cf.* frg. 93 una peregrinatio -it animo ius omne [CAPITOL. Maximin. 26, 3 animis; *v. supra l. 52*]. PS. VARRO sent. 57 Germ. quaedam ab animo discentis). benef. 7, 19, 5 (*anteced.* extinguitur). CLAVD. DON. Aen. 1, 195 p. 45, 9 recens ... pathos ... maerentium pectoribus. 11, 280 p. 452, 15 odium ... adserit *Diomedes* -sum ex sensibus suis. *al.* *β praevalet notio delendi, exstinguendi* (*i. q. expiando exstinguere, cf. p. 744, 5; v. et p. 744, 8*): OV. trist. 4, 9, 5 cupias ... -ere vitae tempora, si possis, Tisiphonea tuae (PACIAN. epist. 1, 3 p. 10 putrescentia vitiis t.). SEN. benef. 6, 3 beneficium. epist. 11, 6 si omnia -ret vitia *sapientia*. 91, 10 civitatum, quas nunc ... nobiles audis, vestigia (*v. supra l. 58*) quoque tempus -et. APVL. met. 10, 3 *noverca* ad se vocari praecipit filium, quod nomen in eo ... libenter -ret (TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 12. ARNOB. nat. 3, 29 p. 131, 15 per vos nomen dei *Iani* -itur [*cf.* 3, 33 p. 134, 4 per vos ... aboletur, -itur Semeleius, Pythius]. *aliter supra l. 40*). TERT. apol. 4, 9 crudelitas *legum* ...-sa est. adv. Marc. 2, 17 p. 358, 10 hoc ... testimonium Christi ... Marcion de euangelio -ere ausus est. *al.* 4, 6 p. 432, 19 contraria...sententiae suae -sit Marcion ([*opp.* reservavit. *item* p. 432, 23]. HIER. in Tit. prol. p. 555[A] quicquid *haeretici* contrarium suo dogmati viderant, -erunt). carn. 17 p. 454[fin.] Oe. memoriam mali fratris *Cain* (LACT. mort. pers. 3, 2 etiam memoria nominis eius -sa est). paenit. 7, 8 tot titulos damnationis retro suae (*i. hominis*) -sos (PACIAN. epist. 1, 5 p. 15 tot caelestis clementiae titulos. *aliter p. 743, 31*). *al.* PACIAN. bapt. 4 p. 136 victo -soque peccato. *al.* CLAVD. DON. Aen. 8, 380 p. 170, 24 imperium Troiae ... ipsius vitio Veneris -sum. *nota* (*v. p. 743, 69*): CHRON. Gall. chron. I p. 648, 20 immane facinus extincti populi ... imperator religiosus -sit. **b** *homines (vitam hominis infra l. 8; Musas in similitudine infra l. 11); i. q. exstinguere, interficere*: ITALA Ier. 11, 19 (Cypr. testim. 2, 15 p. 80, 21) -amus (*v. p. 741, 31*) a terra vitam eius, et nomen eius non erit *eqs.* (*ἐκτρίψωμεν αὐτόν*, VVLG. *v. l. 13*). COMM. instr. 1, 41, 18 omnipotens tribuit, ut ⟨spiri⟩talis -at. ARNOB. nat. 3, 38 p. 136, 14 *Ephorus* -it atque interficit sex divas (*cum tres Musas esse contendat, v. l. 6*), si esse illas constat novem (*opp.* adponit). VVLG. I reg. 28, 9 quomodo -erit *Saul* magos et ariolos de terra (Ier. 11, 19 -amus eum de terra viventium. *cf. l. 8 et v. p. 742, 12*). CORP. VIII 9324 -sis funditus Babaris (*i.* '*Bav-*') Transtagnensibus. *et al.*

2 *fere i. q. (radendo) exinanire, spoliare*: HIER. chron. a. Abr. 2388 iniquissimis tributorum exactionibus provincias -sit. PS. AVG. quaest. test. I 115, 49 p. 334, 16 Pannonia, quae sic (*sc. fame*) -sa est, ut remedium habere non possit. IORD. Get. 31, 159 *Atavulfus* revertens ... ad Romam, si quid primum remanserat, more locustarum -sit, nec tantum privatis divitiis Italiam spolians *eqs.* *Groth.*

erāmen *v.* aeramen. COMM. instr. 2, 9, 19 (*cf. vol. I 1053, 23*) eramen *et trad. et in carmine acrostichide secundam 'dei' vocabuli litteram praestat.*

ēranthemis (*acc.*: -ida *l. 29*, -im *l. 33*) *et* **ērant(h)emon** (*l. 30. 34. 35*), *gr. ἠράνθεμον* (*cf. ἀνθεμίς*). [erath-: *l. 29*; (h)erant- *l. 36.*] *nomen herbae*: PLIN. nat. 22, 53 (*cf. Diosc. 3, 137 ἀνθεμίς· οἱ δὲ λευκάνθεμον, οἱ δὲ ἠράνθεμον, ἐπεὶ ἔαρος ἀνθεῖ*) anthemis ... aliqui leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii era⟨n⟩themida, quoniam vere floreat (DIOSC. 3, 149 antemis aut ...-on, quae in verno florescit). 22, 54 (*cf. Diosc. 3, 137 πρακτικώτερον δὲ ... τὸ πορφυρανθές ... ἰδίως ἠράνθεμον καλούμενον*) efficacissima est quae florem purpureum habet ... hanc proprie quidam -im vocant (DIOSC. 1, 149 quae naturaliter erantimon appellant. PS. DIOSC. herb. fem. 19 quae est flore purpureo ... quae -on [-um *Kästner*, evanthincos, heranthincos *trad.*] dicitur). [CHIRON 387 *scribendum est* (h)eranthemum manu plena (*secundum et ordinem verb. Hippiatr. I 240, 4* [*ἠρανθ-*, *item l. 14*] *et var. lect. margin.*) vel rathenium (*cf. l. 29* erath-). *cf. et* hieranthemis. *Heraeus.*]

eranus, -ī *m.*, *ἔρανος*. GLOSS.[L] II Abav. ER 2 -us sti[r]ps.

1 *i. q. pecunia a sodalibus societatis cuiusdam in multis Graeciae urbibus institutae collata, sc. ad sublevandos sodales egentes*: PLIN. epist. 10, 92 in hac *civitate* datum mihi libellum ad -os pertinentem his litteris subieci. TRAIAN. Plin. epist. 10, 93 si legibus *Amisenorum* ... concessum est -um habere, possumus, quo minus habeant, non impedire, eo facilius, si tali conlatione non ad ... inlicitos coetus sed ad sustinendum tenuiorum inopiam utuntur. **2** *i. q. pecunia debita*: NOVELL. Iust. 28, 4, 1 viri ... provinciis praesedentes ... unum habentes hoc studium sequentibus se creditoribus occasione horum quae circa cingulum (*i. munus*) data sunt paulatim reddere -um (*ἔρανον*).

[**erapsa** dapulas GLOSS. Werth. Gallée 339 (*v.* GLOSS. I p. 162), erasa *al. testes (v. Hessels ad gl. Leid. p. 103); unde* tabulas (*sc. ceratas*) *concias, coll. p. 743, 21. 38. Heraeus.*] **erapt-** *v.* eratt-.

PS. APVL. herb. 79, 15 adn. H.-S. (*rec. β*) iris africae, Punici zubbal, alii **erasion,** Aegypti xiris (*dicunt herbam 'gladiolum'*). *cf. p. 740, 51.*

erastēs, -ēn *m.*, *ἐραστής*. AVR. Fronto p. 253, 16 N. age perge, quantum libet comminare ..., numquam tu tamen -en tuum, me dico, depuleris.

ērāsus *v.* erado. **erathemis** *v.* eranthemis *supra l. 26.*

[**ēraton** *v.* ageraton *vol. I 1303, 28.*]

[**erattilidus** (érapt-) *v. vol. III 446, 75.*]

erbacium, erbarium *v.* herb-.

acymus i. camimolos sive quod rustici dicunt **erbolaum** (*?*) nigrum GLOSS. III 580, 8 (*cf.* melanthion).

erbum *v.* ervum.

erchese (*i. ἔρχεσαι*) graece venis GLOSS. Werth. Gallée 339 (*v.* GLOSS. I p. 162).

ercimos, ericimus (*sim.*) *v.* erysimum. **ercinos** *v.* erineos. *K.-M.*

✖**(ercīsco),** -ere. [*cf.* (h)erctus. *H.*] *scribitur: recte sine* h: *cf.* LEX Rubr. (Corp. XI 1146; *a. a. Chr. 49*) 2, 55 erceīscunda. PROB. litt. sing. gramm. IV 276, 61 F. E. familiae erciscundae (*v. et l. 78 sq.*). *interdum cum* h (*cf. V. i. R. II 520, 19 sqq.; v. Mayr, Voc. Cod. Iust. p. 1168*): APVL. met. 6, 29. 9, 27 PAVL. Append. Visig. 12 COD. Greg. Visig. 8, 1, 1 (*a. 243*). *ibid.* 8 rubr. COD. Theod. 2, 24 rubr. EPIST. pontif. 303 Migne 20, 529[C] ISID. orig. 5, 25, 9 (*inde* GLOSS. V 569, 58; *quo loco et* GLOSS. II 271, 18. 19 *exceptis semper sine* h *in gloss. scribitur*). *de formis: part. perf. pass.* herciscitus *corrupte traditum est, v. p. 745, 49 sq.* (*cf. et* GLOSS.[L] I Ansil. IN 1382 inpulitum: hercidictum [herciscitum *Goetz*]; *scribendum esse* inpolitum: ineruditum *coll. V Abba IM 40 recte censet Heraeus*). *gerund.: fere semper* -undus. -end-: PAVL. FEST. p. 82 GAIVS dig. 17, 2, 34 GLOSS.[L] III Abol. ER 3 GLOSS. II 578, 45. *cf. et* GLOSS.[L] V Aa E 513 eruces-

[Wolf]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cendae. *de prosodia* (i *longa*): *v. p. 744, 72. de etymologia et significatione*: PAVL. FEST. p. 82 erctum a coercendo dictum. unde et -endae et -i. GLOSS. II 271, 19 *διαιρετός*: -undus. GLOSS.^{L} III Abol. ER 3 -endae: evocandae (*sc. propter confusionem cum* arcisco, arcesso [*Heraeus*]; *sed cf.* erctum citum *et v. sub* cieo *vol. III 1054, 28 sqq.*) id est (*Her.*, in *cod.*) devidendae. *cf. et l. 22 sq.*

i. q. dividere, distribuere: **1** *usu stricto fere non reperitur nisi in formula sollemni* **familia -unda**: *v.* INST. Iust. 4, 6, 20 familiae -undae actio (*v. Gaius dig. 10, 2, 1 pr. de origine actionis in XII tab. posita*), quae competit heredibus de dividenda hereditate. *singuli loci*: LEX Rubr. (Corp. XI 1146, *a. a. Chr. 49*) 2, 55 inter eos, quei de famili⟨a⟩[e] -unda deividunda iudicium sibei darei reddeive postulaverunt. CIC. Caecin. 19 nomine heredis arbitrum f. -undae postulavit. de orat. 1, 237 -undae f. causam agere. ICTI (*v. V. i. R. II 520, 26 sqq.; Mayr, Voc. Cod. Iust. p. 933; Levy, Erg.-Ind. zu Ius und Leges p. 75. cf. et* COD. Theod. 2, 24 rubr. [*nota: in imperatorum constitutionibus inter Constantinum* (*v.* COD. Iust. 3, 36, 26) *et Iustinianum* (*v.* COD. Iust. 5, 1, 10, 13. 7, 40, 1, 1^{d}) *non invenitur*]). APVL. met. 9, 27 (*in ioco*) nec -undae f., sed communi dividundo formula dimicabo. ISID. orig. 5, 25, 9 (*in expressione non accurata*) f. -unda est divisio hereditatis inter heredes. -unda enim apud veteres divisio nuncupatur (*cf.* GLOSS. V 569, 58 *al.* [*v. et vol. VI 1, 237, 69*]). GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A *φαμίλιας νεϱκισκούνδας· ἐπὶ τῶν κληρονόμων, ὅταν ἕτερος κινῇ κατὰ τοῦ ἑτέρου.* *usu minus technico*: GAIVS inst. 2, 219 de hereditate -unda. CANON. Migne 56, 508^{A} (= EPIST. pontif. Migne 20, 529^{C}) an non habeant *fratres* ...-undae hereditatis consortium. *per analogiam iocosam*: APVL. met. 6, 29 nos (*i. asinus et puella*) diversa tendentes et in causa finali de proprietate soli, immo viae -undae contendentes.

2 *usu latiore*: SERV. Aen. 3, 68 Stoici -undi, id est medium (*sc. inter Platonis et Pythagorae sententias*) secuti. *cf. etiam* GLOSS. II 578, 45 -endus: duos similiter habens heredes, sed melius bona dividens.

ercle *v.* hercle.

erctum (-ctus*? v. l. 46 sqq.*) *subst. n. (supin.?, v. l. 40), ut vid.* [*ab* *(h)ercīre '*dividere*' ortum videtur ut* sanctus *a* sancire, *cf.* (h)ercisco; *v. et* in(h)erctus *et fortasse* disertiones. *sed origo vocis latet. H.*] *scribitur semper sine* h *praeter l. 40. 50.* CIC. de orat. 1, 237 qui, quibus verbis herctum (*subst. esse mavult Heraeus per litt.; vix recte alii pro supino accipiunt*) cieri (*v. adn. crit.*) oporteat, nesciat. PAVL. FEST. p. 82 erctum citum ⟨divisio patrimoniorum*?*⟩ (*suppl. Heraeus per litteras*), qu⟨a⟩e fit inter consortes ...-um a coercendo dictum (*cf.* GELL. 1, 9, 12 coibatur societas inseparabilis, tamquam illud fuit anticum consortium, quod iure atque verbo Romano appellabatur '-o non cito'. QVINT. inst. 7, 3, 13 opus est ... finitione obscurioribus et ignotioribus verbis, quid sit ... 'erctus citus' ([*sic A*, ercetus *G*, -um citum *coni. Halm*]. *cf.* GLOSS. II 578, 44 erctus scitus. *ibid.* 271, 16 *διαίρεσις ὑπαρχόντων* herciscitus, *ubi* herctus citus *leg.*). GAIVS inst. cod. F (Z. Sav. St. 54, 1934, 266) 3, 154^{a} olim ... i(nter) suos h(ere)des quaedam erat legitima... soci[a]⟨e⟩t⟨a⟩s, quae appell⟨abatur -o non cito, i(d) e(st) dominio non diviso: erct⟩um enim do⟨minium e(st) un⟩de eru⟨s⟩ dominus dicitur, ciere a(u)⟨t(em)⟩ dividere e(st). SERV. Aen. 8, 642 dicens 'citae' divisae, ut est in iure '-o non cito', id est patrimonio vel hereditate non divisa. *ex coni.*: STEPHAN. Schol. ad dig. 17, 2, 52, 6 (Heimb. Basil. I 753) *σήμερον ἀνῄρηται ἡ* ερcto *νον* cito *κοινωνία* (*restit. Pringsheim, Z. Sav. St. 45, 1925, 491 sq. ex ϱεσονονσιτο*). *Wolff.*

erebinthus, -ī *m.*, *ἐρέβινθος*. DIOSC. 3, 106 in ipsa virga sunt capitella minuta similia [t]erebento (*gr. 3, 96 λοβοὶ ὅμοιοι ἐρεβίνθοις*). GLOSS. III 562, 65 ⟨h⟩erpyllus eredentin (*i. ἐρεβίνθιον?*).

[**erebule** est stulte GLOSS. Aynardi V 619, 1 (*v. Thes. gl. emend., ad Iuv. 6, 655* Eriphylae *pertinere putat Heraeus*).] *K.-M.*

[ērēcta]. *v. Philologus 89 (1934), 446.*

ērēctē *adv. v.* erigo *p. 785, 75.*

✖**ērēctio,** -ōnis *f.* *ab* erigere. *plur. infra l. 75. 79.* HIER. nom. hebr. p. 48, 29 samech firmamentum. quidam -em vel adiutorium sive fulturam putant. *inde a* VITR., IREN. [*loc. obscur.*: VVLG. num. 10, 21 tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad -is locum (יָקִימוּ אֲחֵרִים אֶת־מִשְׁכָּנָן עַד־בֹּאָם *i.* '*et erexerant domicilium usque ad adventum eorum*').]

1 *i. q. actio erigendi* (*saepius acced. gen. obi.; transl. ex. gr. l. 79. p. 746, 2 sqq.*): VITR. 8 praef. 2 caloris ... si non fuerit in corpore iusta comparatio, non erit spiritus animalis neque -o firma. 10, 2, 10 sine tignorum -bus (*cf.* AMM. 17, 4, 15 *obelisci.* CORP. VIII 23932 ⟨columnarum⟩). IREN. 4, 34, 4 -em templi, quae ... facta est sub Zorobabel (CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 119 fecit em [*sc. templi. gr. ἔγερσιν ἐποιήσατο*]). FVLG. myth. 2, 14 quod omnes, qui per arma atque violentiam regnum adfectant, subito -es, subito elisiones sustineant. HIER. in Hab. 1, 2 p. 1294^{A} superbia ... proprie in extensione colli et cervicis -e monstratur (*cf.* GILD. Brit. 1 chron. III p. 25, 14 manuum. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 31 p. 402^{A} capitis [*opp.* inclinatio]). hom. Orig. in Ier. 5 p. 626^{C} cecidit habitata (*οἰκουμένη*) nostra ... et post ruinam indiget -e. *al.* AVG. in euang. Ioh. 36, 1 p. 1662$^{fin.}$ *Ioannes* altius ... erexit praedicationem suam; et in eius -e etiam corda nostra erigi voluit. in psalm. 65, 5 p. 789$^{fin.}$. 145, 2 p. 1885$^{med.}$ hac ... spe erecta anima ... accepit -em quandam in deum. serm. 301, 4, 3 non transisti -e⟨m⟩ cordis, temporalis felicitatis inlecebras. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 149, 35 non ad defectum mentis ..., sed potius ad animarum -em. LEO M. serm. 37, 1 p. 257^{B} nostrae deiectionis -o. CAEL. AVR. acut. 1, 3, 38 in magnitudinem -o quaesita et aegrotanti incongrua. 2, 10, 68 pulsūs -o atque plenitudo (*cf.* erectus, *p. 785, 12*). GREG. TVR. Mart. 2, 31 p. 620, 24 cognoscens ipsius fuisse virtutem prius in illa -e pedum (*antea*: pedibus contractis iacebat), qui nunc in manus suae directione clarebat (*cf.* erectus, *p. 785, 63*). GREG. M. moral. 14, 34 p. 1057^{B} *al.*

2 *i. q. status erectus, altitudo* (*acced. genet. ex. gr. l. 15. 20*): **a** *proprie* (*t. t. gramm. infra l. 22; v.* erigo *p. 782, 62 sqq.*): VITR. 10, 6, 4 -o ... eius (*cocleae*) ad inclinationem sic erit conlocanda, uti *eqs.* AVG. in psalm. 64, 17 p. 785$^{init.}$ *homines dicti sunt* colles propter -em; quia erigit in se deus eos, qui se humiliant. quaest. hept. 2, 22 p. 233, 2 atrii tentoria byssina, quorum erat -o in cubitis quinque. trin. 12, 1, 1 p. 998$^{fin.}$ ne ... similes pecoribus simus, a quibus corporis -e distamus. MACR. Sat. 7, 3, 11 (*inter corporis vitia*) *nasi* curvam -em seu Socraticam depressionem. AVDAX gramm. VII 358, 7 in hac -e, id est fastigio (*v. l. 14*), aut circumflexus ponitur aut acutus. **b** *translate, i. q. celsitudo, superbia* (*v. l. 27. 32; cf.* erigo, *p. 782, 79. 785, 43*): VVLG. Iob 22, 20 nonne succisa est -o eorum? AVG. in euang. Ioh. 40, 8 p. 1690$^{init.}$ cognitio et immortalitas et aeternitas non habent humilitatem, sed celsitudinem, -em, nullam defectionem *eqs.* (*cf.* ENNOD. dict. 1, 22 p. 429, 6 [*per oxymoron*] superborum corda venerandae humilitatis -e fregisti). ENNOD. opusc. 1, 79 p. 283, 5 nisi Romani nominis -o te dedisset. dict. 18, 8 p. 477, 26. GREG. M. moral. 13, 18 p. 1025^{C} sicut in malis cervix superbiam, sic in bonis libertatis -em signat. unde nonnumquam ipsa quoque superbia pro -is auctoritate ponitur. 26, 53 p. 381^{B} in regni -is aeternae solio.

[PS. APVL. herb. 19, 25 H.-S. a Graecis dicitur aristolochia ... alii Efesia, alii **erectītis** (*sic edd. sec. Ps. Diosc. Vind. 3, 4 ἐρεχθῖτις* [*corr. Wellmann coll. 4, 96; ἐρεχθίτης vel λεστίτις codd.*]; elestites [clest- *HaV*], elestitis *trad.*).]

ērēctor, -ōris *m.* *ab* erigere (erectus). *qui erigit*: MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 26 p. 1032^{C} (*trslt.*) liberatorem ac sanctificatorem ... animae, corporis redemptorem et -em (*sc. λόγον*). AVG. c. Petil. 1, 10, 11 p. 10, 26 qui nominantur inter ... ordinatores et -es altaris contra eorum altare, cui Primianus assistit.

ērēctus, -a, -um *v.* erigo *p. 784, 17.* *Rehm.*

ereflum (*sim.*) *v.* seriphon.

[**eregantur:** loquantur GLOSS. V 424, 36 *ex Cassian. inst. 4, 41, 2* inrogantur (*cf. Hessels, gloss. Leid. p. 106*) *v. s.* irrogo.]

ērēgione *v.* ex regione. *K.-M.*

erēmia, -ae *f.*, *ἐρημία*. *aspiratur plerumque in codd. scribitur* aer-: *l. 56. 58.* *plur.: l. 55. 57.* *i. q. solitudo, eremus* (*in sent. trop. l. 55; gr. ἔρημος, ubi nil adnotatur*): ITALA num. 20, 4 (Lugd.) adduxistis synagogam domini in -am hanc (VVLG. in solitudinem). *ibid.* 21, 11 in ulteriorem -am ([VVLG. in solitudine]. 21, 20 ad verticem loci qui conspicit mediam -am [VVLG. desertum]. 23, 28. 24, 1). ITALA sap. 5, 7 (Lucif. Athan. 1, 32 p. 122, 19) erravimus a via veritatis ... et ambulavimus -as difficiles *eqs.* (VVLG. vias). ITALA Marc. 8, 4 (cod. a) in -a (aer-. *ἐπ' ἐρημίας*, VVLG. in solitudine). ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 324, 10 ad -as (eremitas V^{1}). *ibid.* p. 327, 4 (aer-, aher- *V*).

ērēmigo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ex *et* remigo. *i. q. remigando permetiri*: PLIN. nat. 2, 168 totus hinc aut illinc *oceani* septentrio -tus (*E*^{2} *ut vid.* [*cf. adn.*]; rem- *rell.*). *per similitudinem*: SIL. 14, 191 olor ... pedibus ... -at undas.

ēremion *n.*, *ἠρέμιον*. DIOSC. 2, 162 anemone aut -on aut crino appellatur (*gr. 2, 176, 1 ἀνεμώνη, ... οἱ δὲ ἠρέμιον καλοῦσιν*).

✖**erēmīta,** -ae *m.*, *ἐρημίτης* (*cf.* anachoreta). *aspiratur plerumque in codd.* here-, *metro firmatur*: VEN. FORT. Mart. 3, 404 coniuge postposita et repetit -a (ere- *M*) coronam. *scribitur*: ere-: INSCR. christ. Diehl 1661. (h)erim-: SVLP. SEV. dial. 1, 12, 7 *al.* CASSIAN. conl. 19, 7 p. 541, 20 *al.* EVCHER. form. 4 p. 26, 7 *al.* *corripitur* e *alt.*: VEN. FORT. Mart. 3, 404 (*v. l. 67*). 418. NOT. Tir. 55, 42. 119, 60. 131, 117. *de notione*: BENED. reg. 1 genus anachoritarum, id est -arum (ISID. orig. 7, 13, 4 -ae hi sunt qui et anachoritae, ab hominum conspectu remoti, eremum et ... solitudines appetentes. *sim.* eccl. off. 2, 16, 3 p. 794^{C}). GLOSS. V 413, 44 -a remota. *vox Eccl.* *i. q. anachoreta in eremo habitans* (*v. iuxta pos. l. 77. 78. 84. p. 747, 3. 4*): SVLP. SEV. dial. 1, 12, 7 -ae ... virtutem (GREG. TVR. Mart. 1, 1 p. 586, 23 de virtutibus -arum anachoritarumve). 1, 14, 3 *al.* CASSIAN. conl. 19, 7 p. 541, 20 quisnam coenobiotae, quis -ae sit finis. 19, 8, 4 p. 542, 26 -ae ... perfectio est exutam mentem a cunctis habere terrenis. EPIST. pontif. Thiel 42, 3, 4 p. 459$^{fin.}$ vitas ... Pauli, Antonii, Hilarionis et omnium -arum ... Hieronymus descripsit. CASSIOD. in psalm. 101, 7 p. 709^{D} -ae, qui hominum consortio derelicto ... remota se afflictione discruciant. *ibid.* p. 710^{A} -am atque solitarium. *al.* GREG. TVR. Franc. 6, 6 p. 249, 27. VEN. FORT.

[Hörmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Mart. 3, 418 coetibus in mediis (*sc. navigantium*) . . . -a (*v. p. 746, 70*) remotus . . . in puppe sedens. ITIN. Anton. Plac. rec. A 37 p. 187, 17 multitudo monachorum et -arum. Theod. 15 p. 144, 12 sanctus Mammes -a et martyr. INSCR. christ. Diehl 1661 famulus di, -a. *et al.*

erēmīticus, -a, -um. *ab* eremita. *aspiratur: l. 8. 9. 10.* ***i. q. pertinens ad eremitam***: CASSIAN. conl. 19, 6, 5 p. 540, 26 ut anachoreseos . . . libertas . . . nexibus impedita . . . fructum -ae (here- *R*) professionis amittat. 19, 9, 2 p. 544, 9 in . . . -a (heri- *R*) puritate (*opp.* in . . . conversatione communi). FAVST. REI. epist. 8 p. 210, 7 institutionem -am (here- *S*). GREG. M. dial. 4, 15 p. 344^{C} vitam -am duxisse ferebatur (in euang. 40, 11 p. 1310^{C}).

erēmītis, -idis *f.*, *ἐρημῖτις. *scribitur* he- *in codd.* ***i. q. in eremo habitans***: SIDON. epist. 8, 14, 3 in medio plebis (*sc. Israelitarum*) -dis. 9, 3, 4 de palaestra congregationis -dis et de senatu Lirinensium cellulanorum.

erēmito, -āvī, -āre. *cf. gr.* ἐρημόω. ***i. q. eremum reddere, siccare***: ITALA IV reg. 19, 24 (Legion. *in marg.; cf. Roensch, Collect. philol. p. 138*) -vi in manu mea omnia flumina (ἐξερήμωσα . . . ποταμούς. VVLG. siccavi). *cf.* eremizo.

erēmizo, (-āvī), -ātum, -āre, *ἐρημίζω. *fere i. q.* ***vacue-facere***: CASS. FEL. 51 p. 135, 9 *aegroto intestinorum involutione laboranti* per podicem -to (erim- *p*, erm- *cp*^{c}) folle competenter ventum inflabis. *cf.* eremito.

erēmodicium, -ī *n.*, ἐρημοδίκιον. GLOSS. II 314, 12 ἐρημοδίκιον -um. ***i. q. iudicium quod fit lite sive a reo sive ab actore deserta*** (*def. v. l. 35 sq. de re cf. Kipp, PW VI 417, 58 sqq.*): VLP. dig. 4, 4, 7, 12 in -is ei (*sc. minori viginti quinque annis*) subvenitur. constat autem omnis aetatis hominibus restaurationem -i praestari, si se doceant ex iusta causa afuisse. 46, 7, 13 pr. cum quis rem non defenderet, postea ex -o (here- F^{b}) sententiam esset passus. COD. Iust. 3, 1, 13, 3 sin autem reus afuerit et . . . eius processerit requisitio . . ., etiam absente eo -um contrahatur *eqs.* 3, 1, 13, 4 cum . . . -um ventilatur sive pro actore sive pro reo, examinatio sine ullo obstaculo celebretur. NOVELL. Iust. 69, 3 pr. condemnetur et absens secundum schema quod appellatur -um (here- $RV^{1}V^{2}$), id est desertae causae (κατὰ τὸ . . . ἐρημοδικίων σχῆμα).

erēmōsus, -a, (-um), *gr.* ἔρημος (*l. 39*). ***i. q. desertus***: ITALA Is. 16, 1 (Barnab. 11, 3) numquid petra -a (*em. Ox*; petre remiosa *cod.*) est mons sanctus meus Sina? (πέτρα ἔρημος. VVLG. de petra deserti).

1. erēmus, (-a), -um, ἔρημος, (*-ον*). ***i. q. desertus***: RVFIN. Orig. in num. 17, 1 p. 154, 1 B. in eremum (*v. infra l. 54*) tendit Fogor, id est ad ea, quae -a (BF^{1}, eremia *ACD*, in eremo F^{2}) sunt et deserta deo negotia. *v. et p. 748, 27.*

2. erēmus, -ī *f.*, ἔρημος *f.* (*sc.* χώρα). *m. v. l. 52.* **erēmum,** -ī *n.* (*?, v. infra l. 54*). DVB. NOM. gramm. V 580, 27 *inter nomina a littera h incipientia.* GRAMM. suppl. 294, 3 -um per h *scribitur. plerumque aspiratur in codd.* ***scribitur*** (h)aerem-, aerim-, (h)erim-, hierem- (-rim-), herm-. ***de formis:*** *nom.* -os: HIER. epist. 14, 1, 3 (*HR*). ***de genere***: DVB. NOM. gramm. V 580, 27 -us generis feminini. GRAMM. suppl. 103, 28 *inter nom. fem. decl. II*^{as}. *masc.*: PAVL. PETRIC. Mart. 1, 22 secreta beati (*an n.?, v. l. 54; -ae S*) . . . -i. ITIN. Anton. Plac. rec. A 34 p. 181, 1 -i, qui (quae *R*) vadit ad Sina. 36 p. 183, 12 per ipsum maiorem -um. *neutr.* (*v. l. 52*): -um: GRAMM. suppl. 294, 3. GLOSS.^{L} III Abstr. HE 15 *v. infra l. 62.* NOT. Tir. 119, 59 erimon (131, 116). ***de prosodia:*** *corripitur* e *alt.* (*cf. Stolz-Leumann, Lat. Formenl. p. 189*): CYPR. GALL. *saepius.* PRVD. cath. 5, 89 psych. 371 *al.* ORIENT. comm. 2, 170 PAVL. PETRIC. Mart. 1, 22 ALC. AVIT. carm. 5, 451 VEN. FORT. carm. 1, 5, 5. NOT. Tir. 124, 32 hierimus (*v. et l. 49*). ***de notione***: AVG. in psalm. 62, 9 p. 753$^{med.}$ in deserto id est in . . . -o (EVCHER. instr. 2 p. 160, 11. GLOSS.^{L} III Abstr. HE 15 -um: desertum, inaccessum. *al.*). quaest. hept. 2, 62 p. 129, 12 *terra* quae inhabitatur, id est quae . . . non est -us. ISID. diff. 1, 201 p. 31^{A}. *vox fere serm. eccl.* (*extra Christ. e. g. p. 748, 10. 21. 30*) *legitur inde a* TERT., ITALA. [*it.* ermo, *francog. vet.* erm, *hisp.* yermo. *M.-L.*] [*l. v.*: PS. TERT. adv. Iud. 9 p. 725, 22 Oe. (in aeterno *l*, in -o *A*). ITALA Is. 40, 3 (Cypr. testim. 2, 6 p. 69, 1) in -o *LB*, in deserto *codd. rell.*]

i. q. regio inculta et inhabitabilis, ***desertum, solitudo*** (*gr.* ἔρημος, *ubi nil aliud adscribitur*): **1** ***proprie*** (*praecipue et de -o, quam Israelitae Aegypto relicta transmigraverunt et de -o anachoretarum. interpr. alleg. p. 748, 31 sqq.*): TERT. idol. 5 p. 35, 3 Moses in -o simulacrum serpentis ex aere fecit (ITALA Ioh. 3, 14 [Cypr. testim. 2, 20 p. 88, 17] sicut Moyses exaltavit serpentem in -o [VVLG. in deserto]. *al.*). adv. Marc. 5, 3 p. 576, 25 vox Iohannis clamavit in -o (PS. TERT. adv. Iud. 9 p. 725, 22 Oe. vias *Christi* parabat in -o. HIER. epist. 21, 35; 3 *al.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 15, 4 p. 128, 14 habitator -i. APRING. in apoc. 4, 7 *al.*). mart. 2 p. 8 Oe. hoc praestat carcer Christiano, quod -us prophetis (*seq.* in secessu . . . in solitudine). *al.* CYPR. GALL. exod. 186 legio *Israelitarum* informes -i ducenda per agros. 231 inopis -i . . . harenas (deut. 1 iud. 38 *al.* COSMOGR. 2, 46; *opp.* vivam terram. *cf.* ITIN. [Silv.] 6, 1 -i . . . arenosae. 6, 4). lev. 281 maesta per agros undique desertos -us confundet (-it *AC*) euntem. num. 326 deserta -i (ITALA Ioel 2, 22 [Aug. serm. 46, 37 p. 291$^{extr.}$] ubera⟨v⟩erunt deserta -i [VVLG. speciosa deserti]. AVG. conf. 8, 6, 15 p. 182, 2 *al.*). iud. 634 *deus* vastos inter scopulos -umque calentem . . . laxavit cotibus amnes (*cf.* ITIN. [Silv.] 11, 2 p. 53, 2 aqua, quam dedit . . . Moyses filiis Israhel in hac -o [ZENO 2, 56 p. 512, 9 VVLG. psalm. 77, 15 *al.*]. PRVD. cath. 5, 89 psych. 371 *al.*). ITALA exod. 17, 1 (Monac.) profecta est . . . synagoga filiorum Israel de -o Sinae (VVLG. de deserto Sin. *al.*). *al.* VICTORIN. PETAV. in apoc. 4, 4 (*rec. Hier.*) p. 51, 10 vox leonis in -o rugiens. ITIN. [Silv.] 16, 5 monachus . . . sedebat in -um (MVTIAN. Chrysost. hom. 19, 4 p. 349$^{med.}$). *al.* SERV. georg. 3, 340 *Mauri* in -o habitare dicuntur (HIER. vita Pauli p. 17^{A} a quo monachorum -us habitari coepta sit. *al. cf.* RVFIN. hist. 10, 8 p. 971, 9 Antonium . . . -i habitatorem [*v. et p. 747, 78*]. hist. mon. 1 p. 401^{C} secretior conversatio et -i interioris habitatio [APON. 2 p. 29, 19]). FVLG. aet. mund. p. 150, 9 Moysen -i ducem. *al.* HIER. epist. 14, 10, 2 o desertum Christi floribus vernans, o solitudo . . ., o -us familiari deo gaudens. 14, 10, 3 infinita -i vastitas (*al.*). PRVD. ditt. 45 via sicca -i. AVG. in psalm. 72, 5 p. 917$^{med.}$ -i solitudo (FVLG. RVSP. serm. 55 p. 924^{D} vasta -i s. *al.*). *al.* SVLP. SEV. dial. 1, 10, 1 ut acturi solitariam vitam se ad -um conferant. 1, 13, 2 contra naturam -i, ubi omnia arentia, exusta solis ardoribus. *al.* PLAC. med. rec. β 23, 6 H.-S. nec . . . fantasma sentiet, per -um iter qui facit. EVCHER. laud. her. 1 p. 177, 14 secretum -i (SALV. gub. 8, 22 de sanctis -i . . . secretis. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 22 conventus vitare hominum, secreta beati [*v. p. 747, 52*] scire -i spretoque deum cognoscere mundo. *al.*). *al.* CASSIOD. hist. 1, 11 p. 899^{B} *Antonius* studebat . . . latere per -um (*seq.* desertum). *al.* IORD. Get. 122 p. 89, 13 *al.* PALLAD. hist. mon. II 7 p. 352^{C} quod -us esset locus ille (*sc. in quo monachi habitant. gr.* διὰ τὸ ἔρημον εἶναι τὸν τόπον. *an adi.? v. p. 747, 41. at legitur subst.*: II 6 p. 352^{B}. 8 p. 352^{D}. 10 p. 364^{A}). COSMOGR. 2, 41 *Africa* ardore . . . deformis plus habet -i quam montes. *al. et al.* ***nota*** (*v. p. 747, 72*): RVFIN. Orig. in Ios. 4, 2 p. 311, 2 B. exire de Aegypto, de erroribus scilicet mundi, et transire per -um vastam, id est tentationum genera diversa transcurrere. 6, 1 p. 323, 10 in -o . . . positi, id est in hoc, in quo nunc sumus vitae statu, manna vescimur *eqs.* (*sim. al.*). AVG. serm. 47, 14, 23 p. 311$^{fin.}$ (*explicatur* ITALA Ezech. 34, 25 habitabunt in -o).

2 ***in imagine***: AVG. in epist. Ioh. 7, 1 p. 2029$^{mod.}$ mundus iste . . . fidelibus quaerentibus patriam sic est, quomodo fuit -us populo Israel . . . si non vultis in ista -o siti mori, bibite caritatem. serm. 45, 1 p. 262$^{fin.}$ propter famem cordis nostri, quam patimur in hac -o *eqs.* 363, 3 p. 1637$^{med.}$ vita -us nobis est et . . . tentatio. vera relig. 38, 71 p. 154$^{init.}$ quisquis intus verbo dei pascitur, non quaerit in ista -o voluptatem. *al.* ***acced. gen.***: RVFIN. Orig. in Ios. 4, 4 p. 313, 12 B. tentationes, quas in huius mundi -o pertulerimus. 19, 3 p. 412, 9 transire -um tentationum. AVG. serm. 4, 10 p. 38$^{med.}$ datum est . . . *Iudaeis* manna in deserto, sicut nobis datur dulcedo scripturarum ut duremus in ista -o vitae humanae (353, 4, 2 p. 1562$^{med.}$). CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 175, 22 transmisso errorum mari et emensa ignorantiae -o veritatis patriam . . . intremus.

3 ***metonymice: de ieiunio, quod servavit Christus in -o***: PRISCILL. tract. 4, 79 p. 60, 11 sic in diem paschae venire debemus, ut . . . -um domini in evangelio ieiunantis imitati . . . non secundum carnem vivamus. ***de tranquillitate et quiete, qua monachi in -o perfruuntur***: HIER. epist. 24, 4, 3 *Asella* solitudinem *putavit* esse delicias et in urbe turbida *invenit* -um monachorum. ***de hominibus -um incolentibus, fere i. q. eremita***: CASSIOD. in psalm. 132 concl. p. 957^{C} hoc (*sc. proximi caritatem*) monasteriis, . . . ecclesiis, . . . civitatibus, . . . villis, . . . -is esse praedicatum. ***de Israelitarum in -o commoratione***: ANIAN. Chrysost. hom. 4, 1 p. 1005$^{med.}$ quod si etiam post -um facta sunt *miracula*, pauca illa fuerunt et rara.

nota genet. explicat. -i ***abundanter pendere ex his synon.***: desertum: *p. 747, 84.* secretum: *supra l. 22.* solitudo: *supra l. 17.* vastitas: *supra l. 16.* *Hörmann.*

erena(s)cis *v.* erinaceus, *p. 787, 69 sq.*

[**ereon** (*alibi trad.* ierion, *i.* ιερεῖον *Hessels*, ιερέων *Lindsay*) sacerdotale GLOSS.^{L} Corp. E 274 (*'an corruptum ex* ephod?' *Heraeus*).] *K.-M.*

ērēpo, -ēpsī, -ere. *ab* ex *et* repere. ***de formis***: -repsemus: HOR. *p. 749, 34.* -repisset: *p. 749, 2* (*v. et l. 76*). NOT. Tir. 83, 36 -it. 83, 39 -sii. GLOSS. -o ἐξέρπω. *v. et p. 749, 18.* [*variat c.* eripere: LVCAN. *p. 749, 24.* SIL. *p. 749, 15* (*trad.* eripere: FRONTIN. *p. 749, 25.* LAMPR. *p. 749, 30; v. et l. 76*). erumpere: VAL. MAX. *p. 749, 14.* LVCAN. *p. 749, 24* (*trad.* erumpere: SEN. *p. 749, 23*). repere: SVET. *p. 749, 28.* VIR. ill. *infra l. 83* (*cf. et p. 749, 24. 38*). *dub.*: POMPON. Atell. 70 eripis *sim. trad.* (-repsti *Buech.*). STAT. Theb. 11, 581 -sit *BM* (erupit *recte P; v. s.* erumpo).]

1 ***sensu stricto c. vi rependi, serpendi***: **a** ***de bestiis, fere i. q. repere foras*** (***de homine per iocum vermi assimilato l. 80***): PLAVT. Aul. 628 ⟨i⟩ foras, lumbrice, qui sub terra -sisti modo (*v. l. 79*). SEN. dial. 3, 17, 6 serpentium . . . a cubili -entium (*cf.* VIR. ill. 57, 4 cum in domo Tiberii duo angues e geniali toro -sissent [reps- *B*]). **b** ***de hominibus (aliter l. 79): intr.: i. q. rependo eniti*** (*acced.* ad; *cf. p. 749, 29*): SPART. Carac. 3, 7 qui cum

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

se praecipitasset percussorum timore et ad uxorem crure fracto -pisset. Hyg. fab. 125, 18 p. 109, 12 *Vlixes* -psit e foliis. *trans. i. q. rependo permetiri, perrepere* (*aliter infra l. 34*): Ivv. 6, 526 totum regis agrum (*i. Campum Mart.*) nuda...cruentis -et (-rept- *P, Schol.; v. l. 61*) genibus (*cf.* Schol. *ad l.*).

2 *latiore sensu: i. q. aliquo tendere*: **a** *c. notione 'foras', fere i. q. excedere, elabi, erumpere* (*i. q. excrescere infra l. 13; acced. abl. separ. infra l. 16; c. vi 'clandestini' infra l. 14*): Varro rust. 3, 15, 1 ne ex ea (*maceria glirarii*) -ere possit *glis* (Sen. dial. 2, 6, 5 -si modo e ruinis domus [*seq.* fugi]. epist. 101, 2 pecunia ... circa paupertatem plurimum morae [*v. adn. crit.*] habet, dum ex illa -at, haeret [*Buech.*, hae etiam *sim. codd.*]). Val. Max. 5, 6, 3 in capite eius subito veluti cornua -serunt (*L dett.*, emers- *A*; erup- *dett. pauci; cf. supra l. 7*). Sil. 15, 614 *Hasdrubal* -it (*ChF*, eripit, eripuit *LOV; i. 'clam elabitur'*). Stat. Theb. 7, 451 donec sol montibus omnis -sit. Rvfin. hist. 3, 6, 10 p. 203, 13 si qui forte furtim per stationes hostium pro colligendis herbis -sissent (*gr. τοῖς ... νύκτωρ ἐξερπύσασιν. inde* Gloss. V 357, 22 *al.* inruissent). *cf. et l. 31.*

b *c. notione 'sursum', 'in altum', i. q. eniti, escendere*: *α motu* (*tam proprie quam in imag.*): Ⓘ *intrans.*: Sen. dial. 10, 20, 1 (*in imag.*) *quidam* cum in consummationem dignitatis per mille indignitates -sissent ([*Pinc.*, erup- *trad.*]. Lvcan. 3, 600 dum cupit in sociam Gyareus -ere [et rep- *U*, erip- *P*, erump- *VG*] puppem *eqs.* Frontin. strat. 3, 9, 3 -i [eripi *trad.*] posse in castellum. Avien. orb. terr. 283 in dumosas ... rupis. Amm. 27, 10, 12 in editas sublimitates. *v. et infra l. 32*). epist. 53, 4 dum per aspera -o (Svet. Tib. 60 per a. et devia -sisset [reps- *XN*] ad se [*v. l. 29*]. *cf. etiam supra l. 23, infra l. 37*). 76, 19 (*in imag.*) stultitia ad sapientiam -it (Lampr. Heliog. 21, 5 animam aliqui *efflaverunt*, cum -ere [erip- *trad.*] ad summum non possent [*an 'foras'?; v. l. 17*]. Amm. 17, 13, 28 *furor hostilis* per licentiam scandens in maius [*v. l. 22*] ad funestas provinciarum clades -sit. *cf. etiam l. 1. 28*). Ⓘⓘ *trans.* (*v. supra l. 3*): Hor. sat. 1, 5, 79 quos (*montes Apuliae*) numquam -semus, nisi *eqs.* Avien. orb. terr. 1144 -unt ardua semper culmina saxorum (*cf. et infra l. 63*). *β de situ, i. q. erigi*: Stat. silv. 2, 2, 30 inde per (*v. supra l. 27*) obliquas -it porticus arces. Avien. orb. terr. 769 cyaneis [s]erepit (*Heinsius*, se rep- *trad.*) ab undis insula.

ēreptio, -ōnis *f.* **1** *i. q. ademptio*: **a** *stricte, per vim i. q. raptus* (*c. genet. obi. l. 44 sq.*): Gloss. ἁρπαγή. Cic. Verr. II 4, 10 *maiores nostri* putabant -em esse, non emptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret. Tert. idol. 2 p. 31, 28 si quis existimet ... homicidium in sola sanguinis profusione et in animae -e reputandum. Don. Ter. Eun. 774 (*ad Eun. 773* 'virginem eripiam') in virginis -e. Epist. Austras. 40 p. 146, 46 christiani sanguinis. **b** *laxius: violentiae notione evanida fere i. q. demptio*: Cassiod. var. 3, 51, 10 metarum circuitus ovorum -bus (*sc. de ovario, cf. Daremberg-Saglio I 1191*) exprimatur.

2 *i. q. liberatio, redemptio* (*tam proprie quam transl.; acced. hic illic genet. obi.*): Avg. serm. ed. Mai 91, 1 *Christus* pro totius mundi -e mori quivisset (Greg. M. dial. 4, 38 p. 392^{B} coeperunt pro -e illius [*sc. ex ore draconis*] ... orare). Hesych. in lev. 6, 17 p. 850^{B} *sermo* ad -em et emundationem animae habetur (16, 14 p. 995^{A} ad remissionem peccatorum nostrorum et -em. Greg. M. in euang. 40, 2 p. 1303^{B}; *opp.* correptionem [*cf. ibid.* p. 1302^{D} loquendo a peccatis eripiunt]. in Ezech. 2, 1, 15 p. 945^{B}). Greg. M. moral. 8, 57 p. 857^{A} *pii in iudicio hoc* ad solatium suae -is inveniunt, quod *eqs.* (*cf.* Sacr. Greg. 88, 8 -is nostrae suscipere laetitiam). 17, 17 p. 19^{D} de -e *populi Israelitici e captivitate Babylonica* ([*quater ibid.*]. 22, 23 p. 227^{B} de -e proximorum; *opp.* de inimici interitu).

ērēpto, -āre. *ab* erepere. [*falso trad.* Ivv. 6, 526 *P* (*Schol.*); *v. supra l. 4*]. *i. q. (laboriose) escendere* (*cf. supra l. 20 sqq.*): Carm. de Sod. 92 timuit Loth ardua (*v. supra l. 35*) tardo -are (ire// *P*) gradu.

ēreptor, -ōris *m.* *ab* eripere. **1** *qui vi adimit, i. q. raptor* (*c. gen. obi. l. 70 sqq.*): Cic. Quinct. 30 *iste* bonorum possessor, expulsor, -r. Verr. II 1, 9 non ... furem, sed -em (*citat* Qvint. inst. 8, 4, 2 *praemittens*: si ampliora verba cum ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, conferantur). II 3, 27 *cum* publicanus petitor ac pignerator, non -r neque possessor soleat esse. dom. 81 -r civitatis (*cf. ibid.* 79 civitatem eripere *et* adimere). Sest. 109 tyrannum atque -em libertatis. Tac. ann. 13, 55 mare superfunderent *terrae* adversus terrarum -es. Boeth. cons. 4, 3, 55 avaritia fervet alienarum opum violentus -r. **2** *i. q. liberator, salvator* (*cf.* ereptio *supra l. 49*): Greg. M. in euang. 40, 8 -i suo (*i. deo*) gratias referunt. moral. 6, 9 iniqui ... afflictionis suae tempore per adiutorium non inveniunt -em. 20, 52 *bis.*

ēreptōrium, (-ī) *n.* *ab* eripere (ereptor). *i. q. bonum heredi indigno eripiendum* (*cf. Leonhard, PW III 694, 11 sqq.*): Vlp. reg. 19, 17 lege nobis adquiritur, velut caducum vel -um ex lege Papia Poppaea. Gloss.^{L} II Abav. er 4 **ēreptōria** admandicatur (*i.* adimenda, caduca *Heraeus*) reddenda (*v. Thes. gloss. s. v.*). *Brandt.*

ērēpublicā Qvint. inst. 1, 5, 69 *v.* ex.

ererodanon (*sim.*) *v.* erythrodanon. **ērēs** *v.* heres.

eresipela *v.* erysipelas.

[**eretor** *v.* editor *p. 81, 16.*] **eretria** *v. Onom.*

[**eretropus** (*sim.*) *v.* ervum.]

ereum (*i. ἐρεοῦν*) laneum Gloss. III 193, 26.

Plin. nat. 24, 94 erythrodanum, quam aliqui **ereuthodanum** (*i. ἐρευθόδανον*) vocant, nos rubiam *eqs.* (*cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 143 ἐρυθρόδανον· οἱ δὲ ἐρεοθέδανος* [*Schulze, Wellm.*; *ἐρευθόδανος N, ἐρυθρό- rell.*]). *K.-M.*

✖**ergā** (ē-*?*) *praepos. c. acc.* [*ex* ergo *mutatum esse videtur. W.* (*cf. Walde-Hofmann, Et. Wb. s. v.* ergo, *p. 415*).] *scribitur*: -aa: *v. p. 752, 48.* -á: Corp. XII 4393 *p. 752, 30.* erca: Corp. VI 35893. *de prosodia*: ergā *probatur a scaen.* (*cf. e. g.* Plavt. Rud. 192 [*bacch.*]. Ter. Hec. 489 -á. *al.*). ă: Carm. epigr. 718, 6 ĕrgă. Not. Tir. 2, 28. *de significatione et usu: inter praep. c. acc. enumerat* Ps. Asper gramm. suppl. 58, 6 (*cf. p. 755, 63*). Palaem. Char. gramm. p. 304, 15 B. in et -a hoc differunt: fere ...-a ad adfectum refertur ... '-a illum sum benignus' (*v. p. 753, 3*), in ad simultatem ... 'in illum sum saevus' (*cf.* Prisc. gramm. III 41, 24 -a etiam *περί* Graecam significat, sed quando affectum demonstrat ut 'bonus est -a propinquos' [*v. p. 752, 81*]; ... separata invenitur solum [*i. non ad compos. coalescit ut* 'contra'; *cf. q. seq.*]. Diff. Suet. p. 308, 32 Roth '-a' ... pietatis est et benivolentiae, alterum [*sc.* '*adversus*'] contentionis. *sim. al.*). Gloss.^{L} III Abstr. er 7 -a iuxta circa. 18 -a aput (I Ansil. er 90 *al.*). Abol. er 14 -a me circa me (*al.*). II Philox. er 2 -a me *εἰς ἐμέ. et al.* (*v. et p. 758, 67*). *legitur inde a* Plavto (*20^{ies} + 1 ex coni., 1 dub.; v. l. 42. 46*), Ter. (*6^{ies}*), Pacvvio (*bis*); *praeterea ex poetis solus habet* Ivv. *p. 754, 6* (*cf. et* Carm. epigr. *p. 755, 61*); *in serm. ped. inde a* Catone, Met. Nvm., Sisenna (*singg. l.*), Cic. (*saepe, maxime in epist.; fere notione q. e. s. IA 1, non IA 2; bis IB 1a, v. p. 754, 5. 30*). *omnino vitant* Varro, Sall., Petron. *al.; artium scriptt. velut* Cels., Colvm., Pallad.; *saepius exhibent* Inscr. (*inde a* Corp. I^{2} 2, 725. 726; *v. p. 751, 77*). *postponitur in scaen.*: Plavt. Asin. 20 med -a (Capt. 416 Epid. 390). Capt. 245 te -a (Ter. Haut. 265 Pacvv. trag. 248). Trin. 1126 amicum (1128). Ter. Haut. 189 se. *hic illic pro ipso 'casu' ponitur* (*pro gen. obi.* [*ex. gr. p. 751, 23. 31. 755, 22. cf. et* Rvfin. Clement. 10, 38 Iovem ... parricidam -a parentes, incestum -a sorores et filias]; *pro dat. comm., incomm.* [*p. 754, 38. 45. 47*]).

[*port. vet.* erga. *M.-L.*]

[*variat c.* ergo *in codd: l. 82. p. 752, 42. 52. 755, 25.* Hier. epist. 77, 6, 5 (ergo *ΣD a. c.*). *c. syn.*: in: *v. infra l. 80*; circa: *p. 754, 19. 22. 38. 58.* Hier. epist. 9, 1 (-a *FΣ*, arca *L*; circa *rell.*). *ex coni. certa*: Plavt. Mil. 636 comitatem -a te amantem (*corr. Camerar.*, comitante merce te *trad.; v. infra l. 69*). *suppl.*: Cic. epist. 7, 28, 3. Corp. XI 5749 (*a. 261*) amoris ⟨erg⟩a n(umerum) n(ostrum). IX 2347 am⟨orem er⟩ga patr⟨iam⟩. Cic. Deiot. 25 (*add. βγ*). *loc. dub. trad.*: Plavt. Truc. 406 tonstricem Suram ... nostram, quem -a aedem sese habet (*sic trad.*, quaen *Lindsay* [*i. sensu locali, v. p. 755, 39*]; quae mercedem *Leo, aliter al.*). *dub. interpr.*: Iren. 2, 32, 2 (*v. adnot.*). *v. et p. 758, 67 et cf. p. 775, 68.*]

I ***de alterius in alterum relatione; cf.*** in, circa; **A** *strictiore usu: de ratione animi, affectus, mentis sim. qua quis in alterum utitur* (*indicat tam ipsum animum in aliquem hoc illo modo intentum quam res vel facta inde oriunda [cf. ex. gr. p. 751, 26. 753, 12 sqq.]; designat fere hominum [deorum] inter se relationem [huc pertinent et voces 'complexum', 'multitudinem' sim. hominum exprimentes; de bestiis p. 751, 39]; raro pendent 'res' [v. l. 78. p. 752, 28. 66. 753, 44. 56. 72; aliter res velut* 'salutem'; 'memoriam' *p. 751, 57*; 'virtutem' *p. 753, 5. al.]. ceterum admonendum est, nonnulla exempla sub B 1, p. 753, 83 sqq. allata etiam huc referri posse [v. e. g. p. 754, 4. 9. 23], cum ipsa vis haud ita accurate distingui possit*):

1 *spectat ad animum benevole (aut certe non male, sed indifferenter; v. e. g. p. 751, 65. 752, 70. 73. 78 sqq.) in alqm. se habentem (cf. et p. 753, 10): syn., iuxta ponitur*: in: *l. 83. p. 751, 10. 53. 752, 4. 13. 64. 753, 1. 8. 15; opp.*: in: *p. 752, 57. 753, 27*; adversus: *p. 751, 29.* **a** *pendet a subst.: α generaliter (ea subst., quae una c. potioribus quibusdam proferuntur, habes s. β; v. ex. gr. p. 751, 40. 60. 752, 3. 6)*: Plavt. Capt. 245 per mei te -a bonitatem patris (Cic. nat. deor. 2, 60). Mil. 636 *v. supra l. 42.* Ter. Andr. 820 satis, Simo, spectata -a te amicitiast mea. Hec. 489 fuisse -a me miro ingenio expertus sum. Sisenna hist. 123 divi (*v. adn. crit.*) cultu -a se mortalium laetiscant. (*cf.* Pompon. dig. 1, 1, 2 -a deum religio [Avg. civ. 10, 1 p. 403, 32 D. *al. v. et p. 752, 43*]). Cic. fin. 3, 69 omnis homini -a hominem societas, coniunctio, caritas (Avg. bapt. 6, 5, 8 p. 303, 10 -a unitatem Christi. *et al. [v. vol. III 462, 13 sqq.].* *cf.* Iren. 1, 2, 2 quae erat -a eum dilectionem; *gr. πρὸς αὐτόν* [4, 6, 2 *al.*]. Paneg. 4 [9], 17, 2 mihi ... proprius ... *est* -a Maeniana illa ... dilectus). div. 2, 130 praenoscere dei -a homines mente qua sint (Svet. Cal. 60. Tert. castit. 2 p. 740 Oe. nostra -a [in *BC*] deum mens. *et al.*). epist. 3, 6, 1 fidelitatem -a te (l'Lanc. Cic. epist. 10, 17, 2. Iord. Get. 199 *Ardarici* fidelitatem -a [ergo *O*] Attila [*HPVL sc.* -m *finali om., non abl.*; Attilam *rell.*]. *v. et p. 752, 8*). epist. 3, 9, 1 in te ... fide ... -a te observantia et constantia (Tac. hist. 5, 26 *al. v. et p. 752, 3*). 4, 13, 2 Caesaris sum-

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mam -a nos humanitatem (*al. v. l. 52*). 10, 3, 1 liberalitatem (TAC. ann. 3, 8 AMBR. epist. 82, 9 p. 1278[B]. CORP. XI 6358 ob eximiam. *et al.*). 13, 41, 1 ex tua -a Lucceium benignitate (CORP. VI 30973 *al. v. vol. II 1900, 22 sqq.*). 15, 13, 2 tuae perpetuae consuetudinis -a me. *al.* LIV. 36, 14, 8 clementiam -a se regis munificentiamque (*cf. infra l. 34*). 39, 53, 8 *Demetrius* subnisus -a se iudiciis senatus ([*i.* '*faventibus sibi*'; *cf. Polyb. 23, 7, 4 πᾶσαν ... τὴν ἐξ αὐτῶν χάριν sc.* '*Ρωμαίων*]. VAL. MAX. 3, 8 ext. 6. *sim. al. v. et p. 752, 52. 64* [*aliter p. 754, 23*]). *al.* VAL. MAX. 5, 7, 1 parentium -a liberos indulgentia ([*cf. tit.*: i. in l.]. GAIVS dig. 40, 16, 1 dominorum -a servos. PANEG. 4 [9], 6, 1 *Constantii* -a iuventutem Galliarum ... sollicitudinem atque i. *et al.*). *al.* CVRT. 3, 6, 17 ingenitam ... genti -a reges suos venerationem (*cf.* AVG. civ. 2, 4 p. 57, 17 D. habet ... quiddam -a parentes humana verecundia). TAC. Germ. 33 favore quodam -a nos deorum (*al.* AMM. 27, 6, 6 CLAVD. DON. Aen. 3, 115 p. 279, 23 *al. cf.* SALV. gub. 7, 2 iustum tunc -a illos fuisse domini favorem, quam nunc -a nos iustam severitatem [*v. p. 754, 24*]). 44 -a reges obsequium ([hist. 3, 5 *al.* FRONTO p. 103, 22 N. TERT. spect. 1 p. 1, 17 vero obsequio -a verum deum. *et al. v. p. 752, 13*]. *cf.* IREN. 4, 13, 2 pietatem et oboedientiam, quae est -a patrem familias [*al.*]). ann. 3, 74 prisco -a duces honore (PLIN. paneg. 55, 3 *al.*). 4, 71 misericordiam -a adflictos ([AVG. civ. 21, 18 p. 522, 17 D. *v. p. 752, 1*]. *cf.* RVFIN. hist. 3, 6, 7 nulla -a parvulos miseratio [*gr. οἶκτος πολιᾶς ἢ νηπίων*]). *al.* VERVS Fronto p. 129, 23 N. tuae -a me benignissimae facilitatis (VLP. dig. 24, 1, 1 profusa). FRONTO p. 136, 20 plurima ... tua -a me summo cum meo honore et dicta et facta (*cf. p. 753, 12*). TERT. spect. 1 p. 1, 17 *al.* IREN. 4, 13, 4 servitutem quae est -a deum (*al. cf.* 4, 16, 1 -a deum deservitionis). *al.* LACT. ira 22, 3 de gratia dei -a iustos et ira eius adversus impios ([*nota opp.*]. AMBR. Abr. 2, 6, 30. *et al.*). AMBROSIAST. in Phil. 1, 8 p. 404[D] *Paulus* provocat desiderium ... *Philippensium* -a se (*i.* '*sui ipsius*'). *al.* CORP. VI 32419 dignationes (*sic*) -a se honorisque causa (IX 729 ob amoris eius et dignationis -a se magna et atsidua documenta). VIII 22733 ob multiplicem eius -a rem publicam munificentiam (XI 5270. *cf. et supra l. 5, infra l. 81*). XII 1898 bonorum exemp⟨lorum⟩ -a me (*cf. l. 61*). *talia passim.*

